2 Excussionis exceptio debet opponi antelitem contestatã, sect. 6. c. 3. nu. 190. 301
In casibus vtitur iure communi, nu. 191.
Dilatoria dicitur. num. 192.
In causa appellationis non recipitur, numero 194. 302
Tanto magis in actu executionis, nu. 195. ibidem.
2 Excussionis exceptio anomala est. nu. 196
Et ideo quandocunq; opponi poterit etiam in actu executionis, nu. 197.
2 Excussionis exceptio an sit de apicibus iuris, num 211. 304
2 Excussio semper facienda est, quando obligatio fideiussoris continet summam incertam & quæ liquidatione egeat. numero 212. ibid.
2 Excussio non requiritur in decocto, & notorie non soluendo. sect. 10. in cons. ad c. 23 num. 6. 496
Excussio non releuat si debitoris fuit effectus non soluendo negligentia creditoris. ibid. num. 8.
Excussio reiecta per statutum Florẽtinum intelligitur de legali, & non de cõuentionali. ibid. num 9.
1 Executio sententiæ supremi Magistratus non suspenditur supplicatione porrecta. par. 1. c. 13. num. 4. sect. 3 in prælud. 87
Nec per restitutionem in integrum, vbi est præsumptiuè calumniosa. d. p. 1. sect. 3. in prælud. sub c. 14. nu. 1.
Nec etiam retardat exceptio melioramẽtorum liquidandorum. d. par. 1 sect. 3. in prælud. c. 22. nu. 1. & 4. 92
1 Executionem sententiæ petens, quæ potest per rescriptum tolli, admittitur cũ cautione de restituendo cum legitimis augmentis d. par. 1. sect. 10. 3. in prælud. c. 13. num. 1.
Sufficit tamen in hoc secundum nonnullas cautio, iuratoria, num. 3. ibid.
2 Executio fit contra fideiussorem pendente lite cum principali absque attentatorum vitio. sect. 9. c. 8. nu. 4. 437

1 *Executio crediti certi, & liquidi, non retardatur per illiquidum. par. 1. sect. 3. c. 6. aliàs. 15. num. 8. in prælud.* 95

1 *Executiuis in causis reijcitur etiam compensationis exceptio reseruãda reo in sua recognitione par. 1 sect. 3. in prælud. cap. 22. num. 14.* 93

2 *Executiuis in causis electio vnius remedij non præcludit viam alijs, donec creditori non est integraliter satisfactum. sect. 10. c. 79. nu. 2.* 535

Executiuis in litib. non obstante litis pendentia licitum est variare, & facere transitum de principali ad fideiussorem de vna re ad aliam, & de vi ad personam. num. 3.

Idem in eis vna via electa ad aliam redire licet, num. 4.

Etiam in ipsis quis diuersos iudices adire, & intentare plures vias permissum est, num. 5.

Pariter sequuta executione reali, permissa in personalis, num. 6.

2 *Executiuis in causis exceptio litis pendentiæ non obstat, num. 7.*

2 *Executiuis in negocijs nec instantia, nec desertio causæ cadunt.* 8

1 *Exempla fideiussionis multa referuntur. p. 1. sect. 1. in prælud. c. 9.*

1 *Exemplum mandatoris traditur. p. 1. sec. 1. in prælud. c. 3. nu. 2.*

1 *Eximens aliquem de manu alterius in cautione de non offendendo non incidit. p. 1. sect. 2. in prælud. c. 4 nu. 94.* 65

Modò simpliciter non offendere promiserit: secus si in personam ibid. num. 95. & 96. 66

2 *Eximitio, & liberatio à fideiussione quando à fideiussore peti possit. sectio. 5. cap. 3.* 266

1 *Exoneratio Archibugi absque vulnere violat cautionẽ de non offendendo, quando fuit promissum simpliciter non offendere: secus si fuerit dictum in persona. part. prima, sectio. 2. cap. 4. num. 98.*

1 *Ex exoneratione Archibugi quando vulneratus fuit equus & non equitans, an hæc cautio commissa dicatur ibid. nu. 99.*

2 *Expensæ damna, & interesse prius liquidanda, quam exequenda, sect. 4. c. 39. num. 66* 233

1 *Expensæ factæ in exigendo debent deduci de exacto. sect. 3. cap. 26. nu. 35. in prælud.* 102

1 *Expensæ debent subministrari actori pauperi per reum. 1. p. sect. 3 in prælud. c. 8. aliàs 17. nu. 1.* 88

2 *Expressio nominis hæredis multum operatur. sect. 4. c. 17. nu. 27.* 203

1 *Expromissor latè, & strictè sumitur 1. p. sect. 1. in prælud. c. 2. nu. 1. & 5. fol. 2. Vide infra in verbo Repromissor.*

1 *Expromissor pro non obligato accipitur: secus in fideiussore. p. 1. sec. 1. cap. 6. nu 3. in prælud.* 4

2 *Extensio de casu ad casum in fideiussione non fit. sect. 6. c 2.*

F

1 FActi alieni promissionem non valere, procedit in conuentionalibus, non in Prætorijs stipulationibus. p. 1. sect. 2. in prælud. c. 1. nu. 20. 23

2 *Facti sunt Venditio, Traditio, & solutio. sec. 8. c. 13. nu. 18.* 380

2 *Factum contra legem, est ipso iure nullum, etiam quod lex non processerit vlterius, annullando actum. sect 8. cap. 1. num. 7.* 542

Et maxime quãdo respicit vtilitatem publicam, ibid. num. 8.

Vt etiam quando est mali exempli, contra bonos mores, & nutritiuum peccati, num. 9.

2 *Factum principalis non nocet fideiussori, nisi consentiat. sect. 9. c. 4. num. 1.* 435

Item nec contra, ibid 2.

2 *Factum indiuiduum pro parte præstari nequit sect. 6. c. 4. num. 50.* 310

2 *Factum fideiussoris, distat à facto principalis sect.9.c.4 nu.4.* 435
2 *Factum alterius, alteri nocere non debet. sect.9.c 3.num.9.* 454
2 *Factum alienum promittés, liberatur per mortem adimplere debentis. sect.10. c.20. in princ.* 487
2 *Factum non dicitur, quod non durat factum. sect.7.c.3 nu.26.& 27.fol.331. & sect.10.c.34.nu.2.* 511
2 *Facultas contrahendi, & fideiubendi, libero homini tolli non potest. sect.8. nu.4. cap.20.* 385
2 *Familiæ erciscundæ agens, non fatetur aduersarium sibi cohæredem esse. par.2.sect.10.2.c.4 num.4.* 164
1 *Familiares, adhærentes, complices, & consortes quod sint in cautione de non offendendo. par.1.sect.2. cap.4.num.25. in prælud.* 59
2 *Fauor minoris ætatis præualet fauori mulieris, sect.8.c 3.nu 137.fol.364. in verbo minoris ætatis.*
2 *Fauori pro se introducto unicuique renunciare permissũ est. sect.6.c.3.nu.55.* 287
1 *Fœminæ nec actiuè, nec passiuè cautioni de non offendendo contrauenunt. p.1.sect. 2.in prælud sect 4 nu 159.* 70
2 *Feuda absque domini directi consensu, & licentia, nec alienari, nec in pignus dari possunt, sect.8.c.20 nu 1.* 385
2 *Ficta persona, an, & quando fideiubere possit. sect.8.c 26.per totum fol.463. in verbo persona ficta. Respublica, Vniuersitas, & fideiussio in persona ficta.*
2 *Fictio fictionis non conceditur. par.2.sect. 2.c.5.num.2.* 167
2 *Fideiubens cum muliere solidum soluere tenetur. sect.6.c.4.nu 47.* 310
Idem si fideiubet maior cum minore. ibid. num.48.
Idem in pluribus, qui se ad factum obligarunt. num.49. ibid.
2 *Fideiubens censetur male uti substantia sua, & uergere ad inopiam. sect.2.c.1. num.10.* 157
Nihil lucratur ex ipsa fideiussione, multum nihilominus amittere potest. sect.10. ead. num.17.
2 *Fideiubens contra protestationem de non fideiubendo, an, & quando obligetur. sect. 4.c.12 nu.1.* 196
Non obligatur, quando creditor consentit. Quid si tacitè consentiat. ibid. numero 2.& 6.
2 *Fideiubens aliquem facturum, & curaturum, mortuo reo, qui facere debebat, liberatur. sect.4.c.15.num.7.* 199
2 *Fideiubens pro pupillo naturaliter tãtum obligato, an, & quando teneatur. sect.8. c.14.num.12.* 382
2 *Fideiubens pro alio, & constituens se principalem debitorem, & promittens quod ipse obseruabit, aliàs de suo: si principalis debitor non obseruet: eo quia eius obligatio est inualida, an dictus fideiussor obseruare teneatur. sect.1.c.3 nu.46. fol.151. & sect.8.c.1.in fine.* 342
2 *Fideiubere pro alio, res modici præiudicij à principio est: sed demum efficitur magni, cum ut plurimum contingant noxæ, lites, egestas, & miseria. par.2.c 1.sect. 2.num.1.* 156
2 *Fideiubere non tenetur, qui securitatem promittit. sect.4 c.18.num 1.* 204
Nisi se obligauerit in instrumento, & postea iterum promittatur. ibid.nu 2.
Item nisi promiserit plene, & idonee securum facere. num 3.
Idem nisi esset forensis, ita quod de eius fuga suspicari posset, ibid.nu.4.
2 *Fideiubere quis potest pro duobus reis, sect.4.c.42.num.1.* 237
Immo, & pro uno correo tantum. nu.2.
Vt etiam pro tota quantitate. ibid.
1 *Fideiubere simpliciter obligatus potest cogi, & quod non construatur indemnis. sect.3 c.26.nu.50.in prælud.* 104

2 Fideiubere quis pro alio potest etiam quod promissor ignoret. sect. 4. c. 1. nu. 12. 186
2 Fideiubere quilibet potest, qui obligari potest. sect. 8. in princ. nu. 3. 340
2 Fideiubere potest, qui se pro alio obligare prohibetur. p. 2. sect. 2. c. 3. nu. 5. 162
2 Fideiubere quilibet potest, qui bonorum suorum liberam administrationem habet. sect 8. in princ. nu. 2. 340
1 Fideiussio fit media stipulatione mandatum autem, & constitutum, mãdato rogitu, & nudo pacto. par. 1 sect. 1. in prælud. c. 6. num. 7. & 8.
1 Fideiussio fit ante obligationem, & aliquando post sed mandator ante, & constitutor post d. c 6. num. 9. par. 1. sect. 1. in prælud. 5.
1 Fideiussio fit verbis, mandatum autem consensu d. c. 6. nu. 10. 5
1 Fideiussio est stricti iuris, Mandatum autem bonæ fidei. d. c. 6. nu. 11. 5
1 Fideiussio obligationi iam factæ accedit, constitutum autem pro alia, quam pro re obligata adhiberi potest. ibid. nu. 12. 5
1 Fideiussio, & delegatio differunt. c. 6. nu. 16. in prælud. p. 1. sect. 1. 5
1 Fideiussio magis in dubio præsumitur, quã delegatio, ibid. nu. 17. 5
1 Fideiussio latè, & strictè sumitur, in prælud. p. 1. sect. 1. c. 9. num. 1. 12
1 Fideiussio impropria multas habet species. ibid. num. 5. 13
Prima verificatur in contractibus innominatis. Puta fideiubeo pro te, ut pro me fideiubeas. ibid. nu. 6.
Secunda, quæ sine mandato fit. Et in eo cõtingit, qui separatim à seipso obligatur. ibid. num 7.
Tertia in eo cadit, qui animo nouandi intercedit. ibid. num. 8.
Quarta in illo, qui in plus, quam principalis obligatur. num. 9.
Quinta ea est, quæ fit in rem suam numero 10. 14
Sexta in illo exemplificatur, qui in subsidium soluere promisit. num. 11.
Septima habet locum in pluribus fideiussoribus eodem tempore, se uti principales obligatis. num. 12.
Octaua in nominante, laudante, approbante, & confirmante aliquem pro fideiussore idoneo. num. 13.
Nona in promittente, quod habens rem ad usum, recognoscet emptorẽ rei usualis. num. 14.
Decima in promittente fideiubere nu. 15.
Vndecima in promittẽte, quod Titius debet. num. 16. 15
Duodecima in fideiussione tacita, & quæ d lege fingitur. num. 17.
Decimatertia sibi locum vendicat in fideiussione de iudicio sisti. ibid. nu. 32. 16
1 Fideiussio quare adinuenta: vbi duplex causa assignatur, p. 1. sect. 1. in prælud. cap. 7. nu. 6. 6
1 Fideiussio fuit adinuenta, vt hominum commercia tueantur, & conseruentur. p. 1. sect. 1. in prælud c. 7. nu. 6. 6
1 Fideiussionis officium, non solum honestatis, & necessitatis, uerum etiam humanitatis dilectionis, & charitatis plenum est, & ad conseruanda rerum commercia utilissimum par. 1: sect. 1 in prælud. c 7. num. 7. 6
1 Fideiussio tacita, ea est, quæ inducitur, & fingitur ab ipsa lege c. 9. num. 17. in prælud. sect. 1. exempla multa vide ibid. sub num. 18. cum seqq. 15
1 Fideiussio, alia est necessaria, alia voluntaria. cap. 10. num. 1. in prælud. sect 10. 1. part. 1. 16
1 Fideiussiones necessariæ sunt eæ, ad quas à lege, quis astringitur. ibid nu. 3.
Etiam dicuntur necissariæ Prætoriæ, & iudiciales, ibid. num 2.
1 Fideiussio voluntaria, dicitur aliàs conuentionalis, contractus, vel quasi ibid. num. 4.

1 Fideiussio uoluntaria est ea, ad quam quis non nisi uoluntarie astringitur, ibidem. num.5.
2 Fideiussio est onus, & grauamen. sect 2. c.1.num 2. 156
Contumelia, iniuria onus grauamen, & detrimentum appellatur. ibid.nu.3.cum seqq. 157
Est contractus damnificatiuus, & onerosus, num.8.
Species dilapidationis nuncupatur. nu.9.
2 Fideiussio inducitur, si dictum sit fideiubet; cupio, affirmo, vel dico. sect.3.c.6. num.3. 184
Idem si dictum sit, Titium fideiussisse, ibid. num.2.
2 Fideiussio inducitur si dictum sit, Periculo meo crede, uel bene credis, ibid.nu.4.
2 Fideiussio inducitur pro hæc uerba: facio te securum pro tali ibid.nu.6.
Item si dicatur: super me credas: uel periculo meo habebis fidem. ibid. nu.5.
2 Fideiussio non extenditur de casu ad casum, ibid num.31.
2 Fideiussio in dubio contra stipulantem interpretatur. ibid num.30.
2 Fideiussio extenditur de casus ad casum in connexis. sect.5.c.2.nu.75.& 76. 262
2 Fideiussio de casu ad casum extenditur in ijs, quæ sunt de natura contractus. d.sec. 5.c 2.num.90. 263
2 Fideiussio propter generalitatem in eam adhibitam extenditur. ibid.nu.81. 262
Imò ad distractũ portigitur. ibi.n 84 163
Nisi aliter ratio suadeat. nu.88.
2 Fideiussio uerbis generalibus concepta, extenditur etiam ad usuras in iudicij bonæ fidei: secus in stricti iuris. ibidem, numero 82. & 83.
2 Fideiussio cum stricti iuris sit. Ideo nõ extenditur. sect 5.c.1.nu.3.fol.249.& c.2. nu.3.fol.255 & sect 3.c.5.nu.29. 183.
2 Fideiussio propter uerborũ exuberantiam augetur, aucta principali obligatione per ius accrescendi. sec.5.c 2.nu.85. 263
2 Fideiussio non extenditur, ubi adsunt uerba restrictiua. ibid.nu.89. 263
Vt etiam quando post genus, species enumeratur. ibid.
2 Fideiussio extenditur, ex uerisimili mente contrahentium, num 42.fol.259.92. & ibid. 264
2 Fideiussio an, & quando de casu ad casum extendatur, nu.95.
2 Fideiussio non recipit interpretationem extensiuam, sed bene declaratiuam sect. 5.cap.2.num.4. 256.
2 Fideiussio in prima instantia ad secundam non extenditur. ibid.num.5.
Etiam si in prima instantia sit secuta sententia condemnatoria. ibid. nu.7.
Et hoc tam in ciuilibus, quam in criminalibus. ibid.num.6.
2 Fideiussio pro nepotibus ad filios fratres non extenditur, sed tantum ad filios descendentes, ibid.nu.27. 258
2 Fideiussio pro agnatis, ad spurios non porrigitur. d.sect.5.c.2. num.29.
2 Fideiussio restricta ad certum genus negociationis, ad aliud non trahitur. ibid. num.39. 259
2 Fideiussio de persona ad personam, non extenditur, ibid.num.41.61. 261
2 Fideiussio debet esse gratuita. sec 2.nu.4. cap.2. 160
2 Fideiussio, licet non sit de præcepto, est tamen de consilio. sect.4.c.10 nu.4. 194
2 Fideiussio aliquando dicitur remedium extraordinarium. sect.4.c.2. nu.1. 187
Et per eam subuenitur creditori, ubi debitor incipit dilapidare. ibid.nu.2.
2 Fideiussio facta ante principalem obligationem, dicitur conditionalis. sect.1.cap. 2.num.3. 145
Valet autem purificata, & sequuta obligatione. ibid.num.4.
Confertur in tempus, post quam principalis fuerit obligatus ibid. num.5.

2 Fideiussio præstita contra iuramentum de non fideiubendo, an teneatur. sect 4. cap. 10. fol 194. per totum infra in verbo iuramentum.
2 Fideiussio præstita contra protestationem de non fideiubendo, an, & quãdo teneat. ibid. cap. 12. num. 1. 196
2 Fideiussio facta a parte absente valet. sect. 4 c. 25 num. 1. fol. 209.
2 Fideiussio facta pro absente tenet, si notarius pro eo stipuletur. ibid. num. 2.
Intellige secuta demum ipsius creditoris ratificatione, ibid. nu. 3.
2 Fideiussio continens incertitudinem, ad certitudinem reducitur. sectiõ. 5. cap. 2. num. 87. 263
2 Fideiussio contra bonos mores, vt etiam ob iustam testam causam non tenet. sect. 8. c. 1. num. 9. fol. 341. & c. 31. 391
2 Fideiussio sine causa, an, & quando valeat. sect. 8 c. 47. num. 1. & 2. 401
2 Fideiussio cum iuramento causam non requirit. ibid. num. 26. 402
2 Fideiussio pro amico tenet absque causa. num. 27.
2 Fideiussio facta animo nouandi, valet absque causa num. 29.
2 Fideiussio ad liberandum valet sine causa. ibid. num. 31. 403
2 Fideiussio conditionalis causam non desiderat, ibid. nu. 32.
2 Fideiussio inter mercatores causam non exprimitur. ibid. num. 35.
2 Fideiussio sine causa valet, vbi principalis obligatio est cum causa. ibid. num. 36.
Maximè verò si sit apposita clausula scies se non teneri. num. 41.
2 Fideiussio nullam causam requirit præter principalem obligationem. num. 42.
2 Fideiussio absque causa scienter facta, censetur facta animo donandi, ibid. numero 30. 402
2 Fideiussio iudicialis, causam non desiderat. ibid. nu. 18.
2 Fideiussio iudicialis nõ valet, nisi fiat cum Officiali, vel notario. sect. 8. cap. 27. numero 1. 390
2 Fideiussio iudicialis coram Iudice incompetenti facta non tenet, sect. 8. c. 29. ibid.
2 Fideiussio super cõtractu, vel iudicio nulla interposita nõ tenet. sect. 8. c. 38 397
2 Fideiussio præstita solutioni adiecto non tenet. sect. 8 c. 51 nu. 1. 417
2 Fideiussio facit, vt creditor non possit debitorem suum suspectum allegare. sec. 4. cap. 28. nu. 1. 211
2 Fideiussio tollit sequestrum, & dicitur sequestri, & capturæ medela c. 29. nu 1. d. sect. 4 212
2 Fideiussio subrogatur in locum sequestri, non ex mero iure: sed ex praxi totius Italiæ. ibid. num. 2. & 3. 212
2 Fideiussio liberat carceratum pro suspicione fugæ, ibid. num. 7.
2 Fideiussio transit ad hæredes. sect. 4. c. 17. num. 1. 201
2 Fideiussio nõ transit ad successorem Prælati ibid. num. 12. 202
2 Fideiussio multis modis finitur, & terminatur. sect. 10. per totum, & posium us in fideiussore quibus modis à fideiussore, liberetur. 465
1 Fideiussio iudiciaria est duplex. Alia præstatur ab actore, alia à reo, c. 12. nu. 1. in prælud. par. 1. sect. 1. 13
1 Fideiussio Iudicialis; quæ præstatur ab actore reo prima est, qua promittitur litem se contestaturum infra duos menses à die porrecti libelli. ibid. nu. 2.
Altera, qua promittitur se perseveraturum vsque ad finem litis, quæ tamen non est in vsu num. 3. & 4. ibid.
1 Fideiussio de iudicio sisti stat absque principali obligatione. p. 1. c. 1. num. 15. sect. 2 in prælud. 23
1 Fideiussio de iudicio sisti, An sit propria fideiussio. ibid. 36 fol. 4. & in prima part. sect. 1 c. 9. num. 33. in prælud. 16

1 Fideiussio de iudicio sisti, non est proprie fideiussio, quando principalis adhuc in iudicio non est uocatus, nu. 37 ibid. 24
1 Fideiussio de iudicio sisti, quid importet, ibid. nu. 38. 24
2 Fideiussio de iudicio sisti, non extenditur de uno iudicio ad alium, sect. 5. c. 2. numero 30. 258
1 Fideiussio de iudicio sisti distat à fideiussione iudicatum soluendo, d. c. 1 nu. 38. 24
2 Fideiussio de iudicio sisti nõ comprehendit iudicatum solui. sect. 5. c. 2. nu. 32. 258
2 Fideiussio de iudicio sisti non tenet, quãdo actor notorie caret actione, sectio. 8. capit. 28. 390
2 Fideiussio de iudicio sisti expirat post sententiam. sect. 4 c. 29 num. 5. fol. 212. & sect. 10. c 25. 501
Etiam si dictum sit, toties quoties, d. cap. 29. num. 6. 212
2 Fideiussio de iudicio sisti finitur mutatione Iudicis sect. 10. c. 26. 501
2 Fideiussio de iudicio sisti facta coram incompetenti iudice, non tenet, sectio. 8. cap. 29. 390
2 Fideiussio de iudicio sisti, & de repræsentando facta simpliciter, & sine scriptura, expirat elapsis simpliciter quatuor mensibus. sect. 10. c. 29. nu. 1. 503
1 Fideiussio de iudicio sisti præstatur à reo, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, c. 1. num. 1. p. 1. sect. 2. in prælud. 22
2 Fideiussio de iudicio sisti finitur multis modis sect. 10. c. 25. 26. 27. 501. 502. & d. c. 1. nu. 46 cum seqq. 25
Cetera vide in verbo fideiussor de iudicio sisti, in uerbo cautio de iudicio sisti, & in uerbo satisdatio de iudicio sisti.
1 Fideiussio de iudicatũ soluendo, quæ sit, & de eius materia vide in 1. p. in sect. 2. in prælud. sub cap. 2. per totum, & infra in uerbo satisdatio de iudicatũ soluendo. 30
1 Fideiussio de repræsentando prætoria est, fraternizat cum cautione de iudicio sisti, & à reo præstatur par. 1. sectio. 2. in prælud. cap. 3. num. 1. 37
Ideo sic dicitur, quia per eam tenetur quis reum ipsum repræsentare, & curiæ tradere, num. 2.
In criminalibus potissimum praticatur, num 3.
Recipitur ab officiali, & notario, num. 4.
Fuit adinuenta ad euitandos carceres, numero 5.
Fideiussores de se repræsentando offerens carceratus, aduersario non contradicente, Iudex potest dictos fideiussores recipere, & reũ relaxare: Concurrentib. maxime, & quod nõ adsint probationes sufficientes pro eius condẽnatione, & quod non superuenerint noua indicia. Et qui non infligatur pœna mortis, num. 6. & 7.
Reus sub fideiussionibus, semper relaxatur quãdo pro delicto non imponitur pœna sanguinis, num. 7. 38
Relaxatio à carceribus sub fideiussione de se repræsentando, habet uim sentẽtiæ absolutiuæ ab obseruatione iudicij, nu. 8. 38
Reum non repertum culpabilem si iudex sperat noua indicia præstita hac cautione absoluit, num. 9. 38
Fideiussio de repræsentãdo, ubi tractatur, recensentur loci, & sedes, nu. 10.
Fideiussor de repræsentãdo, debet esse idoneus nisi sit coniuncta persona nu. 11.
Fideiussio de repræsentãdo potest præstari diebus feriatis: secus tamen, est in recommendatione, & sequestratione, num. 12.
Fideiubens repræsentare aliquem sub pœna debiti, & damnorum ad debitum, & damnum emergens astringi potest, & non ultra. num. 13.
Fideiussor de repræsentando se obligans ad omne interesse, tenetur ad commune cõuentum, & singulare. num. 16. 38
Repræsentare reum, quando simpliciter, indistinctè & indebitè promissum est tũc fideiussor non tantum tenetur ad dam-

num emergens, & omne interesse: uerum etiam ad pœnam corporalem. num. 17.
Fideiussor suspiciens in se rei carcerati custodiam, non repræsentando, etiam corporaliter punitur. num. 18.
Fideiussor dolo repræsentare desiens, vltra damna, & interesse, etiam corporaliter plectitur, num. 19.
Imò etiam extra modum, & ordinem per iudicem mulctatur. num. 20.
Fideiussio de repræsentando multis modis terminatur. num. 21. 39
Primo lata sententia, num. 22. & 24.
Etiam in criminalibus. nu. 25.
Et etiam in fideiussione de stando iuri, & de parendo mandatis curiæ. nu. 26.
Secus in cautione de iudicatum soluendo. num. 27.
Vt pariter quando est dictum quandocumque rursus, atque iterum, & toties quoties. num. 28.
Secundo hæc cautio de repræsentando, expirat, reo effecto carcerato, num. 31. 40
Et insciο, & ignorante fideiussore. nu. 32.
Et etiam si dictum sit, toties quoties. numero 33.
Vt pariter si inde reus à carceribus aufugerit. num. 34.
Idem quando sequuta incarceratione fideiussor protestatus fuit, se de cætero nolle teneri, num. 35.
Contrarium tamen est, Quãdo est assignatus locus, vel domus pro carcere nu. 36.
Fideiussor de repræsentando, si reus post sententiam fuerit relaxatus, vel aufugerit liberatur, etiam quod dictum sit toties quoties. num. 37.
Tertio fideiussor simpliciter præstitus de repræsentando ex vnica repræsentatione liberatur. num 39.
Idem est, si fideiussio est cõcepta ad omnem iudicis voluntatem, nam licet sit perpetua nihilominus semel facta præsentatione resoluitur. num. 40.
Fallit quando promissio facta est respectu certi iudicis, & litis: quia ipsis durantibus, fideiussor non liberatur. nu. 42. 41
Fallit secundo in fideiussione de iudicio sisti, in qua quis pluries, vsque ad sententiam sistere tenetur. nu 43.
Fallit tertio, quando est promissum quandocumque repræsentare. nu. 44.
Idem quando, si dictum rursus, atque iterum, num. 45.
Vt etiam si pluries, pluribusque vicibus. num. 46.
Quid si dictũ est toties quoties. Articulus controuersus Æquior, & magis cõmunis opinio est, quod talis fideiussor per binam præsentationem liberetur. nu 47.
Cautela ad hoc, vt fideiussor remaneat perpetuo obligatus. nu. 48. 42
Quarto. Mutatione status & conditionis rei liberatur fideiussor. Puta, quia de laico clericus, vel de inquisito, & accusato fuerit effectus bannitus, vel aliàs condemnatus. num. 49.
Imò quando constat de delicto, satis sunt inquisitio, & accusatio secundum nonnullos. num. 50.
Fideiussor de repræsentando, Reo principali condemnato, eiusque bonis confiscatis liberatur, & maximè quando fuit ad pœnam capitis condemnatus: cuius interesse inæstimabile est, num. 55. 43
Cautela ad hoc ut fideiussor ad pœnam corporalem teneatur. num. 56.
Quinto, iste fideiussor adhibendo omnem diligentiam, & conatum liberatur, & maxime in extraiudicialibus, & cõuentionalibus: secus in Prætorijs, & iudicialibus, num. 57.
Secus quãdo in promissione est posita clausula ita, & taliter se facturum, & curaturum, qui faciendo suum posse non excusetur sub obligatione sui, suorumque hæredum, & bonorum. num. 58. 44
Sexto. Morte naturali præsentãdi expirat

hæc fideiuſſio. nu. 61. vbi de ratione. 44
Etiam quod iudicium eũ defuncto inchoatum fuerit. num. 62. 45
Secus tamen eſt, quando fideiuſſor eſt in dolo, & culpa in repræſentando. nu. 64.
Idem ſi obierit poſt mortem fideiuſſoris moroſi num. 65.
Vt pariter in fideiuſſore quantitatis, & de iudicio ſiſti. nu. 66.
Vt ſimiliter ſi eſſet in mora in repræſentando reo. num. 67.
Fideiuſſor de repræſentando non tenetur præſentare illum, qui ob vulnus ſibi illatum deſinebat, & exinde mortuus fuerit, ibid. num. 63. 45
Septimo fideiuſſio de ſe repræſentãdo ſimpliciter cõcepta, elapſis ſex menſibus expirat. num. 68.
De intellectu l. ſancimus. C. eod & l. ſi poſt tres. ff. ſi caut. & quod l. ſancimus non eſt in vſu. ibid. nu. 69.
Fideiuſſio quãdo eſt ſine temporis præfinitione, tunc tempus eſt arbitrarium. nu. 70.
Fideiuſſori de repræſentãdo debet tempus ad perquirendum, & certiorãdum reum aſſignari iuxta facti, & perſonarum qualitatem, & loci diſtantiam arbitrio iudicis. num 71.
Fideiuſſor quando promittit reum repræſentare toties quotics, & ad omnem iudicis voluntatem, ſemper, & quandocunque poteſt ad repræſentandum cogi. num. 72. 46
1 Octauo. Nouis inditijs non ſuperuenientibus fideiuſſor de repræſentando aſtringi non poteſt. ibi. nu. 75. vbi dicitur qualia debeant eſſe iſta inditia. 46
Nono. Nouam ad cauſam hæc cautio non extenditur. nu. 76.
Cauſa in dubio noua, & non antiqua præſumitur. nu. 77.
In tantum quod iudici dicenti contrarium non creditur niſi iurauerit. num. 78.
Niſi in fideiuſſione dicatur ex quacunque cauſa veteri, & noua nu. 79. 47
Decimo fuga rei, vel ob conſtantiam patrati delicti, vel ob noui criminis timorem ad curiam denunciati etiã quod adhuc dictus reus non ſit citatus, & condemnatus liberant fideiuſſorem de repræſentando, num. 81.
Præmiſſa in tribus caſibus ſunt indubitata. num 82.
Primo quando conſtat clarè, delictum fuiſſe commiſſum.
Secundo quando ultra denunciationem, & accuſationem etiam reus fuit citatus ad reſpondendum inquiſitioni.
Tertio quando reus fuit poſitus in banno, & condemnatus. nu. 82.
Contraria. Quod ſit neceſſaria condemnatio, eſt magis communis opinio. nu. 83.
1 Vndecimo. Rei de innocentia quando conſtat poſt fideiuſſionem, tunc fideiuſſor de repræſentando liberatur. nu. 84. 47
Duodecimo. Interpellatio, & monitio rei ante condemnationem operatur vt fideiuſſor ad pœnam aſtringi poſſit, aliàs ſecus. num. 85. 47
Etiam quod certa, & limitata dies ſit appoſita, nam adhuc requiritur interpellatio. num. 86.
Fideiuſſor repræſentans reum non interpellatus liberatur. num. 87. 48
Fideiuſſor per interpoſitam perſonam repræſentans reum non liberatur, niſi effectus ſequatur. num. 88.
Fideiuſſor prius à iudice non monitus, pœnam non incurrit. num 89.
Hæc vera in fideiuſſore iudicij: ſecus contractus. num. 90.
Et qui ex contractu quarantigiato fideiuſſerit. num. 93.
Vt etiam quod dictum ſit toties quoties. num. 94.
Contra fideiuſſorem de repræſentando ante interpellationem non dicitur orta actio. num. 92.

Fideiussor de repræsentando, morã purgare põt: modo fisci, & partis ius deterius, nõ fiat, etiam quo ad pœnam. nu. 102. 49
Et hoc modo hoc celeri festinatione faciat, & post sententiam, & interueniente iuramento. num. 103.
Et modo hoc non sit factum in iudicis contemptum. num. 104.
Fideiussor de repræsentando si non repræsentat, poterit defendere. nu. 105. 106. 50
Dum modo reus non se absentauerit fideiussoris dolo. num. 107.
Fideiussor de repræsentando reum non repræsentans, tenetur ad pœnam corporalem. num. 108.
Et maximè quando in fideiussione est expressa certa pœna corporalis. nu. 109.
Vt etiam quãdo agitur de delicto, pro quo pœna corporalis venit infligenda. nu. 110
Fideiussor, qui simpliciter reum repræsentare promiserit, si reus veniat condemnandus ad pœnam capitalem, cum ad illam non teneatur fideiussor, solum pœna arbitraria arbitrio iudicis punietur. num. 111.
Fideiussor omnino reũ repræsentare tenetur, quando alternatim promisit. nu. 112
Idem quando promisit se facturum, & curaturum. num. 113.
Idem quando renunciauit omni legum auxilio, num 114.
Idem quando de bona non sunt confiscata. num. 115.
Fideiussor de repræsentando, & de iudicio sisti differunt. nu. 116. 51
Fideiussor tenetur iuridice, & legitimè reum repræsentare, aliàs non liberatur. num. 117.
Fideiussor dicitur legitime reum repræsentare quando eum in carceribus repræsentat. num. 119. 51
Et in hac eadem littera fideiussor de iudicatum soluendo.
1 *Fideiussio de non offendendo qualis sit, & de eius materia. par. 1. sect. 2. in prælud. c. 4. per totum. 57*
Vide supra in littera C. in verbo cautio de non offendendo.
1 *Fideiussio de bene viuendo, quid importet: & de eius materia. p. 1. c. 5. sec. 2. in præl. 1. fol. 73. & vide supra in verbo cautio de bene viuendo.*
1 *Fideiussio de tuto carcere, quid sit, & de eius materia dicta part. 1. c 6. sect 2. in prælud. 74*
Vide sup. in verbo cautio de tuto carcere.
1 *Fideiussio de re non barattanda, quid sibi velit, & quæ eius explicationem respiciant. d. par. 1. c. 7. sect. 2. in prælud. fol. 75. & posuimus supra in uerbo cautio de re non barattanda.*
1 *Fideiussio de re sequestrata exhibenda, & non interuertenda explicatur. sect 2. c 8. in prælud. 76*
1 *Fideiussio de Rato, quid, & quæ ad eius tractationẽ pertinent. d p. 1. c. 9 sec. 2. in prælud. per totum. fol. 77. supra in uerbo cautio de rato.*
1 *Fideiussio debitoris in diem, uergentis ad inopiam. quid sit: & de pertinentibus ad eam dicta part. 1. c. 1 aliàs 10. sect. 3. in prælud. fol. 80. supra in uerbo debitor in diem.*
1 *Fideiussio debitoris, impetrantis moratoriam à Principem, Qualis sit, & alia ad eius intelligentiam spectantia, p. 1 sect. 3. in prælud. c 2. aliàs 11. fol. 81 & supra in uerbo. Debitor impetrans.*
1 *Fideiussio, quæ præstatur timore futuræ paupertatis, Quid sit. d. part. 1. c. 3. aliàs 12. sect. 3. in prælud. fol. 82. supra in uerbo cautio quæ timore.*
1 *Fideiussio, quæ præstatur ab eo, qui petit executionem sententiæ, à qua recursus, & supplicatio cõceditur, quid sit, & de eius materia. Vide dicta 11. part. sectio. 3. in prælud. cap. 4. aliàs 13. fol. 82. & supra in uerbo cautio quæ præstatur, & in uer-

bo executionem sententiæ per totum.
1 Fideiussio, si datur ad effectum impediendi restitutionem in integrũ calumniosè petitam de restituendo in euẽtum quod restitutio competat: operatur, vt interim executio non differatur. d.p 1. c.5. aliàs 14 fol. 83. supra in verbo fideiussor si datur, & infra in verbo restitutio in integrum.
1 Fideiussio quam præstat debitor summa ill. quidq: quid sit, & alia ad eius elucidationem ponuntur in d. part. 1, sect. 3. c.6. aliàs 15. in prælud. 84.
1 Fideiussio præstanda ab obligato ad reddenda rationem: qui liquida soluit, & de illiquidis satisdat. dict. part. 1. cap. 6. aliàs 15.
1 Fideiussio danda à debitore creditori, qui loco quantitatis, & pecuniæ ob impossibilitatem cogitur speciem recipere, quid sit, & de ea latè. par. 1. c. 7. aliàs 16. fol. 86. supra in verbo debitor quantitatis.
1 Fideiussio de restituendo alimẽta, & sumptus litis in euentum succumbentiæ, quæ præstatur à reo paupere actori diuiti. d. p. 1. sect. 3. c. 8. aliàs 17. fol. 88. supra in verbo cautio de restituendo alimenta.
1 Fideiussio de restituendis expensis, quæ præstantur à filiofam. fœmina, forensi, & in omni casu, vbi adest iusta causa timoris quid sit: & alia ad eius declarationem pertinentia c. 12. num. 5. par. 1. sect. 1. in prælud. fol. 18. supra cautio de restituendis expensis.
1 Fideiussio à principio ex duobus eandem rem vendicantibus præstita est in causa, vt eidem dicta res tradi debeat d. par. 1. c. 9. aliàs 18. fol. 89. & supra in verbo duo si vendicant.
1 Fideiussio de sequestrata re restituenda, quid sit, & de eius materia, part. 1. sectio. 3. cap. 10. aliàs 19. in prælud. fol. 89. & supra in verbo cautio de re sequestranda.
1 Fideiussio rem pupilli saluã forem, quæ sit & de eius materia. p. 1. sect. 3. c. 11. aliàs 20. in prælud. per totum. fol. 90. infrà in verbo satisdatio rem pupilli.
1 Fideiussio, quæ præstatur à creditore alijs creditoribus de restituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo æqualibus quid importet. d. p. 1. sect. 3. cap. 12. aliàs 21. in prælud. per totum. fol. 91. & supra in verbo cautio præstita à creditore.
1 Fideiussio de restituendis melioramentis, facta liquidatione, executionem sententiæ non retardat. d. p. 1. sect. 3 c. 13. aliàs 22. in prælud. fol. 92. infra in verbo melioramenta.
1 Fideiussio de damno infecto qualis, & de eius materia. part. 1. sect. 3. in prælud. c. 14. aliàs 23. 94. supra in verbo cautio de damno infecto.
1 Fideiussio de opere demoliendo, quid sit, & de eius materia. part. 1. sect. 3. c. 15. aliàs 24. in prælud. 95. supra in verbo cautio de opere demoliendo.
1 Fideiussio subsidiaria, seu in defectũ quod principalis non soluerit est conuentionalis part. 1. sect. 3. c. 16. aliàs 25. nu. 1. & 2. in prælud. 97
Dicitur, quando quis promittit soluere in defectum, quod principalis non soluerit. num. 2. & 6.
Fideiussio conditionalis nuncupatur. ibid. num. 7. 97
Non obligat, nisi conditione purificata dicto loco.
Et nisi quis sit interpellatus. num. 8.
Fideiussioni indẽnitatis æquiparatur. nu. 9. & cap. 17. aliàs 26. num. 24. 102
Committitur factis demum diligẽtijs contra principalem, ibid. num. 20. 98
Reliqua vide infra verbo fideiussor subsidiarius.
1 Fideiussio indemnitatis, est conuentionalis. part. 1. c. 17. aliàs 26. num 4 sectio. 3. in prælud. 100

Qua-

Qualiter concipiatur. ibid. nu. 6.
Est triplex, & quæ: imo additur quarta species ibi. nu 8. 100
Cætera vide infra in verbo fideiussor indemnitatis, & in verbo indemnitatem permittens.
1 fideiussio de euictione, parte euicta, an in totum committatur. par. 1. cap. 18. aliàs 27. nu. 16 sect. 3. in prælud. 107
1 fideiussio de euictione, & defensionem includit. ibi. nu. 39. 108
1 fideiussio euictionis non præstatur, nisi sit conuentum. ibi. nu. 17. 107
1 fideiussio euictionis præstatur, vbi imminet euictio in limine contractus. nu. 19.
Et quando dicatur imminere euictio in limine contractus. nu. 26.
Multa alia vide infra in verbo fideiussor euictionis, & supra in verbo cautio de euictione, & in verbo euicta res. & adde alia de quibus in 1 par. sect. 3. c. 27. in summario.
1 fideiussio vsufructuarij quid, & de eius materia. par. 1. c. 19. aliàs 28. sect. 3. in prælud. 110. per totum. Plene supra in verbo cautio, quam vsufructuarius.
1 fideiussio de dando, & restituendo quid importet: & multa ad eius explicationem attinentia dicantur. par. 1. cap. 20. aliàs 29. sec. 3. in prælud. per totum 116 sup. in littera C, in verbo cautio de dãdo.
1 fideiussio danda ab hærede vniuersali, vel particulari grauato, substitutione fideicommissi, vel legato conditionali, vel in diem, quid sit, & ad quid teneatur qui eam præstare debet. par. 1. sect. 3. cap. 21. aliàs 30. in prælud. per totum. 117. supra in verbo cautionem præstat hæres.
1 fideiussio à legatario præstanda: quando est dubium, An vltra falcidiam receperit, d. par. 1 sect. 3. c. 22. aliàs 31. in prælud. per totum. 118. supra in verbo cautio à legatario.
1 fideiussio de ad implendo modo præstanda quid sit, & quæ ad eius intelligentiam sint aduertenda, cap. 22. aliàs 32 sect. 3 part. 1. in prælud per totum. 119. supra in verbo cautio de modo implendo.
1 fideiussio Mutiana, & de eius materia habetur, in c. 24. aliàs 33. per totum in prima par. sec. 3. in prælud. 120. & supra in verbo cautio Mutiana.
1 fideiussio Iuratoria, Quid sit, & in quibus casibus procedat, & in quibus non, & multa alia de eius materia habentur in cap. 25 aliàs 34. par. 2. sect. 3. in prælud. per totum. 123. supra in verbo cautio iuratoria.
1 fideiussio vsurarij manifesti, qualis sit, & ad quid teneatur. cap. 26. aliàs 36. par. 1. sect. 3. in prælud. 131. supra in verbo cautionem præstat vsurarius.
1 fideiussio tacita quid sit, & multa pulchra ad eius explanationem scitu digna, vnà cum multis casibus in quibus exemplificatur. cap. 27. aliàs 37. par. 1. sec. 3. in prælud. 135
1 fideiussio præstatur, quando res alienata extra familiam contra prohibitionem testatoris reuocatur per omnes de familia ordine successiuo: nam tunc primus cauet de restituendo sequentibus, & si cautio omittatur non condicitur res: sed casu adueniente vendicatur parte 1. sec. 3. in prælud. c. 28. aliàs 38. 136
1 fideiussio de soluendo cui, vel quibus de iure præstatur quando est dubium, cui vel quibus de iure solutio facienda sit. par. 1. sect. 3. in prælud. cap. 29. aliàs 39. 136
1 fideiussio per accusatorem de iure communi præstatur de accusatione prosequenda vsque ad finem, & de soluendis expensis in euentum succumbentiæ, parte prima, sectio. 3. in prælud. cap. 30. aliàs 40. 137
1 fideiussio ab accusato in duobus tantum casibus datur, & post litis contestationem,

tionem, & quando aliquæ exceptiadilatoria oppoſita fuerit. par. 1. ſect. 3. cap. 31. aliàs 41. in prælud. 137

1 *fideiuſſio præſtanda eſt à muniente Ripã, par. 1. ſec. 3. in prælud. c. 32. aliàs 42.* 137

1 *fideiuſſionem arrogator impuberis dare debet, de reſtituendo ea, quæ ex bonis impuberis conſequutus fuerit, illis, ad quos res prouenturæ eſſent ſi arrogatus permanſiſſet in ſuo ſtatu. d. par. 1 ſect. 3. cap. 33. aliàs 43.* 137

1 *fideiuſſio à libertodeopere præſtandodãda eſt. d. par. 1 ſect. 3. c. 34. aliàs 44.* 138

1 *fideiuſſio à publicanis, & conductoribus præſtanda uenit, d. par. 1 ſect. 3. cap. 35. aliàs 45.* 138

1 *fideiuſſionem adminiſtratores præſtare tenentur de bene, & fideliter adminiſtrãdo, & de reddenda ratione eorum adminiſtrationis, & de ſoluendo reliquatum, dicto loco, c. 36. aliàs 46. nu. 1.* 139

Idem in procuratoribus reipublicæ. ibid. num. 2.

Idem in omnibus magiſtratibus, & iudicibus, ibid. nu. 3.

1 *fideiuſſio, quæ præſtatur à debitore de fugæ ſuſpecto, cap. 37. aliàs 47.* 139

1 *fideiuſſio, quæ præſtatur à debitore in diẽ, certam, incertam, vel ſub conditione, ibid. c. 38. aliàs 48.* 140

1 *fideiuſſio An, & quando præſtanda ſit à cedente bonis, d. par. 1. ſect. 3. cap. 39. aliàs 49.* 141

1 *fideiuſſio quando ſoluto matrimonio danda ſit à marito uxori de dote reſtituenda, ibid. c. 40. aliàs 50.* ibid.

1 *fideiuſſio præſtanda à ſocio pro ſocio d. par. 1 ſect. 3. in prælud. c. 41. aliàs 51.* 142

1 *fideiuſſionem præſtat ſocius pro ſocio finita ſocietate de ſoluendis debitis in diem, vel ſub conditione, d. par. 1. ſect 3. c. 42. aliàs 52.* ibid.

2 *fideiuſſionis ad hypothecam, & è contra licitum eſt argumẽtum, ſec. 4. c. 45.* 238

2 *fideiuſſio non eſt offerenda non petenti: ſed ſat eſt moram petenti non facere, ſect. 4. c. 46.* 238

2 *fideiuſſio in quibus caſibus præſtanda ſit iudicis religioni committitur, ſectio. 4. c. 13. fol. 198. & 44. in 2. par.* 238

2 *fideiuſſio non eſt præſtanda ab eo, qui cõditionem ſuam non deteriorauit. ſect. 4. cap. 3.* 187

2 *fideiuſſio ſi non debet præſtari, quando fuit præſtita an ex ea agi poſſit. ſectio. 4. cap. 7.* 189

2 *fideiuſſio à minore cum iuramento præſtita operatur, vt virtute dicti iuramenti reſtitutionem in integrum petere non poſſit. d. par. 1. ſect. 4. c. 11.* 194

2 *fideiuſſio vice ſolutionis eſt, & pro ſolutione habetur, ſolutionisq. ſecuritas dicitur. ſect. 4. cap. 53. nu. 2. & 3.* 244

2 *fideiuſſio omni obligationi etiam acceſſoriæ, & officio iudicis accedere poteſt. ſec. 4 cap. 35.* 220

2 *fideiuſſio naturali obligationi tantum, naturali, & ciuili ſimul iunctis, officio iudicis nobili, & mercenario accedere poteſt. d. ſect. 4. c. 36.* 221

2 *fideiuſſio in cauſis ſummarijs præſtandæ non eſt d ſect. 4. c. 6.* 189

2 *fideiuſſio in cauſis reconuentionis an præſtanda ſit. ſect. 4 c. 27.* 210

2 *fideiuſſione ſuperflua quis grauari non debet ſect. 4. c. 5.* 188

Præſtita tamen ſubſiſtenetur. num. 3.

2 *fideiuſſionem quando quis dare tenetur, intelligitur ſi opponatur, & petatur. ſectio 4. cap 8.* 190

2 *fideiuſſionem quis præſtare poſt litem conteſtatam arctari non poteſt. ſectio 4. cap. 9.* 191

1 *fideiuſſionibus in prætorijs, & iudicialibus, vt ſunt de iudicio ſiſti, & de repræſentando penè ſunt loco intereſſe. par. 1. ſect. 2 in prælud. c. 1. nu 18.* 23

2 *fideiuſſio accedens obligationi illicitæ, &*

ob eius naturam non existenti in hominum commercio, legibus improbatæ, turpi, impossibili rei, vel facti obligatione non tenet, neque promittentem obligat. par.2.sect.1.c.5.nu 15. 154
2 fideiussioni quis inconsultò, & temerè subijciendus non est. par.2.sect.2. cap.1. nu.18. 158
2 fideiussio, & promissio de fideiubendo differunt.par.2.sect.2.c.6.nu.1. 168
2 fideiussio facta ante principalem obligationem conditionalis dicitur. par.2.sect. 1.c.2.nu.3. 145
2 fideiussio potest esse ante, & post obligationem principalem, & nihilominus est proprie fideiussio, d.c.2.nu.7.& 8.
2 fideiussio conditionalis id est facti is computis, & prius constito principalem debitorem esse conditione deficiente nulla est.par.2 sec.4.nu.8.c.15. 200
2 fideiussio sub conditione non arctat conditione non adimpleta. ibid.num.10.in d. cap 15.
2 fideiussio prius factis computis, & constito principalem debitorem esse in vita debitoris adimplenda est.ibid.nu.9.
2 fideiussio in diem, vel sub conditione ipsis pendentib.si moritur fideiussor non transit ad hæredes, par 2. sectio. 4. cap. 17. nu.15 & 16. 203
2 fideiussio quoad substantiam fideiussionis fideiussore mortuo ad hæredes non transit: secus quoad effectum, ibid.nu.17.
2 fideiussio si instrumento dicatur, quod non transeat ad hæredes: tunc non transit, nu. 18.
2 fideiussio evictionis non transit ad hæredes, quod quomodo intelligatur, ibidem, nu.19.
2 fideiussio vicaria illa dicitur, quæ vicissitudinaria est.sect.8.c.12.nu.15. 377
1 fideiussor quid sit.par.1.sect. 1.c.6.nu.1. in prælud. 4
1 fideiussor & expromissor differunt, ib.n 2
1 fideiussor à sponsore differt, ibid.nu.4.
1 fideiussor intercessione, rogitu, & præcibus se obligat: sponsor verò sponte, ibid. nu.5.
1 fideiussor distat à Mandatore, Constitutore, nu 6.
1 Differentiæ multæ assignantur inter fideiussorem, mandatorem, & constitutorem, nu.8.
1 fideiussor non potest promittere purè id, quod in diem, vel sub conditione debetur, constitutor autem sic, par.1.sec.1.in prælud.c.6.nu.13. 5
1 fideiussor potest accedere, vbi sola est ciuilis obligatio, Constitutor non, d.par.1. sect.1.in prælud.cap.6 nu.14. 5
1 fideiussor dicitur, qui se pro alio obligat, qui autem vice alterius q. loco ex delegatione obligari dicitur. par.1. sectio.1. cap.6 nu.15. in prælud. 5
1 fideiussor assumitur, vt magis creditori sit consultum in sui crediti consecutione, par.1.sectio.1.in prælud. cap.7. num.1. fol.6.& sect.4.cap.2.nu.4.par.2. 187
1 fideiussor ad istum finem præstatur, vt id, quod debitor à creditore consequi non potest, à fideiussore consequatur, par.1. sect.1.in prælud.c.7.nu.3. 6
1 fideiussor in fauorem creditoris, non tantum recipitur, verum etiam in fauorem debitoris; sed creditoris principaliter, c.7.nu.5.par.1.sect.1. in prælud. 6
1 fideiussor ad istum effectum recipitur: vt si principales debitores non sint soluendo, à creditoribus possint in subsidium cõueniri. sect.1.d.c.7 nu.4. par.1.in prælud.supra.in verbo fideiussio quare adinuenta. 6
1 fideiussor dupliciter sumitur, stricte, & large, par.1 sec.1.in prælud.c.9.n.1. 12
1 fideiussor stricte, & proprie quid sit.c 9. nu.2.par.1.in prælud.sec.1. 12
1 fideiussor improprius, quis dicatur, ibid. nu.3. 12

1 *Fideiussor latè sumptus, mandatorem, & promissorem comprehendit, ibi. nu. 4.* 12
1 *fideiussor de iudicio sisti certi conditione ad obseruantiam astringi potest. c. 1. nu. 11. par. 1. sec 2 in prælud.* 22
Non potest conueniri actione prætoria, ibid. num. 12. nec contra eum est parata executio, ibid. nu 13.
1 *fideiussor de iudicio sisti tenetur ad interesse, nisi sit apposita pœna. quia tunc ad solam pœnam, ibid. num. 16.*
Imo etiam ad usuras secundum aliquos, ibid. nū. 17. 23
Faciendo suam posse, vt sistat principalem non excusatur, ibid. nu. 19. 23
Tenetur ad omne, in quo principalis fuit condemnatus, ibid. nu. 21.
Non tamen tenetur ad augumentū. quod prouenit ex mora principalis, vt etiam ex eius contumacia, ibid. nu. 24.
Minus ad incrementum resultans post contractum, num. 25.
Nec ad id, quod creuit ex inficiatione, ibid. nu. 26. 23
Non habet tria beneficia, sicut cæteri fideiussores, ibid. nu. 30. 24
Habet tamen alia duo, nu. 31.
Potest elapso termino moram purgare, vsque ad sex menses, nu. 32.
Vel legitime defendere, ibid. nu. 33.
Hodie tamen non est in vsu, nec praticatur, ibid. nu. 34.
1 *fideiussor de iudicio sisti, vbi actor fuit negligens in petendo, elapsis duobus mensibus, non tenetur amplius, ibid. nu. 34.*
2 *fideiussor de iudicio sisti, liberatur post sententiam, sec. 4. c. 29. nu. 5.* 212
Etiam si sit dictum toties, quoties, nu. 6.
1 *fideiussor de iudicio sisti, non liberatur post sententiam: si sententia fuerit lata super aliquo emergenti. c. 1. par. 1. num. 73. sec. 2. in prælud.* 27
Item nec quando obligat se vt principalis, num. 74.
Item si sententia appellationis fuit conformis, num. 75.
Item quando fideiussor appellat, secus si principalis, ibid nu. 76.
Item nec in criminalibus, nu. 77.
Item nec in causa sequestri, nu. 78.
Item neo vbi per eum fuit commissa mora in exhibendo. nu 79.
Item nec si appellatio deseratur, ibidem, nu. 80. 28
2 *Liberatur tamen per mortem principalis, sec. 4. c. 15. nu. 5.* 199
Secus in cautione de iudicatum soluendo, ibi. num. 6.
Reliqua vide supra proxime in verbo fideiussio de iudicio sisti.
Et in uerbo satisdatio de iudicio sisti.
1 *fideiussor nunquam tenetur, si laudum reducatur ad arbitrium boni viri, cap. 1. num 86. par. 1. c. 1. sec. 2. in prælud.* 28
1 *fideiussor de iudicatum soluendo non tenetur, nisi quatenus contra principalem iudicatum fuerit, par. 1. sec. 2 in prælud. c. 2. nu. 5.* 31
Etiam si feratur sententia contra principalem, cōtumacem, absentem, & in defectum, ibid. nu. 6 & num. 24. fol. 32. & c. 1. nu 42. d. par. 1. 24
Non tenetur soluere pœnam, quæ insurgit ex processu, nec id quod creuit ex contumacia, mora, & inficiatione, ibid. n. 7. 31
Non potest conueniri, nisi postquam fuerit iudicatum, ibid. nu 8.
Tenetur nomine proprio, quia procurator in eam dominus, & pro domino, ac principali habetur, nu. 13.
Repetit solum, à principali, absque nouo processu, quia Iudiciarius, nu. 14.
Secus in fideiussore conuentionali. ibid. nu. 15.
Habet beneficium excussionis. nu 17.
Liberatur lata absolutoria in prima instātia, etiā si in causa appellationis deinde sit lata sentētia cōdēnatoria, ib. n. 22 32

Quid si iudex granat, & secundus mandat causam remanere penes eum, nu.23.
Tenetur iisdem modis, quibus, & principalis, ibid.nu.24.
Cætera vide supra in verbo fideiussio de iudicatum soluendo. & supra in verbo satisdatio de Iudicatum soluendo.
1 *fideiussor subsidiarius seu in defectum, dicitur obligatus sub conditione, c.16. aliàs 25 nu.7 par.1 sect.3.in prælud.* 97
Habet beneficium excussionis, etiam quod eidem renunciauerit, nu.10.
Casus, in quibus non tenetur, nu.11.
Non tenetur, quando principalis est soluendo, nu.12.
Nec nisi probata per creditorẽ negatiua, quod principalis non soluit. ibid. nu.16.
Tenetur purificata conditione, d c.nu.7.
Item quando principalis non soluit, vel soluere non potest, nu.13.
Item post moram commissam per principalem, nu.15.
Item si sequatur mors principalis, vt ibidem, nu.15.
Non debet citari in processu, quod fit contra principalem, nu.14.
In quibus differat à simplici fideiussore, ibid.nu.21. & 22. 98
Adde alia supra in verbo hoc fideiussio subsidiaria.
1 *fideiussor indemnitatis, tenetur iudicium subire pro eo, cui indemnitatem promisit, c.17 aliàs 16.nu.3.fol.100 & 30.in prima par.sect 3.in prælud.* 102
1 *fideiussor indemnitatis, qui & relevator dicitur. Quis dicatur.d.c.26.nu.5.* 100
Non dicitur obligatus, nisi in casu, in quo damnum aliter reparari non possit. ibid. num.7.
Debet nihilominus principalem creditorẽ absque damno conseruare, ib.nu.19. 101
Non conuenitur, nisi quatenus principalis non sit soluendo, nu.20.
Nec ante principalem debitorem conueniri potest, num.22.
Censetur obligatus in defectum, & in subsidium, cap.25.nu.10 fol.97. & cap.26. nu.4. 102
Non potest renunciare beneficio excussionis, quia talis renunciatio est contra substantiam dicti fideiussoris, d.c.26.nu.25
Etiam cum iuramento, nu.27.
Nisi indemnitas sit promissa fideiussori absque ipso reo principali, nu.29.
Imo hanc ordinis exceptionem, quandocumque opponere potest, nu.28.
Tenetur statim mota lite in se iudicium suscipere.d.c.26 nu.30.
Excipiendo tamen; non agendo. ibid. nu. 31.& 46. 103
In nihilo tenetur, quando stipulator fuit in culpa.nu.32. & 33. 102
Tenetur ad expensas post moram principalis.ibid.nu.34. 103
1 *fideiussor indemnitatis, tenetur ad omnia damna, & interesse stipulatoris. ibid. nu.36.*
Item ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis, nu.37.
Item ad casum fortuitum. num.38.
Fideiussor indemnitatis non potest petere se releuari antequam soluat.ibi.nu.39.
Nisi aliter expressè sit dictum nu.40.
Item nisi talis fideiussor habeat releuatorem.d c.26 nu.41.
Item nisi damnum per illum aliàs euitari possit, ibid.nu.42.
Fideiussor indemnitatis, ad quid, & qualiter teneatur, ibi.nu.43.
In quibus differat à simplici fideiussore. num 44.
Improprie fideiussor dicitur. nu.45.
Non obligatur, quando principalis obligatio non subsistit, d.c.26.nu.48. 104
Item nec quãdo per creditorem fuit commissa culpa. nu.49.
2 *Differt ab eo qui promisit quod damnum non patieris, sect.5.c.2.nu.21.* 258

1 fideiussor indemnitatis dicitur pater, qui consentit filium suum dari in tutorem, d.c 26 nu 9. 102
Reliqua vide supra in verbo cautio de indemnitatis, & in hoc verbo fideiussio indemnitatis, & supra in verbo indemnitatem promittens.
1 fideiussor euictionis, eodem modo, quo principalis tenetur. par. 1. sect. 3. c. 18 aliàs 27. nu. 1. in pralud. 105
1 fideiussor euictionis vti venditor, actione ex empto, conuenitur, ibi. nu. 2. 106
1 fideiussor euictionis vltra precium, ad interesse etiam tenetur. ibid. nu. 3.
Habet electionem, vt possit, vel rem ipsam, vel æstimationem resti tuere. nu. 4.
1 fideiussor euictionis ad fructus præteritos tenetur, item, & ad amissos post euictionem. ibid. nu. 6.
1 fideiussor euictionis re euicta, per hypothecariam non tenetur. nu. 8
1 fideiussor euictionis non potest astringi, nisi res sit euicta per sententiam, vel saltem sit notorium, rem esse alienam, ibi. nu. 11.
1 fideiussor euictionis, parte euicta, an teneatur ad totum. ibi. nu. 16.
1 fideiussor euictionis dicitur secundus auctor, ibid. nu 41. 109
2 Reus comparens, ad fideiussoris defensionem, & ex persona sua opponēs de dilatione sibi cōcessa, eq dilatio, & reos & fideiussori est utilis. sec. 9. c. 10 nu. 12 499
1 Relaxatio à carceribus sub fideiussore de repræsentando habet uim sententia absolutiuæ ab obseruatione iudicij. part. 2. sect. 2 c. 3. nu 8 in prælud. 38
2 Relevatores, fideiussores fideiussorū sunt, par. 2. sect. 2. c. 5. num. 13. 168
1 Relevatus ab onere satisdādi, quia impossibilia possidet, quia priuilegiatus, vel saltem quia non reperit fideiussorem, debet nihilominus cum iuramento, & hypotheca omnium suorum bonorum cauere. par. 1. c. 8 nu. 21. sect. 1. in prælud. 19
2 Remedium subsidiarium, nō umquam fideiussio est, sect. 4. c. 2. nu 1. 187
2 Remedium l. 1. C. de rescind. vend competens principali, prodest etiam fideiussori. sect. 9. c. 13. nu 8. 448
2 Renuncians liti, aduersarium ius habere fatetur. par 2. c. 9. nu. 19. 165
2 Renunciatio est stricti iuris, & non ueniūt in ea, nisi expressa. sect. 6. c. 3. nu. 58. 288
2 Renunciatio est ad instar donationis, quæ non præsumitur quando alia coniectura summi potest. ibid. num. 59
2 Renūciationes in fideiussoribus indemnitatis, & in subsidium ad beneficium excussionis cum sint contra substantiam & naturam dictarum fideiussionum non attenduntur. sect. 10 c. 23. nu. 30. 493
Etiam quod sint iuratæ. num. 31.
2 Renunciatio generalis, non excludit exceptionem, quæ venit ex natura actus, sed tantum frivolam, iniustam, & incongruam, sect. 6. c. 3. num. 60. 288.
2 Renunciatio principalis, non nocet fideiussori. sect. 9. c. 40, nu. 1. 461
1 Repromissor, late, & stricte sumuntur. c. 2. nu. 1. in prælud. par. 1. sect. 1.
1 Repromissor aliter expromissor dicitur. ibid. num. 2.

1 Repromissor late sumptus, quis dicatur, & quid sit, ibid. nu. 3. 2
1 Repromissor est, qui se principalem constituit. ibid. nu. 6. 2
1 Repromissor etiam dicitur ille, qui promittit pro eo, quod ante obligatus erat. d. c. 2. nu. 7. in prælud. sect. 1. 2
Repromissor stricte acceptus qui sit, d. c. 2. nu. 5. in prælud. sect. 1 fol. 2.
1 Repromissoris vox, late sumpta, continet Mandatorem, Sponsorem, Constitutorē, & Fideiussorem, in prælud. c. 2. num. 4. par. 1 sect. 1. 2
Res fideicommissо subiecta, potest ex causa dotis, alimentorum, excarcerationis, & redemptionis captiuorum alienari, sect. 8. c. 3. nu 10.
2 Res nō integra dr quando in emptione, & vēditione nō est solutū preciū, & tradita res in locatione, soluta merces, & res locata tradita, sect. 10 c. 35. nu. 7. 513
2 Res adhuc integra dicitur quando in emptione precium non est solutum, nec res tradita. sect. 10. c. 13. nu. 4. 480
2 Res semel extincta, amplius non reuiniscit. sect. 10. c. 60. nu. 6. 529
2 Res mutata ad pristinum reduci non potest. ibid. nu. 8.
1 Rescriptum, quod executio sententiæ supremi magistratus suspendatur vsq; ad reuisionem causæ non seruatur de stylo, nec seruare tenentur iudices, c. 4. aliàs 13. par. 1. sect. 3. nu. 5. in prælud. 83
2 Res publica adæquatur minori. cap. 26. sect. 8. nu. 11. 390
2 Res publica quando se obligat, requiritur decretum iudicis, ibid. nu. 12.
2 Restitutio chirographi debiti, solutionem præsumi facit. sect. 10. c. 65. nu. 2. 531
In verbo chirographi.
1 Restitutio in integrum, non impedit executionem sententiæ, vbi fuit præsumptiue calumniosa, sed fuit executio præstita cautione de restituendo. cap. 5. aliàs 14. nu. 1. & 2. par. 1. sect. 3. in prælud. 83
2 Restitutio in integrū concessa minori, nō prodest fideiussori. sect 9. c. 19. nu. 1. 453
2 Restitutio in integrum si minori fideiussori elargiatur, licet ipsum minorem liberet, tamen non liberat eius principalem debitorem, sect. 9. c. 43. 461
2 Restitutionē in integrū pōt petere fideiussor minoris, etiam quod minor eam non petierit. sect. 9. c. 19. num. 2. & 3. 453
2 Restitutione pignoris p creditorē debitori facta, liberant. sec. 10. c. 12. n. 1. et 2 480
2 Restitutionis beneficium competit etiam hæredi minorum sect 9. c. 13. n. 14. 446
Idem vbicunq; suadet æquitas, ibi. nu. 15
Idem qñ minor suscepit in se iudiciū, nu 16
Idem quando minor fuit dolo aduersarij circumuentus, ibid. nu. 17.
1 Retentionis magnus est fauor, par. 1. sect. 3. in prælud. c. 13. aliàs 22. nu. 5. 92
2 Retorcutio retorcutionis in materia iniuriarū denegat, p. 2. sect. 2. c. 5. n. 4. 167
2 Reuerentia nō est adhibenda erga extraneū. sec. 10. in conf. ad c. 23. nu. 18. 500

S

1 Saluaguardia quæ sit, & de pertinentibus ad ea remissiuè par. 1. sect. 3. cap. 44. aliàs 54. 142
1 Saluus conductus quid sit, & de eius materia remissiue. par. 1. sect 3. ca. 44. aliàs 54. in prælud. 142
2 Saluus conductus per Principem debitori concessus eius fideiussorem non comprehendit. sect. 9. c. 39. 461
1 Satisdatio, & cautio, inter se differunt. cap. 8. nu. 1. par. 2. sect. 1 in prælud. 8
1 Satisdatio propriè est cum fideiussore promissio. ibid. nu. 2.
2 Satisdatio pro solutione habetur. sect. 4. c. 53. nu. 2. 244
2 Satisdare est impropriè fidem facere, & largo modo soluere. ibid. nu. 10.
2 Satisdare, & soluere in idem sonat creditore volente. ibi. nu. 11. 245

Idem

Idē quando subest magna causa. ibi. nu. 12.
Idem quando lex disponeret, quod sufficeret satisdare, ibid. nu. 13.
1 Satisdatio est triplex. Prima, quæ datur pro forma, & à quocunque etiam idoneo præstatur. Secunda, quæ ex expressa legis prouisione fit. Tertia, quæ ex emergentibus causis oritur, d. c. 8. nu 3. 8
1 Satisdatio habet locum in omnibus iudicijs: sed facilius in bona fidei, quam stricti iuris. ibid. nu. 4. 8
1 Satisdatio de iudicio sisti datur à reo, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cap. 1. n. 1. fol. 22. & 61 p. 1. sec. 2. in prælud. 26
Præstatur statim oblato libello. ib. n. 2. 22
Promittitur per eam, quod reus stabit in iudicio vsque ad finem litis, ibid. num. 3.
Præstatur vbicunq; adest suspicio, ne reus aufugiat. ibid. num. 4.
Astringi quis ad eam potest, & pendente quæstione, an præstari debeat, vel nō, n. 5
Habet tractum successiuum, & importat vt quis sistat vsq; ad sententiam, nu. 6.
Expirat promulgata sententia, ibid. nu. 7. 42. 25 & 58. 26
Etiam quod in sententia lata ius parti reseruatum fuerit. nu. 59.
Durat per duos menses, quando actor tardat litem prosequi. ibi. nu 8. 22
Est triplex. ibid. nu. 9.
Continet tria exhibitionem, sententiam, & defensionem, nu. 10.
Multis modis finitur, ibi. nu. 46. 25
Primo si mutantur persona, actio, vel modus agendi, nu. 47.
Secō mutatione causæ, & rei petitæ, n. 48
Tertio ex diuersitate personæ, & diuersa modo agendi, nu. 49.
Quarto quando variatur prima petitio. nu. 50.
Quinto si ex aliquo incidenti diuerso à principali petitione iudicium terminatur puta ob contumaciam, inficiationē, vel iuramentum, nu. 51.
Sexto mortuo principali, quem quis sistere promisit, nu. 52.
Dummodo moriatur naturaliter, secus à ciuiliter. nu. 53.
Septimo, quando est concepta copulatiuè de iudicio sisti, & iudicatū soluēdo, n. 54.
Octauo deserta instantia, etiam quod alia inchoetur, nu. 57.
Non extēditur de persona ad personā, aut de causa ad causā, ibi. nu 81 cum seq. 28
Nō extēditur ad causam appellationis, sicut nec ea de iudicatū soluēdo, n 62. 26
Quid si feratur sententia contra hæreditatem iacentem. nu. 56. 25
Cautela ad hoc, vt quis teneatur coram omni iudice, ibid. nu. 61. 26
1 Satisdatio de iudicio sisti, expirat lata sententia, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, nu 63. 26
Etiam si sit promissum aliquem in iudicio sistere, & parere curiæ mandatis. nu. 64.
Nec expirat lata sententia condemnatoria, secus si sit absolutoria. nu. 65.
Item nec quando aliter est dictum. nu. 66.
Idem si sit promissum sistere reum quandocunque, nu. 67.
Idem si toties quoties, nu. 68. 27
Idem si sit promissum sistere etiam post sententiam, nu. 69.
Vt etiam quando promissio est facta verbis generalibus, vniuersalibus, & multum præguantibus. nu. 70.
Vel itidem quādo est dictū ad oēm iudicis mandatum & toties quoties, ibi. nu. 71.
1 Satisdatio de iudicio sisti expirat morte naturali principalis, ibid. nu. 88. 29
Item morte ciuili, nu. 89.
Item morte fideiussoris. nu. 90.
Item si captura fuit nulliter facta. nu. 91.
Etiam quo ad pœnam, si à carceribus aufugerit. nu. 92.
Item vbi actor fuit negligens in petendo per duos menses. nu. 94.
Nisi fideiussio sit facta in scriptis, vel in pu-

publicam personam, nume. 95.
Item finitur ob status mutationem, eo quia reus efficiatur bannitus, ibid. nu. 88.
Alia adde, quæ posuimus in 1 par. sect. 2. c. 1. in prælud. à nu. 86. vsque ad nu. 92.
1 Satisdatio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo coram vno iudice, facta ad alium non extenditur, vbi est expressum proprium nomen iudicis, ibid. nu. 81. 28
2 Satisdatio de iudicio sisti coram iudice facta non extenditur ad eius subrogatum, & successorem, etiam quod primus esset incompetens. num 82.
Nisi sit ordinarius, ibi. nu. 83. 84. & 85.
Maxime si caueat sub nomine dignitatis; secus si sub nomine proprio, nu. 87.
2 Satisdatio de iudicio sisti non præstatur in causis summarijs. sect 4 c. 6. nu. 1. 189
Nec vbi lis non contestatur, ibi. nu. 3.
2 Satisdatio de iudicio sisti, præstatur etiam à diuite. sect. 7. c. 4 num. 2. 333
Reliqua vide supra in verbo fideiussor de iudicio sisti.
1 Satisdatio de iudicatum soluendo, quid sibi velit, c. 2. nu. 2. sect 2. p. 1. in prælud. 30
Non committitur nisi post sententiam, ibi. nu. 22.
Quid si sententia lata, sit in cõtumaciam, num. 26. 32
Est prætoria, & præstat à reo, c. 2. nu. 1. 30
Ideo sic appellatur: quia per eam, quis tenetur soluere iudicatum. ibid. nu. 2.
Præstatur à quocunque quod ad defensionem alterius venit. nu. 9. 31
Etiam quod sit ditissimus. nu. 10.
Potest absque principali obligatione subsistere, ibid. nu 12.
Continet tria. Rem iudicatam, defensionem, & dolum malum, num. 16.
Expirat finita prima inflãtia, ibi. n. 18. 32
Nisi verba essent multũ prægnãtia. n. 20.
Non committitur vbi iudicium est nullum, ibid. nu. 21.
In multis conuenit, & in multis discrepat à cautione de iudicio sisti. nu. 30.
Non expirat morte naturali, nec ciuili ipsius principalis, licet contrarium sit in cautione de iudicio sisti, ibid. nu. 31. 33
Non præstatur in criminalibus licet contrarium sit in satisdatione de iudicio sisti, ibid. num 32.
Præstatur à quocunq; qui vult alium defendere, etiam quod sit ditissimus, secus in cautione de iudicio sisti, num. 33.
An præstari debeat in causa reconuentionis: Hoc totum arbitrarium est. nu. 34.
Non præstatur ab eo, qui vult alterius absentiam allegare, ibid. nu. 31
Alia vide supra in verbo fideiussor de iudicatum soluendo, & in d. c. 2. in summario in 1. par. in 2. sect. in prælud.
1 Satisdatio rem pupilli saluam fore est conuentionalis, c. 11. aliàs 20. nu. 1 sect 10. 32 in prælud. 90
Præstatum à tutore ead. c. num. 2.
Item ab eo, qui pro tutore se gessit. nu. 3.
Committitur finita tutela, num. 4.
Formulæ dictæ cautionis cuius omissio tutelam vitiat. num. 5.
Fit fideiussoribus præstitis; non tamen datis pignoribus. num 6.
Non præstatur à tutore testamẽtario, n. 7.
Tutor testamentarius pro fideiussore idoneo habetur. num. 8.
2 Satisdatio præstatur etiam à diuite. sec. 7. cap. 4. nu. 2. & 4. 333
Idem in criminalibus. ibid. nu. 5.
Idem in possidente, ac dimittente tenente immobilia sine titulo, & bona fide, vt etiam si possideat rem litigiosam. ibid.
Idem in materia naufragij, ibid. nu. 6.
Idem vbi lex requirit fideiussorem, nam tunc præstari debet etiam à diuite. nu. 7.
Idem quando petitur reuocari tenuta infra annum, ibid. nu. 3.
2 Satisdatio tenet, vbi imponitur alternatiuè pœna corporis, & pecuniaria. sect. 8. cap. 48 num. 28. 407
2 Satisdatio liberat à carceribus in quauis magna

magna causa pecuniaria. ibid. nu. 29.
Tam ciuili, quam criminali, ibid. nu. 30.
2 *Satisdatio non potest peti post litem contestatam. sect. 4. c. 9. nu. 1.* 193
Nisi quando talis exceptio post litis contestationem superuenerit. ibi. nu. 2.
Dummodo huiusmodi exceptio non possit per viam agendi in alio iudicio reseruari, num. 3.
Potest etiam peti post, quando litis contestatio est nulla, ibid. num 4.
Vt etiam quando superuenit causa noua, ibid. num. 5.
Item quando fiunt vnico contextu, & in eodem actu litis contestatio, & petitio satisdationis, ibi. nu. 6
2 *Satisdatio sufficit, vbi debitum non est liquidum, sect. 4 c. 24. nu. 2.* 238
2 *Satisdare semel sufficit: si enim semel est satisdatum satisfactum dicitur. par. 2. sect. 4. c. 4. nu. 1.* 188
1 *Satisfactio dupliciter sumitur, in genere, & in specie. par. 1. sect. 1. c. 8. num. 27. in prælud.* 11
1 *Satisfacere promittens, dando pignora, vel fideiussores non liberatur, sed tenetur soluere, p. 1. sect. 1. c. 8. n 26. in præl.* 11
2 *Scientia præsumitur inter coniunctos, sect. 7. c. 2. nu. 19.* 323
2 *Scriptum pro eo non dicitur, qui venit cõtra scriptum, c. 3. sect. 6. nu 121.* 295
2 *Secunda vbi interuenit consideratio, ibi plena dicitur adesse deliberatio, sect. 8. cap. 3. nu. 58.* 356
2 *Secundus fideiussor dicitur subalternus, Vicarius succedaneus, & subrogatus, par. 2. sect 2 c. 5. nu. 16.* 168
2 *Secundorum fideiussorum datione, primi non eximuntur à fideiussione. sect. 10 ca. 32. vbi hæc conclusio multis modis declaratur, & limitatur.* 505
2 *Securitas. Quid, & qd securitatẽ promittere importet. sect. 4 c. 8. n. 5. & 6.* 204
2 *Securitas cõcessa per Principem reo principali, suffragatur etiam fideiussori. sect. 9. c. 13. nu. 3.* 445
2 *Semel viriliter gesta, durant, etiam quod deuenerint ad eum casum, à quo incipere non potuerunt, sect. 10. c. 53. nu. 2.* 526
In verbo casus superueniens.
Modo id culpa, & facto vnus ex contrahentibus non contingerit, ibi. nu. 3.
2 *Sententia est stricti iuris, par. 2. sectio 4. c. 53. nu. 6.* 244
2 *Sententia approbatoria fideiussoris, an requirat partis citationem. sect. 3. c. 4. num. 10.* 178
2 *Sententia super idoneitate lata est interlocutoria. sect. 7. c. 2. nu. 43.* 326
1 *Sententia lata contra principalem absentem, & contumacem non nocet eius fideiussori p. 1. sect. 2. c. 4. nu. 38. etiam si sit fundata in dicto vnius testis ibi. nu. 40. etiam quod sit adminiculata inditijs & coniecturis. nu. 41.* 61
2 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra fideiussorem iudicij sine nouo processu. sect. 4. c. 34 nu. 1. 216. & sect. 9. c. 15.* 450
Nisi esset inefficaciter obligatus. nu. 2. 216
Secus in fideiussore contractus, ibi. nu. 4. & num. 5. 217
2 *Sententia lata contra principalẽ non exequitur contra fideiussorem iudicij, quando fuit lata in contumaciam. ibid. nu. 3.*
2 *Sententia fideiussoris absolutoria, nõ exequitur sine nouo processu. ibid. num. 3.*
2 *Sententia lata contra principalem, facit, vt possit exequi via ordinaria contra fideiussorem, ibi. nu. 4.*
2 *Sententia lata contra principalem contractus, eius fideiussionem non afficit etiam in vim prõbationis. nu. 5.*
2 *Sententia lata contra principalem. potest exequi absq; nouo processu cõtra fideiussorem de iudicatum soluendo ibid. nu. 8.*
2 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra fideiussorẽ conuentionalẽ*

absque nouo processu fauore fisci, ibid. num 12. 218
2 *Sententia lata contra principalem, an, & quando noceat, vel prosit fideiussori, & è contra d. sect 9. c. 15. nu. 7. & 9.* 451
2 *Sententia lata pro reo an prosit ipsi fideiussori, ibid. nu. 12.*
2 *Sentētia declaratoria executionis lata inter creditorem, & debitorem probat in præiudicium fideiussoris. ibid. nu. 15.*
2 *Sententia lata contra vnum ex pluribus reis debendi potest exequi cōtra alios, etiam non citatos per partem d. sect. 4. cap. 34 nu 6.* 217
2 *Sententia lata contra principalem debitorem contractus pōt exequi contra eius fideiussorem quando fideiussio instrumēto quarantigiato vallata est. ibid. nu. 7.*
2 *Sententia lata contra principalem, potest exequi contra fideiussorem, quando fideiussor semel comparendo, & cōtradicendo in iudicio se principalem, & aduersarium constituerit. ibid. nu. 9.*
2 *Sententia lata contra principalem, licet non noceat eius fideiussori, tamen non est idem è contra. ibid. nu. 11.* 218
2 *Sententia iudicis nouat obligationem ex contractu. sect. 10. c. 31. nu. 3.* 505
2 *Sententia iudicis, nouatio necessaria inducitur. ibid. num. 3.*
2 *Sententia inter alios lata, alijs non præiudicat. sect. 4. c. 34. nu. 13. cum seqq.* 218
2 *Sententia inter alios lata, ad hoc, vt alijs præiudicet, requiritur, quod tertius litis motæ scientiā habuerit, & se nō opposuerit, & qui saltem per proclama, & edictum generale fuerit citatus. ibi. nu. 14.*
2 *Sententia in alios lata, certis alijs nō præiudicat, quo ad actionē, vel exceptionem pariendo: secus quo ad possessionē. nu. 15*
2 *Sententia concernens causam status, & conditionis personæ lata quo ad vnum, omnibus alijs præiudicat. nu. 16.*
Modo in eadem adfuerit legitimus cōtradictor, & fuerit legitimè, ac viriliter defensa. num. 17.
Sententia inter alios lata, quod alijs nōn præiudicet hæc conclusio multis modis ampliatur, & limitatur. nu. 18. 219
2 *Sententiæ definitiue prolatione, fideiussio expirat, & maxime fideiussio de iudicio sisti. sect. 10. c. 25. fol. 501. & cap. 31. num 6. 505. vide alia in verbo fideiussio de stando iuri supra.*
2 *Idem dic in laudo. num 2.* 505
Et maxime quando sūia, & laudum sunt absolutoria debitoris principalis. nu. 4.
2 *Sententia fideiussio finitur non tantum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus. d. sect. 10. c. 31. nu. 5.* 505
2 *Sententia, quādo est nulla, & postea confirmatur: vel agitur per viam restitutionis in integrum, tunc fideiussio non finitur sed durat. ibid. nu. 7.*
Idem in fideiussione de re sequestrata exhibenda, quæ etiam in causa appellationis durat. num. 8.
1 *Sententiæ supremorū magistratuum, qui Principē immediate repræsentant, mandantur executioni, non obstante supplicatione porrecta. cap. 4. aliàs 13. par. 1. sect. 3. in prælud.* 83
2 *Sermo omnis intelligitur de prima vice, part. 1. sect. 2. in prælud. c. 3. nu. 41.* 41
2 *Seruitus seruitutis non datur. par. 2. sect. 2. cap. 5. num. 1.* 167
2 *Seruus nec conueniri, nec conuenire potest. sect. 8. c. 5 num. 2.* 367
2 *Seruus non est capax obligationis ciuilis, minusque naturalis, ibid. nu. 3.*
2 *Seruus dicitur in rem domini fideiubere, quando domini meliorem cōditionem facit, vel saltem nō deteriorem, nu. 6.*
2 *Seruus, & filius, in multis adæquantur. num. 8.* 368
2 *Seruus liberam peculij administrationem habens, omne quod agit cum voluntate domini gessisse creditur. num 9.*

2 Seruus liberam peculij administrationem habens, potest rem domini vendere, & tradere. num. 11.
Potest etiam exigere. num. 12.
Potest itidem eidem iurm deferri. nu. 13.
Habet etiã nouãdæ obligationis ius. n. 14.
Similiter potest procuratorem constituere, num. 15.
Eidem etiam conceditur paciſci. nu. 16.
Vt tandem etiam delegandi facultatem habeat. num. 17.
Alia vide in verbo fideiussio seruo.
1 Sequester debet cauere de iudicio sisti, & de re non barattanda. par. 1. sect. 3. c. 10. aliàs 19. nu. 3. in prælud. 90
2 Sequestri exceptio, personalis est. sect. 9. c. 38. nu. 1. 461
Fideiussorem non iuuat, num. 2.
Et quando iudiciale est, nil immutat, nu. 3.
2 Sequestrum tollitur per satisdationem de stando iuri, & iudicatum soluẽdo, & sequestri, & capturæ fideiussio medela dicitur. sect. 4. c. 29. nu 4. & per tot. 212
2 Sanitia viri, quando metuitur, quod malè sit tractaturus reuersam vxorem: tunc index potest virum cogere ad dandam cautionem de non offendẽdo, & in euentum, quod nõ reperiat fideiussores, quod iuratoriam cautionem præstet. cap. 49. fol. 415 sect. 8 num. 55.
Modo sæuitia non sit magna, & de qua valde timendum sit, & sit cum vita, periculo, num. 56.
2 Societas mutuam fideiussionem non inducit: licet id, quod fideiussio inter socios præstet. sect. 8. c. 23. num. 3. 388
2 Socius pro socio, & cõsors pro consorte recte fideiubent. ibid. nu. 1. & per totum.
Alia vide in verbo fideiubere, socius, & consors.
2 Socij inter se fideiubere dicuntur, eodem modo quo plures magistri nauis. nu. 4.
Idem in pluribus sanguine coniunctis, qui etiãinter se fideiubere dicuntur. ibi. n. 5.
1 Socius in dissolutione societatis, tenetur cauere de soluendo æs alienum donec aduenerit dies 20. aliàs 29. nu. 4. par. 1 sectio. 3 in prælud. 117
2 Societatis officiorum in contractu si quis fideiussores præstare promisit, & nõ præstitit: mortuo eo, in cuius vita fuit fundata, quis non lucratur pecunias ad societatem datas. sect. 4. c. 55. 245
Vide supra in verbo cautio de dando.
2 Solemnitates in contractibus mulierum, quando non adhibitæ cõtractum non vitiant. sect 8. c. 56. nu. 11. & 12. 421
2 Solemnitates: in contractibus mulierum, adhibitæ defectum læsionis enormissimę non tollunt. sect. 8. c. 3. nu. 109. 362
2 Solidum soluere tenetur fideiubens cum muliere. sect 6 c. 4. nu 47. 310
Idem si maior cum minore. num. 48.
Idem si plures ad factum se obligarunt. ibid. num. 49.
2 Solutio præsumitur ex chyrographi restitutione. sect. 10. c 65. 531
2 Solutio si sit vera, vel imaginaria, puta acceptilatio, delegatio, compensatio, oblatio, obsignatio, & depositio ad effectũ consequendi beneficium repetitiones non refert. par. 2. sect. 4. c. 38. nu 14. 225
2 Solutioni adiectus quis dicat ibi n. 12. 224
2 Solutioni adiecto promittens non obligatur. sect. 8. c. 51. nu. 2. & 5. 414
2 Solutione eius, quod debetur liberatur fideiussor. sect. 10. c. 1. nu. 2. 466
2 Solutione eius quod debetur, vel alterius rei loco ipsius incontinente creditore, omnis tollitur obligatio. ibid. nu. 3.
2 Solutio principalis, liberat fideiussorem, & è contra, ibid. nu. 4.
Et si de pecunia, siue re aliena fiat. nu. 5.
Licet in contrarium seruatur de æquitate, ibid. nu. 6.
2 Solutio vni, facta ad alium non porrigitur. sect. ead d. c. 2 nu. 7. 468
2 Soluere pecuniam, & promittere soluere,

parificantur.sect.4.c.53.nu.3. 244
2 *Soluisse dicitur, quod acceptilatione liberatur. sect.10.c.2.nu.2.* 468
2 *Solutionis vim habent delegatio, Nouatio, Transfusio, & Acceptilatio, sect.4. c.26.num.3.* 210
2 *Solutio, acceptilatio nouatio, ac delegatio omnem obligationem tollunt.sect.10. c.36.nu.7.* 514
1 *Specie perempta, liberatur is, qui speciem debuit, & pro specie promisit. sect.10.10. c.15.num.3.* 484
Et maximè quando genus, & quantitas debent respectu certe speciei.nu.4.
1 *Spe duplici vti commodissimum est. p.1. sect.1.c.7.nu.2.in prælud.* 6
2 *Spei expectatio vana.sec.4 c.51.n.1.241.*
2 *Spei consideratio fragilis. nu.2.ibi.*
2 *Spes ad aliquam rem non est sufficiens ad agendum, ibid. num.3.*
2 *Spe id.qđ est, idé est, ac si res esset. n.4.6.*
2 *Spei appellatione venit res, nu 7.*
2 *Spes pro veritate habetur, num.8.*
2 *Spes potest deduci in pactum, num 9.*
2 *Spes contractibus conditionalibus transit ad hæredes, secus in legatis, num.10.*
2 *Spes ex contractu conditionali de præsenti consideratur, num.11.*
2 *Spes, quando est probabilis, & à iure considerabilis, de ea vti de re iudicatur, nume.17.18.* 242
2 *Spes probabilis iuri quæsito adæquatur, num.19.*
2 *Spes probabilis à iure actioné parit, n.20.*
2 *Spes probabilis à iure, nil interest, quod à casu, vel voluntate dependeat, nu.21.*
2 *Spes probabilis illa est. quã lex fouet, n.22*
1 *Spes, & dubius euentus, quem quis habet in re, vendi possunt, licet nihil inde sequatur, num.24.*
2 *Spes in contractu venditionis venit, nume.23. & num.10.*
2 *Spe in dubia emptio fundatur, sicut in re, num.25.*
2 *Spes certa sufficit ad hoc, vt quis ad cauendum astringi possit, num 31.*
2 *Spei in materia multa remissiue, nu.32.*
1 *Sponsor est, qui pro alijs promittit absque aliqua intercessione, rogitu, & precibus, sed sua sponte. cap.5. nu.1. par.1.sect.1. in prælud.* 43
1 *Sponsor sponte se obligat, fideiussor verò precibus.c.6.num.4.in prælud.* 5
2 *Statim dictio, facit cessare omnem dilationem, sect.4.c.8.nu.20.* 192
2 *Statutum loquens de debitore, habet locum in fideiussore.sect.2.c.3.nu.3.* 162
2 *Statutum mãdans satisdationem præstari, intelligitur parte petẽte, & opponente, sect.4.c.8.nu.4.* 190
2 *Statutum, vel quilibet dispositio præcipiens cautionem præstari, intelligitur si petatur, ibid.nu.10.* 191
Etiam quod verba sint præcisa, & etiam quod apponãtur verba ipso iure, ibi.n.11.
2 *Statutum annullans mulierum cõtractus sine solemnitatibus statutarijs factos, annullat etiam mandatum, quo mulier eius fideiussori tenetur. part.2.sectio 8. num 9.c.56.* 420
2 *Statuto stante, quod filius familias nõ obligetur sine consensu, & licentia patris, vel duorum propinquorum etiam si pro patre fideiusserit non obligatur. sectio.8. cap 2.nu.24.* 344
2 *Statutum, quod fideiussor ad pœnam corporalem, teneatur, non valet. sectio.8. cap.48. num.2.* 405
2 *Statutum mandans aliquid fieri ipso iure, intelligitur parte petente. p.2.sect.4. c.8.num.12.* 191
2 *Statutum mãdans fieri aliquid certa die, quomodo intelligatur, & an requiratur quod pars petat, ibid.nu.13.fol.191.16. & 17.* 192
2 *Statutum mandans aliquid fieri tempore actus non requiritur, quod petatur, ibid. num.14.* 192

Idem si mandat fieri statim, ibid. nu. 19.
Idem si requirit aliquid fieri in fauorem utriusque partis, num 21.
Vt etiam si requirit aliquid geminate, & iterato fieri, ibid. nu. 22.
2 *Statutum excludens omnes exceptiones, non excludit exceptionem cedendarum. sect. 6. c. 5. num. 14.* 314
Quid de exceptione diuisionis. Vide supra in verbo beneficium diuisionis.
2 *stipulatio ad essentiam fideiussionis requiritur. p. 2. sect. 3. c. 5.* 180
2 *stipulatio est actus individuus. p. 2. sect. 1. c. 3. num. 16.* 145
2 *stipulatio ex consensus defectu nulla est. sect. 8. c. 34. num 3.* 392
2 *stipulatio, & promissio, recipiunt interpretationem ab actu præcedenti. sect. 8. c. 47. num. 37.* 403
2 *stipulatio, & promissio super incerta summa facta nõ valent, sec. 8. c. 54. n. 2.* 418
2 *stipulatio, si vt stipulatio substineri non potest, potest tamen, vt pactum, cap. 65. sect. 8. num. 3.* 430
2 *suasio nimia, vim coactionis habet. sect. 7. c. 7. num. 13.* 338
2 *suasio vehemens, plus est, quam impulsio, & coactio, ibid. num. 14.*
2 *subditus pro domino recognoscente superiorem non est idoneus fideiussor. sect. 7. c. 3. num. 40.* 332
2 *subscribens se animo fideiubendi, efficaciter obligatur, part. 2. sect. 3. cap. 5. nume. 24.* 183
2 *subsidiarium remedium est aliquando fideiussio, sect. 4. c. 2.* 187
2 *succedaneus fideiussor, datur quando de primo fideiussore fidem non habemus, & quia inops, & non soluens factus fuerit. par. 2. sect. 2. c. 5. num. 17.* 168
2 *successio vim solutionis habet. sectio. 10. c. 14. num. 3. cum seqq.* 482
2 *Successione inducitur debiti confusio, & liberatur fideiussor. ibi. nu. 4. & 5.*
2 *successione, & cõfusione fideiussoris, principali debitori, resoluitur fideiussio, & tenetur vti principalis, ibi. num. 10. cum seqq & num. 17.*
Nisi in tribus casibus.
Primo qñ ius creditoris efficeret deterius.
Secundo quando esset edita hereditas cum beneficio legis, & inuentarij.
Tertio quando sumus in obligatione, quæ de sui natura non est transitoria ad hæredes, ibid. nu 28. 484
2 *Summa minor continetur in maiori, quod pluris est, id vtique tanti est. Et maxime in individuis. sect. 1. c. 3. nu. 19.* 145
Idem quando dispositio est iuratoria, ibid.
2 *summã certam debet continere fideiussio, vel ex futuro euẽtu, aut per relationẽ ad aliud certificandã sect. 8. c. 60 nu. 1.* 418
2 *summa certa ea dicitur, qui ex futuro euentu, vel per relationem ad aliud certificanda veniat, ibid. num. 2.*
Etiam quod pro forma requiratur certæ, & præcisæ summæ expressio. num. 3.
2 *summa certa, quando non est relicta, tũc in eius liquidatione recurritur ad arbitrium boni viri, & iudicis, ibid nu. 4.*
2 *superabundans cum pro non adiecto, & scripto habeatur, non uitiat, sed uitiatur. p. 2. sect. 1. c. 3. num. 21.* 149
2 *superioritas superioritatis non datur. p 2. sect 2 c. 5. nu. 8.* 167
2 *surdus, & mutus officio fideiussionis carent. sect. 8. c. 10. num. 1. cum seqq.* 374
Vbi hoc declaratur, & limitatur supra in verbo fideiussionis officio.
2 *surdus. & mutus ex eo non fideiubent: quia ad substantiam fideiussionis requiritur stipulatio quæ fit præuia interrogatione, & subsequenti responsione. Et surdus verba interrogantis non audit, mutus autem verbis respondere non potest. ibid. num. 3.*
2 *surdus, & mutus licet hæreditatẽ acquirere, tamen eam adire nequeunt. nu. 5.*

2 Surdus, & mutus procuratorem constituere possint: cum mandatū tacito consensu fiat. num.8.
2 Surdus. & mutus, si actum, quem gerunt non intelligunt, non obligantur, aliàs secus, num.9.
2 Surdus, & mutus sua sponte fideiubentes obligantur, aliàs secus si ad fideiubēdum dolosè à notario, vel alio inducti fuerint. num.14. 375
Alia vide in verbo fideiussionis officio, Mutus, Casus, Acquisitio, & Cautela.
1 Suspectus de fuga fideiussionem præstans, à carceribus liberatur. p.1.sect.3.c.37. aliàs 47.in prælud.nu.5. 139

T

2 TAcens, regulariter nō consentit, nec dissentit.sect.8.c.35.nu.14. 395
2 Tacens pro dissentiente inuito, & contradicente habetur, quando agitur de iuris nostri diminutione, ibid. nu.11. 394
2 Tacere, est medium inter consentire, & dissentire, quod quando agitur de cōmodo extremo consentire, quando verò de damno extremo, dissentire applicatur. num.15. 395
2 Taciti, & expressi, eadem est virtus. sect. 4.c.12.num.6. 196
2 Taciturnitas in alijs casibus non nocet, in quibus quis scit sibi ius suum saluum, & integrum esse, sect.8.c.35.nu.10. 394
2 Taciturnitas, pro consensu habetur, & in ijs, quæ prꝫiudicium afferre solent, quando vltra præsentiam, & taciturnitatem interuenit aliquis actus extraneus, & positiuus, ibid. num.17.
2 Taciturnitas iniuncta alicui rei inductiuæ, & demonstratiuæ consensus tunc tacens, & præsens, etiam in actu obligatorio consentire videtur. ibid.nu.18.
2 Temerarium est, super re liquida, & clare debita litigare. par.2. sect.10.4 cap.39. num.12. 228
2 Tempore, & præscriptione finitur fideiussio, sectio. 10. cap.16. 485
2 Temporis prorogatione in fideiussione simpliciter facta, fideiussores nō liberantur. sect.10 c.33.nu.15. 510
1 Tempus in dubio præsumitur perpetuum, & non momentaneum. par.1. sectio.2. c.4.num.49.in prælud. 62
1 Tempus apponi solitum habetur pro apposito, ibid.nu.54.
2 Tenutam reuocari petens intra annum, satisdare tenetur de iudicio sisti, etiam quod sit dines. sect.7.c.4.nu.3. 333
2 Termini prorogatio, nūquid fideiussorem liberat. sect.10.c.33.num.16. 510
2 Termini prorogatio, censetur facta cum omnibus qualitatibus termini prorogati, ibid.num.9. 509.
2 Termini prorogatio, non facit nouum contractum, sed longius profert, ibid.nu.12.
2 Termini prorogatio, nouationem non inducit, ibid num.13.
2 Termini appositione, & conditionis non purificatione, inutilis redditur fideiussio. sect.10.c.44.nu.1. 520
2 Termini prorogatio, an, & quādo fideiussorem liberet. sec.10.c.33.nu.16. 510
2 Termini prorogatio, an, & quādo dicatur fieri in præiudicium tertij. ibi.nu.18.& 19.
2 Termini prorogatio, fideiussorem non liberat, quoties in primo contractu est data facultas renouandi, ibid. nu.21.
Vide in verbo prorogatio.
2 Terminus prorogationis, est idem cū termino prorogato, sect.10.c.33.nu.7. 509
2 Terminus prorogari, an possint per creditorē, absq; consensu fideiussoris, ibi.n.14.
2 Testamentum, si non valet, vt testamentum, valet tamen in vim codicillorum, sect.8.c.65.num.4. 430
2 Testator, grauans hæredem, vt ab vsufructuario pauperem fideiussorem accipiat, tali iussioni, hæres parere debet. par.2.sect.7.c.2.nu.36. 325
2 Testes reprobatorij, reprobatorium, non ad-

admittuntur, p.2.sect.2 c.5.nu.5. 167
2 Testis arbiter, vel Iudex, quando possit esse fideiussor pro suo principali, vel pro cõfideiussore, vt etiam inter creditorem, & debitorem, sect.3.c.3.per totum.175
Vide supra in verbo fideiussor non potest esse testis.
1 Timoris iusta causa, an subsit, hoc totum arbitrarium. c.4. num.8.part.1.sect.2. in prælud. 58
1 Titulus cum errore iuris excusat à fructuum restitutionc. c.19.aliàs 18.nu.37. sect.3.part.1. in prælud. 114
2 Tractantur multa, quæ non concludunt, ac fiunt. sect.10.c.49.nu.3. 524
2 Tractatus, & colloquia, non est satis probare, nisi probetur conclusionibus. nu.4.
2 Tractatu durante, licitum est, deliberare, & pœnitere. par.2 sect 2.c.6.nu.7. 169
2 Tractum, seu contractum, vt plurimum sequuntur actus, effectuatio, & conclusio. ibid.nu.6.
2 Tractus, alio vocabulo spacium vocatur. ibid.nu.5. 168
2 Transactio inducit nouatione, sectio. 10. cap.4. num.8. 471
Supra in verbo nouatio.
2 Transactio facta cum principali debitore, prodest eius fideiussori, etiam condemnato, sed non è contra, sect.9.c.48. 463
2 Transactione tollitur fideiussio. sect. 10. c.37.num.1. 514
2 Transactione reo liberato, etiam eius fideiussores liberantur, ibid.num.2.
2 Transactio eadem vim, quã iramentum, & res iudicata habet, ibid. nu.3.
2 Transactio per creditorem, vni ex fideiussoribus facta, etiam alium liberat. nu.4.
1 Tregua, & pax, non infringuntur ex noua causa, c.4.nu.122.vbi num.129.declaraturque sit noua rixa. 68
2 Tristes euentus, non sunt considerandi, sect.8.c.59 nu 19. 428
2 Tutius est habere rem, quam actionem ad rem, sectio 4. cap.52.num.5. 243
1 Tutor testamentarius, non satisdat, rem pupilli saluam fore. c.11 aliàs 20. nu.7. sect 3.par.1.in prælud. 90
1 Tutor testamentarius, censetur à testatore approbatus pro idoneo, ibid.nu.8.
1 Tutor negligens exigere nomina debitorum pupilli remanet obligatus. sect.10. in consi.ad c.23.nu.4. 496

V

2 VAsallus, cum nec oblique, nec directe feudum alienare possit, ex hoc etiam poterit fideiussor esse. sect.8. cap. 20.num.2. 385
2 Vasallus, fideiussor esse potest, cum contrarium in iure cõstitutum non reperiatur. ibid. num.3.
2 Vbiquis non est soluendo nunc, non præsumitur etiam soluendo tunc, sectio.7. c.3.num.39. 332
2 Vbi imponitur pœna sanguinis, ibi cautio non recipitur. sect.4 c.52.nu.8. 243
2 Velleiani S.C. prærogatiuæ multæ, et enumerantur. sect.8.c.3.nu.139. 365
2 Velleiani S.C. exceptio non tantum mulieri, verum etiam eius fideiussori competit, sect.9 c.29. 458
2 Velleianum S.C. suffragatur imbecillitati, & non calliditati mulierum, sect.8. c.3. num.36. 355
2 Velleianum S C. mulieri obligatę, & non donanti succurrit. sect.8.c.3.nu.70 358
2 Venditio aliud est, aliud promissio de vendendo, par.2 sect.2.c.6.nu.8. 169
2 Verba sunt necessaria ad fideiussionẽ inducendam, sect.3.c.6.num.1. 184
2 Verba in dubio in fideiussione contra stipulantem interpretantur, sect.5. cap.2. num 22. 258
2 Verba, æque idoneus, quem sensum habent. sect.7.c.5.num.2. 333
1 Verba illa idonea, sufficiens, competens, & plena cautio, quam intelligentiã præseferant, cap.8.in prælud.in 3 promisso.

in 1.part.sect.10.1. num.11. 9
1 *Verba minatoria, pacem non frangunt. p.1.sect.2.c.4.nu.137. in prælud.* 69
2 *Verba promitto fideiubere, tractum habent. sect.2.c.6 num.3.* 168
2 *Verba bonoris causa iactatoria, adulatoria, & ad placentiam non obligant. sectio.10.c.49.num.7.* 524
2 *Verba in fideiussione eodem modo requiruntur, quod facta in ijs, quæ pro eorum expeditione, factum requirunt. sectio.8. c.35.num.9.* 394
1 *Verba nullo modo, naturam valde præcisam habent. sec.8.c.3.nu.111. cum seqq. supra in verbo dictio nullo modo.* 362
1 *Verbalis iniuria, stante simplici promissione de non offendendo, cautionem de non offendendo violat. part.1.sect.2 in prælud.c.4.num.114* 67
Et præsertim quando verba iniuriosa sunt grauia, & pœnam merentur ibi.nu.115.
Secus si est promissum nõ offendere in personam dicto loco, num.116.
1 *Vestimenta, quando sunt tacta, cum non dicatur offensa personam; non dicitur rupta cautio de non offendendo, par.1 sect. 2.in prælud.c 4.num.131.* 68
2 *Vi, metu, & minis gesta, nullius sunt roboris, sect.10.c.43.num.2.* 520
2 *vi, & metu probatis, nõ suffragatur clausula in instrumentis apponi solita, nõ vi, dolo, & metu, etiam concurrente iuramento. sect.8.c.62.num.6.* 419
1 *Violentia ablatiua, per quam quis eximitur de manu alterius, non frangit cautionem de non offendendo. p.1.sect.2.in prælud.c.4.num.97.* 66
1 *Vir habens beneficium anni, ad restituendam dotem hæredibus vxoris mortuæ, interim cauere debet, aliàs priuatur dicto cõmodo, & fit executio statim. c.20. aliàs 29.nu.3.p.1.sect.3.in prælud.* 117
Supra in verbo cautio de dando, & restituendo.
1 *Viri sæuitia, quãdo est magna in vxorem, tunc iudex semper cogit virum ad dandum cautionẽ de non offendendo, & maxime quando vxor nisi cum magno vitæ periculo cum viro habitare possit. par.1. sect.2.in primord.c.4.nu* 182. 72
2 *Vniuersitas non potest pro alio fideinbere, sect.8.c.26. per totam.* 389
2 *Vniuersitas in casibus, in quibus se obligat, tamen ex hoc non obligantur particulares personæ sine eorum expresso consensu. sect.8.c.26.num.10.390. in verbo persona ficta.*
2 *Vnum, quod est impossibile, est quod sit duo, & duorum officio, & vice fungatur. sect.8.c.50.num.3.* 416
2 *Vnus ad explicanda duo necessario perficienda, vno & eodem tempore non sufficit. sect.8.c.22.num.15.* 387
2 *Vnusquisque ex præcepto diuino, tenetur proximũ diligere. sect.4.c.10.nu.6.* 194
2 *Vnusquisque in re sua est moderator, & arbiter, sect.8. in princ.nu.4.* 340
Etiam abutendo. num.5. 341
Vnusquisq; fideiubere potest, quod suorum bonorum liberam administrationem habet, sect.8. in princ. num.2. 340
1 *Voluntariæ fideiussiones, alias, conuentionales, contractus, vel quasi appellantur. p.1. in prælud.sect.1.c.10.num.4.* 16
1 *Voluntarie fideiussiones illæ sunt, ad quas non nisi voluntarie astringimur, dict.1. par.in prælud.sect 1.c.10.nu.5.*
2 *Vsura est lucrum ex mutuo facere, sect.2. cap.2.num 7.* 160
1 *Vsurarius manifestus, tenetur in vita cauere de restituendis vsuris, aliàs priuatur Ecclesiastica sepultura, & actiua testamenti factione. c.26.alias 36.p.1. sect.3.in prælud.* 131
2 *Vsurarius manifestus non dicitur fideiussor idoneus, sect.7.c.3.nu.22.* 330
2 *Vsurarum exceptio non tãtum principali verũ et fideiussori datur. sec.9.c.28.458*

FINIS.

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS.

Authore

PYRRHO MAVRO ARRETINO.

SVMMARIVM.

1 *Promittentium quinque ſpecies recenſentur.*
2 *Iis adduntur. Nouatio, & delegatio.*

Promittentium quinque ſpecies: Repromiſſores: Mandatores: Conſtitutores: Sponſores: & Fideiuſſores, quibus adduntur nouatio, & delegatio.

CAP. I.

PRimo igitur ad intelligentiam huius materię prę mittendũ eſt: † Quod illi qui pro alijs promittunt: Aut ſunt Repromiſſores: aut mandatores: aut conſtitutores: aut ſpõſores: aut fideiuſſores gloſ. in rubrica. ff. de fideiuſ. quę de fideiuſſore, & mandatore loquitur. gloſ. etiam in auth. de fideiuſſ. in princ. in verbo fideiuſſorem: vbi Bart. num. 6. & 8. ſignanter Oze-

1

rius. inſt. eo. in rub. Hypp. de Marſil. in rub. ff. eo. nu. 2. cũ ſeqq. vbi etiam hoc aduertit Caſtren. Cęlar de Graſſ. deciſ. 1. aliàs 143. num. 13. d. tit. Bertazzol. de claus. clauſula 39. gloſ. 1. num. 8. † His adde, & nouationem, & delegationem. Bal. in l. cũ aliter. num. 3. C. eo. qui nouationem ponit. Idcirco de ſingulis agemus: Et primo de expromiſſore.

2

SVMMARIVM.

1 *Repromiſſor late, & ſtrictè ſumitur.*
2 *Repromiſſor aliàs expromiſſor dicitur.*
3 *Repromiſſor latè ſumptus quid ſit.*
4 *Repromiſſoris vox latè ſumpta comprehendit mandatorem conſtitutorem, ſponſorem, & fideiuſſorem.*
5 *Expromiſſor ſtrictè acceptus quid ſit.*
6 *Expromiſſor eſt ille, qui ſe principalem debitorẽ facit, et eſt cõmunis opinio.*
7 *Expromiſſor, quod imò ſit ille verè, & propriè, qui promittit pro eo, qui antea obligatus erat, tenuerũt nõnulli.*
8 *Concilia. vt num 8.*

A Re-

Repromissor latè, & strictè sumitur, & quid sit.

CAP. II.

1 IGitur † repromissor latè, & strictè
2 sumitur. † Nam repromissor, qui aliàs expromissor dicitur, latè
3 acceptus † significat omnē alij promittentem, & se obligantem; & dicitur omnis, qui pro alio intercedit:
4 Et hoc † modo mandator, sponsor, constitutor, & fideiussor repromissores dicuntur. Ozeri. inst. eo. in rub. Hypolit. d. rub. nu. 4. & in specie, qd expromissor pro fideiussore ponatur est glos. in l. stipulationum aliæ, in §. satis acceptio in verbo expromissores. ff. de verbor. obligat. † strictè ex-
5 promissor, est ille, qui pro alio non obligato promittit. l. & eleganter. §. seruus pactionis, in fin ff. de dol. l. si quis accepto. ff. de condict. causa data causa non secuuta. l. hoc iure. §. si quis seruo. ff. de donat. l. aliqñ. C. ad S. C. Vellei. notat Bald. in l. cum aliter sub nu. 3. C. eod. Ang. Rom. Imo. & Alex. in l. 5. §. satis acceptio, ff. de verb. oblig. Paris. consil. 110. nu. 14. lib. 1. Barb. consil. 87. num. 19. & 20. vol. 3. Aret. licet per alia verba, instit. de fideiuss. in princ. nu. 3. Fran. Aret. in d. l. aliquando in primo not. ff. ad S. C. Vellei. Bertaz. de claus. clausula 39. gl. 1. nu. 7. vers. expromissor qui.
6 † Et in summa ille expromissor est, qui se principalem debitorem facit. Mars. d. rubrica. eo. nu. 4. Nouissimè Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 4. nu. 41 qui multos alios congerit.
7 † Cōtrarium, quod imo etiā expromissor ille, propriè, & verè sit, q promittit pro eo, qui erat obligatus tenuerunt Ias. in l. 4. in §. ait Prætor. ff. de re iud. sub numero 3. Rebuff. in l. sponsio. ff. de verb. signific. quos refert, & sequitur Ant. Hering. in dicto suo tract. de fideiuss. c. 4. nu. 42 q respondendo fundamentis cōtrariæ partis hanc opinionem sectatur, licet alteram sententiam fateatur communem. Mouetur ad sic firmandum per tex. in l. vt res. ff. de cōtrah. empt. per §. vēditæ inst. de rerum diuis. p l. profectitia in §. sed si pater, & per l. cum datis. ff. de iure dot. quibus in locis, expromissor pro efficaciter obligato intercenit. Cæterum non recedas à prima opinione, quę vt dixi communis est, † & conciliando ista iura inter se pugnantia dicas, quod in iuribus, quæ pro opinione communi allegantur terminus expromissor propriè accipitur, & strictè: In istis autē & alijs impropriè, & largè, vt dicit glos. in d. l. stipulationum. §. satis acceptio in verbo expromissores, vbi etiam hoc notant. dd. ff. de ver. oblig.
8

SVMMARIVM.

1 *Mandator quid sit.*
2 *Exemplum mandatoris assignatur.*
3 *Mandator semper ante fideiussorem obligatur.*

Mandator quid sit.

CAP. III.

1 MAndator † est, ille cuius mandato aliqui, pecuniam credit. l. si vero §. si post creditā. ff. mād. Auth. eo. §. 1. col. 1. Ozer. in dicta rub. inst. eo. vel secundum Mars. in dicta rubrica. ff. eo. sub num. 3. Est qui alteri mandat, vel eum rogat, vt fideiubeat, & in summa ille dicitur mādator, cuius contemplatione, māda-

to,

to, ac iussu aliqd fit. Bart. in d. Auth. de fideiuss. in rub. nu. 6. & 8. Marsil. in
2 d. rub. co. nu. 3. vbi Castrens. † Exẽplum sit. Mandasti mihi, vt mutuarem Titio cẽtum, propter hoc teneris mihi ipso Titio non soluente, vt fideiussor. Castr. d. rub. co. vbi Marsil.
3 d. num. 3. † Et mandator semper ante fideiussorem obligatur, & obligationem accipit exceptis nonnullis casibus, specialib. de quibus, in l. si verò, non remunerandi in §. si post, & in §. planè ff. mandati.

SVMMARIVM.

1 *Constitutor quid sit.*
2 *Constitutor, & mandator differunt.*
3 *Constitutor fit debito iam facto mandator ante: Item constitutor. fit nudo pacto mandator solo consensu.*
4 *Constitutor, & fideiussor distant inter se: quia primus nudo pacto, secundus mediante stipulatione obligantur.*

Constitutor quid sit.

CAP IIII.

1 COnstitutor, seu constituens est, qui iam debitam pecuniã à se, vel ab alio se soluturum constituit. l. eũ qui. § quod exigimus. ff. de cõstit. pec. Io. Franc. Ozer. in dicta rubr. Instit. eo. Bald. qui de hoc cõstituto particulatem tractatũ edidit. meminit. Tiraq. in suo tract. de iure constituti possessorij in principio, q̃ dicit istud nostrum cõstitutum esse diuersum, ab illo de quo ibi per eum tractatur. Et secundum Bart. in d. auth de fideiuss. in rub. nu. 9. Constitutor est ille, qui interuenit post obligationẽ rei, ac debitoris principalis, & peo sine stipulatione, sed nudo pacto se obligationem alterius constituit se principalem debitorem. §. de constituta. inst. de act. l. fi. C. de const. pec. Ang. Arret. inst. de fideiuss. in princ. Rom.
2 cons. 114. vers. nec videt dici. n. 4. † Et ideo cõstitutor, & mãdator differũt.
3 † Quia constitutor, fit debito iam facto: Constitutum enim non inducitur nisi debitum iam insit, ac præcedat. l. 2. C. de cõstit. pecunia. d. l. eũ qui in §. quod exigimus. ff. d. tit. de const. pecun. Sed mandator fit ante obligationem. l. si vero, in §. si post creditam. ff. mand. Datur, & alia differentia, quia constitutor fit nudo pacto. d. §. de constituta. instit. de actionibus. Mandator autem (cum mandatum sit cõtractus, nominatus, qui consensu perficitur) solo consensu
4 inst. de oblig. ex cons. in prin. † Pariter constitutor à fideiussore, tum nomine, tum etiam re, & effectu discrepat. Alius enim est titulus de constituita pecunia, alius de fideiussoribus.

Vltra quod constitutum fit nudo pacto. l. 1. §. 1. ff. de const. pec. Fideiussio autem non nisi media stipulatione. l. Blãditus. C. eo. bene hæc omnia explicat Illustris. Cardin. Mant. in suo tract. de tacit. & ambig. conuenti. par. 2. lib. 16. de tacit. & ambig. fideiuss. conuẽti. 1. tit. 1 qui sint proprie fideiuss. num. 4. & 5. & Bald. in dicto suo tract. de constituto.

SVMMARIVM.

1 *Sponsor est, qui pro alijs promittit absque alia intercessione rogitum, & precibus: sed sua sponte.*

Sponsor, quid sit.

CAP. V.

1 SPonsor est, qui pro alijs promittit absque aliqua intercessione, rogitu,

gitu, ac præcibus: sed sua sponte: Et sic qui non rogatus pro alio fideiubet. l. q patitur. ff. mãd. Glos. in auth. de fideiuss. in princ. col. 1. vers. fideiussorem. Mars. in dicta rub. eo. nu. 5. Soci. iun. cons. 106. nu. 20. volum. 3. Bertaz. de clauss. clausula 39. glos. 1. nu. 5. vers. sponsor. Barbar. cons. 87. nu. 14 volum. 3. Alciat. lib. 1. parerg. ca. 2. Carroc. de excussi bon. par. 2. quæstione 22. nu. 1. Valent. Franc. tract. de fideiuss. cap. 1. num. 21. & 23. cum alijs congestis per Ant. Hering. de fideiuss. cap 3. num 32.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor quid sit.*
2 *Fideiussor, & expromissor differunt.*
3 *Expromissor pro non obligato accipitur. Fideiussor autem regulariter præuiam obligationem præsupponit.*
4 *Fideiussor à sponsore discrepat.*
5 *Sponsor sponte se obligat: Fideiussor autem rogitu, & precibus.*
6 *Fideiussor, à mandatore, & constituto re distat.*
7 *Fideiussio fit media stipulatione: Mandatum autem, & constitutum, mandato, rogitu, et nudo pacto.*
8 *Multæ differentiæ inter fideiussorẽ mãdatorem, & constitutorẽ assignãtur.*
9 *Fideiussio fit ante obligationem, & aliquando post: sed mandator ante, & constitutor post.*
10 *Fideiussio fit verbis mandatum autem consensu.*
11 *Fideiussio est stricti iuris: mandatum verò bonæ fidei.*
12 *Fideiussio obligationi iam factæ accedit: constitutum autẽ pro alia quam pro re obligata, adhiberi potest.*
13 *Fideiussor non potest promittere purè id quod in diem vel sub conditione debetur. Constitutor autem sic.*
14 *Fideiussor potest accedere, vbi sola est ciuilis obligatio constitutor non.*
15 *Fideiussio, & delegatio differunt.*
16 *Fideiussor dicitur, qui pro alio se obligat: qui autem vice, & loco alterius dicitur ex delegatione obligari.*
17 *Fideiussio in dubio potius præsumitur quam delegatio.*

Fideiussor, quid sit: & in quibus ab expromissore, sponsore, mandatore, constituore, ac delegante differat.

CAP. VI.

1 Fideiussor est, qui ad petitionẽ creditoris pro debitore promittit inst. eo. in princ. ibi dum curant, & dicemus de hoc fusius infra in 4. præmisso. sub cap. 9.

2 Et primo fideiussor differt, ab expromissore l. qui libertinus §. fin. ff. de op. lib. Ang. Arretin. consil. 33. vi-
3 detur, dicendum. nu. 16. Nam † expromissio potest fieri pro obligatione futura. §. fideiussor inst. de fideiuss. Socin. iun. consil. 69. nu. 2. cum seqq. lib. 2. & consil. 106. num. 20 & 21. li. 3. Imò expromissor, propriè pro non obligato promittit. l. aliquando. Vbi Arret. ff. ad Velleian. l. Si quis accepto. vbi Alex. ff. de condit. ob. caus. glos. in auth. de fideiuss. in princ. in verbo fideiussor. Alex. & Ang. in l. 5. in §. stipulatio. ff. de verb. oblig. fideiussio autem præuiam obligationem præsupponit, cum eidem, accessoria sit. l. fideiussor obligari, in princ. & §. fideiussor. & l. græcè. §. illud. ff. eo. §. fideiussores, inst. eo. & inf. latius de hoc dicemus in 2. part. principali.

li. tit. de fideiussoribus circa diuersa sect. 1. cap. 1.

4 Secundo differt, à sponsore; † Quia sponsor sponte absque aliqua petitione, promittit, vt supra proximè firmatum fuit: Fideiussor † autem rogitu, precibus, & ad petitionem, & instantiam debitoris pro securitate creditoris. inst. eod. in princ.

6 Tertio fideiussor differt à mandatore, & constitutore, † quia fideiussor fit mediante stipulatione. l. blanditus. C. eo. sed mandator, & constitutor, 8 mandato, rogitu, & nudo pacto, † & alias differentias inter istos ponit gl. in l. si verò non remunerandi in §. si post creditum, in verbo rectissimè. ff. mand. & diximus supra, dum egimus de mandatore, & constitutore.

9 Quarto fideiussor post obligationem regulariter, & non numquam etiam ante fit. §. fideiussor el 2. inst. eo. l. potest. ff. eo. vbi Castr. & alij Marsi in rub. eo. lib. 6. Paris. cons. 110. num. 71. vol. 1. sed mandator ante, & constitutor post Bald. cons. 118. lib. 1. 10 vol. 5. † Amplius fideiussor fit vt-11 bis. Mandator consensu. † Item fideiussor actione stricti iuris tenetur. Mandator bonæ fidei. Marsi. d. rubr. eo. num 6.

11 Quinto fideiussor tantum adhibetur super re obligata, cum fideiussoria obligatio sit accessoria ad principalem obligationem l. grec. §. si quis sit. chum, & l. si ita. ff. eo. & diximus supra proxime in prima differentia in fin. sed constitutor pro alia re, quam pro re obligata adhiberi potest. l. 1. §. an potest. ff de constit. pec.

13 Sexto † fideiussor non potest promittere purè id quod in die, vel sub conditione debetur. § item si ille. inst. eo. d. l. græc. § idem exceptio. ff. eod. sed constitutor, potest debitum, sub conditione se statim soluturum promittere. l. sed, & si citeriore, & l. id quod. ff. de const. pec.

14 Septimo † Fideiussor potest accedere, vbi sola, est ciuilis obligatio inst. eo. in principio, sed constitutor non. l. 3 ff de constit. pec.

15 Octauo † Se obligans pro alio dicitur fideiussor: sed qui se loco, & vice alterius obligat, & est ipsius debitor pro quo se obligat, dicitur, ex delegatione obligari, & inducitur nouatio, & extinguitur prima obligatio. Alex. cons. 80 visis it. num. 2. versic. nec potest. lib. 6. & est totus tit. ff. 16 de solut. & delegat. Et † in hoc differunt fideiussio, & delegatio. † Et scias quod in dubio, quando aliud non apparet potius præsumitur fideiussio, quam delegatio. Alex. cons 159. num. 3 lib. 2. Puta si dictum sit promitto tibi pro tali.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor assumitur vt magis sit consultum creditori in sui debiti consequutione.*

2 *Commodissimum est duplici spe vti.*

3 *Fideiussor ad istum finem præstatur, vt id, quod creditor à debitore consequi non potest, à fideiussore consequatur.*

4 *Fideiussores ad istum effectum recipiuntur, vt si principales debitores non sint soluendo, à creditoribus possint in subsidium conueniri.*

5 *Fideiussores non tantum in fauorem creditorum, verum etiam debitorum recipiuntur: sed in fauorem creditoris principaliter debitoris verò in consequentiam.*

6 *Fideiussio fuit adinuenta, vt hominum*

commercia tueantur, & conseruentur.

7 *Fideiussionis officium non solum honestatis, & necessitatis, uerum etiam humanitatis dilectionis, & caritatis plenum est, & ad conseruanda rerum commercia utilissimum.*

Fideiussio quare adinuenta fuerit.

CAP. VII.

1 SEcundo etiam pro intelligentia adnotandum est. † Quod fideiussor assumitur, vt magis sit cautum creditori in sui crediti consequutione. §. fin. inst. de replicati. l. 1. §. sed autem. ff. de act. & oblig. inst. eo. in princ. vbi Port. num. 2. Nicas. num. 3. Qui vult fideiussionem fuisse adinuentã, vt scilicet diligentius creditoribus cautũ sit, Fideiussio enim nihil aliud est, quam solutionis securitas. l. 1. ff. qui satisd. cogantur. Expedit enim creditori plures habere obligatos. l. 3. in §. fi. in fin. ff. de lib. causa.

Ad hoc, vt creditor pecuniam, quã mutuo dedit in tuto semper habeat. d. l. 1. § sed autem. ff de act. inst. eo. in princ. § fin. inst. de replicat. Valent. Franc. tract. de fideiuss. cap. 1. num. 1.

2 † Et commodissimum est duplici spe uti. l 3. § 1. ff. de lib. leg. & ponit hæc benè Aret. in d. § fi. nu 4. inst. de replicat. Vbi vult, † quod fideiussores ad istum finem præstentur, vt id, quod creditor à debitore consequi non potest, à fideiussore consequatur, & allegatur tex. in l. Titius ff. ad Trebellian. in fin. † Fideiussores enim ad istum effectum recipiuntur, & obligantur, vt si principales debitores nõ sint soluendo, à creditoribus possint in subsidium conueniri. Illustrissimus Mant. de tacit. & ambig. fideiuss. conuent. par. 2. lib. 16. tit. 1 qui sint prop. fideiuss. in princ. & melius tit. 2. qua ratione fideiuss. accipiantur d. lib. 16. quo in loco, vult hoc esse ex eo, vt magis sit cautum creditoribus, qui à fideiussoribus consequi possunt, quod sibi debetur, si debitores lapsi fuerint facultatibus: benè hæc omnia explicat Anton. Hering. tract. de fideiuss. cap 16. per totum. Et ad-

5 uertatur, quod † licet fauore creditoris, vt sibi sit magis cautum fideiussores accipiantur, inst. eo. in princ. fideiussor enim timido creditori animum addit. Hering. d. loco. num. 12. Tamen etiam in fauorem debitoris præstitus fideiussor censetur, cui aliàs forte non fuisset creditum. Socin. cons. 23. nu. 25. & 26 in quarto. Bart. Bertaz. de claus. casuh. 39. glos. 1. nu. 17. Roncag. in l. 1. nos nu. 17. de duobus reis. Alex consil. 106. col. 1. lib. 1. qui dicunt, quod immo fideiussio in fauorem principalis debitoris fuit adinuenta, & in consequentiam, in fauorem creditoris, vt de credito suo securus reddatur.

6 Cæterum alia vera, viuida, & præcipua causa est, quare fideiussiones fuerint adinuentæ: quia aliàs, si fideiussiones, non fuissent introductæ ab homine commercia, & negociationes desererentur, vel saltem in graue, & notabile damnum eorumdem hoc redundaret. Æquitati enim, & bonitati condecens, ab initio visum non fuit, vt is contractus, è medio tolleretur, sine quo commercia hominum vix sustineri possent. arg. l. quod si minor. in §. 1. ff. de min. l. cum plures, in §. 1 ff adm. tut. Ant. Hering. de fideiuss. c. 1. num. 17.

7 † Et ideo fideiussionis officium non solum honestatis, & necessitatis, verum

verùm etiam humanitatis, dilectionis, & charitatis plenum est, & ad conseruanda rerum commercia vtilissimum. secundum Valent. Franc. de fideiuss. in præludijs. nu. 11.

SVMMARIVM.

1 Satisdatio, & cautio inter se differunt.
2 Satisdatio propriè est promissio, cum fideiussore.
3 Satisdatio est triplex. Prima, quæ pro forma vsusfructus præstatur, quæ à quocunq; etiam summè idoneo præstatur. Secunda, quæ ex expressa, & speciali legis ordinatione fit. Tertia, quæ ex emergentibus causis, & varijs rerum figuris oritur, & extraordinaria dicitur.
4 Satisdatio ista extraordinaria habet locum in omnibus iudicijs, sed facilius in bonæ fidei, quam stricti iuris.
5 Cautio, est promissio sine fideiussoribus.
6 Quando de rebus immobilibus agimus cautio simplex sufficit.
7 Cautio, quando est præstanda ad dictamen sapientis: tunc sine pignore, & fideiussore dari potest: & max. nè si non est dictum, quod præstetur idonea, & sufficiens.
8 Obligatus ad promittendum: non dicitur obligatus ad satisdandum.
9 Cautionis terminus prolatus à lege, statuto, Testatore contrahente, ac Principe intelligitur de nuda, & simplici cautione.
10 Cautionis nomen solam promissionem continet absque fideiussore, vel pignore.
11 Cautionis voci: quando sunt adiecta verba, idonea, sufficiens, plena, competens, & similia: tunc importat promissionem cum fideiussoribus, & pignoribus.
12 Modo exprimatur in materia, in qua non sit necessaria cautio cum fideiussoribus.
13 Cautio prætoria, & iudicialis est cum fideiussoribus, & pignoribus.
14 Cautionem, quando lex causa cognita præstari mandat, tunc intelligitur cum fideiussoribus, vel pignoribus, quod præstanda sit.
15 Caueri de indemnitate, quando à lege ordinatur: tunc cautio cum fideiussoribus, vel pignoribus esse debet.
16 Cautio, quando debet præstari à persona suspecta: tum semper est præstanda cum fideiussoribus, vel pignoribus.
17 Cautio, quando fauore dotis præstanda est: tunc semper cum fideiussoribus, vel pignoribus datur.
18 Cautionis verbum: quando est adiectum in materia: de cuius natura est, quod veniat fideiussor: tunc fideiussorem, & pignus comprehendit. & num. 12.
19 Cautio vt legatorum, & fideicommissorum nomine caueatur semper cum fideiussoribus præstatur.
20 Cautio nuda, & simplex quando requiritur tunc est necesse, quod interueniat promissio cum obligatione, & hypotheca omnium bonorum.
21 Releuatus ab onere satisdandi, cò quia mobilia possideat, vel quia priuilegiatus, vel quia non reperit fideiussorem, debet saltem facta obligatione per ipsum met cum iuramento, & hypotheca omnium suorum bonorum cauere.
22 Cautio requisita à lege cum pignore, vel fideiussoribus non comprehendit illum, qui est euidenter idoneus.
23 Cautio cum fideiussoribus dicitur maior illa, quæ cum pignoribus.
24 Cautionis mediocris appellatione ve-

nit obligatio, & hypotheca omnium bonorum.

25 *Cautionis competentis nomine, secundum nonnullos venit cautio fideiussoria, seu pignoratitia, secundum verò cæteros hoc totum arbitrarium est.*

26 *Promittens satisfacere dando pignora, vel fideiussores non liberatur.*

27 *Satisfactio dupliciter sumitur in genere, & in specie.*

PRIMORDIALIA.

Satisdationem, & cautionem differre.

CAP. VIII.

1 TErtio, & vlterius præmittendũ est: † satisdationem, & cautionem inter se multum distare.

2 † Satisdatio enim, est promissio, cum fideiussore; Nam satisdare propriè est promissionem cum fideiussore facere. l. sancimus. C. de verb. sign. l. 1. ff. qui satisd. cog. glos. in §. sed hodie, in verbo nulla institut. de satisd. Iaf. in l. stipulationum in §. satis acceptio. nu. 1. ff. de verb. oblig. qui dicit, quod satisdatio est ex parte dantis, & debitoris, & satis acceptio, ex parte creditoris, & accipientis.

3 Et aduertatur, † quod satisdatio est triplex. Alia enim præstatur pro forma vsusfructus, & ista est præstanda à quocunque etiam summè idoneo, vt infra latius dicemus, de cautione vsusfructuarij. Quædam verò fit ex expresso, & speciali ordinatione legis, & idem etiam seruatur in ista. Altera verò est extraordinaria, quæ ex emergentibus causis, & vt ita dicam ex varijs rerum figuris oritur.

4 † Et ista habet locum, in omnibus iudicijs, sed facilius in bonæ fidei, quã strictiuris: Nec debitor in damnum creditoris dissipet, vel dilapidet. Et tunc attenta qualitate personarum, idem concludendum est: & maximè quando restitutio est facienda post tempus incertum, ex dispositione contrahentium. ita Bald. cons. 175. num. 2. & 3. vol. 3.

5 † Cautio verò est promissio sine fideiussoribus. Nam cautionis nomine venit tantum nuda promissio absque fideiussore, & pignore. d. l. sancimus. C. de verb. signif. vbi Bart. Bald. Aug. Fulg. Cast. & Iason, qui communem

6 dicunt. † Et quando agimus de rebus immobilibus cautio simplex, & nuda sufficit. Ceph. consil. 669. num. 5. vol. 5. Viu. decis. 137. nu. 1. vbi hoc limitat tribus modis, videlicet: quando persona suspecta foret. Secundo in causa dotis. Tertio, quando dispositio requirit, sufficientem, & idoneam cautionem.

7 † Quò fit, vt quando cautio de consilio sapientis præstanda est: tunc sine pignore, & fideiussore dari potest, & præsertim si non est dictum, quod præstetur idonea, & sufficiens. Iaf. in d. l. sancimus. nu. 4.

8 † Hinc etiam est, quod simpliciter obligatus, ad promittendum, non censetur ad satisdandum. Bald. in l. si dictum. ff. de euict. in antiqua lectura.

9 † Et an terminus, cautio, seu securitas prolatus à lege, statuto, testatore, contrahente, ac Principe, intelligatur de nuda, ac simplici cautione: an verò de cautione, cum fideiussoribus videatur Iaf. in d. l. sancimus, & in l. diuortio. §. interdum, num. 9. vbi Cast. nu. 3. & 4. ff. solut. matr. Oldrad. pulchrè cons. 68. qui dicit nomine

mine cautionis solam promissionem contineri: Et conferunt ad præmissa. glos.3.in c.de benedicto. 32.q.1.Bar. Bal.& alij in d.l.sancimus. Becc.consil.1.num.16. vbi plures congerit, & dicit communem subdens hoc totum arbitrarium esse. Felyn.in cap.ad nostram. num.5. de iureiur. Alex. cons. 35.num.11. lib.4. Plene Vini. d.decis. 137. Caballin. milleloq. 304. & 703. qui firmant hæc non procedere, quando isti verbo cautionis essent adiecta verba idonea sufficiens,competens, plena, & similia: quia tunc important promissionem, cum fideiussorib. vel pignoribus, vt dictũ est.

10 † Conclusio igitur venit ex præmissis firmanda. Quod cautionis vox simpliciter prolata intelligatur absq; fideiussore, vel pignore d.l. sancimus. C.de verborum signific.cum alijs suprà relatis.

Limitatur iñ ista conclusio mul-
11 tis modis.† Et primo,quando(vt dictum est) sunt addicta verba, idonea, sufficiens,competens, & plena,idem est, quando promittens dixit, quod vult sufficienter, rectè, plenè, & idonèe creditorem securũ reddere, nam & tali casu intelligitur de cautione fideiussoria, vel pignoratitia. Felyn. in d.cap. ad nostram, vbi etiam glos. & habetur per glos. in c.qua fronte de appellat. Abb. in c.ex publico de conuers.coniug. Card. Cor. in suis mem. in verb.cautio idonea, qui dicit,quod tali casu verbum cautionis, intelligitur cum fideiussoribus, vel pignoribus. Vini.d.decis.137.num.5.& 6.in prima par. Surd.decis.320. numẽ.8. Sum.Angel.in verbo cautio. Alexan. in l.1. num.5. ff. qui satisd.cogan.& consil.35.num.11. in quarto. qui hoc
12 sublimitat, † quando exprimitur in materia, in qua nõ est necessaria cautio, cum fideiussoribus: nam ratione subiectæ materiæ intelligitur sine. & adde Becc. d. cons.1. num.4. Rip. in rub.ff.de dam.infect.num.10. Alciat. in l.satisdationis, nume.2 ff.de verb. sign. Guid. Pap.decis.249.nu.1. Perr. de Rauen.sing.202. Corlett.sing.42. Bertaz. de claus. clausula 42. glos.8. num.2.Gail.lib.1.obseruat.26.nu.6. Clar. §.testamentum. quæst.26.Menoch. de arbitr. iud. lib.2.cent.1.cas. 142.Rebuff.de execut.senten.attic.1. glo.16.num.14. & 16. Diaz. teg.73. cautio idonea, qui ponit regulà cum ampliationibus, & limitationibus. Horat. Carp.ad stat. Mediol.cap.44. numero 46.Anton.Hering. qui alios cumulat.in suo tract.de Fideiuss.cap. 5.num.92.

13 Lim. secundo, † in cautione, prætoria quę aliàs iudiciaria dicitur:nam in ea intelligitur hæc vox de cautione sufficienti, ideſt pignoratitia, vel fideiussoria: non autẽ iuratoria,ac simplici.l.prætoriæ,la seconda.ff.de Prętorijs stipul. Felyn. in d.capit. ad nostram.num.6.

14 Lim. tertio, † quando lex mandata cauericausa cognita, quia tunc intelligitur cũ fideiussoribus, vel pignoribus.l.in omnibus.ff.de iud. Felyn in d.c.ad nostram. num.6. vers.item dicas de iure iurand.

15 Limit. † quarto, quando lex mandat de indemnitate cauerinam etiam tali casu cautio debet esse cum Fideiussoribus, vel pignoribus. Vinc. de Franc.decis.200.num.27.

16 Lim.quinto,† qñ persona ad cauẽdum adiecta esset suspecta: nã etiam isto casu, cautio debet esse cũ fideiussorib. vel pignoribus,aliàs esset decisio.Felyn.in d.c.ad nostrã,nu.6.vers.

idem

idem vbi persona astricta. Com. in d. l. iubemus. C. de verb. sign. Vinc. de Franc. d. decis. 200. num. 23. Viui. decis. 137. nu. 3. par. 1. & facit tex. in l. si Fideiussor, in §. fin. ff. qui satisd. cog.

17 Limit. sexto, fauore dotis: † nã verbum cautio fauore dotis intelligitur cum Fideiussoribus, vel pignotibus. l. si constante. in §. quoties. ff. de iure dot. Bal. nouel. de dot. priuileg. 12. in 6. part. Ant. Hering. tract. de Fideiuss. c. 18. num. 30. Viui. dicta decis. 137. num. 4. in 1. par.

18 Lim. septimo, † quando verbum cautio est adiectum in materia de cuius natura est, quod veniat Fideiussor. Iaso. in l. 1. vbi Albertig. num. 7. ff. qui satisd. cog. Neuiz. consil. 92. nu. 38. Ant. Hering. de fideiuss. c. 5. nu. 91. & diximus supra.

19 Lim. octauo † in cautione, seu satisdatione, quæ legatorum, seu fideicõmissorum nomine præstatur. Ferret. in l. 1. nu. 67. ff. de leg. 1. Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. cap. 18. nu. 29. qui volunt, eam debere esse, cum fideiussoribus.

20 Et quando † requiritur nuda, & simplex cautio? An satis sit promissio cum hypotheca, & obligatione bonorum. Videantur Bart. in l. 1. ff. qui satisd. coganturcirca finem vbi videtur tenere quod sic Felyn. in d. cap. ad nostram, num. 9. de iure iur. qui concludit etiam pro affirmatiua licet teneat cõtrariam opinionem veriorem, & istam in casu particulari procedere nempè quando dispositioni generali derogat specialis docet. Castr. in l. sciendum. nume. 9. ff. de Procur. qui

21 dicit, quod releuatus, † ab onere satisdandi debet saltem, cum iuramento, & hypotheca omnium bonorum cauere, etiam quod non teneatur, eo quia immobilia possideat: vel quia priuilegiatus, vel saltem, quia nõ reperit fideiussorem. Vinc. de Franc. decis. 200. num. 24. in fin.

22 Insuper scias. † Quod cautio à lege requisita, cũ pignore, vel fideiussoribus, nõ comprehendit illum, qui est euidenter idoneus: vt quia diuissimus sit: sed sufficit ipsius nuda promissio cum generali hypotheca bonorum Catelan. Cort. in suis mem. in verbo cautio, cum fideiussore Rot. diuers. in impress. decis. 281. num. 40. in 2. par. vbi plura congerit, & dicit, hãc communem opinionem esse, & diximus in fraim 2. par. de fideiussore non idoneo cap. 4. sectione 7. & sectione 14. cap. 20.

Amplius adnotandum est aliud in proposito. Quod licet regulariter cauti æquè idonea illa intelligatur, quæ est cũ fideiussoribus, vel pignoribus.

23 Tamen † illa, quæ est cum fideiussoribus, dicitur maior illa, quæ est cum pignoribus secundum Luc. de Pen. in l. quoties. C. de dignit. lib. 12. Viui. d. decis. 137. num. 2. par. 1. & latius, hæc deduximus infra in 2. part. sect. 4 cap. 19. sect. 7. cap. 6. num. 3. & sectione 10. capit. 11. quibus in locis firmauimus contrarium ex regula plus cautionis. ff. de reg. iur.

24 Sed † quid si in dispositione dicatur quod præstetur cautio mediocris? Dicas in tali dispositione venire obligationem, & hypothecam omnium bonorum. tex. est in l. filio in fin. ff. vt leg. nom. caut.

25 Iterum, † quid si dicatur, detur cõpetens cautio? Secundum non nullos, intelligitur, de fideiussoria, & pignoratitia, vt supra firmatum fuit, secundum verò non nullos alios, hoc remittitur Iudicis arbitrio, gl. in l. si de-

debitori. ff. de iud. Sum. Ang. in verbo cautio.

26 Et aduerte, † quod promittens satisfacere, non adimplet, dans fideiussores, vel pignora sed debet soluere. Bar. in l. 1. in princ. ff. qui satisd. cog.

27 Amplius nota. † Quod satisfactio potest accipi, vt genus, & tunc importat omne id, per quod impletur desiderium nostrum. Aut in specie, & tunc perfectam, & completam absolutionē significat. Bart. in l. 1. in prin. ff. qui satisd. cog. Ruin. cons. 157. nu. 1. in 5. Nat. cons. 496. num. 20. & 21. volum. 3. diximus in nostro tract. de solut. cap. 2. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio dupliciter sumitur stricte, & largè.*

2 *Fideiussor strictè, & propriè quid sit.*

3 *Fideiussor improprius quis dicatur.*

4 *Fideiussor latè sumptus etiam mandatorem, & expromissorem comprehendit.*

5 *Fideiussionis impropriæ multæ sunt species, & enumerantur 13.*

6 *Prima, quæ verificatur in contractibus innominatis.*

7 *Altera, quæ sine principalis mandato fit: in eoque cadit, qui separatim à se ipso se obligat.*

8 *Tertia in illo est, qui vt principalis, & animo nouandi promittit: Quod dupliciter contingere posse ostenditur.*

9 *Quarta habet locum in eo, qui in plus, quam principalis se obligat.*

10 *Quinta illa est, quæ in rem propriam suscipitur.*

11 *Sexta in eo procedit, qui in subsidium soluere promittit.*

12 *Septima. In pluribus fideiussoribus se eodem tempore, vt principales obligantibus*

13 *Octaua. In laudante: nominante: approbante, & confirmante aliquem pro idoneo fideiussore.*

14 *Nona In promittente, quod habés rem ad vsum recognoscet emptorem rei vsualis: aliàs ipse soluet pro eo.*

15 *Decima. In promittente fideiubere.*

16 *Undecima. In promittente id, quod Titius debet: & illud se obligans soluere.*

17 *Duodecima est in tacita fideiussione: quæ est, quando lex præsupponit, & fingit promissionem, obligationem, & stipulationem, vbi non est.*

18 *Exempla fideiussionis tacitæ sunt: in hærede tutoris: in patre: in patientia fideiussoris in iudicio absque vocis expressione: in duobus reis debendi: & in domino.*

19 *Patientia simplex absque vocis expressione in iudicio vim stipulationis habet.*

20 *Eademque facit, vt quis vti fideiussor obligetur.*

21 *Stipulatio in casibus, in quibus sine interrogatione: & responsione inducitur: in ijsdem etiam inducitur fideiussio.*

22 *Duo rei promittendi respectu creditoris censentur inter se fideiubere: si hoc inter eos actum est.*

23 *Idē si color obligationis quæsitus fuerit.*

24 *Dominus quasi fideiussor serui dicitur.*

25 *Dominus tenetur de facto famuli: & maximè si domino sciente famulus malefitium commiserit, vel in officio deliquerit, in quo erat præpositus.*

26 *Domino imputatur, qui non elegit sibi honestam familiam.*

27 *Idē in præposito ad nec̄tigal, et Nauta.*

28 *Idem in Potestate, Rectore, & Officiali.*

29 *Idem in Episcopo, qui ex delicto sui Vicarij tenetur.*

30 *Dominus, Præpositus, Nauta, Potestas,*

stas, Rector, Officialis, Episcopus, & similes in quatuor casibus tenentur. Primo quando res ad eos deuenerit immediatè, Secundo quando sciuerunt, & non vetarunt. Tertio quando de mandato eorum hæc facta fuerunt. Quarto quando lege, & statutosic cauetur.

31 *Intellige tamen, ut ciuiliter dumtaxat teneantur: secùs si criminaliter.*

32 *Decimatertia est fideiussio de iudicio sisti: nam & ipsa impropria fideiussio est: Cum pro eo præstari possit, qui nullo modo obligatus sit.*

Fideiussio strictè, & largè sumitur & de multiplici huius termini fideiussionis: significatione.

CAP. IX.

ITem & quarto sciẽdum est: Quod † vox ista fideiussio dupliciter in 1
iure sumitur largè, & strictè. Ita Valent. Franc. tract. de fideiuss. cap. 1. nu. 2. & infra Bertazz. post alios, quos allegat, in suo tract. de clauſ. clausula. 39. gloſ. 1. num. 2.

Strictè, ac propriè ille † fideiussor, 2
est, qui alienæ obligationi accedit, & alienis debitis intercedit, & qui accessoriè obligatur ad maiorem cautelam creditoris, in gratiam debitoris, & eius causa, & respectu fideiubendo, se obligat. l. 1. l. Fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. eod. §. exceptiones, vbi gloſ. in verbo fideiussoribus inſt. de replicat. Inſt. eo. in princ. vbi Arret. nu. 1. verè enim ille fideiussor appellatur, qui alienam obligationẽ, in suam suscipit fidem principali debitore adhuc remanẽte obligato. inſt. eo. in princ. Hoſtien. in sua ſumma de fideiuſſ. Mariſ. dicta tub. de fideiuſſ. num. 2. Bal. conſil. 47. num. 2. & conſilio 162. num. 3. par. 3. Pariſ. conſil. 110. num. 70. volum. 1. Rimin. Sen. conſil. 342. num. 1. vol. 2. Ceph. conſ. 218. num. 20. volum. 2. Sum. Ang. in verbo fideiussor in princ. Mantic. de tacit. & ambig. part. 2. lib. 16. tit. 1. num. 1. Bertaz. de clauſ. clauſ. 39. glo. 1. num. 2. verſ. propriè verò, & strictè. Roncag. in l. reos. num 14. 16. & 17. de duobus reis. Caballus conſil. 161. num. 58. Valent. Franc. in ſua tract. de fid. cap. 1. num. 4. qui illum strictè fideiussorem esse definit, qui pro debitore ſuo nomine per stipulationẽ, citra tamẽ, nouationem, se se obligat. Ant. Hering. tract. de fid. cap. 3. num. 8. vbi nouam diffinitionem assignat eam laſſimè, comprobando, vsque ad nu. 27. & cũ ista magis pompam, & apparatum afferant, quam vtilitatem ideo, non inſiſto.

Largè verò, & impropriè † fideiussor ille, est, qui obligatur pro ne- 3
gocio, quod ad alium spectat, & non ad se. l. 1. C. ad Velleian. gloſ. in l. in personam, in §. primo, ff. de pactis. Bart. in l. reos. in §. 1. ff. eodem, & in authent. hoc ita. num. 68. C. de duobus reis. Deci. conſil. 7. num. 1. & 6. Nam fideiussor lato ſumpto vocabulo omnis dicitur, qui se pro negocio ad alium ſpectante obligat. Bald. dicto conſil. 47. num. 2. & 160. nu. 3. par. 3. & conſil. 101. Nobiles, in tertia col. vol. 3. Alexand. conſ. 59. circa princ. volum. 2. num. 3. lib. 1. Rimin. ſen. dicto conſil. 342. num. 1. vol. 2. Deci. qui hunc improprium fideiuſſorem appellat. dicto conſil. 7. num. 1. Ceph. dicto conſil. 218. num. 20. vol. 2. Ror. diuerſ. in impreſſ. deciſ. 153. numero 5. in 2. part. Bart. in l. centum capuę num. 7. verſic. ſed ſi acciperes. ff. de eo, qui cert. loc. vbi vult † fideiuſſo-

4

iussorem largè sumptum, etiam mãdatorem comprehẽdere benè Manr. d.tract.de tac.& ambig.par.2.lib.16. tit.1.num.1.Imo sub hac fideiussionis voce, lato sumpto vocabulo accepta, etiam contineri mandatorem, & expromissorem ponit Bertazz. d. tract. d.clausula 39. glos.1. nume.2. versic.si generaliter accipiatur. Huius† autem improprię fideiussionis, multæ, ac variè sparsim, à Doctoribus, species designantur: casus, & exempla circumferuntur.

6 Prima† quarum illa enumeratur, quæ contractus innominatus nuncupatur. Exemplum sit. Quando ego fideiubeo pro te, & tu versa vice fideiubes pro me. Rom.cons.114. visis. & in hac fideiussionis specie, non cadit mandatum, & ideo quis non potest vigore ipsius agere, nisi prius soluerit. Bald. in l.si pro ea.nu. 12. C. mandati. & hoc respectu impropriè fideiussio denominatur.

7 Secunda est† impropria fideiussio, quæ fit simpliciter, & sine alterius, & principalis mandato: cuius exemplum assignatur in eo, qui disiuntim à principali, à se ipso se obligat, sponte, & non precibus principalis; & pro hac si quis facit rem vtilem suo principali datur actio negociorum gestorum, aliàs secus. Cast. cons.188. præsenti fideiussores. nu. 2. lib. 1. Est benè verum quod si dominus rata habuerit gesta per ipsum fideiussorem: Quod tali casu dicto fideiussori, actio mandati competit. Bald.in d.l.si pro ea. in fi. C. mand.

8 † Tertia, etiam impropria fideiussio datur. Eaque dupliciter fit.

Primo ab eo, q se obligat, vt principalis, & animo nouãdi, in qua nulla præuia discussione fideiussor, vt principalis conueniri potest. Alex. cons.29. clarissimè. nu.34. in fi. cum seqq. vers. principaliter. libro 7. qui dicit communem.

Altera verò fit ab illo, qui se obligat, vt principalis, tamẽ sine verbis, animo nouandi: Et ista si fiat in eodem cõtractu sunt duo rei debendi, & nõ requiritur excussio. Aut in diuerso, & si dictum est animo nouãdi cussio, non est necessaria aliàs secus. Alex.d.cõs.29. n.36.vers. Quinimo. Et aduertatur, quod si quis animo nouandi promiserit pro alio se soluturum; quod iste talis propriè fideiussor dici nõ potest, quia alterius obligationi, non accedit. Prior enim obligatio extinguitur & in aliã trãsfertur. l.1. ff.de nouat.§.præterea instit. quib.mod.solu.oblig.glo.in l.personam. in verbo quasi fideiussor. ff.de pactis. Alex.cons.32.num.10.lib.4. Vnde Fideiussor iste sub statuto de fideiussoribus loquente nõ comprehendetur, cum non sit propriè fideiussor. Et verba in statutis propriè accipienda sint. Dec.cons.7. num.6. cum alijs per Surd.decis.308.nu.11.

9 † Quarta Fideiussio, quæ & ipsa impropria dicitur. Exemplificatur in eo, qui in plus, quam principalis se obligat. Nam inquantum excedit summam principalis debitoris impropriè fideiussor dici potest: quia in illo excessu alterius obligationi non accedit. Tñ, quia maiori summè accedit, videtur quòd quodammodo, largo modo, & sic impropriè fideiussor dici possit. Bart.in l.si quis pro eo num.15. ff.eo. & dicemus infra in 2 par. principalis tit. de fideiuss. circa diuersa. sect.1.cap.3.

Quin-

10 † Quinto. Etiam de hac impropria fideiussione potest exemplũ dari in fideiussore in rem suam. Puta si quis pro suo Procuratore, vel defensore spoponderit: nam cum iste talis alterius obligationi non accedat improprius fideiussor dicitur l. de die, in §. 1. ff. qui satisd. cog. l. sed si fideiussor cum gloss. ff. de pact. Bal. in l. si defunctus. ad fi. princ. ff de Procur.

11 Sexto † pariter, impropria fideiussio verificatur in illo, qui in subsidium soluere promisit. Exemplum datur in eo qui promisit. Si Titius debitor esse desierit: nam cum promittat pro eo, qui non est obligatus, vel saltẽ conditionaliter, iste talis potius expromissor, quã fideiussor dici potest. l. eleganter. §. seruus pactionis, & ibi Bald. ff. de dol. cum alijs congestis per Card. Mãt. in suo tract. de tacit. & ambig. conuent. part. 2. lib. 16. tit. 1. num. 12. nam fideiussor, qui se obligat in defectum, quòd principalis nõ soluetit, cum sit conditionalis, & datus in defectum, impropriè fideiussor dicitur. Barr. in l. fideiussor obligari in §. cum fideiussor. ff. eo. Arret. noster in l. si ego, la 2. num. 2. quæ est l. fin. ff. si cert. per. diximus infra de caut. subsidiaris, aliàs in defectum dicta.

12 Septimo † plures fideiussores obligantes se eodem tempore, tanquam principales debitores: principaliter, & in solidum videtur plures rei debendi, & ideo largè fideiussores appellari possunt; nam quicquid contractum teneat glos. in aurli. de fideiuss. in princ. Ruin. in consil 140. nu. 8. vol. 1. ita firmant Nat. consil. 261. nu 3. vol. 1. Ror. Ian. Mercat. decis. 65. nu. 1. & decis. 66. etiam quod tota pecunia peruenisset ad vnum. Roman. cons. 114. num. 3. & 4. signanter Mant. d. tract. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 16. tit. 5.

13 Octauo. † Impropriè fideiussionis per Doctores etiam exempla assignantur in laudante, affirmante, nominante, & approbante aliquem pro idoneo fideiussore; nam, & isti, vti fideiussores tenentur, & tamen improprij fideiussores sunt. l. cum ostẽdimus §. fideiussores vbi Bal. & Cast. ff. de fideiuss. tut. hoc idem est in persuadente aliquid alicui, vt credat alteri; nam & iste vti fideiussor tenetur, & maximè quando est idoneus, vel si non est idoneus, & eũ non idoneum persuadens sciat. Nam primo casu tenetur actione mandati, secundo actione de dolo. l. si remunerandi. §. si tibi. ff. mandati, & diximus infra in 2. part. tit. de fideiuss. circa diuersa sect. 3. cap. 4.

14 Nono. † Ille, qui promittit, quod habẽs rem ad vsum recognoscet emptorem rei vsualis, aliàs ipse soluet pro eo. licet non sit propriè, & verè fideiussor, nec possit vti iure eius, qui est vsuarius, pro quo promisit, tamen largo modo, & impropriè fideiussor dicitur Ang. cons. 54. videtur dicẽdum. per totũ, qui hinc inde facit motiua, & hanc partẽ sequitur, quia promissio est facta sine mandato, & pro absente.

15 Decimo †, promittens fideiubere ad fideiussionem præstandam astringi non potest: nec vti fideiussor tenetur. Quia aliud est fideiussio, aliud promissio de fideiubẽdo. Grammat. vot. 66. nu. 26. th, quia iste fideiussor licet ex tali promissione nõ teneatur. Nihilominus tenetur ad interesse, & illud

illud præstando liberatur. Ideo quo-
dámodo fideiussor appellatur. Man-
tic. d. tract. d. part. 2. lib. 16. tit. 13.

16 Vndecimo.† Promittens id, quod Titius debet, & illud se obligans solu-
ere, tenetur vt fideiussor, etiã quod
non dixerit, se vti fideiussorem te-
neri velle Ruin. cons. 99. nu. 1. vol. 1.
Manti. d. tract. d. part. 2. lib. 16. c. 10.
nu. 3. in fin. qui dicit, quod promit-
tens, iubente, & rogante Titio, eius
nomine soluere, quod vti fideiussor
obligatur. Secus verò est, si quis pro-
miserit nomine Titij simpliciter
soluere: quia tunc tanquam fideius-
sor astrictus non intelligitur, nisi
largo modo, & impropriè.

17 Duodecimo. † Est impropria fi-
deiussio, Quæ tacita, & à lege subin-
tellecta, & introducta dicitur. Et est
illa, in qua lex præsupponit, & fingit
promissionem, & obligationem; etiã
quod non intercedant, promissio,
stipulatio, & obligatio: & hoc respe-
ctu impropria fideiussio dicitur. Nã
alij sunt verè fideiussores, qui ver-
bis per verã stipulationem obligan-
tur. Alij ficti, qui sine vera stipula-
tione intercedunt, qui non propriè
sunt fideiussores: sed vicem fideius-
sorum substinent.

18 Exempla de hac tacita † fideius-
sione multa per Doctores circumfe-
runtur.

Primum est in hærede tutoris,
quem lex pro tutore obligatum es-
se disponit.

Secundum datur in patre qui di-
citur quasi fideiussor filij in omni
eius peculio.

19 Tertium † exemplum assignatur.
In simplici patientia fideiussoris in
iudicio, absque expressione vocis,
quæ cum vim stipulationis habeat,
facit, quem vti fideiussorem teneri.

20 † Qui enim in iudicio tamquam fi-
deiussor in actibus se patitur scribi
vicem fideiussoris substinet, & pro
fideiussore habetur. l. cum ostendi-
mus in §. fin. ff. de fideiussoribus tu-
torum. † Et huic exemplo adiunge

21 omnes alios casus, per quos induci-
tur stipulatio absque præcedenti in-
terrogatione, & subsequenti respon-
sione in quibus, à lege fingitur stipu
latio de quibus per Bart. in l. 1. nu. 2.
vbi Ias. nu. 5. ff. de verb. obl. & dice-
mus infra in 2. part. tit. de fideiuss.
circa diuers. sect. 3. c. 5. & sect 8. c. 17.

22 Quartum † exemplum sit in duo-
bus reis promittendi, qui respectu
creditoris sibi inuicem fideiubere
intelliguntur, si hoc inter eos actum
sit. l. reos in princ. ff. de duobus reis.

23 Vel si color obligationis, † quæsitus
fuit. l. Iulianus, in §. 1. ff. ad Macedo.
Bart. in d. l. reos, nu. 1. versic. si ergo
quæris, & in auth. hoc. nu 68. C. de
duob reis debend. Nam & isti ficti
fideiussores appellantur. Bald. in l. si
diuisa, in fin. C. locat. diximus infra
in 2. part. sect. 4 c. 41. vbi plenè.

24 Quintum exemplum † datur in
domino, qui dicitur quasi fideiussor
serui. Bart. in auth. eo. nu. 7 de fideiuss. & in l. 5. in § satis acceptatio. nu.
1. vbi Ias. nu. 2 ff. de verb. obl. & not.

25 in l. mortuo. ff. eo. † Et hoc respectu,
tenetur Dominus de facto famuli, &
maximè si famulus, Domino scien-
te, commisit maleficium, & deliquit
in officio, seu ministerio in quo fuit

26 præpositus: Imputandum est † enim
Domino, qui non elegit honestã fa-
miliam l. vlt. §. familia. ff. de pœn. & ve-
ct. l. vnica. ff. de fur. aduers. naut.

caup.

caup. Capel. Tolos. decis. 196. vbi pul
27 cra, & longa additio. † Idem est in
proposito ad vectigal. qui, & ipse te-
netur ex facto familiæ quam sibi
adiunxit. Capel. Tolos. d. decis. 196.
cum nor. ibidem in d. add. quæ sub-
dit hoc idem esse in Nauta, qui &
ipse ex facto suæ familiæ tenetur:
28 Pariter, † hoc idem etiam determi-
natur in Potestate, & Rectore, qui
de facto suorum Officialium tenen-
tur. Bart. in l. si post. C. de accusatio-
29 nibus. † Hoc idem etiam statuitur
in Episcopo, qui & ipse ex delicto
per suum Vicarium commisso tene-
tur. Et præsertim si statim, ac scit
quanto citius illud non purgauerit.
Rot. in nou. decis. 282. aliàs 263. de
iur. par. quæ est in ordine 6.

30 † Scias tamen, quod tenentur præ-
missi in tribus casibus tantum. Nẽ-
pe quatenus res ad eos peruenerit
immediatè, & non aliàs: Secundo,
quando Dominus scit, & non prohi-
bet; nam tali casu approbare, & rati-
ficare videtur. Tertio si famulus fa-
cit de mandato Domini. Adde, &
quartum, quando statuto cauetur fa-
mulum teneri pro debito Domini.

31 Et aduertatur, † quod solum te-
nentur ciuiliter, & non criminaliter,
& sic dumtaxat ad emendam dam-
ni, & interesse, non autem ad pœnã.
l. ne quid ff. de incẽd. ruina, & naufr.
vbi Bart. hoc exemplificat in præfe-
cto ad custodiam territorij, qui te-
netur ex ruberia ibidem facta ciuili-
ter tantum, & sic ad damnum, & nõ
ad pœnam, quæ per delictum à lege
imponitur. Et nota quotidie enim
hæc contingunt. Et circa hanc spe-
ciem vide, quæ posuimus in 2. par.
sect. 3. c. 4. & sect. 4. c. 41.

32 Decimatertia † impropria fide-
iussio etiam illa dicitur, quæ de iudi-
cio sisti nuncupatur, & ratio est, quia
pro ea potest intercedere ille, qui nul
latenus obligatus existit. l. 1. ff. qui
satisd. cog. Bald. in l. fin. in §. si in fi-
deiussore. num. 1. in fin. ff. de eo per
quem fact. erit. & agemus de hoc in-
fra in hac prima par. dum tractabi-
mus de cautione de iudicio sisti.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussionum præcipua diuisio ea est:*
quod aliæ sunt necessariæ, aliæ vo-
luntariæ.
2 *Necessariæ aliàs Prætoriæ, aliàs iudi-*
ciales dicuntur.
3 *Necessariæ sunt ad quas quis à lege a-*
stringitur, licet causa sit voluntaria.
4 *Voluntariæ, aliàs conuentionis, ac con-*
tractus, vel quasi appellantur.
5 *Voluntariæ illæ sunt, ad quos non nisi*
voluntate astringimur.

Fideiussionum aliæ iudiciatiæ, aliæ
conuentionales.

CAPVT X.

VLterius, & quinto præsciendum est. Quod principalis, & quæ totam hanc fideiussionum materiã respicit, & sub qua omnis hæc tractatio recluditur fideiussionũ di-
1 uisio assignatur videlicet: † quod fi-
deiussionum, aliæ sunt necessariæ,
2 aliæ voluntariæ. † Necessariæ, quæ
aliàs prætoriæ, aliàs iudiciales dicũ-
3 tur, sunt illæ ad † quas quis à lege
astringitur, licet causa sit, voluntа-
4 ria: † voluntariæ, quæ etiam conuen-
tionales, idest contractus, vel quasi,
5 ac ciuiles appellantur: † sunt illæ ad
quas quis non astringitur, nisi volũ-

tate.

tate. l. si fideiussor. in §. necessaria, vbi glos. & l. de die in §. tutor. vbi Bar. & Paul. de Cast. ff. qui satisda. cog. Item Castr. in l. interdum. nn. 1. & 2. ff. rem rat. hab. Osasch. decis. Pedem. 70. sub num. 1. vt de nouatione, & sequestro dicitur, quorum aliud est voluntariũ, aliud necessarium, vt per Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 4. num. 8. 9. & 10.

De Fideiussoribus, Iudiciarijs. Et quod Fideiussionum Iudiciariarum aliæ præstantur ab Actore, aliæ à Reo.

CAP. XI.

Dictum fuit supra proximè illam potissimã in hac fideiussionum materia diuisionem, à scribentibus assignari, Quod fideiussionum aliæ sunt necessariæ, quæ aliàs iudiciales appellantur, aliæ verò volũtariæ, quæ aliàs extraiudiciales, aliàs conuentionales contractus, vel quasi nuncupantur. Vt notarunt Valent. Franc. in suo tract. de Fideiuss. cap. 1. num. 35. cum seq. & Ant. Hering. d. tract. cap. 1. nu. 11. Prosequendo modo hanc diuisionem, & incipiendo à necessarijs, & iudicialibus; iterum sciẽdum est, quod fideiussionum iudicialiũ, duæ à Doctoribus species referũtur. Aliæ enim sunt, quæ præstantur ab actore. Aliæ verò à reo, seu eorum Procuratore Cast. in rub. C. de satisd.

EPITOME.

1 *Fideiussiones iudiciales, quæ præstantur ab actore reo, sunt in duplici discrimine.*

2 *Aliæ præstantur ab actore reo, & per Tract. de Fideiussoribus.*

eas promittitur, quod litem contestabit infra duos menses à die porrecti libelli.

3 *Reliquæ quod dictus actor perseuerabit in causa vsque ad finem litis, & si conuictus fuerit permittet reo rẽ possidere, vnà cum expensis, vel decimam partem litis nomine expensarum reo dabit.*

4 *Hæc cautio hodie non est in vsu.*

5 *Cautio de reficiendis expensis, regulariter præstatur à filiofamilias, à femina, à forensi, & in omni casu, in quo viget iusta causa timoris.*

6 *An subsit iusta causa timoris hoc est arbitrarium.*

De Fideiussionibus Iudiciarijs, quæ præstantur ab actore reo, & quod in duplici differentia versantur.

CAP. XII.

INsuper, & sexto præmittendum iuxta pollicita tenendo ordinem
1 supra firmatum, † Quod fideiussionum iudiciariarum, quę ab actore reo præstantur, duæ sunt species.

2 Prima est illa, † per quam actor, seu eius Procurator promittit, quod litem contestabitur infra duos menses, à die porrecti libelli numerandos, & de qua est tex. in Auth. libellum. C. de lit. contest. glos. in §. sed hodie, in verbo nulla. inst. de satisd. Cast. in rub. de satisd. num. 1.

3 Altera est, quæ præstatur ab actore, seu eius Procuratore, qua promittit, quod persistet, & perseuerabit in causa vsque ad finem, & si conuictus fuerit se iniustè litem mouisse, vna cum expensis, etiam quod immobilia possideat, rem ipsi reo possidere permittet, vel decimam partem litis,

nomine expensarum dabit reo, eiusdem etiam iura sunt elata text. in authen. generaliter. C de episc. & cleric. glos. in d. §. sed hodie, in verbo nulla. §. ad excludendas. in auth. de litig. Cyn. in d. auth. hoc generaliter. quæst. 5. vbi Bald. quæst 5. Abb. in cap. quoniam, in verbo in alijs, vt lite nó contest. Capell. Tolos. decis. 138. vbi Addenies.

4 Huiusmodi † cautio hodie non est in vsu, nisi in casu, quod quis esset alterius fori. Speeul. de satisd. §. 1. Cast. dicta rub. C. de satisd. num. 1. Viui. decis. 11. num. 19.

5 † Vnum tamen tene menti in præsenti casu. Quod cautio de reficiendis, expensis in iudicio solet præstari ab infrascriptis, hique ad illam dandam astringi possunt.

Primo enim filiusfamil. agens, in iudicio, tenetur præstare hanc cautionem de reficiendis impensis, in euentum succumbentiæ. Castr. cons. 408. qui iudex vol. 1.

Secundo, fœmina, quæ (eum incarcerari nequeat) ad hanc fideiussionem præstandam astringi potest, nam vbi subest causa timoris, quod sententia, in expensis elusoria reddatur: tunc iudex potest ad satisdandum cogere. Castr. d. cons. 308.

Tertio: hoc idem est in forensibus, non suppositis, nec habentibus bona in loco iudicij; nam, & ipsi cauere tenentur de expensis reficiendis, siue agant, siue conueniantur.

6 † Et hoc est regulare in omnibus cautionibus, in quibus viget iusta causa timoris, quæ an sit causa iusta, hoc totum iudicis arbitrio remittitur. Castr. d. cons. 408. in fin.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS PRIMÆ PARTIS PRINCIPALIS.

Secundæ Sectionis Præludia.

DE FIDEIVSSIONIBVS PRÆTORIIS: & iudiciarijs.

DE FIDEIVSSIONIBVS iudiciarijs, quæ à reo præstantur actori.

EGimus supra, de fideiussionibus iudiciarijs, quæ præstatur ab actore reo, quarum duas species enumerauimus. Reliquum modò est, vt recenseamus fideiussiones iudiciarias, quæ præstatur à reo actori, quæ multæ sunt, & quas sparsim à Doctoribus positas in vnum recolligemus: & quæ licet apud doctores videri possint: ne tamen lector longa fatigetur inquisitione eas distinctè infra annotabimus.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de iudicio sisti datur à reo tam in ciuilibus quàm in criminalibus.*
2 *Præstaturque statim oblato libello.*
3 *Promittitur per eam, quod reus stabit in iudicio à principio vsque ad finem litis.*
4 *Daturque vbi adest suspicione reus aufugiat.*
5 *Astringi quis potest ad eam præstandam, etiam pendente quæstione an præstari debeat nec ne.*
6 *Habet tractum successiuum, & importat vt quis sistat in iudicio vsque ad sententiam.*
7 *Expirat promulgata sententia.*
8 *Durat per duos menses, quando per actorem litis prosequutio procrastinatur.*
9 *Est triplex.*
10 *Continet tria exhibitionem, sententiam & defensionem.*
11 *Fideiussor de iudicio sisti ad obseruantiam fideiussionis per eum præstitæ certi conditione astringitur.*
12 *Non tamen potest conueniri actione Prætoria.*
13 *Minusque contra eum parata executio militat.*
14 *Filius potest pro patre fideiubere de iudicio sisti: & hoc est speciale in hac cautione.*
15 *Fideiussio de iudicio sisti potest esse absque principali obligatione.*
16 *Fideiussor de iudicio sisti tenetur ad interesse, nisi pœna sit stipulata: quia tunc ad solam pœnam.*
17 *Imò (secundum aliquos) ad vtrumque*

que videlicet ad interesse, & pœnam.

18 In prætorijs fideiussionibus pœna ponitur loco ad interesse.

19 Fideiussor de iudicio sisti promittens se facturum, quod principalis sisteret, aliàs de suo: faciendo suum posse, vt sistat principalem non tamen excusatur: nam nihilominus contra eum fit exeeutio.

20 Facti alieni promissionem non valere procedit in conuentionalibus, non in Prætorijs stipulationibus.

21 Fideiussor de iudicio sisti potest excusari pro iudicato.

22 Fideiussor prædictus tenetur ad omne, in quo principalis fuit condemnatus: in tantum quòd exeeutio facta contra principalem eidem, & non vocato præiudicat.

23 Et tenetur ad omnem principalis condemnationem, nisi eius promissio fuerit limitata.

24 Non tamen tenetur ad augmentum quòd prouenit ex contumacia, & mora principalis.

25 Minusque ad incrementum, quòd resultat post contractum.

26 Nec etiam ad id quòd creuit per inficiationem.

27 Vt pariter non potest plus promittere, quàm principalis teneatur.

28 Vt etiam non tenetur ad augumentum interesse proueniens incidenter propter culpam debitoris.

29 Potest nihilominus promittere pœnã, quam principalis non promisit.

30 Fideiussor de iudicio sisti non habet tria beneficia, vt cæteri fideiussores.

31 Habet nihilominus duo beneficia.

32 Potest elapso termino quo sistere promisit moram purgare vsque ad sex menses.

33 Vt etiã legitimè, & idoneè defendere.

34 Hodie tamen talis dilatio sex mensium non est in vsu, nec praticatur.

35 Fideiussor de iudicio sisti vbi actor fuit negligens in petendo elapsis duobus mensibus non tenetur amplius.

36 Fideiussio de iudicio sisti num sit propriè fideiussio.

37 Fideiussio ista, quando principalis non est adhuc in iudicio vocatus, non est propriè fideiussio.

38 Fideiussio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo inter se distant.

39 Fideiussio de iudicio sisti quid importet.

40 Fideiussio de iudicatum soluendo quid sibi velit.

41 Cautio præfata non committitur nisi post sententiam.

42 Committiturque etiam quod sit lata in absentem, contumacem, & indefensum.

43 Fideiusso de iudicio sisti datur in stantiæ, & ideo lata sententia expirat: de iudicatum soluendo non sic.

44 Fideiussio de iudicio sisti morte rei principalis expirat: de iudicatum soluendo autem ad hæredes transit, nisi disiunctim concepta sit.

45 Mortuo principali ad fideiussionem de nouo præstando de iudicio sisti eius hæres tenetur.

46 Cautio de iudicio sisti multis modis finitur.

47 Primo, si mutatur persona, actio, vel modus agendi.

48 Secundo, mutatione causæ, & rei petitæ.

49 Tertio, diuersitate personæ, & diuerso modo agendi.

50 Quarto, si mutatur prima petitio, & alia instituatur.

51 Quinto, ex si aliquo incidenti diuerso à principali petitione iudicium terminetur: puta si ob contumaciam, inficiationem, vel iuramentum.

52 Sexto,

52 *Sexto, mortuo eo, quem sistere quis promisit.*

53 *Dummodo naturaliter moriatur, secus si ciuiliter.*

54 *Vt si fideiussio esset copulatiuè concepta, & de iudicio sisti, & de iudicatum soluendo.*

55 *Vt etiam quando sententia esset lata contra principalem debitorem.*

56 *Sed quid si feratur sententia contra hæreditatem iacentem.*

57 *Septimo, perempta instantia, etiam quod de nouo aliud iudicium incohetur.*

58 *Octauo, lata prima sententia expirat: & ad secundam non porrigitur, ad quam se non obligauit.*

9 *Et quod in prima sententia ius parti reseruetur.*

60 *Et etiam quod prima sententia retractata fuerit.*

61 *Cautela, quod fideiussor de iudicio sisti teneatur coram omni iudice.*

62 *Fideiussiones de iudicio sisti, & iudicatum soluendo non extenduntur ad causam appellationis.*

63 *Fideiussio de iudicio sisti expirat lata sententia tam in ciuilibus, quam in criminalibus.*

64 *Etiam quod sit promissum aliquem in iudicio sistere, & parere mandatis curiæ.*

65 *Fideiussio de iudicio sisti sententia absolutoria lata expirat: secus si sit condemnatoria.*

66 *Non expirat etiam, quando alter est dictum, & conuentum.*

67 *Vt pariter, quando est dictum quandoque.*

68 *Vt etiam quando est dictum toties, quoties.*

69 *Idem quando est stipulatum sistere reum etiam post sententiam.*

70 *Vt etiam quando promissio est facta verbis generalibus, vniuersalibus, & multum prægnantibus.*

71 *Vt similiter, quando in cautione est dictum ad omne iudicis mandatum, & toties quoties.*

72 *Cautela pro iudice ad hoc, vt non teneatur in sindicatu relaxando cum fideiussione de iudicio sisti.*

73 *Fideiussor de iudicio sisti, quando sententia non est super negocio principali: sed super nullitatibus, non liberatur.*

74 *Fideiussor de iudicio sisti obligans se, vt principalis, principaliter, & in solidum, etiam post sententiam, tenetur.*

75 *Item quando sententia appellationis esset conformis cum prima.*

76 *Item quando fideiussor appellat: secus si principalis.*

77 *Fideiussio de iudicio sisti in criminalibus post sententiam non expirat.*

78 *Item nec in causa sequestri.*

79 *Item nec vbi fideiussor fuit in mora in exhibendo: tunc enim saltem ad interesse tenetur.*

80 *Item nec expirat si appellatio deseratur.*

81 *Fideiussio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo coram vno iudice factæ non porriguntur ad aliū, & in officio successorem, vbi est expressum proprium nomen iudicis.*

82 *Cautio de iudicio sisti præstita coram iudice non extenditur etiam ad ipsius subrogatum etiam si primus iudex fuerit incompetens.*

83 *Et maximè quando iudicis nomen est expressum, & est delegatus: secus si ordinarius.*

84 *Ista tamen non procedunt in subrogato iudicis ordinarij.*

85 *Idem in successore iudicis ordinarij in officio.*

BIBLIOTECA ROMA

86 *Idem in iudicio reuocationis laudi.*
87 *Item quando cantat sub nomine dignitatis; secus si sub commoratione officij.*
88 *Fideiussio de iudicio sisti expirat post mortem naturalē ipsius principalis.*
89 *Idem in morte ciuili.*
90 *Fideiussio de iudicio sisti morte fideiussoris expirat.*
91 *Fideiussio de iudicio sisti ob capturæ nullitatem resoluitur.*
92 *Imo nec fideiussor ad pœnam tenetur, etiam quòd à carceribus aufugerit.*
93 *Carceris de iniustitia semper, & quandocunque opponi potest.*
94 *Fideiussio de iudicio sisti euanescit, quando actor fuit negligens, & sunt transacti duo menses.*
95 *Nisi sit facta in scriptis, vel in causa publica.*

De cautione de iudicio sisti: seu stando iuri.

CAP. I.

1 IGitur prima Fideiussio, † quæ datur à reo non tantum in ciuilibus causis: verum etiam in criminalibus, dicitur de iudicio sisti, seu de stando iuri, & de ve-
2 niendo, seu repræsentando: † quæ statim oblato libello præstatur, per
3 quam promittitur, † quod reus stabit in iudicio vsque ad finem litis. C. de fi. & per totum. ff. qui satisd. cog. Auth. offeratur ibi data cautione. C. de lit. contest. Iaf. in l. 1. nu. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit.

4 Cautio † ista de stando iuri semper præstanda est, vbi adest aliqua suspicio, quod reus possit aufugere, & in iudicio non sistere vsque ad finem litis. Afflictus decis. 170. num. 3.

5 † Insuper cauendum est de iudicio sisti, donec pendet quæstio an quis deb at cauere necne. Afflictus decis. 109. num. 2.

6 † Et talis cautio habet tractum successiuum: quia reus tenetur sistere in iudicio à principio vsque ad senten-
7 tiam: † qua prolata dicta cautio expirat. l. Græcè §. post litem. ff. eod. Iaf. in d. l. 1. num. 1. ff. si quis in ius voc. non
8 ierit. Sed † si actor litem non prosequitur: sed tardat: tunc fideiussor de iudicio sisti ligatur, & tenetur vsque ad duos menses. glos. in l. pen. C. eod. Bart. in l. siue nu. 2. ff. qui satisd. cog. & in l. Græce in §. & post. eo. ibi. aliquando verò actor. Iaf. in l. fideiussor in §. si quis. num. 8. d. tit.

Et in summa talis fideiussor tantum tenetur se curaturum vt Titius sisteret. Cast. in l. fideiussor. in §. si quis. num. 4. & in §. fideiussorem. num. 4. ff. qui satisd. cog. & quod perseuerabit vsque ad sententiam Cast. in rub. ff. eod. & in d. l. græcè. in §. & post litem. d. tit. & si non sistet tunc mora commissa, contra promissorem datur actio ad interesse. l. fideiussor in §. in fideiussorem vbi glos. Bart. & alij. ff. qui satisd. cog.

9 Triplex † est hæc cautio. Alia de repræsentando, & exhibendo. Alia de stando in tota lite, & causa, tertia de defendendo, quæ fideiussioni de stando iuri adæquatur. Addent. ad Bart. in d. l. græcè. in §. & post. ff. eo. Et sic tria
10 continet hæc cautio. † Exhibitionem, sistentiam, & defensionem.

11 Iste † fideiussor actione certi conditionis ad obseruantiam huius cau-
12 tionis astringitur. Bar. in l. si de nu. 12 ff. qui satisd. cog. Non † tamen potest conueniri actione prætoria. Iaf. in l. fideiussor. in §. in fideiussorem. num. 1.
13 ff. qui satisd. cog. † Vt etiam nec con-

tra

tra eum parata executio militar. Iaf. ibidem nu. 2. & ponit Carpan. ad statut. Mediol. lib. 4. num. 14.

14 Obligatus † dare fideiussorem de iudicio sisti, potest dare patrem filium. Alexand. in l. fideiussor in §. Prætor. num. 1. ff. qui satisd. cogan. vbi dicit hoc esse speciale in cautione de iudicio sisti.

15 Ista † fideiussio potest stare sine principali obligatione: & sic in ea nõ verificatur regula, quod fideiussio est accessoria ad principalem obligationem l. 2. §. 1. ff. qui satisd. cog. Bart. in rub. ff. de solu. num. 4.

16 Huiusmodi † fideiussor de iudicio sisti tenetur ad interesse: non autem ad certam quantitatem, quæ non fuit promissa: nisi pœna sit apposita: nam tunc ad totam pœnam tenetur. glos. in §. sed hodie in verbo ad terminum inst. de satisdation. glos. Bart. & alij, in l. fideiussor. in § in fideiussorem. ff. qui satisd. cog. Affl. & decis. 234. vbi Visi. Marius Antoninus variar. resolutio lib. 2 cap. 22. in princ.

17 Contrarium † tamen tenet Follerius in sua prax. in rubr. de fideiuss. num. 260. dum vult quòd fideiussor de sistendo aliquem in iudicio si requisitus non fisteret non tantum partis ad interesse: veram etiam fisco ad pœnam tenetur.

18 Cæterum † vnum in proposito pro regula constituendum est. Quod in fideiussionibus prætorijs, vt sunt istæ de iudicio sisti, iudicatum solvendo, & de repræsentando pœnæ apponuntur loco interesse l. fin. ff. de prætor. stipu. & ideo non exiguntur cessante fisci interesse, etiam quòd sub verbis generalibus concepta sit promissio, Grim. consil. 66. num. 76. Gabr. consil. 181. num. 1. par. 1. Farinac. in prax. de carcer. & carcer. quæst. 34. num. 6. vbi firmat quòd in pœnis iudicialibus, & prætorijs consideratur an interest: aliàs non possunt exigi.

19 In tali † fideiussione licet promittatur factum alienum, nihilominus valet: & maximè quando quis promittit se facturum, & curaturũ, quod talis in iudicio sistet ita quòd faciente suum posse non excusetur sub obligatione sui, suorum quæ hæredum, & bonorum Cast. in l. quoties, & in l. stipulatio ista vbi Iaf. num. 4. ff. de verbor. obligat.

20 † Dum dicit regulam, quod promissio facti alicui nõ valeat, non habere locum in cautionibus, & stipulationibus Prætorijs. † Et ideo cõtra fideiussorem de iudicio sisti potest fieri executio pro iudicato: Bart. in l. 1. ff. iud. solui.

21 Hic † fideiussor tenetur ad omnia in quibus principalis condemnatus fuit in illo iudicio. Et ideo executio facta contra principalem, etiam non citato isto fideiussore, ipsi præiudicat. Dec. in l. 2. num. 52. Cod. de rec. Et te-

22 netur † ad omnem condemnationem vt principalis, nisi fuerit limitata promissio Iaf. in l. fideiussor. in §. in fideiussorem. num. 4 & 5. ff. qui satisd. cog.

24 † Tamen nõ tenetur ex contumacia, & mora principalis, quando ex ea ob-

25 ligatio augetur. Vt † etiam de augmento, quod venit post contractum Rom. consil. 270. in casu. num. 6. & 7.

26 Boer. decis. 314. & 315. Vt † etiam astringi nõ potest ad illud, quod creuit per insitrationem vel iuramẽtum in litem. Bart. in dicta l. siue. num. 1.

27 ff. qui satisd. cog. Vt similiter † non potest iste fideiussor in plus promittere, quam principalis teneatur Iaf. in dicta l. fideiussor. in §. in fideiussorem num. 6. ff. qui satisda. cog. Nec

28 etiam tenetur † ad augumentum interesse prouenientis incidenter propter culpam principalis. Ias. in d. §. in fideiussorem. num. 12. & 13. Potest
29 † tamen promittere pœnam, quam principalis non promisit Soc. in Fallent. regula 190. fideiussor. versic. 2. fallit.

30 Fideiussori † de iudicio sisti tria priuilegia alijs fideiussoribus competentia: excussionis. Epistolæ Diui Adriani, & diuisionis non dantur. Iason. in l. fideiussor. §. si quis. num. 7. ff.
31 qui satisd. cogantur. † Tamen dictus fideiussor habet duo alia Priuilegia.
31 Primum † est l. sancimus C eo. quod scilicet fideiussor iste promittendo ad tempus exhibere reum, finito dicto tempore, in causa priuata, potest infra sex menses purgare moram eum
33 exhibendo, & idoneè † defendendo, quibus elapsis non auditur Bart. in l. si insulam num. 11. ff de verbor. oblig. Clar. in prax. crimin. § fin. quæst. 47. vers. sed hic quæro. qui dicit, quod
34 d. l. sancimus hodie † non praticatur cum omnes fideiussores secundū eum recipiantur ad repteſentandum reum ad omne mandatum iudicis, & toties quoties, & dicemus infra de hoc priuilegio fusius, in hac prima pat. quando agemus de cautione de repræsentando sub cap. 3. num. 71. & in 2. part. principali. sect 4. cap. 40. Secundum priuilegium est. l. penul. C. d. tit. de fi-
35 deiuss. quod fideiussor, † qui promisit aliquem in iudicio sistere, si ille, qui debet sistere fuerit negligēs insistendo, fideiussor elapsis duobus mēsibus liberatur. Clar. in d. prax. crim. §. fin. quæst. 46. aliàs 47. dicto versic. sed hic quæro. glos. in §. sed hodie in vers. ad terminum inst. de satisda. Ias. in dicta l. fideiussor, in §. si quis nu. 7. Horat. Carpan ad stat. Mediolan. cap. 45. num. 13.

36 Circa † hanc speciem satisdationis dubitant Doct. an sit propriè, & verè fideiussio: an verò impropriè? Bart. in l. 2. in § in fideiussorem num. 1. vbi Cast. num. 4. ff. qui satisd. cog. tenent quod sic. Ias. tamen in l. fideiussor. in §. si quis. nu. 6. dicto tit. ff. qui satisd.
37 cog. distinguit: quod † si solus fideiussor se obligat ad sistēdum: cò quia principalis reus non erat obligatus: quia adhuc non fuit ad iudiciū vocatus: Et eo casu dicitur impropriè fideiussor: aliàs est propriè fideiussor.

38 Est † autem differentia inter fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatū
39 soluendo. Nam fideiussor † de iudicio sisti est: quod principalis non erit contumax: sed in iudicio sisteț, quando fuerit requisitus.

40 De † iudicatum autem soluendo fideiussio est, quod id, quod iudicatum erit soluetur. Alexan. consil. 210.
41 num 8. & 9. volum. 7. Et non † committitur nisi postquam fuerit iudicatum, quia se refert ad sententiam, & iudicatum. Boer. decis. 314. cum seq. & per totum Bart. quæstio. 3. etiam
42 † quod sententia fuerit lata contra principalem absentem, contumacem, & indefensum Bart. d. quæst. 3. nu. 3.
43 † item prima de iudicio sisti datur instantiæ, & ideo lata sententia expirat: secunda non ità simpliciter Bart. in l. Iulianus. num. 10. ff. qui satisdare co-
44 gantur. Amplius † fideiussio de iudicio sisti expirat morte rei principalis, illa autem de iudicatum soluēdo non sic: sed transit ad hæredes Ias. in l. si vero. in princ. nu. 3 ff. qui satisd. cog. nisi disiunctè promissum erit, vt ibi
45 per eum num. 5. † quò fit, vt mortuo principali ad fideiussionem de iudicio

sisti

sisti denuo præstandam teneatur hæres rei principalis. Iaſ. in l. ſi deceſſerit. num. 3. ff. qui ſatiſd. cog. Horat. Carp. ad ſtat. Mediol. cap. 45. nu 11.

46 Fideiussio † de iudicio ſiſti multis modis finitur, vt per Bartolum in Iulianus. ff. qui ſatiſd. cog. quos ſigillatim enumerabimus.

47 Primo † igitur reſoluitur hęc fideiussio, quando mutantur, & alterantur perſona, actio, vel modus agendi. l. non à iudice. in § 1. ff. de iud. & l. ſi vnus §. antea. ff. de pact. in quibus iuribus dicitur quòd iſta fideiussio propter vnam perſonam facta, vel propter vnam cauſam ad aliam non porrigitur, quod & docet Roman. conſ. 210. num. 2.

48 Secundo † ſi mutatur cauſa; vel res petita. Marſil. in rub. ff. eo. de fideiuſſ. num. 13?. Rom. d. conſ. 210.

49 Tertio, † quando per aliam perſonam, vel cum alio, & diuerſo modo, quam eſſet tempore fideiussionis. Roman. d. conſ. 210.

50 Quarto, † ſi mutatur prima petitio, & alia inſtituatur. Ang. in l. ſi ità ſtipulatus. ff. eo. & in l. eum pater. in §. pater. vbi Bal. & Imo. ff. de leg. 2.

51 Quinto, † quando ex aliquo accidẽti diuerſo à principali petitione terminatur iudicium, puta ſi ob contumaciam, moram, negationem, inficiationem, iuramentũ, & quid ſimile. Bart. in l. ſiue. nu. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. Rom. conſ. 270. num. 6. & 7. licet in hoc diſſentiat. Boer. deciſ. 314. & diximus ſupra.

52 Sexto, † per mortem rei prineipalis: qui enim promittit ſiſtere Titium in iudicio eo mortuo liberatur, nec tenetur ſiſtere eius hæres. Iaſ. in l. ſi deceſſerit. num. 4. ff. qui ſatiſd. cogan. Decian. conſil. 19. num. 66. vol. 2. plenè Carol. Iallong. in ſuis racematio-nibus racematione 80. vbi ad partes diſputat.

53 Limit. primo, † ſi Titius moriatur naturaliter, nam fideiuſſor de iudicio ſiſti liberatur, ſi Titius naturaliter moriatur: ſecus verò ſi ciuiliter decedat, & efficiatur bannitus. Alberig. de ſtat. in 4. par. q. 64. Decian. d. conſ. 29. num. 66.

54 Lim. ſecundo, † quando talis fideiuſſio eſt copulatiuè concepta, & de iudicio ſiſti, & de iudicatum ſoluendo: ſecus ſi diſiunctiuè. Alberig. d. q. 64. Iaſ. in l. ſi deceſſerit. num. 5. ff. qui ſatiſd. cog.

Lim. tertio, † quando ſententia fertur contra principalem debitoré. Menoch. conſil. 547. per totum libro 6.

56 † Qui hoc idem eſſe vult ſi fetatur contra hæreditatem iacentem benè. Aym. conſil. 272. nu. 11. Qui contrarium demum videtur firmare indiſtinctè.

57 Septimo. † Fideiuſſio iſta terminatur elapſa, & perempta inſtantia, & ſic per deſertionẽ cauſæ; etiam quod de nouo incoharetur lis. gloſſ. in l. penul. C. eod. Bartol. in l. Græcè. in §. & poſt. ff. eo. & in l. cum lite mota. num. 1. vbi Bald. num. 1. ff. iudic. ſol. idem Bar. in §. illud quoque num. 17. & 18. in Authen. de exhib. reis. Patiſ. conſil. 171. nu. 30. volum. 4. Nart. conſ. 202. nu. 2. & 3. vol. 1. Ceph. conſ. 331. num. 3. vol. 3. Teſaur. deciſ. Pedamon. 202. num. 1. cum ſeqq. & per totum, qui diſtinguendo multos caſus declarat quomodo hoc dictum intelligendum ſit. Marſil. in rubric. ff. eod. quæſt. 11. num. 109. Fideiuſſor enim datus tam de iudicio ſiſti, quam de iudicatũ ſoluendo in prima inſtantia non tenetur de eo, quod fuit iudicatum in cauſa

appel-

appellationis. Laſ. Balb. centuria prima, deciſ. 99. Vi. lib. 2. com. opin. opin. 118. fideiuſſor datus.

58 Octauus. † Lata ſententia expirat: nam talis fideiuſſio nō obligat reum condemnatum, aut abſolutum in vna cauſa, & in prima inſtantia ſiſtere in alia: l. 3. in princ & l. cum apud Sempronium vbi Bart. Ang. & alij. ff. iud. ſol. l. quis. in §. fi. & Bal. quærebatur. in §. fi. & l. 2. vbi eſt caſus ad literam. ff. iud. ſol. l. græcè. §. & poſt. vbi Bart. Caſt. & alij. ff. eo. glo. Cin auth. de his, qui ingred ad app. in princ. gl. magna in §. ſuſceptam in auth. de exhib. reis. Bartol. in l. apud. ff. iud. ſolui. & in l. capitis. num. 2. ff. eo. Laſ. in l. eum quo. ff. de in ius voc. & in l. 1. in §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. 1. ff. de in litem iuran. Fulgoſ. in l. 2. ff. de procur. Grat. reſp. 102. num. 5. volum. 1. Socin. conſil. 91. volum. 4. num. 14. & per totum, qui firmat, quod ille fideiuſſor de iudicio ſiſti tenetur tantum vſque ad primam ſententiam, & non ad cauſam, ad quam

59 ſe non obligauit, † & extendit hoc etiam quod principalis fuerit poſtea cōdemnatus ex reſeruatione facta in ſententia Ancher. regienſ. q. fam. 15. num. 11. lib. 2. qui dicit, quòd iſte fideiuſſor ſemel liberatus per ſenten-

60 tiam † retractata ſententia non reincidit in obligationem. Cœpollat caut. 98. dum inquit, quòd hoc

61 reſpectu † Prætores, & Officiales vltra cautionem de iudicio ſiſti faciunt addere cautionem de iudicatum ſoluendo, & hoc modo cautio de iudicio ſiſti lata ſententia non expirabit. Rom. conſ. 100. 2. 10. & 468. vbi add. Deci. in l. 2. num. 53. C. de edendo. Gabr. de fideiuſſ. concl. 4 Pariſ. conſil. 171. num. 3. lib. 4. Rol. conſil 58. num. 13. in princ. Mariſ. de fideiuſſ. q. 10. num. 108. Bero. q. fam. 77. num. 2. Boer. deciſ. 115. qui ponit cautelam ad hoc vt talis fideiuſſor teneatur coram omni iudice Signor. conſil. 160. Mar. in prax. § fi. q. 46. num. 20. verſic. ſis tamen cautus Alex. conſil. 160. nu. 4. in 5. 209. & 210. lib. 7. Balb. de-

62 ciſ. 99. cent. 1. qui dicit † quòd fideiuſſores iſti de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo accepti in cauſa principali non tenentur in cauſa appellationis niſi aliud ſit actum.

63 Ampl. 1. † non tantum in cauſis ciuilibus verum etiā in criminalibus. glo. in l. ſi quis reum. ff. de cuſtod. reorum. Bald. in c. dilectus. de appell. Laſ. in l. 2. in §. in fideiuſſorem. nu. 9. verſic. 2. ampliа. ff. qui ſatiſd. cog.

64 Ampl. 2. etiam † quòd ſit dictum, & promiſſum iudici aliquem in iudicio ſiſtere: & parere mandatis Curiæ: nam etiam adhuc talis fideiuſſio lata ſententia expirat. Bald. ad Speculi. in tit. de reo in 1. col. Alex. in l. 1. in §. fi. ff. qui ſatiſd. cog.

65 Lim. † & intellige præmiſſa: quādo prima ſententia fuit condemnatoria rei: ſecus ſi abſolutoria: quia tunc quando ſententia eſt abſolutoria liberatur fideiuſſor, & non tenetur in caſu appellationis aliàs ſecus. Bart. in l. cum quæreba tur. num. 5 in fi. ff. iud. ſol. Bald. in l. Iulianus. nu. 8. ff. qui ſatiſd. cog. Caſt. in l. cum apud. ff. iud. ſol. Grat. reſp. 34. nu. 6. lib. 2. & reſp. 202. nu. 5. lib. 1. Boer. deciſ. 315. Gab. co. concluſ. 4. num. 10.

66 Lim. 2. † quando aliter fuit proſpectum, dictum, cautum, ac conuentum per partes. Bart. in d. l. cū apud. ff. iud. ſol. l. 2. vbi glo. C. de procur. §. ſi verò aliquis in fin. inſti. de ſatiſd.

67 Balb. l. centur. 1. deciſ. 99. † Vt etiam

quan-

quando fuit appositum verbum quãdocunque, & sic quando est promissum quandocunque in iudicio sistere Rim.sen.consil.79.num 5.lib.1.

68 † Vt etiã quando est dictum, toties quoties quandocunque, & quotiescunque iudici placuerit: nam tunc talis fideiussio lata sententia nõ expirat: sed semper durat. Batt.in l.4.in vlt.colum.ff. de custod. reorũ Rom. in l. græce. in § & post litem. ff. eo. Alex.in d.l.quærebatur in §.fi. ff.iud. sol. Ang.in l quòd si nolit.in §.si quid ita ff.de edil.edict. Franc.Crem sing. 11. Petr. de Rauen.sing.207. Patt ratione quando dictum est: quandocũque Curiæ placuerit. Barr.in l.si quis reum ff.de custod.reorum Mars.rub. eo.num.140. lex enim tali casu non resistit fideiussoris volũtati: sed permittit Rolan.consil.21.num.6.& 49. volum.2. Franc.de fid.§.6 num.144.

69 Vt † etiam quando talis fideiussor se obligasset præcisè etiam post sententiam sistere, vel per verba toties quoties. Bartol. in l.si quis reum.num 2. ff.de custod. reo. Farin. in sua prax. tit.de carc.& carc. quæst.34.nu 108. fideiussor enim quando simpliciter promittit sistere in iudicio cum verbis toties qnoties fuerit requisitus, aut iudici placuerit, & vt dicitur,ad omne mandatum iudicis, sententia lata non liberatur. Ias.in l.fideiussorem in §. in fideiussore.num.9. ff.

70 qui satisd cog.† Eodem modo dicendum est, quando verba fideiussionis sunt generalia, vniuersalia, & multum prægnãtia. Aurer. est.de fideiuss.

71 in princ. Grat d. resp.34. lib. 2.† Et ideo cauent offi. iales ne relaxent carceratos cum hac fideiussione de iudicio sisti tenentur, quia liberantur per sententiam condemnatoriam,

72 † sed addãt verbũ,& iudicatum soluendi, vel verba toties quoties, vel alia verba generalia de quibus supra Bald.in d.c.dilecti.de app. alias incauti iudices tenentur in syndicatu secundum Castr. cons.328.in 1.vol.

73 Lim.3.† quando in prima sententia dicitur de nullitate, vel restitutione, & sic quando sententia lata non est super meritis: quia tunc fideiussio de iudicio sisti lata sententia non expirat. Bart. in l. Iulianus. col. fi.ff. qui satisd.cog. Caual.decis. fiuiz. prima nu. 10. Soci. Sen. qui de nullitate capturæ loquitur. cons. 91. nu. 1. in quarto.

74 Lim.quarto,† quando quis se obligauit, vt principalis principaliter,& in solidum. Abb.cons.13.lib.1.Grat. resp. 34. in secundo. Caputaq.decis. 64.lib.2.

75 Limit.quinto,† quando aliæ sententiæ essent conformes primæ. Grat.d. resp.34. nu.7. Vesill.ad Affict.decis. 362.nu.5.qui loquuntur de fideiussione iudicatum solui.

76 Lim. sexto,† quando lata prima sententia principalis non appellauit, sed fideiussor DD. in l.2. C. de procur. Gab.de fideiuss.concl.4.numero 11.qui de cautione de iudicatum soluendo dicit.

77 Lim.septimo,† in criminalibus, & quando agitur de delicto. Gab.d. cõcl.4.in fi.diximus supra in ampl.1.

78 Lim.octauo,† in causa sequestri, in qua huiusmodi fideiussio semper durat.dd.in l.fideiussor.in §.fi.ff.qui satisd.cog.Abb.d.cons.23.lib.1.

79 Lim.nono,† quando talis fideiussor antea esset in mora non exhibendo:quia tunc liberetur lata sententia sistere:tamen quia commissa est stipulatio non liberatur à reali inter-

intereſſe. Iaſ.in l.3.in §.fi.ff.qui ſatiſd.cog.

80 Lim. decimo, † quando victus appellaſſet, & appellationem deſeruiſſet, eam non proſequendo: tunc etenim etiam in cauſa appellationis tenetur: quia tunc agitur ex prima ſententia,& non ex ſecunda. Balb.dicta deciſ.99.cent.1.

81 Nono. † Fideiuſſiones de iudicio ſiſti,& iudicatum ſoluendo præſtitæ coram vno iudice non portiguntur ad alium, ſeu alios, etiam quod ſint ſucceſſores, vbi eſt expreſſum proprium nomen iudicis.Rom.cõſ.210. Marſ.in rub.ff. eod. q.13. nu. 133. Imo. conſ.47. Bar. in l.cũ apud ff.eo. iud. ſol. & facit l.3.in principio ff. iud.ſol. Etiam, quod prior iudex ſit incompetens.

82 †Natura enim fideiuſſionum de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo eſt, quod non fiat prorogatio de vno iudice ad alium, etiam quod primus ſit incompetens.Marſ.in l ſi quis nec quęſtio.nu.28.& 29 de quæſt.& ſingul.227.per dationem, & quod mutatione iudicis, coram quo fuerint præſtitæ iſtæ fideiuſſiones de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo terminentur, & expirent, facſunt.d.l.3.in principio.l. cum quærebatur in §.fi. & l.cum apud.ff.in ſol. Bar.in l. Græcè. in §. & poſt. ff.de fideiuſſoribus. Marſ. rub.eo.q.7. num.90. & q.13. num.133. Bart. & Bald. in d.l. cum apud.num.3.& 10.vbi Alberig.atteſtatur de communi. arret. conſ. 80. aliàs 87.Rom. d.conſ.210.270.num. 6.& 468. Balb. d. deciſ. 99. cent. 1. Pariſ.conſ.171.nu.30.lib.4. Natt.cõſilio 202. Theſaur. deciſ 202.nu.13. Valent.Franc.de fideiuſſ.cap.6.num. 145. cum ſeq. Gabriel de fideiuſſ. d. conclu.4. Et eſt communis opinio, vt per Boer.d.deciſ.315.propè finem Grat.d.teſp.34.lib.2. à num.1.vſque ad numerum 9.Rol. conſilio 58.numero 13.vol.1. Vrſil. ad Aſſlict.deciſ.182. numero 4.benè Corn. conſ. 145.numero 3. vol.3. Farin.in prax. de carc. & carcer. q.34. num. 17.& 177.cum ſeq.

83 Ampl. (vt dixi) etiam quod proprium nomen iudicis ſit expreſſum. Idem ſi appellatiuum. Panzirol.cõſ. 68.num.13.cum ſequentibus.Rolãd. d.conſilio 58. numero 11. & infra Theſaur. d. deciſ. 202. num. 14. Et maximè, quando eſt delegatus: ſecus ſi ordinarius: Quia tunc tranſit in ſucceſſorem.Romanus dicto conſilio 210. Angelos Arretinus noſter. in.§. ſin autem num. 4.inſtitut.de ſatiſdationib.Marſ. d.rub.eo.q.13.nu.133. Abb.conſ.23.in fi.li.1.Nam in delegato non extenditur ad eius ſubrogatum,& ſucceſſorem.Rom.dicto conſilio 210. Gab. eo.d.concl.4.

84 Lim. primo, † in ſubrogato iudicis ordinarij. Arret. conſilio 80. Aym.conſ.973.num.13.

85 Lim.ſecundo, † in ſucceſſore iudicis ordinarij in officio,Roman.d. conſ.210.Soci.conſ.91.lib.4.

86 Limitatur tertio, † in iudicio reductionis laud. Bal.in l. fi. numero 18.C.de contrah.emp.

87 Limitatur quarto, † quando cautiones iſtæ de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo ſunt præſtitæ ſub nomine,& commemoratione dignitatis,ſecus ſi ſub nomine proprio Abb. in c.1.numero 7.de his quæ vi, met. cauſa fiunt Frãc.in e.ad hæc in principio de app. Roland.d. conſilio 58. numero 13.vol.1. Gabr. de fideiuſſ. d.concl.4.

88 De-

88 Decimo † expirat ista fideiussio per mortem naturalem rei principalis. Bart. in l. si decesserit. & in l. si vero. ff. qui satisd. cogan. Roland. dicto
89 consil. 58. num. 6. volum. 1. † Idem in morte ciuili, puta si sit condemnatus ad pœnam mortis, & effectus bannitus. Signor. dicto cons. 118. Decian. cons. 29. nume. 66. in secundo. Bossi. de carcer. fid. commit. 41. cum seq. Farinac. in sua prax. titulo de carcer. & carcer. quæst. 34. num. 59. Contrarium tamen in hoc vltimo casu voluerunt Alberig. de stat. in 4. par. q. 64. Decian. cons. 29. num. 66. volum. 2. & diximus supra hoc eodem cap. sub casu sexto, limit. 1. num. 52.

90 Vndecimo, † motte fideiussoris: nam hæc fideiussio ad hæredes non transit Bossi. de carcer. fideiuss. commit. num 64.

91 Duodecimo. † Stante nullitate capturæ. Socin. sen. d. consil. 91. vol. 4. Cauale dicta decis. fiuiz. 1. num. 5.
92 † qua nullitate capturæ stante fideiussor, nec ad solutionem pœnæ tenetur etiam, quod à carceribus aufuge-
93 rit: & maximè cum † de iniustitia carceris semper, & quandocunq; opponi possit Seraph. de priuil. iur. priuil. 132. num. 9 Farinac. in prax. q. 30. num. 68. & quæst 34. num. 180. Viui. decis. 201. num. 8. par. 2.

94 Decimo tertio, † quando actor, & reus principalis est negligens: nam tunc transactis duobus mensibus iste
95 fideiussor libetatur. † nisi fideiusserit in scriptis, & in causa publica. l. penult. C. eod. Bart. in l. Græcè. in §. & post. ff. eod. diximus supra hoc eodem cap. 1. vers. fideiussori de iudicio sisti circa finem. num. 33.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de iudicatum soluendo prætoria est, & præstatur ab ipso reo.*

2 *Dicitur sic: quia per eam quis tenetur iudicatum soluere. Et appellatur fideiussor in lite pro condemnatione futura, & 4.*

3 *Fideiussor iudicatum solui quid sit.*

5 *Fideiussor de iudicatum soluêdo in nullo alio tenetur, nisi quatenus contra principalem iudicatum fuerit.*

6 *Etiam quod sententia feratur contra principalem contumacem absentem vel alias indefensum, & nu 26.*

7 *Non tamen tenetur soluere pœnam, quæ insurgit ex processu, nec ad id, quod crenit ex contumacia, mora, inficiatione, & iuramento.*

8 *Fideiussor iste de iudicatum soluendo conuenirì non potest, nisi postquam fuerit iudicatum.*

9 *Fideiussio de iudicatum soluendo præstatur à quocunque, qui ad patrocinium, & defensionem alterius venit.*

10 *Etiam quod sit ditissimus.*

11 *Absentiam alterius allegans non tenetur satisdare de iudicatum soluendo, licet super dicta allegatione caueretur teneatur.*

12 *Fideiussio de iudicatum soluendo potest absque principali obligatione subsistere.*

13 *Fideiussor de iudicatum soluendo tenetur nomine proprio, quia procurator in ea dominus pro domino, & principali habetur.*

14 *Fideiussor iste, quia iudiciarius, petit solutum à principali absque nouo processu.*

15 *Cuius contrarium est in fideiussore conuentionali, qui sine nouo processu non repetit.*

16 Cau-

16 *Cautio de iudicatum soluendo continet tria. Rem iudicatam. Rei defensionem, & dolum malum.*

17 *Fideiussor de iudicatum soluendo habet beneficium excussionis.*

18 *Fideiussio de iudicatum soluendo expirat finita prima instantia.*

19 *Nisi aliæ sententiæ essent conformes.*

20 *Et nisi verba fideiussionis sint ampla, & multum prægnantia.*

21 *Cautio de iudicatum soluendo nõ committitur vbi iudicium est nullum.*

22 *Fideiussor de iudicatum soluendo, sententia absolutoria lata in prima instantia liberatur, nec amplius tenetur, etiam quod in causa appellationis demum condemnaretur.*

23 *Si primus iudex grauat, & secundus mãdat causam remanere penes eum: an fideiussor iste liberetur.*

24 *Fideiussor de iudicatum soluendo tenetur ijsdem modis, quibus, & principalis.*

25 *Causa non intentatæ in appellationis iudicio remanent in dispositione iudicis.*

26 *Fideiussor de iudicatum soluendo non tenetur, vbi sententia fertur contra principalem, absentem, non vocatum, contumacem, & indefensum. & supra num. 4.*

27 *Fideiussio ista morte fideiussionis non expirat, sed transit in hæredes.*

28 *Fideiussor iste, postquam est datus non potest tolli per alium equè idoneum inuita parte.*

29 *Fideiussor de iudicatum soluendo in taxatione expensarum non est citandus.*

30 *Fideiussiones de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, licet in multis conueniunt tamen in multis discrepant.*

31 *Fideiussio de iudicatum soluendo non expirat morte naturali, & ciuili ipsius principalis: secus in cautione de iudicio sisti.*

32 *Fideiussio de iudicatum soluendo non præstatur in criminalibus: secus in cautione de iudicio sisti.*

33 *Fideiussio de iudicatum soluendo præstatur ab eo, qui vt procurator, vel alio nomine, vult alium defendere: secus in cautione de iudicio sisti: quam præstat reus principalis.*

34 *Cautio de iudicatum soluendo ex clausula de defendendo differt à cautione de iudicio sisti.*

35 *Cautiones istæ de iudicatum soluendo, & iudicio sisti: nunquid præstentur in causa reconuentionis? Et resoluitur hoc totum arbitrarium esse.*

De fideiussione de iudicatum soluendo.

CAP. II.

1 SEcunda † est fideiussio iudicialis, quæ præstatur à reo, seu defendente iura sua, aliàs talis reus non est
2 idoneus defensor. † Et appellatur de iudicatum soluendo: qua per eam fideiussor promittit iudicatum soluere. l. qui proprio. § qui alium. ff. de procur. l. exigendi. C. d. tit.

3 Et † fideiussor iudicatum solui est ille, qui omne, & totum id, quod iudicatum erit soluere promittit, toto tit. ff. iud. sol. & † dicitur fideiussor in
4 lite pro cõdemnatione futura secundum la. ſ. nl. si verò. in princ. num. 3. ff. qui satisd. cog.

5 Talis † fideiussor tantum tenetur, & ad aliud non potest conueniri, nisi eatenus, quatenus fuerit iudicatum contra principalem, & ad id, quod de iure per principalem solui debet l. iudicatum solui la 2 ff. iudic. solui. Curt. Iun. consil. 36. num 4. in prima

par.

par. & tenetur soluere quicquid fuerit per sententiam iudicatum: quia se refert ad sententiam, & iudicatum Boer.decis.314.& seq.per totum, qui
6 dicit hoc procedere etiam† quòd sententia sit lata cõtra principalem contumacem, absentem, & indefensum, & ideo dictus fideiussor tunc incipit obligari, quando lata est sententia,& non prius. Cast.in l.græce.in §.& post litem. ff.eod. & non sufficit simpliciter latam esse sententiam, à qua possit appellari: sed requiritur illam fuisse transitum in rem iudicatam, ità vt appellari non possit l.1.ff iud. sol.
7 vbi Cast.& alij. Non† tenetur tamen talis fideiussor ad pœnam, quæ vel insurgit ex processu, vel ex eo, quòd eõdemnatio creuit ex contumacia, mora, negatione, & iuramento. Bart.in l.1.num.2.& 3.ff.de in lit.iur.vbi Ias. num.2.3.& 5. Ias.in l.fideiussor. in §. in fideiussorem num.15.ff.qui satisd. cogantur. & in §. quadrupli num.9. instit.de actio. vbi pro regula firmat. Quod fideiussor iudicatum solui non tenetur ad augmentum cõdemnationis prouenientis ex negatione, vel contumacia principalis rei, & diximus supra proximè e.1.de caut.de iudicio sisti.vers.iste fideiussor tenetur.
8 Non† committitur hac fideiussio, nisi post quam erit iudicatum: & sic requiritur iudicis declaratio. Boer.d. decis.314. & 315.
9 Qui† ad defensionem alterius venit tenetur fideiubere de iudicatum soluendo. Alex. & Ias.in l.filiusfam. ff. qui satisd.cogantur, qui hoc sex
10 modis limitat. Nam† sine ista fideiussione nemo,etiam persona coniuncta,& locupletissimus est idoneus defensor. Ias.in l.de pupillo.in §.qui remissionem nu.4. ff.de nou.oper.nunciat. qui dicit hoc non procedere in
11 allegante† absentiam, qui solum su-
12 per illo articulo satisdare tenetur.† Et ideo hæc fideiussio iudicatũ solui stat sine principali obligatione. Bart. in
13 rub. ff.iud.sol.nu.4 Nam† conuentus ad eam tenetur nomine proprio: sed in ista dominus, & pro domino, & principali habetur procurator. §. sed hodie.inst.de satisdat.
14 Et† iste fideiussor iudicatum solui potest à reo, & principali petere solutum sine nouo processu. Bart. in l.1.num.5.ff.iud.sol. Boer.decis.277.
15 nu.3. & 4 Quod† secus est in fideiussore contractus, in quo ad hoc, vt solutum repetere possit, requiritur nouus processus. Bart.in l.fin.num.7. C.de vsur.rei iud. Clar. in prax.crim. §.fi.quæst.95.in prin.& fin.super stat. Flor.tub.1 §.32.c.2. Aut.Gobius cõs. 153.num.6. in 1. par. & dicam infra latius in 2.part. sect.4.cap 34.
16 Huiusmodi† fideiussio de iudicatum soluendo continet tres clausulas, De re iudicata, De re defendenda, Et de dolo malo. l. iudicatũ solui. ff.iud. sol. Boer. d.decis.314.nu.3. Aymon. cons.272.num.1.
17 Et† talis fideiussor potest excuti etiam non prius excusso principali: nam recta via potest fieri executio in eius bonis Boer. decis. 277. num.3. Aym.dicto cons.272.nu.1.

Contrarium. Quod imo discussio opponi possit per fideiussorem de iudicatum soluendo tenent.Bald.in l.fi. in §. & cum antiquitas. num. 2. versic.sed numquid. C.de vsur.rei iudic. Ruin.consil.95.volum.5. qui ad partes disputat, & tandem concludit pro hac parte, quos refert, & sequitur. Vincent. de Franc.decis.208.num.4. in 1.par.

Ve-

Veram tamẽ credo primã opinionem, quod excussio non sit necessaria ea inuincibili ratione: quia in fideiussionibus iudiciarijs, qualis est fideiussio de iudicatum soluendo, non est necessaria excussio, vt diximus, infra in 2. part. sect. 6. c. 3. num. 88. vers. limita 14. & ità tene.

18 Ista † fideiussio iudicatum solui finitur finita prima instantia Lanfranc. Balb. cent. 1. decis. 99. Viui. lib. 1. communium opinionum. opinione. 118. fideiussor datus. Grat. resp. 34. numero 1. cum seqq. volum. 2. qui sub num. 6. inquit hæc nõ pro-
19 cedere, quando aliæ † sententiæ sũt conformes primæ, & nu. 5. vult. hæc
20 omnia † habere locum modo verba fideiussionis non sint generalia, vniuersalia, & multum prægnantia, vt ad notauimus supra proximo c. 1. de caut. de iud. sisti. dum egimus de modis per quos ipsa cautio terminatur. in 8. modo. nũ. 70.

21 Cautio † ista de iudicatum soluẽdo non habet locum, quando iudicium fuit nullum. Rim. sen. consil. 457. nu. 6. volum. 3. & probat hoc tex. in l. 2. in §. 1. ff. qui satisd. cog.

22 Sed † quid si fideiussor de soluendo iudicatum obtinuerit, eò quia reus debitor principalis in causa principali absolutus sit, & demum in secundo iudicio, & causa appellationis condemnatus fuerit: an dictus fideiussor teneatur, & obligatus remaneat? Vincentius de Franc. decis. 208. disputat hunc articulum sub nu. 1. cum seqq. & tandem ex l. cum apud. ff. iud. sol. & ibi not. concludit ipsum liberatum venire à dicta eius fideiussoria obligatione. Qui sub
23 nu. 6. vlterius quærit: Quid † si primus iudex grauat, & secundus mandat causam remanere penes eum, & videtur determinare quod non: dum allegat Vrsill. ad Afflict. decis. 182. nu. 4. 5. 6. & 7. qui ex Aym. consil.
24 187. firmat. Quod fideiussor † de iudicatum soluendo tenetur ijs modis, quibus & principalis, quod etiã decidit Afflict. ibidem d. decis. 18 . & facit, quòd cauit Bald. in l. per hæc. colum. pen. nu. 17. versic. modo ego
25 quære. C. de temp. app. vbi † vult, quod causę non interiatæ in appellatione remanent in iurisdictione iudicis, à quo, & adde ijs, quæ diximus in præcedenti capitulo de cautione iud. sisti in Octauo modo, vbi hæc fusius deduximus.

26 Et † aduertatur. Quod sententia lata contra principalem debitorem absentem non citatum: sed contumacem, & indefensum non exequitur contra fideiussorem ab eo datum de iudicatum soluendo. Afflict. d. decis. 182. vbi Vrsill. in add. sub nu. .

27 Hæc † fideiussio morte fideiussoris non expirat: sed transit in hæredes. Marsil. sing. 159. Afflict. in consti. reg. rub. 16. de fideiuss. dando. nu. 5. lib. 3. Carpan. ad statuta Mediolan. c. 45. nu. 26. part. 1.

28 Hic † fideiussor de iudicatũ soluendo, postquam datus fuit, non potest tolli per alium fideiussorẽ æque idoneũ inuita parte. afflict. in constit. regn. rub. 16. de fideiuss. dando nu. 5. versic. qui dicendo lib. 3. Carpan. ad stat. Mediol. c. 44. nu. 64. in 1. part.

29 Iste † fideiussor in taxatione expẽsatum non est citandus. Bald. consil. 46. nu. 3. vol. 3. Marsil. in l. patte nu. 81. aliàs 117. de quæst. Asini. in prax. iud. §. 31. nu. 9.

30 Insuper † ad notandũ est. Quod licet fideiussiones istæ de iudicio sisti,

sisti, & iudicatum soluendo, de quibus supra in multis conueniant, tamen etiam in multis discordant.

31 Primo † fideiussio de iudicatū soluēdo morte naturali, & ciuili rei principalis non terminatur, quod secus in fideiussione de iudicio sisti. Ias. in l. si verò. nu. 3. ff. qui satisd. cog. & posuimus in proximo præcedenti capit. de caut. de iudicio sisti. vers. 6. per mortē.

32 Secundo † cautio de iudicatū soluendo nō cadit in criminalibus: quod secus est in cautione de iudicio sisti, quæ, & ciuilibus, & criminalibus iudicijs applicatur Rube. Alex. de potest. procedendo, & defendendo in caus. crim. num. 181.

33 Tertio † cautio de iudicatum soluendo semper præstatur ab illo, qui vt procurator vel alieno nomine alium vult defendere etiam quòd sit locupletissimus. l. qui proprio. § qui alienum, & l. minor. ff. iud. sol. quod secus est in cautione de iudicio sisti, quæ à reo præstatur.

34 Quarto † cautio iudicatum solui propter clausulam de defendēdo differt à speciali satisdatione de iudicio sisti. Alex. in l. filius fam. nu. 6. ff. qui satisd. cogantur.

35 Sed † nunquid fideiussio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo veniant præstandæ in causa reconuentionis, & sic quando hinc inde adsunt petitiones mutuæ? Vincent. de Franc. decis. 311. nu. 4. part. dicit hoc totum arbitrarium esse.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de repræsentando prætoria est: fraternizat cum cautione de iudicio sisti: & à reo præstatur.*

2 *Appellatur sic: quia per eam fideiussor tenetur reum exhibere, repræsentare, & tradere in posse curiæ toties quotiès fuerit requisitus.*

3 *Fideiussio de repræsentando potissimum in criminalibus præticatur.*

4 *Recipitur ab officiali, & notario.*

5 *Fuit adinuenta ad euitandos carceres.*

6 *Carceratus offerens fideiussores de se repræsentando aduersario nō contradicente: iudex potest fideiussores recipere, & reum relaxare: concurrentibus maximè, & quòd non adsint probationes sufficientes pro eius condemnatione: & quòd non superuenerint noua indicia, & quòd non infligatur pœna mortis.*

7 *Reus semper sub fideiussionibus relaxatur: quando pro delicto non imponitur pœna sanguinis.*

8 *Relaxatio à carceribus sub fideiussione de repræsentando, habet vim sententiæ absolutoriæ ab obseruatione iudicij.*

9 *Reum non repertum culpabilem: si iudex sperat noua indicia: præstita hac cautione absoluit.*

10 *Fideiussio de repræsentando vbi tractatur recensentur loci, & sedes.*

11 *Fideiussor de repræsentando debet esse idoneus, nisi sit coniuncta persona.*

12 *Fideiussio de repræsentando potest præstari diebus feriatis: Contrarium in recomandatione, & sequestratione.*

13 *Fideiubens repræsentare aliquem sub pœna debiti: & damnorum: ad debitum, & damnum emergens astringi potest, & non vltra.*

14 *Appellatione damnorum venit tātum damnum emergens.*

15 *Interesse triplex commune, conuentum, & singulare.*

16 *Fideiussor de repræsentando se obligans ad omne interesse, tenetur ad commune, conuentum, & singulare.*

17 Quando simpliciter, indistinctè, & indefinitè est promissum reum repræsentare: tunc fideiussor non tantũ tenetur ad debitum: damnum emergens & omne interesse: verum etiam ad pœnam corporalem.

18 Fideiussor suscipiens in se rei carcerati custodiam non præsentando, etiam corporaliter punitur.

19 Fideiussor dolo repræsentare desiés ultra damna, & interesse etiam corporaliter plectitur.

20 Imò etiam extra modum, & ordinem per iudicem multatur.

21 Fideiussio de repræsentando multis modis terminatur.

22 Fideiussor de repræsentando ad instar fideiussoris de iudicio sisti lata sententia liberatur.

23 Iudicium non dicitur amplius lata sententia.

24 Fidemssiones de repræsentando, de iudicio sisti, & de stando iuri lata sententia expirant.

25 Etiam in criminalibus.

26 Et etiam in fideiussione de stando iuri, & de parendo mandatis curiæ.

27 Secus in cautione de iudicatũ soluendo.

28 Ut pariter quando est dictum, quandocunque: rursus, atque iterum, & toties quoties.

29 Fideiussio de repræsentando, etiam lata sententia, durat: quando sententia dicitur nulla, & postea confirmatur, vel agitur per viam restitutionis in integrum: nam etiam tunc fideiussio durat.

30 Fideiussio de repræsentando lata sententia non expirat: in fideiussione de re sequestrata exhibenda: quæ tam diù durat, quam diù finitur lis, etiam in causa appellationis.

31 Fideiussio de repræsentando reo effecto carcerato resoluitur.

32 Etiam instio, & ignorante fideiussore.

33 Et etiam si dictum sit totics quoties.

34 Ut pariter si deinde reus à carceribus aufugerit.

35 Idem quando sequuta incarceratione fideiussor protestatus fuit se de cætero tenere nolle.

36 Contrarium tamen est, quando est assignatus locus, vel domus pro carcere.

37 Fideiussor de repræsentando, si reus post sententiam fuerit relaxatus, vel aufugerit, liberatur, etiam quod dictum sit, totics quoties.

38 Condemnatione capitali rei principalis fideiussio de repræsentando expirat, & ipso iure.

39 Fideiussor simpliciter præstitus de repræsentando ex vnica præsentatione liberatur.

40 Fideiussio de repræsentãdo simpliciter, & ad iudicis voluntatem præstita, licet sit perpetua, nihilominus semel facta præsentatione resoluitur.

41 Ratio ea assignatur: quia omnis sermo intelligitur de prima vice.

42 Fallit quando promissio fuit facta respectu certi iudicis, & litis: nam durantibus prædictis fideiussor non liberatur.

43 Fallit secundo in fideiussione de iudicio sisti: in qua quis pluries vsque ad sententiam sistere tenetur.

44 Fallit tertio quando est promissum quandocunq; repræsentare: quia tunc in perpetuum fideiussor obligatus remanet.

45 Idem quando est dictum rursum, atque iterum.

46 Vt etiam si pluries, pluribusque vicibus.

47 Sed quid si dictum est, toties quoties? Articulus est controuersus: aquior, & magis communis sententia est: quod fideiussor per binam præsentatio-

rationem liberatur: alij verò volunt quòd fideiussor semper obligatus remaneat.

48 Cautela ad hoc, vt fideiussor remaneat perpetuò obligatus: quæ licet dura: tamen in vixosos praticatur.

49 Mutatione status, & conditionis rei liberatur fideiussor puta: quia de laico clericus: vel de inquisito, & accusato fuerit effectus bannitus, vel alias condemnatus.

50 Imò secundum nonnullos satis sunt inquisitio, & accusatio sine condemnatione: & maximè quando sunt clara, & notoriè de delicto constat.

51 Omnis dispositio intelligitur, rebus sic stantibus.

52 Impedimentum facto: & culpa superioris causatum fideiussorem excusat.

53 Magna difficultas impossibilitati adæquatur.

54 Difficultas, & impossibilitas superuenientes impediunt commissionem pœnæ.

55 Fideiussor de repræsentando: reo principali condemnato: eiusq; bonis confiscatis: liberatur: & maximè quando fuit ad pœnam capitis condemnatus: cuius interesse inæstimabile est.

56 Cautela, ad hoc vt fideiussor ad pœnam corporalem teneatur esse, vt dicta pœna in dicta fideiussione exprimatur: & de ratione.

57 Fideiussor de repræsentando in extraiudicialibus, & conuentionalibus fideiussoribus adhibendo omnem conatum posse, & diligentiam liberatur: secus in Prætorijs, & iudicialibus.

58 Contrarium: quando est promissum ità & taliter se facturum, & curaturũ, quod faciendum suum posse non excusetur sub obligatione sui, suorumque hæredum, & bonorum.

59 Difficultas restricta ad certam diem non excusat a dicta cautione: & maximè quando est procurata.

60 Promittes factum alienum: cum clausula ità, & taliter se facturum, & curaturum, quod faciendũ suum posse, non excusetur sub obligatione sui, suorumque hæredum, & bonorum: quare faciendo omnem diligentiam, & posse non excusetur. Duplex assignatur ratio.

61 Fideiussio ista morte naturali præsentandi expirat, vbi de ratione.

62 Etiam quod iudicium cum defuncto inchoatum fuerit.

63 Fideiussor de repræsentando non tenetur repræsentare illum, qui ob vulnus sibi illatum detinebatur, & ex inde mortuus fuerit.

64 Fideiussor, quando est in dolo, & culpa in repræsentando: tunc morte rei fideiussor non liberatur.

65 Idem si reus obierit post mortem fideiussoris morosi.

66 Vt pariter in fideiussore quantitatis, & de iudicio sisti.

67 Vt similiter si esset in mora in repræsentando reo.

68 Fideiussio de repræsentando simpliciter concepta elapsis sex mẽsibus expirat.

69 De intellectu l. Sancimus. C. eod. & l si post tres ff. si quis caut.

70 Fideiussio, quando est sine temporis præfinitione, tunc tempus est arbitrarium.

71 Fideiussori tempus ad perquirendum, & certiorandum reum debet assignari iuxta facti, & personarum qualitatem, ac loci distantiam arbitrio iudicis.

72 Fideiussor, quando promittit reum repræsentare toties quoties, & ad omnem iudicis voluntatem, semper & quandocunq; potest ad repræsentandum cogi.

73 *L. Sancimus C. eod. de fideiuſs. ceſſat, quando minus tempus in fideiuſsione eſt expreſsum.*

74 *Vt etiam quando dicta à lege eſt renunciatum.*

75 *Fideiuſsor ad repræſentandum datus, niſi ſuperuenientibus nouis inditijs aſtringi non poteſt: vbi de exemplo, & qualia debeant eſſe iſta inditia.*

76 *Fideiuſsio de repræſentando ad nouam cauſam non porrigitur, ſed ad antiquam dumtaxat.*

77 *Fideiuſsio in dubio cenſetur præſtita pro veteri cauſa, & ea, pro qua reus à principio fuit inquiſitus, accuſatus, & carceratus.*

78 *Iudici dicenti ſe velle reum pro antiqua cauſa non creditur, niſi iurauerit.*

79 *Fallit, quãdo dicitur in fideiuſsione ex quacunque cauſa noua, & veteri.*

80 *Pacta ſunt ſeruanda, & nulla maior iuſtitia in cõtractibus eſt, quam quod pacta ſeruentur.*

81 *Fideiuſſor de repræſentando nõ aſtringitur ad præſentandum reum, qui aufugit, vel ex conſcientia patrati delicti, vel ob noui criminis timorem ad Curiam denunciati, etiam quod adhuc dictus reus non ſit citatus, & condemnatus.*

82 *Quæ in tribus caſibus ſunt indubitata. Primo, quando conſtat clarè delictum fuiſſe commiſsum. Secundo, quando vltra denunciationem, & accuſationem etiam reus fuit citatus ad reſpõdendum inquiſitioni. Tertio, quando reus fuit poſitus in banno, & condemnatus.*

83 *Contraria, quod imò neceſsaria ſit condemnatio eſt magis communis.*

84 *Fideiuſsor reum repræſentare non tenetur, quando poſt eius fideiuſsionem conſtat de rei innocentia.*

85 *Fideiuſsor ad hoc vt ex fideiuſsione de repræſentando condemnari ad pœnam poſsit prius quam reus banniatur, vel condemnetur, debet interpellatus, ac monitus in mora conſtitui.*

86 *Etiam quod certa, & limitata die promiſerit.*

87 *Fideiuſsor repræſentans reum non interpellatus liberatur.*

88 *Fideiuſsor per interpoſitam perſonam reum repræſentans non liberatur, niſi idem ſequatur effectus.*

89 *Fideiuſsor prius à iudice non monitus non repræſentando pœnam non incurrit.*

90 *Hæc vera in fideiuſsore iudicij: ſecus contractus.*

Et etiam quod fideiuſsor ex contractu quarantigiato, & obligatione cameralli vallato ſi leiuſserit. nu 93.

Vt pariter etiam quod dictum ſit toties quoties. num. 94.

91 *L. Magnam. C. de contrab. ſtip. non habet locum in fideiuſsione contractus.*

92 *Contra fideiuſsorem de repræſentando ante interpellationem non dicitur orta actio.*

93 *Petitio vbi non eſt, non eſt mora: & vbi non eſt mora, non eſt pœna.*

96 *Moram an quælibet ſimplex requiſitio faciat: an verò requiratur interpellatio, remiſsiuè.*

97 *Moram an faciat extraiudicialis interpellatio, remiſsiuè.*

98 *In fideiuſsione ſi eſt appoſita dies certa, cum hoc quod ſtatim aduenientè dicta die pœna committatur ipſo iure, & facto abſque alio: An non præcedentibus interpellatione, & iudicis declaratione pœna ſit nihilominus incurſa.*

99 *Quando à l. vel homine imponitur pœna*

na ipso iure, & facto, & agitur de aliquem suo iure priuando: tunc vltra interpellationem etiam requiritur declaratoria iudicis ad hoc, vt quis ad pœnam astringi possit.

100 *Pœnæ executio nunquam à iudice fit, etiam quod sit ipso iure, at facto incursa: nisi prius pars moneatur, & iudex suam sententiam declaratoriam ferat.*

101 *Fallit, quando factum est notorium: & pœna est incursa ipso iure, & facto.*

102 *Fideiussor de repræsentando moram purgare potest, etiam quoad pœnam: modo fisci, & partis interesse habentium ius deterius non fiat.*

103 *Imo fideiussor purgat moram, & liberatur à pœna, quando hoc celeri festinatione facit, vt etiam post condemnationem, vt etiam interueniente iuramento, & num 104.*

104 *Modo hoc non sit factum in iudicis contemptum.*

105 *Fideiussor volens reum defendere, si procrastinat in eum præsentando, an incidat in pœnam.*

106 *Fideiussor de repræsentando, si non potest reum repræsentare, poterit defendere.*

107 *Dummodo reus non se absentauerit fideiussoris dolo.*

108 *Fideiussor de repræsentando tenetur, etiam ad pœnam corporalem, reum non repræsentans.*

109 *Intellige, quando in fideiussione est expressa certa pœna corporalis.*

110 *Vt etiam quando agitur de delicto pro quo pœna corporalis venit ipsi genda: alias secus.*

111 *Fideiussor, qui simpliciter reum repræsentare promisit, si reus veniat condemnandus pœna capitali: eum ad illam non teneatur fideiussor solum pœna extraordinaria arbitrio iudicis punietur.*

112 *Fideiussor omnino reum repræsentare tenetur, quando alternatiuè promisit.*

113 *Idem, quando se facturum & curaturum.*

114 *Idem, quando renunciauit omni legum auxilio.*

115 *Iaem, quando bona non sunt confiscata.*

116 *Fideiussor de repræsentando, & iudicio sisti differunt.*

117 *Fideiussor tenetur reum iuridicè, & legitimè repræsentare: aliàs non liberatur.*

118 *Actus appellatione venit legitimus.*

119 *Fideiussor dicitur legitimè reum repræsentare, quando eum in carceribus repræsentat.*

120 *Formula huius cautionis, quę hodie pratice actuarij vtuntur.*

De cautione de repræsentando.

CAP. III.

1 TErtia † est fideiussio iudiciaria, quæ fideiussioni de iudicio sisti valde similis, & proxima est. Et præ-
2 statur à reo. † Dicitur que de veniendo, seu exhibendo, ac repræsentando reum in posse iudicis, & Curię toties,
3 quoties quis fuerit requisitus. † Quę in criminalibus est quotidie in vsu.
4 † Et præstatur officiali, & notario secundum Bossi. tit. de carcer. fideiuss. committ. num. 68.
5 † Et fuit adinuenta ad euitandos carceres. Marant. de ord. iud. in 6. par.
6 principali. membro 8. num. 4. † Nam si carceratus offert fideiussores, & aduersarius non comparet, iudex potest fideiussores recipere, & reum relaxare: & maximè, quando non adsunt

probationes sufficiētes pro ipsius rei condemnatione, non superueniunt noua inditia, & non infligitur pœna mortis. Cast. in l.cū pro quo quis.nu.
7 3.ff.de in ius voc.† semper enim fideiussoribus relaxatur reus, vbi non imponitur pœna corporalis. Marsil. cons. 75.nu.1.lib.1. qui dicit communem. Clar. in prax.crim.§ fin.q.46. vers. in hac autem materia.

8 Et aduertatur.† Quod talis relaxatio rei, quæ fit à carceribus sub hac cautione de repræsentando concessa per iudicem vim habet absolutionis, & sententiæ absolutoriæ ab obseruatione iudicij, & in locum illius subrogatur. Bossi. in prax.tit. de sentent. num.61. Brun.c. leg.18. post nu.10.

9 Reus enim † non repertus culpabilis, si iudex sperat noua inditia eum absoluit præstita hac cautione. Clar. in prax.d.§.fin.q.64. vers.pariter.

10 Et de hac cautione † loquitur totus titulus. ff.in ius voc.vt eant Iaf. in l.2.§.si quis his personis. col.2.ad fin. ff.qui satisd cog. & in l.1.in princ.ff.si quis in ius voc. non ierit. Bal. in l.qui crimen. C. qui accus. non poss. Marsil. rub.eo.q.9.num.99. vers.ad prædicta etiam faciunt,& q.14.nu.133.& 136. Clar. in prax. § fin. quæst.46. ad fin. Card.Mantic.de tacit.& ambig. part. 2.lib.16.tit.20. num.8. & infra, plenè Prosper Farinac. in sua prax. crim. tit. de carcer. & carcer. quæst.34. per totum.

11 Fideiussor † de repræsentando debet esse idoneus. Alex. Iaf. & alij in l.1. ff.si quis in ius voc.non ier. Quod intellige,nisi sit coniuncta persona,quæ pro coniuncta fideiubeat: Quia tunc est verisimile quod citatus cōparebit, ne is, qui pro eo fideiussit illaqueatus remaneat Cast. in l.1. ff. in ius voc. vt eant, vbi per illum tex.hoc no.omnes.

12 † Fideiussio de repræsentando potest præstari, à carcerato, etiam die feriato, Iaf.in l.1.§.sed excipiuntur. nu. 11.vers.item, & tertio. ff.de feriis, qui dicit secus in recommandatione, sequestratione, & vt dicitur, arresto, personæ iam carceratæ.

13 † Et scias,quod fideiussor de repræsentando sub pœna debiti, & damnorum non tenetur ad interesse, sed ad debitum, & damnum emergēs. Nam
14 † appellatione damnorum venit tan-
15 tum damnum emergēs. Sed † appellatione interesse venit interesse conuentum,commune,& singulare. Se-
16 cus † si fideiussor se obligauit ad omne interesse, quia tunc tenetur ad illa tria, vt no.omnes in l.vnica. C.de sen.
17 quæ pro eo quod interest. Imo † fideiussor, non tantum tenetur ad pœnam debiti, damnum emergens, & omne interesse, & sic ad pœnas pecuniarias, verum etiam ad pœnas corporales,nō repræsentando reū, & maximè quando simpliciter, & indistinctè promissum est reum repræsentare. Vt etiam
18 † quando fideiussor suscipit in se rei
19 carcerati custodiam: necnon † quando dolo desijt repræsentare, nā in omnibus istis casibus vltra damna, & interesse fideiussor non repræsentando, etiam corporaliter punitur. Imo in
20 casibus † prædictis per iudicem extra ordinem, & vltra modum multari potest. l. reos. C. de modo mulctandi: Alber. in l.si quis reum. ff. de custod. reorum. l.2. §. in fideiussorem, vbi Ang.& Cast.in sum. ff.qui satisd.cog. l.fin. vbi glos. in verb. interest. ff. qui in ius voc. non ierit. Marant. disput. 7. num.4. Clar. in prax.quæst.46. vers.quæro Farinac.in prax. tit. de carcer.& carcer.quæst. 34.nu. 7. qui hoc limi-

limitat, quando certa, & limitata pœna est promissa.

21 † Amplius adnotandum. Quod fideiussio de repręsentando multis modis finitur.

Lata sententia.

22 Primo enim. † Quoniam hæc fideiussio habet eandem vim, quam fideiussio de iudicio sisti lata sententia expirat. l. græcè. §. post litem. ff. eod. Farinac. d. q. 34. nu. 103. Nam post,

23 † sententiam non dicitur amplius iudicium, & ideo cautio ista de sistendo in iudicio, & repræsentando curiæ, & iudici lata sententia expirare dicitur Cast. in l. 1. num. 5. ff. si quis in voc. fi-

24 deiussiones enim † de se repręsentando iudicio sisti, & stando iuri lata sententia expirant. dicto §. & post litem. Crem. sing. 11. Tob. Non, consil. 103. num. 4. Ancb. reg. quæst. fam. 15. nu. 3. lib. 2. Bart. in l. cum quærebatur. num. 5. in fin. ff. iudic. solui. Honda. cons. 111. num. 36. & supra diximus in c. 1. de caut. de iud. sisti. nu. 55. vers. 8. lata sententia.

25 Ampl. 1. † ista non tantum procedere in ciuilibus, verum etiam in criminalibus Bald. in c. dilectis. de appellat. Iaf. in l. 2. in §. in fideiussorem nu. 9. ff. qui satisd. cog. versic. 2. ampl. & sup. c. 1. nnm. 60. id etiam adnotauimus, & colligitur ex Farinac. in sua prax. de carcer. & carce. q. 34. nu. 104.

26 Amp 2. † Idem etiam in fideiussione de stando iuri, & de parendo mandatis Curiæ, & Iudicis. Alberig. in l. si quis reum. nu. 3. de cust. reorum; vbi Alex. in add. ad Bart. in littera D. Farinac. d. q. 34. num. 106.

27 Lim. 1. † in fideiussore de iudicatũ soluendo, nam is etiam post sententiam tenetur donec iudicatum soluatur. Farinac. loco præcitato num. 108. diximus supra cap 11. de caut. de iudicatum soluendo. num. 18.

28 Lim. 2. † quando est promissum repræsentare quandocumque, vt etiam quando est dictum rursus, atque iterum, vt pariter, quando in obligatione fideiussoria sunt apposita illa verba, toties quoties. Petr. de Rauenn. sing. 207. Farin. d. quæst. 34. num. 109. 117. 158 161. & 162. Anton. Heriog. de fideiuss. cap. 20. § 19. nu. 10. Idem quando est promissum sistere Curiæ quandocumque placuerit. Bart. in l. si quis reum. num. 2. ff. de custod. Reorum. Marsc. rub. eo. num. 140. Io. Bernard. Moscatell. in prax. fideiuss. part. 1. modo 13. num. 4. lex enim hoc casu fideiussoris voluntati non resistit, sed permittit. Roland. consil. 21. nu 6. & 49. volum. 2. Valent. Franc. de fid. cap. 6. num. 144. Idem pariter statuitur, quando in fideiussione est promissum parere mandatis Iudicis, seu tribunalis secundum Moscatell. dicto mod. 13. & dicemus infra hoc eodem cap. num. 40. cum seqq.

29 Limit. 3. † Quando sententia dicitur nulla, & postea confirmatur, vel agitur per viam restitutionis in integrum nam, & tunc fideiussio durat. Tesaur. decis. 202. num. 17.

30 Limit. 4. † in fideiussione interposita de re sequestrata exhibenda, quæ tam diù dura, donec lis finitur, etiã in causa appellationis. Curt. de sequest. num. 56. & 57. & quæst. 14. num. 65. Rebuff de sequest. art. 2. glos. vnica ad fin. Horat. Carp. ad stat. Mediol. part. 1. cap. 111. num 84. & 85.

Incarceratione.

31 Secundo expirat † etiam huiusmodi cautio si reus fuerit captus, & in-

carceratus nam huius modi cautio
32 per incarcerationē finitur. † Etiam fideiussore inscio, & ignorante Afflict. decis. 130. per totum; Et etiam
33 † quod dicatur toties, quoties Cag. in l. quod te. num. 24. ff. si cert. pet. Nell. de bannit. part. 1. 2. temp. q. 15. Tob. Nonius consil. 103. nu. 8. Et
34 † etiam quod à carceribus reus aufugerit. Grammat. consil. 66. nu. 65. nam si semel reus repræsentatus ex carcere aufugerit eius fideiussor de repræsentando non tenetur ad pęuā in fideiussione expressam, etiā quod pro eadem causa pro qua fideiussum fuerit aufugerit. Io. And. ad Specul. tit. de accus. §. sequitur. nu. 17. in littera. L. in verbo exceptionem. Bald. in l. qui vinum. nu. 19. C. qui accus. non possunt. Farin. d. quæst. 34. nu.
35 93. Et ista conclusio, † quod fideiussio de repræsentando per ipsam carcerationem expiret procedit quando reus est carceratus, & fideiussor protestatur, quod non vult teneri amplius. Io. And. in add. ad Specul. tit. de accus. §. sequitur. d. vers. exceptionem. Rom. cons. 137. vbi Mand. in add.

36 Limit. † prædicta in eo cui fuit assignata domus, vel alius, locus pro tuto carcere nam fideiussor ex tali incarceratione non liberatur, & maximè quando est dictum toties quoties. Hier. à Mōte tract. de quæstion. varijs. quæstion. 28.

37 Sed quid † si post sententiā Reus fuerit carceratus, & demum relaxatus, vel fugam arripuerit, an fideiussor liberetur. Stante quod promiserit toties quoties? Affl. Nell. & Cag. vbi supra tenent quod sic. idem etiā firmat. Marsil. in rub. ff. eo. q. 16. nu. 147. qui dicit hoc verum quando est captus ex eadem causa: secus si ex diuersa: & ponit Hier. Gabr. consil. 171. num. 7. lib. 2.

Condemnatione capitali.

38 Amplius † hæc fideiussio expirat sequuta condēnatione capitali contra principalem Alberig. Alex. & alij in l. si decesserit. ff. qui satisdare cogantur. Clar. in prax. §. final. quæst. 46. versic. quæro pone. Ceph. cons. 187. volum. 2. Gab. consil. 181. lib. 1. In tantum quod liberatus dicitur ipso iure. Alberig. in d. l. si decesserit in principio, vbi Cast. nor. 1. Alex. nu. 6. Ias. nu. 10. Clar. d. q. 46. vers. quæro pone. Foller. in prax. crim. part. vlt. nu. 154. Gondin. de malef. rub. de aliq. quæst. nu. 19. Gab. d. cons. 181.

Repræsentatione.

39 Tertio: † Fideiussor de repręsentando simpliciter præstitus per vnicam repræsentationem venit libera-
40 tus. † fideiussor enim de repręsentando simpliciter, & ad iudicis voluntatem datus licet dicatur perpetuo obligatus Azzon. in sua Summa. C. eo. nu. 8. Farin. consilio crimin. 57. nu. 1. in fin. Nihilominus si semel repræsentauit reum: est liberatus, nec amplius ad ipsum repræsentandum astringi potest. l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de legat. 3. glos. in l. duobus. §. si ei qui in verbo exhibuit. vbi Cast. ff. de iureiur. Alexan. in l. Græcè. ff. eod. & in l. si finita. num. 2. ff. de damn. infect. Marsil. in rub. de fideiuss. quæst. 15. num. 138. Tiraq. in l. Boues in §. hoc sermone reg. 21. num. 47. & 48. vbi hinc inde disputat. ff. de verb. signif. & se

re-

remittit ad declarationem. Ias. in d. l. duobus. §. ei qui nu. 19. ff. de iureiur.

41 † Et ratio illa assignatur, quia in dubio omnis sermo verificatur in prima vice. d. l. boues. in §. hoc sermone. ff. de verb. sign.

42 † Quod si promissio sit facta respectu certi iudicis, vel litis durat obligatio donec durat lis, vel iudex aliàs secus: & qđ quando fideiussio, est facta simpliciter fideiussor p vnicam repręsentationem liberetur, ponit Crot. cons. 411. nu. 45. volum. 3. & prosequitur hoc dictum Farin. in sua prax. crim. in titulo de carcer. & carc. q. 34. nu. 153. cum sequentibus.

43 Lim. secundo † in fideiussione de iudicio sisti: in qua quis pluries, & succéssiue tenetur sistere vsq; ad sententiam. l. Græcè. §. & post litē. ff. eo.

44 Lim. tertio, † quando promissum est repræsentare quãdocunque: quia tunc per vnicam repræsentationem non resoluitur fideiussio: sed tenetur fideiussor in infinitum repræsentare Crem. sing. 11. si quis promiserit. Marc. rub. eo. q 9. nu. 117. qui dicit hæc verba importare infinitatē. plenè Farin. d. q. 34. nu. 117.

45 Lim. quarto, † quando est promissum repræsentare rursus, atque iterum, quia tunc vnica repręsentatio, non iuducit liberationem, sed requiritur bina. Alexan. in l. si finita. nu. 3. vbi Angel. num. 4. ff. de dam. infect. Boer. deci. 131. Farin. d. q. 34. nu. 158.

46 † qui decidit idem esse quando dictum est pluries, & plutibus vicibus, quia etiam per binam repræsentationem fideiussor liberatur ex Gabri. & alijs quos allegat.

47 Lim. quinto, † quando in fideiussione da repræsentando sunt apposita illa verba, toties quoties: quia tunc infinitum tenetur quis reum repręsentare, verba enim hæc infinitatem denotant. l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de leg. 1. Deci. in l. vnica in secunda lect. nu. 2. in fi. C. de sent. quæ pro eo, quod interes. Alexan. cons. 145. nu. 3. vol. 3. & faciunt l. si finita. vbi Imo. nu. 4. Rom. nu. 3. cum seqq. Alex. nu. 3. & per totum. ff. de dam. infect. qui dicunt idem esse, quando est dictum ad omne iudicis mandatum, & voluntatem: & vltra præcitatos. hoc etiam voluerunt apposit. ad Rom. consilio 15. in verbo bina, Gabriel. de malef. conclu. 15. nu. 3. qui dicit hanc magis communem opinionem esse Gram. cons. 66. nu. 60. & 64 Gabri. consil. 181. nu. 15. lib. 1. Crot. cons. 411. nu. 45. volum. 3. Diaz. de reg. & Fall. regula 314. Alex. consil. 145. quoniam lib. 2. qui dicit hæc vera, etiam quod hæc clausula non sit repetita: sed tantum dictum toties. & in l. qui bona in §. fi. ff. de damn. infect. Ias. in l. duobus in §. 1. col. 3. ff. de iureiur. Deci. in cap. 2. in 2. col. in 2. lect. de consti. qui dicunt binam repræsentationem, non esse sufficientem. Vrsill. ad Afflict. decisio. 130. Rol. cons. 21. nu. 11. vol. 2. & consilio 53. nu. 4. vol. 1. Marc. rub. 10. q. 9. & q. 15. Et hãc esse communem opinionem docent Farin. d. q. 34. nu. 161. & 162. Matt. de clauc. par. 1. clauc. 184. Et maximè, quando verba ista, toties quoties sunt apta ad denotandam infinitatem. l. si ita stipulatus. vbi Bar. ff. eo. Bar. & Alex. in d. l. qui bona. supra §. fin. ff. de dã. inf. Deci. in d. l. vni. nu. 2. C. de sent. quæ pro eo qđ interes. Contrarium, quod imo per ista verba, toties, quoties fideiussor in perpetuum obligatus nõ remaneat: sed bina repræsẽtatione

tione liberetur. tenuerunt. Angel. in l. 3. in §. qui exhibendi. nu. 6. ff. de cuſt. reorũ. in d. l. ſi finita. ff. de dam. infect. & in l. oratione. ff. de feriis, quod ſcilicet, ad euitandam infinitatem, & perpetuitatem, quã lex abhorret, fideiuſſor obligatus repræſentare reum, toties, quoties per binam repræſentationẽ liberatus veniat. Hoc etiam firmant Alex. in l. fideiuſſor. in §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. vbi etiam Iaſ. idem Iaſ. in l. duobus. §. 1. in 3. col. ff. de iureiur. & in l. 1. in 1. col. ff. ſi quis in ius voc non ierit. Fely. in c. licet dilectus el 3. in fi. primæ col. nu. 4. verſ. & hinc etiam eſt quod fideiuſſor de teſti. Rom. conſil. 15. in vltimo dubio. Marſil. in rub. co. nu. 103 & 138. Matth. ſing. 176. nota vbi addentes Mant. ſing. 524. Nellus de Bannit. in 1. par 2. temp. nu. 14. Decian. reſp 87. nu. 2. vol. 2. Bald. conſ. 112. nu. 3. vol. 3. Iaſ. conſ. 30. vol. 1. Afflict. deciſ. 130. nu. 6. vbi Vrſill. nu. 2. Alex, d. conſ. 145. nu. 2. vol. 2. Gabr. de malef. d. concl. 15. nu. 1. Card. Mant. Tract. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 16. tit. 20. nu. 9. & 10. qui voluit, quod bina repræſentatio ſufficiat, & dicit communem. Farin. in d. prax. de carc. & carcer. q. 34. nu. 163. qui nu. 165. ait ab Ang. opinione vti communi non eſſe recedendum. Et hanc opinionem Ang. tanquam æquiorem ſequitur maior Doctorum numerus, & fundatur, tum quia. l. ſemper infinitatem, & perpetuitatem abhorret, quo ſit, vt diſpoſitio ſit præſcriptibilis etiam, quod in ea ſint appoſita verba iſta Tiraq. de retract. lig. §. 1. glo. 10. nu. 34. Tũ etiam, quia quando datur caſus dubius: tunc fideiuſſorem, non teneri: ſed liberatum eſſe pronunciandum eſſe. Ceph. conſ. 87. nu. 17. in primo vol. Gabr. conſ. 181. nu. 76. & ſeq. lib. 1. & 173. nu. 4. & 23. vol. 2. Proſp. Farin. conſil. crim. 50. nu. 21.

48 Cautela tamen eſt ad tollendas, tor ſupra excitatas difficultates, & diſputationes, circa hæc verba toties quoties: quam hodie etiam ſeruant pratici Actuarij, in formanda hac fideiuſſione, de ſe repræſentando: vt vltra illa verba toties quoties, etiam addantur alia uerba, quandocunque, quomodocunque, & qualitercunque ad omne curiæ, & iudicis mandatum, ex quacunque cauſa ueteri, & noua cogitata, & non cogitata. In hac cautela ſi uteris ceſſabunt tot amaritudines, ſupta ponderatæ circa illa uerba toties, quoties. Mihi tamen ſemper uiſa fuit habere in ſe aſperitatem, & duritiem iſta formulæ: Tum quia ad perpetuitatem, tum etiam quia ad nouam cauſam obligat. Vidi tamen eam ſeruari tantum in perſonis valde rixoſis, & ſcandaloſis ad eas compeſcendas, & reprimendas.

Mutatione Status.

49 Quarto.† Mutatione ſtatus, & cõditionis fideiuſſor nõ cogitur repręſentare reum. Puta, quia reus de laico fuerit effectus Clericus, & ſic forum mutauerit: vt etiam quia fuerit effectus bannitus, vel alio modo condemnatus, vel aliter ſtatum, & conditionẽ ſuam mutauerit. Marſ. rub. co. q. 12. nu. 132. cum ſeq. Boſſ. de carcer. fideiuſſ. cõmit. nu. 42. Ceph. conſ. 187. nu. 8. lib. 2. Eugen. conſ. 2. nu. 28. cum alijs cumulatis à Farin. in ſua prax. crim. q. 34. nu. 38.

50 † Imo ſufficere ſolas inquiſitionem, & accuſationem abſque condemna-

demnatione: & maximè quando sunt clara, & nullo modo tergiuersari possunt. voluit Gab. cons. 173. nu. 18. vol. 2. qui dicit secus esse quando inquisitio, & accusatio sunt turbidę: nam tali casu, ait necessariam esse condemnationem ad hoc, vt liberetur fideiussor. Eug. cons. 67. num. 8. qui inquit, quod quando notoriè de delicto constat post accusationem, quod tunc ad excusandum fideiussorem, à pęna satis est accusatio. Farin. d. q. 34 nu. 54.

Et huius pronunciati ratio illa assignatur: † quia omnis dispositio de mundo intelligitur, rebus sic stantibus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat. not. in l. qui seruum. ff de verbor. oblig. Gozad. cons. 27. num. 1. qui dicit hoc verum etiam in dispositione iurata, & nn. 19. Gram. d. cons. 66. nu. 68. Surd. de alim. tit. 7. q. 20. num 22. Bossi. in prax. tit. de carc. fid. commit. num. 35. 41. & 43. Eug. cons. 2. nu. 18. Mars. rub. eo. q. 19. num. 151.

Alia etiam adducitur ratio. † Quia impedimentum facto, & culpa superioris causatum excusat fideiussorem. Thob. Non. cons. 103. in fin. Eug. con-
fil. 68. num. 27. † Et maximè quando causat difficultatem magnã, quæ im-
possibilitati adæquatur. † Nam impossibilitas, seu difficultas superueniens, impediunt pœnæ commissionem. l. si vehenda, & ibi Bart. ff. ad l. Rhod. de iact. l continuus. §. illud. ff. de ver. oblig. Thob. Non. d. cons. 103. num. 3. Et hoc dictum decem rationibus comprobat Farinac. in d. prax. crimin. tit. de carc. & car. q. 34. nu. 39. & num. 77. cum sequent.

† Hinc est quod fideiussores de repræsentando liberantur, quando reus fuit condemnatus, & bannitus pronunciatus ex aliquo delicto capitali, & eius bona sunt cõfiscata: tunc enim fideiussiones ad eum repræsentãdum non tenentur, & non repræsentando excusantur à pęna l. sed, & si quis, in principio. ff. si quis caut. vbi Bar. Ang. Cast. Alberig. num. 13. Alex. num. 6. Cast. in l. si debitori. num. 2. ff. de fideiussoribus. not. in l. si decesserit. ff. qui satisda. cog. Et maximè, quando est condemnatus ad pœnam capitis: nam tali casu interesse est inæstimabile.

† Et ideo ad hoc, vt fideiussores eò casu teneantur cautela est, vt addatur, certa, & determinata pœna corporalis. Cum. cons. 32. inculpatus: & ratio est, quia fideiussio, pro pœna corporis, non tenet, vt etiam quia per hoc est effectus reus in repræsentabilis: multa alia vide in proposito per Farinac. d. q. 34. nn. 69. & 70. cum seqq. qui hãc illationem multis modis ampliat, & limitat, à num. 80. vsque ad numerum 102.

Omni diligentia, posse, & conatu adhibitis.

Quinto. † Liberatur talis fideiussor etiam quod cum iuramento promiserit, quando fecit omnem conatum, & diligentiam, vt reum repræsentaret; quia tunc facto omni posse, si non repræsentat excusatur. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 27. num. 6. qui dicit communem. Cephal. consil. 164. num. 25. vol. 2. cum alijs allegatis per eum. Et maximè in cõuentionalibus, & extra iudicialibus: secus verò in Prætoris, & iudicialibus stipulationibus, in quibus quis faciendo, omnem diligentiam, & posse non excusatur ad l. si vehenda in §. fin. ff. ad leg. Rhod. de iact. Et quod in iudicialibus, à pœna promissa non excusetur fideiussor etiam quod fecerit omnem

diligen-

diligentiam, & posse in repræsentando reum. Firmarunt Bal. in §. si quis alium. inst. de inutil. stip. Curt. consil. 124. nu. 19. Marant. dispur. 7. nu. 11. omnes. in l. quod te. ff. si cert. pet. Farinac. d. q. 34. ou. 16. cum seqq.

58 † Imò etiam in extraiudicialibus, & conuentionalibus, stipulationibus, fideiussor faciendo omnem diligentiam, & posse tenetur non repræsentando ad pœnam: quando in instrumento fideiussionis dicit, & promittit fideiussor factum pœnam, & interesse, & in promissione addit taliter, se facturum, & curaturum, quod faciendo suum posse, non excusetur sub obligatione sui suorumq; hæredum, & bonorum: nam tali casu fideiussor nõ excusatur, etiam quod fecerit omnem diligentiam, & conatum in repræsentando, qua cautela, & formula verborũ adhibita fideiussorem ab interesse, & pœna non excusari voluerunt. Socin. consil. 208. num. 29. vol. 2. Gozad. consil. 27. nu. 6. Paris. consil. 109. num. 8. & 9. vol. 1. Aym. consil. 272. nu. 13. Gabr. de pact concl. 2. num. 9. 11. & 12. Roland. consil. 53. à num. 11. vsque ad num. 16. vol. 1. Viui. Videum. lib. 1. commun. opin. opin. 255. Deci. consil. 323. & 330. & consil. 345. col. fin. Ioseph. Lud. in com. opinio. opin. 14. nu. 123. & 124. Anr. Hering. de fid. c. 20. § 9. nu. 127. qui nu. 131. dicit cui pœna conuenta applicanda veniat fisco, vel parti.

59 † Et aduertatur, quod difficultas non excusat fideiussorem de repræsentando tali die Bald. in l. Sancimus, per illum tex. C. eod. Iaf. in l. quod te. col. 14. nu. 32. versic. limita, etiam doctrinam Bar. ff. si cert. pet. & maximè, quando talis difficultas fuerit procurata Barb. consil. 57. in 7. col. volum. 3.

60 † Et quod ille sic sub tali verborum formula, promittens etiam faciendo omnem diligentiam, & posse non excusetur, duplex ratio assignatur.

Primo, quia se immiscet in negotio spectante ad alium, & promittit de proprio: vnde facit negotiũ suum, & vt principalis obligatur. Goz. consil. 78. num 9. Deci. consil. 7. col. fin. in fin. Sim. de Pret. cõs. 77. nu. 38. cum seq.

Secunda ratio est, quia constat de mente enixa promittentis, quod in euentum non repræsentationis dicti rei vult teneri de suo proprio Patis. d. consil. 109. nu. 9. Dec. consil. 439. nu. 8. & 9. Roland. d. consil. 53. nu. 14. vol. 1. Gab. de pact. d. concl. 2. num. 14 vers. septimo limita. Nam communis conclusio, quod promittens repræsentare aliquem excusetur faciẽdo omnem diligentiam, & posse, & promittens factum alienum, non incurrat pœnam vbi adhibendo, omnem conatum, & diligentiam fecerit quicquid potuerit, de qua per Aflict. decis. 295. Ferrat. caut. 43. Marant. dispur. 7. Aym. consil. 272. nu. 12 Natt. consil. 451 nu. 42. vol. 2. Ceph consil. 437. nu. 57. vol. 3. Non procedit, quando constat promittentem in euentum, non repræsentationis velle teneri de suo. Crotr. in l. 4 in §. Cato. num. 36. ff. de verb. obl. vbi Alciat. nu. 136. Socin. consil. 26 lib. 3. Couar. in prælect. ad rub. de pact §. 5. nu. 5. vers. 8. si ad amussim. ad quæ videatur Octau. Vulpell. consilio 81.

Morte naturali præsentandi.

61 Sexto † expirat hęc fideiussio, morte naturali præsentandi, fideiussor. n. non tenetur reum repręsentare, nec ad aliquam pęnam legalem, aut conuentionalem dicto Reo principali mor-

tuo.

tuo. l.qui decesserit. ff.qui satisd.cog. vbi Bart. Bald. Angel. & Cast.in sum. quod etiam ibi not. Alberig num.6. Castrens.nu.190. Ias.num.1.Signor. de Homod. cons.118. Et ratio illa assignatur, Quia sistere,est factũ,quod personæ defuncti cohæret: & ideo nõ
62 egreditur eius personam. Et † istud etiam sibi locum vendicat, quod Iudicium cum defuncto inchoatũ fuerit. Fatin.in sua prax.de carc.& carce. q.34.num.34.& infra.

63 Hinc est: † Quod fideiussor promittens repræsentare reũ toties quoties: non tenetur præstare illum, qui ptopter vulnus inflictũ detinebatur: si deinde vulneratus,mortuus sit Hieron.Gabr.cons.181.num.5.vol 1.

64 Fallit † primo hęc conclusio quando reus mortuus fuerit dolo, & culpa fideiussoris. l.si eum, §.homo, ibi perijt.ff.si quis caut. glos.in d.l.si decesserit. vbi Bar.Bal. & alij, ff.qui satisd. cog. Farinac. d.q.34 nu.35. qui dicit hoc esse ex eo,quia idem operatur culpa, quod mora.

65 Fallit † secundo si reus obierit post mortem fideiussoris: nam tali casu mors rei non excusat fideiussorem à pœna, & maximè quando tunc temporis fideiussor esset in mora repræsentandi Reum d. l. si quis decesserit in fi.ff.qui satisd. cog. vbi id not. Bar. Bal. Alberig. Alex. Cast.& alij, & habetur in l.sancimus in fi.C.de fideius.

66 Fallit † tertio in fideiussore quantitatis, puta de soluendo condemnationem, vel iudicatum. l. si verò pro condemnato vbi Bar.ff qui satisd.cogan. Et ratio est in prõpiu: Quia fideiussor de iudicio sisti reo mortuo non potest adimplere quod promisit, cum in iudicio Reum mortuum sistere nõ possit: Quod secus est in fideiussore quantitatis, & de iudicatum soluendo, qui etiam Reo mortuo quantitatem soluere potest ita Farinac.d.q.34. num.37.

67 Fallit † quarto, quando fideiussor esset in mora repræsentãdi reum: quia tunc mors; rei non excusat à pœna d.l. si decesserit, & d.l.sancimus.

Transactis sex mensibus.

68 Septimo. † Euanescit hæc fideiussio quando quis promittit simpliciter nullo termino appositio aliquem repræsentare: quia tunc transactis sex mensibus liberatur.l.sancimus. C.eo. Marsi.in rub. ff eo. nu.141. quæst.15.

69 Fideiussor † enim de repræsentando reum etiã interpellatus habet semestre intra quòd tempus potest purgãdo moram quandocumque præsentare, & maximè ad effectum euitandi pœnam iuxta dispositionem. d.l.sancimus. Bal.in l.si quis reum.nu.5.vbi Ang.nu.6. ff.de custod. reo. Alberig. in d.l.sancimus, dum agit de intellectu dictæ legis, & de intellectu. l. si post tres. ff. si quis caut. dum docet, quòd mora potest purgari, intra tres plureſq; dies. Et decidit ibidem quod l.si post tres procedit in reo, & l. sancimus,in fideiussore diximus inf. par. 2.sect.10.num.29.

70 Lim.1. † quãdo fideiussio est concepta sine tẽpotis præfinitione. Nam tali casu Iudicis arbitrio tempus taxatur. Fideiussore enim citato ad perquirendum reum, eumque repræsen-
71 tãdum † debet concedi dicto fideiussori tempus ad eum perquirẽdum, & certiorandũ Iudicis arbitrio iuxta facti, & personarum qualitatem, ac loci distantiam l.pen. C.eo.§.si verò intercessor in Auth.de fideius. vbi gl.& Bart.Io.And.in add.ad Spec.in tit.de

accu-

accusat. & sequitur num. 16 Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 4. cum alijs relatis per Farinac. in dicta sua prax. tit. de carcer. & carc. d. quæst. 34. nu. 147. & 148.

72 Lim. secundo, † quando est dictum toties quoties, & ad omnem iudicis voluntatem, vt hodie ferè omnes fideiussores de repræsentãdo recipiuntur: quia tunc semper, & quandocunque potest cogi fideiussor ad repræsentandum. Clar. in prax. §. fin. q. 46. vers. sed quæro, qui dicit d. l. Sancimus. nunquam fuisse vsu receptam; subdit tamen quod bonum est, vt fideiussor renunciet beneficio dictæ legis. Farin. d. q. 34. num. 149. qui dicit iudices in hoc deridere Procuratores, & Aduocatos petẽtes dictam dilationem sex mensium. Et addit quod bene solẽt iudices, allegata absentia rei, concedere fideiussoti comperentem terminum ad reum perquirendum, & certiorandum.

73 Fallit tertio, † quando in fideiussione est expressum minus tempus sex mensium.

74 Lim. quarto, quando dictæ l. Sancimus est renũciatum Bar. in l. si quis reum. nu. 5. vbi Ang. num. 6. ff. de custod. reo. Franc. Marc. decis. 797. nu. 2. Clar. in prax. §. fin. q. 46. vers. sed hic quæro Hercul. de caut. de non offen. cap. 23. num. 18. Bossi. de fideiuss. carcer. committen. nu. 66. qui dicit istam renunciationem debere esse specificam, & non genericam.

Nouis inditijs non superuenientibus.

75 Octauo. † Fideiussor ad repræsentandum datus non potest astringi, nisi superuenientibus nouis inditijs. Exemplum. Reus non fuit absolutus: sed relaxatus sub hac cautione. Eius fideiussor alijs non superuenientibus inditijs ad hanc cautionẽ astringi nõ potest Bar. Alex. & alij in l. pen. ff. de quæst. Foller. in prax. crimin. in fragmentis. nu. 151. qui dicit talia indicia debere esse, non leuia, sed sufficientia ad torturam. & in tit. de plur. violent. nu. 114. Aym. cons. 321. in fi. vers. non omitto. Tob. Non. cons. 103. num. 5. Brun. à Sole q. 17. nu. 10. Prosper. Farin. qui alios citat, in sua prax. tit. de inquisitione quæst. 3. nu. 25.

Noua causa.

76 Nono. † Fideiussio de repræsentãdo ad nouam causam, non porrigitur. Sed fideiussor ab ea liberatus dicitur. Fideiussor enim tantum tenetur repræsentare reum, pro illa causa, pro qua promisit, & fideiussit, & non pro alia & noua, ac diuersa ab ea Roman. cons. 210. circa principium, in primo. Cum. cõs. 32. inculpatus Tob. Non. cons. 103. nu. 1. & 4. Gab. cons. 173. num. 11. lib. 2. & cons. 181. nu. 4 & 5. vol. 1. Fideiussio enim de repræsentãdo simpliciter facta testringitur ad causam, & delictum pro quo, vel qua reus fuit, à principio inquisitus, accusatus, & incarceratus, & nõ ad alia de nouo superuenientia. Rolan. cons. 58. num. 11. lib. 1. Hercul. de caut. de non offend. n. 20. num. 20. Marc. Ant. Eug. cons. 68. nu. 38. lib. 1.

77 † Et in dubio semper fideiussio intelligitur restricta, ad eã causam, pro qua reus detinebatur, & fuit inquisitus. l. 2. vbi not. ff. si quis caut. Eugen. cons. 66. nu. 38. Farin. in prax. crimin. tit. de carcer. & carc quæst. 34. nu. 31.

78 † Ita quod iudici asserenti se velle reũ ex antiqua causa non creditur, nisi iuraverit. Hond. cons. 111. nu. 17. Foll. in fragmenti. num. 252. Tob. Non. d. cons.

cons.103.nu.2.Farinac. loco præcitato nu.32. Ad quæ adde Octau. Vulp. cons.88.qui dicit, quod causa nõ probabilis non prouocans, & iniusta habetur pro non causa ex Alex.& Corn. quos allegat.

79 Lim.† quando in fideiussione dicitur ex quacunq; causa superueniente noua, & veteri. Farin. in prax.crim. de carce.& carc.q.34.nu.33. Turret.
80 cons.63.nu.17.vol.2.† quia tunc pactum est seruandum, & potest obijci fideiussori pacto conuenisti mecum.l. 1.ff.de pact.l.1.ff.de const. pecu. Et si spondidisti,nõ potes dici illaqueatus, nisi ex verbo artis tui Neuiz.cons.11. num.20. & si ità voluisti non poteris conqueri de iniuria Farinac.d.q.34. nu.33. & facit Perr. Surd.decis.259. nu.5. dum vult quod nulla est maior iustitia in contractibus, quam quòd pacta seruentur.

Euga rei ob conscientiam patrati criminis, vel ob timorem noui delicti ad curiam denunciati.

81 Decimo: † Fideiussor de repræsentando,non tenetur repræsentare Reũ, qui aufugit, vel ex conscientia patrati criminis, vel ob timorem noui delicti ad curiam denũciati, etiam quod adhuc non fuerit citatus: Et etiam quod Reus nõ sit condemnatus. Mars.ub. ec.quæst.19.nn.171. Tob. Non.cons. 103.nu.3.lib.1.Ceph.cõs.187.lib.2. Moron.de treg.& pace.q.128.nu.14. Hier.Gabr.cons.181.num.6.cum sequentib.lib.1. & 173. nu.11.& infra lib.2.Farinac.in prax.crim.de carcer.
82 & carcer.q.34.nu.54. qui † dicit hoc verum quando constat Reum commisisse delictum,& nu.57.subdit hoc indubitatum quando vltra accusationem, & denunciationem Reus fuit citatus ad respondendum inquisitioni, & num. 8. ait ista, eò fortius vera esse, quando Reus fuit positus in banno.

83 Contrariũ † tamen tenuerunt multi quòd vltra accusationem,& denunciationem requiratur condemnatio: vt refert Farinac.d.q.34.num.59.qui tandem cõcludit primam opinionem æquam secundam communiorem, & num.62. pro eius resolutione vtitur longa distinctione.

Notoria innocentia præsentandi.

84 Vndecimo † Fideiussor de repræsentando non tenetur amplius Reum repræsentare quando post fideiussionem constat de innocentia illius, pro quo promissum fuit Gabr. cons.181. nu.6.& 7.lib.1. & 173.nu.18.vol.1. Eugen. cons.67. nu.8. Farin.d.q.34. num.54.& 68.

Interpellatione & mora non adhibitis.

85 Duodecimo † Fideiussor,de repræsentando debet constitui in mora, antequam Reus banniatur, vel condemnetur ad hoc vt demum ex fideiussione condemnari possit, l. si decesserit, in fin.ff.qui satisd.cog. l.sed, & si quis vbi glo.1.ff.si quis cautio. Bossi.de carcer.fideiuss.commis.num.66.in fin. Herculan. de caut. de non offendend. c.23.num.16.Farin.d q.34.num.73.
86 & hæc adeo sunt † vera vt requiratur requisitio, & interpellatio, vt etiam procedãtur, quod certo tempore promiserit. Nam requisitio tali casu est necessaria ad hoc, vt fideiussor teneatur ad pœnã non repræsentando. Rom. in l. stipulatio ista, in §. inter certam diem.nu.4.ff.de ver.ob.l.& cons.127.

alias

alias 137. ista promissio. nu. 1. vbi Mandosi. in additionib. Butri. in c. 2. nu. 11. vbi Abb. nu. 19. de iud. idem Abb. in cap. finem litibus. num. 34. de dol. & contum. Alex. in l. properandum. nu. 8. C. de iud. Fely. in cap. si aurem. nu. 4. de rescrip. Farin. d. q. 34. num. 125.

87 Sed quid, † si fideiussor repræsentat reum antequam requiratur, & interpelletur, an liberetur Rom. cons. 139. aliàs 137 incip. ista promissio, vbi Horat. Mand. in add. volunt fideiussorem istum liberari.

88 Et aduerte. † Quod quando repræsentatio fit per alium, quam per fideiussorem, quod tunc fideiussoris liberatio non contingit, ac sequitur, nisi idem effectus sequatur. Luc. de Pen. in l. si quis decurio. col. 4. C. de decur. lib. 10. Rom. in l. 2. in §. fideiussorem. col. 2. versic. ponatur etiam. ff. qui satisd. cog. Bal. cons. 307. verba Diui Afflic. decis. 130.

Iterum quid: aliquis promisit repræsentare aliquem curiæ intra certum, & limitatum tempus sub pœna: An si intra dictum tempus irrequisitus ipsum non præsentauerit in
89 dictam pœnam incidat? † Communiter concludunt Doctores, quod si dictus fideiussor non fuit monitus, interpellatus à iudice, ac requisitus, non incidit in pœnã, & quod in mora non constituitur, etiam quod fide-
90 iussioni certa dies adiecta sit. † Et maximè in fideiussore iudicij: quod secus esse volunt, in fideiussore conuẽ-
91 tionis, & contractus: † nam in eo habet locum l. Magna. C. de contrah. & commit. stip. quod dies interpellet pro homine. Ità Castrens. cons. 168. vol. 2. Rip. in l. 4. §. hoc autem iudicium. nu. 10. ff. de damn. infect. Ias. in l. vniuersa. nu. 4. C. de precibus imp. offer. & in l. si ex legati causa nu. 14. ff. de verb. oblig. Marsi. in rubr. de fideiuss. nu. 114. & in l. vnius facinoris. §. cognituru nu. 15. de quæst. Rol. cons. 58. num. 14. volum. 1. Boss. in prax. crim. tit. de carcer. fideiuss. committen. nu. 61. Deci. in l. quod te in secunda lect. nu. 4. ff. si cer. per. cons. 2. nu. 7. & cons. 145. in prima colum. Socin. Iun. cons. 65. nu. 77. libro 1. Bauer. in suo tract. de mora. par. 2. fallent. 1. remed. 13. Moro. de treg. & pac. q. 17. nu. 2. Felyn. in cap. sin autem, in tertia columna. nu. 4. de resci. Rot. diuers. in impress. decis. 11. nu. 15. in secunda par. dum decidit, quod fideiussor de aliquem repræsentando in iudicio non constituitur in mora per aduentum diei sine
92 interpellatione. † Et ratio præmissorum est: quia ante diem, & interpellationem non est orta actio. Deci. in d. l. quod te. nu. 5. Marsil. in d. §. cognituru. nu. 15. Boer. cons. 22. nu. 6. Gabr. de solutio. cons. 9. nu. 22.

93 † Quod procedit etiam quod fideiussor se obligauerit ex instrumento cõfessionato, iurato, quarãtigiato, & obligatione camerali vallato. Curt. Iun. in d. l. quod te, nu. 26. cum sequẽt. ff. si cer. per. Bar. in l. cum quod. § si iurauero, in fi. ff. de iureiur. Natt. cons. 65. nu. 11. vol. 1. Osasch. decis. Pedam. 45. aliàs 49. nu. 2. Hondad. cõsilio 302. hæc sũt breues. in princ.
94 & cons. 303. † vbi loquitur, quando non est assignata dies, sed dictum, toties quoties. Nam tunc, vt pœna committatur requiritur, vt fideiussori à iudice alius terminus præfigatur, & hoc ex dispositione l. Sancimus. C. eo. dicta q. 5. proximè dictum fuit.
95 † Et ratio est, quia vbi non adest petitio,

titio, ibi non est mora, & vbi non est mora, ibi non cadit pœna. l. lecta. § penult. ff. si cert. pet. Tiraq. de retract. lig. §. 11. glos. 4. num. 4.

96 Et notandum est vnū: † quod quælibet simplex requisitio moram non inducit, nisi sit interpellatio, vel aliquid aliud, quod vim interpellationis obtineat. l. mora. ff. de vsur. Menoch. de retin. remed. 3. nu. 479. licet contrarium videtur firmare idem Menoch. de arbitr. iud. cas. 137. num. 20. & de veritate, vide eundem Menoch. cas. 220. Gabr. de solut. concl. 9. & de transact. concl. 1. num. 10.

97 † Et an sit satis interpellatio extra-iudicialis. in d. l. si ex legati causa in fin. ff. de verbotum oblig. satis bene deducit Iason.

98 † Amplius quid si in fideiussione est apposita certa dies, & est dictum, quod si fideiussor non soluerit statim aduenientе illo tempore, quod incidat in pœnam ipso iure, & facto incurrendam. An tali casu vltra interpellationē etiā iudicis declaratoria requi-

99 ratur? Pro resolutione dicas. † Quod quando à l. vel ab homine, pœna imponitur ipso iure; tunc quando agitur de priuando aliquem iure suo, vltra requisitionem etiam semper requiritur declaratoria, etiam quod actus sit ipso iure nullus Bart. in l. his consequenter. ff. fam. ercisc. Felyn. in cap. Rodulfus. nnm. 35. de rescript. Paris. cons. 29. num. 15. & 16. vol. 4. Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur.

100 effectu 50. num. 398. † Nam nunquam deuenitur ad executionem pœnæ, etiam ipso iure, & facto incursæ, antequam pars moneatur, & iudex suam sententiam declaratoriam proferat. Burs. cons. 14. nu. 18. & 21. & cons. 43. nu. 22. lib. 1. benè Ruin. con-

sil. 153. num. 16. par. 1. Gabr. de malef. conclus. 12. qui dicunt executionem pœnæ ipso iure incursæ fieri non posse ante sententiam Iudicis declaratoriam.

101 † Est benè verum, quod quādo factum esset notorium, notorietate resultante, ex actis, & pœna, ipso iure esset imposita, quod tunc non requiritur sententia declaratoria. Eug. consil. 68. nu. 24. sed absque alio ipso iure pœna committitur, & incurritur.

102 † Vlterius iuxta prædicta, videndum est de alio. An fideiussor de repræsentando possit purgare moram. Et sic an possit, post moram reum repræsentare, congruo loco, & tempore, ita vt ex tali moræ purgatione veniat liberatus, à pœna? Dicas quod fideiussor de repræsentando regulariter potest purgare moram, modo fisci, & partis interesse habentium ius non sit factū deterius, l. & si post tres, vbi Bart. Bald. Alberig. Ang. & Ias. & alij communiter. ff. si quis caut. Boss. de carcer. fid. comm. num. 66. Gram.

103 decis. 95. num. 1. & 5. † qui dicunt, quod fideiussor, liberatur à pœna, & committitur purgatio moræ: & maximè quando celeri festinatione hoc

104 facit. † Et addunt hoc, non procedere, quando talis pœna esset apposita in Iudicis contemptum. Nam tunc ratione contemptus, potest pœna exigi: etiam quod Reus post terminum se repræsentauerit Grammat. d. decis 95. Roman. consil. 110. num. 9. in fin. Iason. in l. stipulatio ista in §. alteri. num. 10. ff. de verb. sign. & ad saturitatem, circa hoc dictum: videatur Farin. in sua prax. crimin. tit. de carcer. & carcer. q. 34. num. 135. qui numero 136. & 137. dicit hęc vera, etiam post cōdemnationem, & etiam inter-

ueniente iuramento, qui demum nu. 142. 143. & 144. hoc multis modis limitat.

105 Insuper. † Quid si fideiussor istæ vult Reum defendere: & ideo procrastinat in repræsentando, ipsum an incidat, in pœnam? Mars. sub. eo. q 14. nu. 136. Rimin. Sen. cons. 457. nu. 11. volum. 3. concludunt quod non.

106 Pariter † fideiussor de Reum repræsentando si non poterit Reum repræsentare an saltem possit ipsum defendere allegando, quod fuit indebitè captus? Et pro affirmatiua facit. tex. in l. si cum, in princ. vbi Alex. ff. si quis cauti. Mars. sub. eo. q. 14. & q. 50.

107 nu. 412. † Dummodo Reus, se non absentauerit, per dolum ipsius fideiussoris. Ias. in l. sancimus. §. sin autem col 20. C. eod.

108 Postremo. † Animaduertẽdum est aliud in proposito. Quod fideiussor de repræsentando, si non repræsentat Reũ quem repræsentare promisit tenetur etiam ad pœnam corporalem l. si quis Reum vbi Bar. & omnes. ff. de custod. Reorum. Salyc. in l. ad Commentariensem, num. 3. C. d. tit. Speculat. de accus. §. sequitur. nu. 13. Nam promittens in casu criminali dicitur principaliter promisisse pœnam soluere Rim. iun. cons. 738 num. 27. vol. 1.

109 Intellige † quando in fideiussione est expressa certa pœna corporalis. Vt

110 etiam quando † agitur de delicto, pro quo, veniret imponenda pœna corporis afflictiua. d. l. si quis reum, vbi Bar. Ang. & alij. Secus verò si nõ apponitur in fideiussione certa pœna corporalis: nam tali casu fideiussor non repræsentando reum punitur pœna pecuniaria iudicis arbitrio, vt per Fatinac. qui ad longum hoc dictum prosequitur in sua prax. titu. de carcer. & carcer. quæst. 34. num. 1. cum sequentibus.

111 † Sed quid fideiussor promisit reũ repræsentare simpliciter, reus aufugit, qua pœna erit condemnandus iste fideiussor? certè si reus est condemnandus pœna capitali: cum fideiussor eadem pœna condemnari non possit, veniet puniendus pœna extraordinaria arbitrio iudicis. glos. in cap. cum homo. 23. q. 5. Gemin. in c. iuris. g. distinct. 1. Cuman. cons. 32 inculpatus circa medium ibi cum teneatur ad aliud quam principalis, cum alijs, quos refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 304. nu. 1. & 2. qui hoc tribus modis limitat.

Adde præmissis nonnullos casus, in quibus fideiussor tenetur omninò reum repræsentare, aliàs pœnam pollicitam non euitat.

112 Primo, † quando alternatim fuit promissum, & quem sistere, & repræsentare, aut soluere pœnam: quia tunc si vnum fieri nequit alterum adimpleri poterit. Angel. Alex. & alij in l. sed & si quis. ff. si quis caut.

113 Secundo, † quando fideiussor promisit se facturum, & curaturum ita, & taliter quod cum effectu Titiũ repræsentabit: quia tunc non potest aliqua difficultate, vel impossibilitate adueniente se excusare per illam clausulam cum effectu. Dec. in l. fin. §. fin. ff. si cert. pet. Bettazzol. cons. crimin. 501. num. 2. in 2. par. & diximus supra casu quinto.

114 Tertio, † quando est renunciatum omni legum auxilio, quia tunc etiam difficultati, & impossibilitati renunciatum dicitur. Crott. in l. 4. in §. Cato. nu. 21. ff. de verb. oblig.

115 † Quarto, quando bona non sunt confiscata. Bart. in l. si verò. ff. qui sa-

tisd.

tisd.cogan.Bart.& Castr. in l.capitis. ff.eod. Bertaz.d.cons.501. numero 6. de 2. par.

116 Similiter † sciendum est ad huius cautionis notitiam: quod, & fideiussor de repræsentando, & de iudicio sisti differunt. Bart. in l. 1. num. 1. vbi Ias. num. 1. ff. si quis caut. idem Ias. in l. 2. in §. in fideiussorem. num. 7. ff. qui satisd. cogantur. Boss. in prax. tit. de carcerat. fideiuss. committ. num. 59. fideiussio enim de iudicio sisti illa est per quã oblato libello fideiussor reum sistere, & dare tenetur, & qui promittit, quod reus stabit in iudicio vsque ad finem litis Auth. offeratur. C. de lit. contest. l. 1. & per totum. ff. qui sarisd. cogantur. Et sic iste fideiussor tenetur sistere à principio causæ vsque ad sententiam. Bart. Ias. & alij. in l. 1. ff si quis in ius voc. non ierit, & diximus supra in capit. 1. vbi egimus de hac cautione de iudicio sisti. Fideiussor verò de veniendo, seu repræsentando, est ille, de quo agitur in titulo. ff. de in ius voc. vt eant. Et qui quam primum reum, quem promisit in iudicio repræsentabit, liberatus est. glo. in l. duobus. in §. si ei qui. ff. de iniur. vbi Ias. & refert hanc differentiam, intercętas duas cautionũ species Farinac in d. sua prax crim. tit de carcer. & carcer. q. 34. num. 155. & 156.

117 Itidem adnorandum in proposito est, † quod fideiussor non dicitur repræsentare reum, nisi illum iuridi-
118 cè, & legitimè repræsentet: † vbi enim loquimur de actu, intelligimus de legitimo. l. 4. §. condemnatum, ff. de rei iudic. Boss. de carcer. fideicom-
119 mitt. num. 36. † Et nota, quod tunc fideiussor dicitur legitimè reum repræsentare: quando ipsius rei corporalem præsentiam exhibet, & intra carceres consignat Barigello Collaterali Birruario, vel famulis, & iudex talem repræsentationem acceptauerit, quia tali casu secuta iudicis acceptatione: etiam quod reus non sit bene repræsentatus fideiussor liberatur. glos. in clemen. dudum in verbo præsentati. de sepul. Abb. in cap. cum parati. num. 5. de appellat. Cumin. super rit. Sicil. cap. 67. num. 13. Boss. de carcer. fideiuss. committ. num. 36. Farin. in d. prax. d. quæst. 34. num. 24. qui
120 subdit quod † hodie huius cautionis formula de repræsentando talis esse solet. De repręsentando intra carceres, vel de repręsentando coram iudice toties, quoties quandocunque, & qualitercunque ad omne iudicis mandatum, & de non discedendo sine dicti iudicis licentia, & de parendo dicti iudicis mandatis: qua formula seruata fideiussor nunquam venit liberatus. Et pratici, ac periti notarij semper dicta formula vtuntur, vt inquit Farinac. dicto loco, subdicto num. 24.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de non offendendo est iudiciaria, & à reo præstatur.*

2 *Cautio de non offendendo petitur, quando quis timet in personam, vel bonis offendi ab aliquo, imploraturque ad eam obtinendam officium iudicis.*

3 *Cautionem istam nemo præstare compellitur, nisi subsit iusta causa timoris.*

4 *Ab inuitis non extrahitur hæc cautio nisi cum legitima causa.*

5 *Iudex sine causæ cognitione, & ex merο, & libero arbitrio suo, & non præcedente partis petitione, & instantia, & absque iusta, & legitima cau-*

sa non potest cogere aliquem ad hanc cautionem dandam.

6 *Hæc cautio potissimum fundatur in timore scandali futuri, & non in inimicitijs.*

7 *Respicit vtilitatem publicam.*

8 *Quis ad cautionem præstandã cogitur, vbi subest timor scandali, aliàs repellitur à ciuitate.*

9 *Petitur ab eo, qui dedit causam inimicitiæ, & offendit.*

Contrarium tenent multi, vt ibidem.

10 *Non præstatur, vbi est vanus timor scandali.*

11 *Fideiussio de non offendendo causam requirit, illaque debet esse iusta, & legitima.*

12 *Vel saltem debet subesse timor scandali futuri.*

13 *Fideiussio de non offendendo non præstatur sine causæ cognitione.*

14 *Cautio de nõ offendendo præstatur cum fideiussoribus etiam à diuite.*

15 *Cautio iuratoria conceditur, si quis fideiussores de non offendendo non inuenerit: modo sit bonæ vitæ conditionis, & famæ. alias interim exulare cogitur. num. 18.*

16 *Et tali casu, si est malæ conditionis, & famæ excusatio paupertatis non recipitur.*

17 *Pauper malæ vitæ quanto pauperior, tanto ad delinquendum promptior.*

19 *Intellige rixosum esse cogẽdum ad præstandam hanc cautionem cum fideiussoribus: modo contrarium iudici visum non fuerit.*

20 *Cautio de non offendendo reciprocè, & ad inuicem recipitur.*

21 *Præstita ab vno suspenditur, donec ab alio præstetur.*

22 *Cæsari debet si ab altero nõ præstatur.*

23 *Imo nec ex ea oritur actio.*

24 *Cautio de non offendendo pro se, filijs, familiaribus, consanguineis, affinibus, complicibus, adhærentibus, amicis, sequacibus, & similibus arbitrio iudicis datur.*

25 *Qui familiares, adhærentes, complices, & consortes dicantur, remissiuè declaratur.*

26 *Personas supra relatas augere, & diminuere hoc totum iudicis religioni relinquitur.*

27 *Cautio de non offendendo regulariter pro se, filijs, descendentibus, quos, quis in potestate habet, & illis de familia, quos, quis prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis, tantum præstari solet, & itâ praticatur.*

28 *Secus in consanguineis consanguineorum, & amicis amicorum.*

29 *Vt etiam in consanguineis, & affinibus inimicis eius, qui ad fideiubendum cogitur.*

30 *Idem si consanguinei, & affines esse desierunt, vel vt tales non tenebantur.*

31 *Idem in consanguineis, & affinibus rixosis, malæ conditionis, & famæ, & qui nihil in bonis habent.*

32 *Vt pariter in consanguineo authore rixæ, & principali in offensa illata seruanda est.*

33 *Et etiam in consanguineis, & affinibus bannitis.*

34 *Cautio de non offendendo, ad hoc, vt violata dicatur, requiruntur probationes plenæ sufficientes, concludentes, certitudinariæ, & indubitatæ, & maximè ad effectum incurrendi pœnam.*

35 *Vnde necesse est, quod principalis sit conuictus de offensa, vel per suam veram cõfessionem, vel per alias probationes indubitatas: itâ quod non erunt satis ficta confessio. Et quod fuerit conuictus, & condemnatus*

per

per inditia, & præsumptiones violentas.

36 Probationes, quæ sufficiunt ad condemnationem principalis: non sunt satis pro condemnãdo fideiussore, cum maiores in eo sint necessariæ.

37 Nisi promisisset soluere condemnationem vel id, in quo principalis erit condemnatus.

38 Sententia lata contra principalem absentem, & contumacem, non nocet eius fideiussori.

Etiam quod dicta sententia contumacialis sit fundata in dicto vnius testis de visu. num. 40.

Et etiam quod dicta sententia sit adminiculata indicijs, & coniecturis, numero 41.

39 Maior probatio requiritur contra fideiussorem quam contra principalẽ.

42 Cautio de non offendendo est temporalis, & non perpetua.

43 Quantum duratura sit iudicis arbitrio remittitur.

44 Arbitrium istud à cautionis dicta tura regulatur.

45 Et non extenditur ultra decem annos.

46 Iudex, quando adhuc uigent inimicitiæ capitales potest arbitrari hanc cautionem perpetuam.

47 Cautio ista passim præstatur simpliciter, & sine temporis præfinitione, & ità praticatur.

48 Et sic concepta perpetua est.

49 Tempus in dubio præsumitur perpetuum, & non momentaneum.

50 Perpetuum expirare debet per annos uiginti, triginta, uel quadraginta, secundum nonnullos.

51 Iudex uidens inimicitias durare poterit cogere partes ad renouãdam hanc cautionem.

52 Et maximè, quando tempus iam præfixum est elapsum.

53 Consuetudo, & stilus in termino præfigendo in hac cautione potissimum attenduntur.

54 Tempus apponi solitum habetur pro appositio.

55 Cautio ista, quando simpliciter præstita est: tunc terminus censetur præfixus durante tempore Prætoris, & Officialis, & etiam per aliquot dies post.

56 Cautio hæc finito Officio Prætoris, & Officialis post duos menses expirasse dicitur.

57 Idem si Officialis in Officio confirmatur: nam adhuc expirat.

58 Prohibitum ad tempus finito tempore censetur permissum.

59 Promittens pro se, & cõsanguineis non offendere, si unus ex dictis consanguineis offenderit: promittens habet regressum ad omne solutum contra dictum consanguineum.

60 Modo dictus consanguineus contrauenions non sit ignorans.

61 Et modo ad cauendum non fuerit astrictus lege, statuto, uel constitutione sic dicentibus.

62 Cautionem de non offendendo uiolans (secundum nonnullos) criminis læsæ maiestatis pœna tenetur: alij ad pœnam pacis ruptæ astringi posse firmarunt. Tertij abscissione manus pœnam hanc esse uoluerunt. Nonnulli uti proditorem puniẽdum esse existimarunt. Cæteri uero hoc totum arbitrarium esse dixerunt.

63 Cautio de non offendendo pace sequuta cassa dicitur.

64 Et maximè, quando in contractu pacis cassatur, & annullatur num. 5.

Aliàs non nisi intercedente iudicis consensu, & decreto. nu 64 65.

66 Offensus se defendendo offendens in pœnam huius cautionis non incidit.

67 *Defensor propriæ salutis nec contrauenire, nec peierare dicitur.*

68 *Ignoscendum est ei, qui prouocatus se vlciscit.*

69 *Primus contrauenies attenditur.*

70 *Incertitudo primi offendentis liberat à pœna partium: secus fisci.*

71 *Excedens modum in se defendendo ad solum excessum tenetur.*

72 *Cautio de non offendendo magis indicijs & treguæ, quã paci proxima est.*

73 *Cautio de non offendendo multis modis incurritur.*

74 *Insultus factus cum armis, vel sine, etiam quod insultatus non fuerit vulneratus rumpit hanc cautionem.*

75 *Et eo magis si insultus est factus cum proiectione teli.*

76 *Vt etiam si insultus est factus fugiendo, vel insequendo fugientem.*

77 *Idem si insultus est factus ad domum, & fideiussio sit concepta verbis generalibus.*

78 *Eodem modo, quando insultus est factus cum armorum euaginatione respectu pœnæ legalis: secus quoad conuentionalem.*

79 *Secus tamen in infrascriptis casibus. Primo quando est promissum personaliter non offendere cum verbis generalibus.*

80 *Idem in simplici insultu absq; admenatione, & Archibugi exoneratione.*

81 *Idem quando in fideiussione fuit promissum non offendere in personam.*

Insultus non est offensa personalis: sed medium ad offensam personalem. numero 79

82 *Offensio in personam dicitur illa, quando quis est percussus, & tactus.*

83 *Cautio de non offendendo rupta dicitur ex insulto facto ad domum animo offendendi etiam non sequuta offensa.*

84 *Cautio de non offendendo fracta dicitur ex insultu cum admenatione cum armis euaginatis, etiam quod insultatus vulneratus non remanserit.*

85 *Dummodo fuerit promissum simpliciter non offendere: idem si personaliter: secus si in personam.*

86 *Contrarium est verum: & ita seruatur ex ratione vt ibi.*

87 *Cautio de non offendendo tantum illum offensam comprehendit, quam corpus sentit, vel ex liuore, vel ex tumore, vel ex dolore, vel ex effusione sanguinis.*

88 *Cautio de non offendendo rupta dicitur ex insultu cum proiectione lapidis, vel teli etiam vulneratione non sequuta.*

Proiectio lapidis, & teli pœnam merentur. num. 89

90 *Modo fuerit simpliciter promissum non offendere: secus si in personam.*

91 *Proiectio lapidis, teli, ligni, cuiusuis, vel alterius rei similis hanc cautionem non violant quando non est promissum non offendere in personam.*

92 *Conspuens in faciem incidit: si promittit simpliciter non offendere, secus si dictum est in personam. nu. 93.*

94 *Eximens aliquem de manu alterius in hanc cautionem incidit.*

95 *Modo simpliciter non offendere promiserit.*

96 *Secus si est promissum non offendere in personam.*

97 *Per solam violentiam ablatiuam alicuius de manu alterius hæc cautio commissa non dicitur.*

98 *Exoneratio Archibugi absque vulneratione, quando fuit promissum simpliciter non offendere violat hanc cautionem: secus si dictum est in personam.*

99 Quan-

99 *Quando ex exoneratione Archibugi fuit vulneratus equus, & non equitans: an hæc cautio commissa dicatur.*

100 *Offensa ex modica, quando promissum est simpliciter non offendere, hæc cautio rupta dicitur.*

101 *Idem quando est dictum personaliter, vt etiam quando in fideiussione sunt apposita verba generalia, & vniuersalia, secus si dictum sit in personam. num. 102.*

103 *Percutiens cum tumore, liuore, dolore, & sanguinis effusione huic cautioni contrauenire dicitur.*

104 *Idem in percutiente manu vacua, vel pugno.*

105 *Idem in sola metus illatione, ac minis, quæ pro pacis violatione sufficiunt.*

106 *Idem in iniuria verbali.*

107 *Quæ intellige, quando promissio est concepta verbis generalibus, & amplis.*

108 *Vt etiam quando dolo, & malo animo offensa illata fuit.*

109 *Offensus, quando est passus dolorem, tumorem, liuorem, & sanguinis effusionem semper dicitur commissa hæc cautio.*

110 *Contrarium, quod imò ex modica offensa, non violetur hæc cautio: tenuerunt multi.*

111 *Modica offensa, offensa non dicitur.*

112 *Ex modico vulnere, ex eubitali vtrata, ex pugno, ex percussione facta cum lapide hæc cautio fracta non dicitur.*

113 *Inferès metum deductum ad aliquem actum hanc cautionem rumpit, nisi in promissione dictum sit in personam.*

114 *Verbalis iniuria stante simplici promissione hanc cautionem frangit.*

115 *Et præsertim quando verba iniuriosa sunt grauia, & pœna merentur.*

116 *Casus, in quibus cautio de non offendendo fracta non dicitur.*

117 *Cautio de non offendendo fracta non dicitur ex offensa facta per iracundiam.*

118 *Calor, & rabies noui facti excusat.*

119 *Et maximè ad euitandam pœnam.*

120 *Vt etiam quando iracundia prouenit ex iusta causa.*

121 *Cautio de non offendendo ex noua causa violata non dicitur.*

122 *Vt nec etiam tregua, & pax.*

123 *Causa leuis, vt etiam de iure non punibilis sufficit pro noua causæ iustificatione.*

124 *Imò etiam iniusta satis est.*

125 *Cautio de non offendendo nunquam ad nouam causam porrigitur.*

126 *Causa in dubio sèper præsumitur noua.*

127 *Hæc cautio potius præsumitur rupta ex noua, quam ex antiqua.*

128 *Ad nouam causam iustificandam sufficit præsumptiua probatio.*

129 *Noua causa, quæ, & generalis esse debeat, hoc totum iudicis arbitrio relinquitur.*

130 *Insultus, & offensa facta super vestibus sine percussione: vt est in eo, qui alium per mantellum trahit, quando corpus non est tactum, ac læsum hanc cautionem non frangit.*

131 *Etiam quod vestimenta sint tacta, fracta, & incisa.*

132 *Quando vestimenta sunt tacta non dicitur offensa persona.*

133 *Secus si insultus est factus cum percussione, & notabili vestium incisione.*

134 *Secus tamen in pace est.*

135 *Cautio de non offendendo per solas minas non rumpitur.*

136 *Cautio de nõ offendendo difficilius rumpitur, quam pax.*

137 *Per verba minatoria pax non rumpitur.*

138 *Insultans, vel diffidans ad dimicandum pacem violare non dicitur.*

139 *Mandatum de offendendo, vel occidendo non effectuatum non rumpit hanc cautionem.*

140 *Etiam quod sit promissum non offendere re, verba, & opere.*

141 *Secus si sit secuta offensa, nam tali casu mandans ad pœnam conuentionalem non tenetur.*

142 *Præsertim, quando fuit promissum per se solum non offendere: secus si per se, & alium.*

143 *Promittens non offendere per se, vel per alium tenetur etiam mandato non executo.*

144 *Dans opem, & præstans assistentiam non frangit hanc cautionem.*

145 *Consultationes, & persuasiones absque offensa hanc cautionem non infringunt.*

146 *Assistentia cum armis etiam non violat cautionem istam de non offendendo: & maximè quando in fideiussione est promissum non offendere in personam.*

147 *Adulterium, & stuprum commissa in vxorem, & filiam cautionem non infringunt.*

148 *Actus libidinis cautionem hanc non maculant.*

149 *Secus si actus illi fuerint facti malo animo, & voluntate se vlciscendi.*

150 *Idem in crimine pessimo, & sodomiæ.*

151 *Furtum non frangit hanc cautionem.*

152 *Furtum fit animo lucrandi, & non se vendicandi.*

153 *Nisi sit promissum non offendere simpliciter.*

154 *Et eò magis, quando est dictum in personam, & in rem.*

155 *Accusatio, vel attestatio in causa criminali, vel ciuili graui factæ nõ rumpunt hanc cautionem.*

156 *Et maxime quando sunt vera: secus si sunt falsa.*

157 *Absentia excusat ab huius cautionis fractura.*

158 *Modo dicta cautio per absentem non sit ratificata.*

159 *Fœminæ nec actiuè, nec passiuè huic cautioni contrauenire dicuntur.*

160 *Offendens bannitum non violat hanc cautionem.*

161 *Etiam quod hæc cautio sit iurata.*

162 *Bannitus potest impunè offendi.*

163 *Omnis promissio intelligitur rebus sic stantibus.*

164 *Offensa non causatur, nisi ab actu punibili.*

165 *Offendens, & occidens bannitum, & immunitatem, & præmium consequitur.*

166 *Bannitus non includitur sub hac cautione, nisi in specie sit prospectum, & dictum.*

167 *Intellige non solum actiuè, verum etiam passiuè.*

168 *Et maximè, quando bannum superuenit ex post: secus si ante.*

169 *Secus tamen est, si offensio, & occisio facta fuerint ex odio particulari, vindicta, & inimicitia, & non (vt decet) zelo iustitiæ, & ob publicam vtilitatem.*

170 *Contrarium, quod imò indistinctè quomodocunque occidatur bannitus hæc cautio rupta non dicatur, de iure verum est.*

171 *Animo nocendi, & iniuriandi cessante hæc cautio non incurritur.*

172 *Iniuria illata cadaueri non facit hanc fideiussionem committi.*

173 *Incertitudo primi offensoris facit, vt hæc cautio non reputetur fracta.*

174 *Mors fideiussoris est in causa vt ista*

cautio

cautio non afficiat eius hæredem.

175 Pater præstans cautionem de non offendendo pro se filijs, & familia sua, an pro filijs spurijs teneatur: & dicitur quod non, nisi aliud seruet consuetudo.

176 Contrarium tamen esse in pace ostenditur.

177 Pater potest cogi ad fideiussionem de non offendendo dandam etiam pro filio naturali, & spurio.

178 Filiij naturales. & spurij vt plurimum sunt rixosi, scandalosi, & mali exempli.

179 Mulier malè tractata à viro aufugiés: si demum ad virum reuertitur, potest ab ipso fideiussionem de non offendendo petere.

180 Hoc tamen an sit cõcedenda totum iudicis arbitrio remittitur.

181 Iudex in arbitrando, an cautio ista sit à viro præstanda mulieri multa perpendere debet, totam facti seriem, & omnes eius qualitates, & circunstantias.

182 Quando sæuitia viri est magna in vxore: tunc iudex semper cogit virum ad dandam hanc cautionem, & maximè quando vxor, nisi cum magnæ vitæ periculo cũ viro habitare possit.

183 Nec tali casu admittitur cautio iuratoria.

184 In arduis, quis se cautionis fragilitati committere non debet.

185 Mulier, quando ambigitur, an eius vir ad præstandam cautionem de non offendendo astringi possit, interim donec hoc decidatur à viro sequestratur, & committitur custodiæ alicuius honestæ matronæ in aliquo loco tuto vbi, nec vir, nec eius coniuncti mulierem offendere possint.

186 Mulier, donec pendet quæstio, an eius vir debeat idonee de non offendendo cauere, debet interim à viro alimenta consequi.

De cautione de non offendendo.

CAP. IV.

QVarta. † Est cautio iudiciaria, quæ similiter à reo præstatur, & de non offendendo dicitur. † Et est quoties quis timet offendi ab aliquo: tam tunc potest iudicis officium implorare, vt cõpellat eum ad dandam fideiussionem de non offendendo, nec in persona, nec in bonis, l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de off. præsid. l denunciamus. C. de his, qui ad Eccl. confug. l. qui bona. in §. si quis iuxta. ff. de damn. infect. Pratic. Pap. in form. libel. inquisitu. in glos. transeat. nu. 8. vbi ponit quatuor casus huius cautionis. Felyn. in rubr. de treg. & pac. num. 10. vbi hoc dictum nouem modis limitat. Marãt. de ord. iud. par. 6. principali, in octauo membro, num. 10. Clar. in prax. §. fin. q. 47. in princ. Hercul. in suo tract. de caut. de non offend. in princip. Moron. de treg. & pac. q. 369. 170. & 171. Paris. cons. 168. in 4. volum. Mag. decisio. Lucen. 100.

1 2

Nã istam cautionem, pars potest petere ab eo sibi præstari, à quo timet offendi: & tenetur Iudex istum talé cogere ad eam præstandã, pro vt etiam potest implorare officiũ iudicis, vt ipsum compellat ad hanc cautionem de non offendédo dandam Clar. d. q. 47. nu. 1. Fel. d. rub. de treg. & pac. nu. 10. vbi etiam Bal. Moron. d. tract. de treg. & pac. q. 169. num. 8. vbi inquiunt,

3 † quod ad cautionem de nõ offendendo nemo cogi possit, nisi subsit iusta causa timoris Paris. d. cons. 168. nu. 6. & 10. cum seq. volum. 4.

Ta-

4 † Talis cautio ab inuitis nō est præ-
5 standa: † & ideo Iudex sine causæ cognitione, & ex suo mero, absoluto, & libero officio, & arbitrio, & non precedente partis petitione, & instantia, ac iusta, & legitima causa, non potest aliquem cogere ad præstandam hanc cautionem Paris. d. consil. 168. num. 10. vol. 4. Clar. d. quæst. 47. versic. sed nunquid, qui dicit plerumque contrarium seruari. Vinc. de Franc. decisio. 359. num. 1. in 2. par. qui firmat, quod iudex etiam ex officio potest cōdemnare ad hanc cautionē præstandam iusta tamen causa subsistēte.

6 † Potissimum hæc cautio fundatur in timore futuri scandali, & ne Respublica turbetur: & vt quieti, & paci ciuium consulatur, & non in inimicitijs Clar. d. q. 47. vers. sed nunquid Hercul. de caut. de non offend. c. 1. nu. 6. & 50. nu. 67. & c. 31. num. 8. Mag. decis. Lucens. 100. num. 1. Nam
7 † hęc cautio publicam vtilitatem tangit. Per eam. n. publica quies, & priuatorum concordia conseruantur.

8 Hinc est, † quod quando subest timor scandali solent Iudices partes inuicem cogere ad fidei iubendū de non offendendo; omni appellatione, & reclamatione remotis: alias repelluntur à ciuitatibus, & ita hodie praticari dixit Clar. d. q. 47.

9 Hinc est etiam, † quod ille, qui dedit causam inimicitiæ, & offendit aliquem potest petere, vt sibi præstetur hæc cautio: quia (vt dixi) fundatur in timore scandali futuri. Rip. in rubr. de iud. num. 14. Ant. Gom. de delict. c. 12. num. 14. Clar. d. q. 47. versic. sed pone quod. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. c. 1. nu. 1. & faciunt. l. congruit. ff. de off. præsid. & l. equissimū. ff. de vsufructu, & notāt Cagn in l. fi. nu. 36. ff. de iur. om. iudic. Plot. in l. si quando. num. 108. C. vnde vi.

Contrarium, quod imò cautio de non offendendo non sit præstanda illi, qui ex sua culpa vel facto habet inimicitias cum altero: puta quia eum vulnerauit tenet Ang. in l. qui bona. in §. cæterum in fi. ff. de damn. infect. Rom. in d. l. qui bona in §. si quis iuxta. Qui dicit, quod tali casu bonus iudex debet suadere partes ad pacē, non autem compellere eas ad hanc cautionem dandam, quod & prosequitur ibidem Alex. inquiens, quod tali casu satis erit, quod iudex præcipiat sub pœna ne offendat illum, qui cautionem petit, & ne incedat per certos fines. Et quod hæc cautio non possit peti per illum, qui læsit alium, vel qui fuit causa, & author rixæ. voluerunt DD. in d. §. cæterum in fin. Rom. in d. §. si quis iuxta. vbi Alex. Alba. consil. 676. num. 1. & per totum. Cag. in d. l. fin. num. 36 ff. de iur. omn iud.

Quicquid tamen sit: non recedas à prima opinione, quæ communis, & verior est, & quotidie, ac passim pra-
10 cticatur. Quam † limita, quando timor scandali futuri vanus esset Vinc. de Franc. d. decis. 359. num. 6.

Hæsitant DD. An huiusmodi cautio requirat causam? Et videntur omnes cōmuni voto concludere, † quod
11 causa in ea sit necessaria. Moron. de reg. & pac. q. 169. qui ait causam requiri ad hoc, vt quis cogi possit ad præstandam hanc cautionem de non offendendo. Eaq; secundum ipsum debere esse iusta, & legitima. Clar. in pra-
12 xi. quæst. 47. dum vult † quod saltem pro causa satis est, vt subsit timor scandali. Paris. dicto cons. 168. num. 6. & 10. volum. 4. Sim de Pretis. cons. 188.
13 num. 16. dum firmant, quod ad † hoc

vt

vt postulari, & prestari possit hęc cautio, requiritur causæ cognitio. Natt. cons.616.nu.3.& 5.vol.3. Quod non debet cogi quis ad eam præstandam, nisi sequuta iusti timoris cognitione. Io.de Arro.sing.53.num.1. Vinc. de Franc.d.decis.359.nu 6.Alba.d.cons. 676,num.3. Not.quòd in statu ecclesiastico passim, & indistincte nulla facta probatione de causa timoris partes cogantur ad eam præstandam ita Barar.in addit.ad Clar.q.47.nu.16.

14 Præstatur † hæc cautio cum fideiussoribus, etiam quod eam præstare debens multa bona possideat, & sit diues. Bart.in l.illicitas.§.ne potentiores.nu.4. ff.de officio præsid. Salyc. in d.l.denunciamus. nu.2. C.de his, qui ad Eccl.confug. Felyn.in rub.de treg. & pac.nu.10. Rip.in rub. ff.de damn.

15 infect.nu.9. † Et si talis eam præstare debens, sit pauper, & non inueniat fideiussores: non admittitur ad iuratoriam cautionem, nisi sit bonæ vitæ, conditionis, & famæ, aliàs non est de eo confidendum: sed tali casu iudex debet cogere eum, vt exulet: Farinac. de variar. & diuers.crim.q.107.num. 41. circa medium art.4. par.1. secundum Clar.d.q 47.vers.sed quæro, qui

16 subdit, † quòd tali casu, nec excusatio paupertatis est admittenda: quia

17 † homines malæ vitæ, & conditionis tanto sunt pauperiores, tanto etiã sunt promptiores ad delinquendum, cum non timeant cõfiscationes bonorum,

18 quæ non habent: Hoc † idem firmat Natt. d. cons.616. num.9. vol.3. dum vult. standum esse iuratoriæ cautioni, si compulsus ad præstandam fideiussionem de non offendendo, iuret se fideiussionem non inuenire, & concurrant bona qualitas, & cõditio personæ; nec non, & appositio pœnæ, vt ibi per eum.num.9.& 10. Et aduertit Franciscus Hercul. d.tractat. de caut. de non offend. cap.4.num.4. Qui dicit istum talem esse cogendum simpliciter ad cauendum, cum fideiussoribus, quando est scandalosus, rixosus, & malæ vitæ, conditionis, & famæ. Et benè hæc omnia prosequitur. Prosper. Farinac. in sua prax. crimin. tit. de variar. & diuers.crimin.q.107.

19 num.41. Qui docet † ista non procedere, quando contrarium iudici visum fuerit. num.39.

20 † Hæc cautio reciprocè, & ad inuicem recipitur, & non aliàs. Bart.in d. l.qui bona in § si quis. ff.de damn.in-

21 fect. † Nam præstita per vnum stat in suspenso, donec alter caueat, Ceph. consil.690.num.5. vol.5. Capell. Tolos.decis.489.aliàs 450 vbi add. Vincent.de Franc. d.decis.359.nu.2.par. 2 qui dicit, quod iudex debet prouidere, vt reciprocè detur, & decis.418.

22 nu.1.in scientia par.decidit. † Quod fideiussio hæc præstita cassatur, si non præstatur reciprocè, & firmat hoc idẽ Moron. de treg. & pac. d. q.169. vbi aduertit, quod vicissim præstanda est, & altera parte recusante eam præstare recusari potest. Et si per petentem est præstita: dum alter eam non præ-

23 stat † ex ipsa non oritur obligatio, vt per Ceph.d.cons.690.nu.6.

24 † Ad hanc fideiussionem dandam, non tãtum principalis astringi potest pro se, verum etiam pro eius filijs, familiaribus, consanguineis, affinibus, complicibus, adhærentibus, familiaribus, amicis, seguacibus, & similibus iudicis arbitrio. Bar.in l.illicitas.§.ne potentiores.num.5.ff.de offic.præsid. Felyn.in rub.de treg.& pac.nu.10. in

25 ver.declarat.vbi ponit qui † dicantur familiares, adhærentes, complices, &

con-

consortes. Rip. in d. rub. de dan. infect. nu. 12. Hercul. dicto tract. de caut. de nõ offend. c. 7. Moron. de treg. & pac. q. 171. Petr. à Plach. in epitom. delict. libro 1. c. 7. nu. 8. Parisi. d. cons. 168. nu. 5. 18. 19. & 20. vol. 4. Farinac. de var. ac diuer. Crimi. q. 107. art. 3. nu.

26 2. † Et quod hoc augendo, vel minuendo personas relatas totum, à iudicis arbitrio regulandum veniat, aduertit. Menoch. de arbitr. iud. libro 2. cent. 4. nu. 133.

27 Cęterum, quod imo quis tantum pro se, filijs, & alijs descendentibus, quos in potestate habet, vel pro illis tantum de familia, quos quis prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis tantum, & non pro alijs ad fideiussionem de non offendendo dandam restringi queat: voluerunt Rip. in d. rub. de damn. infect. nu. 16. vers. ego crederem. Salyc. in d. l. denunciamus. nu. 2. C. de his, qui ad Eccl. confug. Hercul. de non offen. cap. 8. num. 7. Vulpel. de promiss. de non offend. c. 87. qui dicunt ex stylo, & communi obseruantia, hanc opinionem veriorem esse. Lader. Imo. cons. 208. nu. 2. qui dicit hanc sententiam constantissimam, & firmissimã, quod nemo teneatur cauere, nisi pro subdito. Ceph. cons. 587. nu. 37. vol. 4. Farinac. vbi supra nu. 27.

28 Lim. primo, in consanguineis consanguineorum, & in amicis amicorũ, iuxta illud, socij mei socius meus non est. Farin. in prax. crim. tit. de var. & diuers. crim. par. 1. art. 3. quæst. 107. numero 28.

29 Lim. secundo, quando consanguinei, & affines essent inimici eius, qui ad fideiubendum cogitur. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. c. 8. nu. 2. & 3.

30 Limit. tertio, † in illis, qui desierunt esse consanguinei, & affines, vel coniuncti, non tenentur, censentur, & reputantur. Lader. Imo. dicto cons. 208. numero 3.

31 Lim. quarto, in affinibus, & consanguineis rixosis, discolis, scandalosis, & malæ conditionis, & famę, & qui nihil in bonis habent. Hercul. d. tract. de non offend. c. 49. nu. 11.

32 Lim. quinto, quando consanguineus est auctor rixæ, & principalis in offensa illata. Hercul. d. tract. c. 8. nu. 2. Nam tali casu, pro eo consanguineus fideiubere non cogitur, cum faciat partem in rixa Lad. Imo. d. consilio 208.

33 Lim. sexto, in consanguineis, & affinibus bannitis: Nam promittens pro se, & suis consanguineis, & affinibus, quod non offendet, non intelligitur pro consanguineis, & affinibus banniris. Thob. Non cons. 112. nu. 8. etiam per totum. Et maximè, quando bannum superuenit ante, vel tempore cautionis præstitæ secus si post. Farin. in d. prax. de vari. & diuers. crim. q. 103. nu. 54 cum seq.

Cautionem hanc esse ruptam debet hoc constare plenè, & claiè, & maximè ad effectum, vt fideiussor ad solutionem pœnæ astringi possit.

34 Insuper aduertendum est vnum in hac materia, quod ad probandum cautionem de non offendendo fuisse ruptam, & violatam, requiritur, vt hoc constet plenè, certitudinariè, & concludenter per testes, qui hoc expressè deponãt, vel alio modo simili.

35 Hinc est, quod si quis promittit certam pœnam in casu, quò alius offenderet, vel pacem rumperet, ad hoc vt fideiussor pœnam soluere teneatur,

tur, requiritur, quod principalis fuerit conuictus, de offensa, & pace rupta per suam veram confessionem, vel per alias veras, & indubitatas probationes, nec satis erit ficta confessio, quod quis tanquam contumax fuerit condemnatus etiam quod contumax ex forma statuti pro confesso habeatur. Vt etiam non sufficit, quod principalis aliter fuerit condemnatus, & conuictus de delicto, & offensa, seu pace rupta. Puta per inditia indubitata, & præsumptiones violentas.

36 † Quia tunc licet talia noceāt principali: tamen non nocent fideiussori, ni-

37 si † fideiussor promisisset soluere cōdemnationem, seu id, in quò Titius erit condemnatus ptò offensa, vel pace rupta, vt per Bero. cons. 203. nu. 1. 2. & 3. vol. 3. cōs. 197. nu. 2. dict. vol. 3. Baiar. in add. ad Clar. §. fi. q. 47. nu. 26.

38 Hinc etiam fit, † Quod sententia lata contra principalem absentem, & contumacem, non nocet eius fideiussori, vt per Bartol. & alios, in l. cum filiusfam. ff. de verb. oblig. Trita etiam

39 est in iure conclusio: † qd minor probatio requiritur contra principalem, quam contra fideiussorem. Bero. cons. 197. nu. 2. 199. nu. 15. & 200. nu 6. libro 3. Corn. consilio 211. nu. 5. libro 3. Gozad. cons. 71. nu. 10. Foller. in prax. crimin. in 4. par. 3. par. principalis, in verbo & si confitebuntur. num. 37. & in fragmentis. nu. 263. Hercul. de caut. de non offend. c. 99. nu. 1. Moron. de treg. & pac. q. 181. nu. 1. Rol. cons. 94. nu. 23. vol. 3. Vulp. de promiss. de non offend. q. 104. Bertaz. consil. 18. nu. 14. libro 1. & cons. 280. nu. 3. volum. 2. Carreti. in tract. de execut. sent. cap. 1. num. 304. & nu. 305. Plot. cons. crim. 130. nu. 22. li. 1.

40 Qui dicit hoc verum † etiam quod sententia contumacialis, sit fundata in dicto vnius testis de visu. Baiard. ad Clar. q. 47. nu. 26. dum docet hæc

41 vera, † etiam quod sententia sit adminiculata inditijs, & coniecturis. Et multas ampliationes, & limitationes, ponit ad hoc dictum Farin. in sua prax. tit. de vari. & diuers. crim. q. 107. nu. 107. & per totum.

Cautio de non offendendo quanto tempore duret.

42 REgulariter † fideiussio de non offendendo est temporalis, &

43 non perpetua: † Et ideo Iudicis arbitrio remittitur quantum ipis durat ura sit hæc cautio. Bart. in l. illicitas. §. ne potentiores, nu. 7. ff. de off. præsid. Alex. in l. dies cautionis, nu. 5. ff. de damn. infect. Fely. in rub. de treg. & pac. nu. 10. in 3. declaratione. Rip. in rub. de dam. infect. nu. 23. in fin. qui in huius conclusionis resolutione distinctione vtitur. Aufred. ad Capell. Tolos. q. 489. Anton. Gomez. de iniurijs, nu. 16. qui dicit hanc opinionem communem Plach. in epitho. delict. cap. 7. nu. 4. lib. 1. Clar. in prax. §. fin. quæst. 47. num. 6. versic. vlt. Item quæro. Menoch. de arb. Iud. lib. 2. cas. 141. nu. 2. qui opinionem Alberigi. de triginta diebus reprobat Hercul. de caut. de non offend. cap. 9.

44 nu. 6. & 8. dū inquit arbitriū † istud regulari; à dictatura cautionis. Vulp. de promiss. de non offend. c. 78. nu. 1. Farin. qui istos & alios citat. in sua prax. crim. tit. de varijs, & diuers. crim. q. 107. nu. 47. qui ex Mars. Me-

45 noch. & alijs vult istud Iudicis † arbitrium non posse extendi vltra annos decem.

Aduertendum tamen est quod Iu-

dex

46 dex potest † arbitrari hanc cautionem perpetuam. Puta si viget inimicitia capitalis eò, quia sit occisus Filius, vel Pater. Vulp. de promiss. de non offend. d. q. 78. nu. 2. & 3.

47 Amplius ad notandum † quod regulariter in hac cautione de non offendendo Iudex nullum præfigit terminum, sed simpliciter mandat præstari eam: & ita passim omnibus in locis praticari, & vbique seruari dicit Rip. in rub. de dam. infect. nu. 23.

48 Et † talis cautio hoc modo præstita dutat in perpetuum Hercul. d. tract. de caut. de non offend. c. 9. num. 22.

49 & 23. Et ratio illa † deducitur: quia in dubio tempus præsumitur perpetuum ad Tiraq. de retract. conuenti. §. 2. glos. 1. num. 39. licet Eug. cons. 82. nu 8. hanc opinionem impugnet volens ex l. 1. quæ etiam ff. de fals. per-

50 petuum declaranduin, etiam † intelligendum, esse expirare per annos 20. 30. & 40.

51 Vlterius † si Iudex videt quod vigeant inimicitiæ: tali casu poterit, cogere partes, ad hanc cautionem reno-

52 uandam, & maximè, † quando tempus præfinitũ, iam est elapsum. Clar. d. q. 47. versic. item quæro. Herc. d. tract. de non offend. c. 9. nu. 19.

53 Postremò † perpendẽdũ est: quod in præfigẽdo termino in hac cautione potissimum stylus, & consuetudo loci spectatur. Clar. d. q. 47. num. 6. vers. Item quæro Herc. d. c. 9. nu. 25.

54 qui nu. 16. inquit, quod † tẽpus apponi solitum, habetur pro appositio.

55 Et in † dubio terminus cẽsetur appositus per totũ tẽpus officialis, & Ministrii ius dicentis: & sic Prætoris officio durante, & etiam per aliquot dies post arbitrio Iudicis Vulp. de promiss. de non offend. d. q. 78. nu. 1. in

56 fi. † in tantum quod finito dicto officio, & per duos Menses post dicta cautio, absq; aliqua alia declaratione expirare dicitur l. cẽteſimis, in fin. ff. de verb. oblig. Herc. d. trac c. 31. nu. 14. & 15. Clar. d. q. 47. nu. 6. versic.

57 item quæro. cum prohibitum † ad tempus finito tempore cẽsetur permissũ. l. Imperator. ff. de postul. Idem

58 † dicas si Prætor confirmatur: Nam ad huc expirat. Hercul. d. cap. 9. nu. 15. Mor. de treg. q. 188. nu. 1. 5. & 6.

Cautio de non offendendo pro se, & Consanguineis præstita: si contingat quod vnus ex eisdem consanguineis offenderit: An principalis promittens habeat regressum ad omne solutum, per ipsum contra dictum consanguineum.

59 † Prosatis nota traditur in hac materia illa cõclusio, Quod promittens non offendere pro se, & consanguineis suis: si eueniat, quod vnus ex dictis consanguineis, pro quibus ipse principalis promisit, contrauenerit cautionem prædictam violando: & pœnam iste promittens soluat, quod tali casu habet regressum, iste principalis promittens contra consanguineum pro releuatione suæ indemnitatis. Sectatores huius dicti fuerunt, Hercul. de caut. de non offend. c. 33. nu. 23. & c. 42. nu. 20. & infra Moron. de treg. & pac. part. 2. c. 29. nu. 2. quæst 30. nu. 1. & 4 quæst. 151. nu. 2. & 152. & 153. Vulp. de pac. quæstio. 57. nu. 4. & quæstio. 63. nu. 2. Farin. in prax. crimin. tit. de var. & diuers. crim. quæstio. 107. nu. 35. vbi, à præmissis excipit duos casus. Et quando

60 † consanguineus contraueniens, nõ

61 erat ignorans. Vt etiã quando † promittens ad cauẽdũ fuit astrictus lege statuto, aut cõstitutione sic dictantib.

De

De pœna frangentis hanc cautionem de non offendendo.

62 Varij † fuerunt interpretes in constituenda pœne violatibus hanc cautionem de non offendendo. Vna enim fuit opinio istos fractores pœna criminis lesæ Maiestatis teneri: Alij vero pœna pacis ruptæ istos obligatos esse dixerunt ad c. 1. de pace tenend. Nonnulli verò abscissionem manus hanc pœnam esse autumarunt: reliqui istos tales vti proditores puniendos esse Cæteri hoc totum arbitrarium fore dixerunt Bart. & Alberig. in l. illicitas, in §. ne potentiores. ff. de off. præsid. Hercul. de caut. de non offend. c. 10. nu. 1. & seqq. & cap. 15. nu 1. Pet. à Plach. in Epitom. dilict. cap. 7. nu. 10. Prosp. Farin. qui hos refert, & sequitur in prax. criminali, tit. de var. & diuers. crim. q. 107. nu. 77. & 78 qui tandem concludendo firmat, quod ea sententia inualuit, vt huiusmodi pœna arbitrio Iudicis cõmittenda sit.

Cautio de non offendendo pace subsequuta cassa, & abolita dicitur.

63 Cautio † de non offendendo, per pacem subsequutam cassa, & abolita censetur Boro. consil 215. nu. 13. cum seqq. vol. 2. Moron. de treg. & pac. quæstio. vlt. Hieron. de Mont. q. 189. Eugen. consil. 82. num. 3. & 35. Farin. in d. sua prax. de var. & diuers. crimin. quæst. 107. nu. 117. qui nu. 123.

64 Declarat † hoc verum interueniente Iudicis consensu, & decreto, & maxi-

65 mè quando † in contractu pacis dicta cautio annullatur, quod & vult Hercul. de caut. de non offend. cap. 9. nu. 9. 11. & 16. & cap. 38. nu. 3.

Offensus offendens frangere hanc cautionem non dicitur.

66 Si contingat † quod non obstante hac cautione vnus alterum offendat: Tali casu alter illum impunè offen-

67 dere poterit. Qui † enim propriæ salutis defensor, est, in nullo contrauenisse, & peccasse dicitur l. 2. C. de siccar. Clemen. vnica de homicid.

68 Ignoscendum † est enim ei, qui prouocatus vlciscitur. l. qui cum maior. §. si libertus. ff de bon. lib. Clar. in prax. §. fin. quæst. 47. versic. sed quo-

69 niam plerunque. † Et regulariter primus cõtrauenies attenditur. Alex. in l. cum proponas nu. 6. C. de pact. Deci. consil. 380. nu. 3. Ceph. consil. 35. nu. 27. volum. 1.

Primi offendentis incertitudo liberat à pœna Partium: secus fisci.

70 Si vno, eodemque † tempore vnus alterum offendat, ita quod non constet qui prius, & qui post: Tunc si pœna fisco est applicanda, omnes tenentur. Si verò pars propter incertitudinem omnes absoluuntur. Clar. d. quæstio. 47. versiculo. sed hic quæro. Farinac. de var. & diuers. crim. q. 107. nu. 456. 457. & 458.

Excedens modum in se defendendo solum ad excessum tenetur.

71 Si duo † dederunt ad inuicem hãc cautionem de non offendendo, & cõtigerit, quod alter se defendendo excesserit modum defensionis; An fideiussores teneantur, & pœna sit commissa? Afflic. decis. 206. Carier. in prax. crim. §. circa quantum de excessu. nu. 6. ff. quibus ex caus. excusetur homicid. Dicunt quod non tenentur

pœna

pœna contenta in fideiussione: sed aliqualiter puniuntur, principalis, & fideiussores pro solo excessu, & non vltra.

Hæc cautio magis inducijs, & treguæ quam paci similis est.

72 Cautio ista est magis proxima inducijs, & treguæ, quam paci, vt aduerrit Hercul. in d. tractat. de caut. de non offendend. c. 13. nu. 2.

Cautio de non offendendo quibus in casibus rupta dicatur; Et in quibus non.

73 Multis modis cautio de non offendendo commissa, violata, & rupta dicitur.

Propter insultum factum cum Armis, vel sine: etiam quod insultatus non fuerit vulneratus.

74 Primo, propter insultum factum cum armis, vel sine: Etiam quod insultatus non fuerit vulneratus, cautio de non offendendo fracta dicitur.

75 Corn. consil. 51. nu. 6. lib. 1. † Qui loquitur de insultu cum proiectione teli. Dec. cõs. 406. nu. 1. & 2. Moro. de treg. & pac. q. 46. nu. 8. in 2. p. Vulp. consil. 51. & consil. 82. & in tract. de

76 pace. q. 101. nu. 8. vbi loquitur † de insultu facto fugiendo, & insequendo, fugientem. Lud. Peger. decis.

77 crim. 51. per totam qui loquitur, † de insultu facto ad Domum, & quando fuit promissum sub verbis generalibus, & vniuersalibus non offendere; eò quia dictũ fuerit directè, vel indirectè quomodocũque, & qualitercũque, vel alia similia verba adhibita

78 fuerint. † Et quod ex solo insultu cũ armorum euaginatione dicatur, rupta dicta cautio, dixerunt Vulp. de pace. quæst. 102. qui loquitur in pace Paris. consil. 265. nu. 22. in 4. Gratus resp. 73. nu. 5. lib. 2. qui firmant contrarium in hac cautione de non offendendo respectu pœnæ conuentionalis.

79 Limit. quando † promissum est personaliter non offendere, cum verbis generalibus aliquo modo. Dec. consil. 406. Huius limitationis eam rationem assignans, quia inquit, insultum non esse offensam personalem: sed medium ad personalem offensam. Vulp. consil. 67. nu. 5. qui di-

80 cit ex simplici † insultu absq; admenatione, vel Archibugi exoneratione, non censeri contrauentum huic cautioni de non offendendo, quod, & aduertunt Cephalus consil. 587. nu. 4. lib. 4. Hond. consil. 103. nu. 8. & 42. libro 1. Sim. de Pretis consil. 188. nu. 1. 9. & 23. cum sequentibus.

81 Limit. 2. † quando in fideiussione fuit promissum non offendere in per-

82 sonam: quia tunc † requiritur, quòd quis sit percussus, & tactus Vulp. cõsil. 36. nu. 14. & 82. nu. 9. & de pace. quæstio. 41. nu. 4. Dec. d. consil. 406. Hercul. de caut. de non offendendo. cap. 24. nu. 3. Hond. consil. 103. nu. 8. & 42. Sim. de Pret. dicto consil. 188. num. 11.

Insultus factus ad Domum animo offendendi, etiam non consequuta offensa.

83 Secundo. † Insultus factus ad Domum, animo offendendi, licet non sequatur offensa frangit cautionem istã de non offendendo. Marsil. consil. 83. qui loquitur in ingrediente Domum cum fractura Parietis. Morõ. de treg. & pac. quæstio. 46. nu. 25. Lud. Peger. decis.

decis. crimin. 21. Vulp. consil. 67. numero 2.

Insultus cum admenatione cum Armis euaginatis licet Insultatus non remaneat vulneratus.

84 Tertio. † Insultus cum admenatione, & maxime quando sit cum armis euaginatis, licet insultatus non remaneat vulneratus; frangit hanc cautionem de non offendendo Patis. consil. 165. nu. 23. lib. 4. Vulp. cons. 36. num. 15. cons. 51. cons. 65. num. 5. cons. 82. num. 12 & 88. nu 6. & de pac. quæst. 91. num. 4.

85 Limit. † Et intellige præmissa quãdo fuit promissum simpliciter nõ offendere, vt etiam quãdo fuit promissum personaliter non offendere: nam in istis casibus cautio illa commissa dicitur: vt per Farinac. in sua praxi. titu. de var. & diuers. crimin. quæst. 107. num. 166. Secus verò si fuit promissum, non offendere in personam, quia tunc ista cautio rupta non dicitur. Hercul. de cautio. de non offend. cap. 25. num. 10. Vulp. consil. 48. numero 2. & 3.

86 Cæterum † hæc limit. semper mihi fuit visa dura: Quia in simplici

87 † promissione de nõ offendendo, non comprehẽditur nisi illa offensa, quam corpus sentit: vel ex dolore, vel ex tumore, vel ex liuore, vel ex sanguinis effusione. Ita Hercul. d. tract. de caut. de non offendendo cap. 35. nu. 1. cum sequentib. Lander. Imol. consil. 202. in fin. Farinac. dicta quæstione 107. num. 167.

Insultus cum proiectione lapidis, & teli, etiam non sequuta vulneratione.

88 Quarto. † Insultando cum proiectione lapidis, vel teli frangit hanc cautionem de non offendendo, etiam quod ex proiectione non sit sequuta vulneratio. Corn. consil. 51. num. 6.

89 vol. 1. † Et ratio est, quia talis proiectio pœnam meretur. Vulp. de pac. quæst. 91. num 6.

90 Declara tamen, † & intellige prædicta, quando fuit promissum simpliciter indistinctè, & absolutè non of-

91 fendere: Secus † verò quando fuit promissum non offendere in personam: Quia tunc per proiectionem lapidis, teli, ligni, guanti, vel alterius rei similis; hæc cautio rupta non dicitur. Hercul. d. tract. de caut. de nõ offend. cap. 25. num. 10. Vulp. d. tract. de pac. quæst. 91. num. 7.

Conspuens in faciem, si simpliciter, non offendere promisit incidit in hanc cautionem.

92 Quinto † conspuens in faciem dicitur offendere, & cautionem de non offendendo rũpere: Et maximè quando est promissum simpliciter non of-

93 fendere: † Secus verò si fuit promissum nõ offendere in personam. Quia tunc dicta cautio rupta non dicitur. Hercul. d. tract. de caut. de nõ offend. cap. 20. num. 10.

Eximens aliquem de manu alterius, quando simpliciter non offendere promisit, vt etiam verbis generalibus.

94 Sexto † excipiens, seu eximens aliquem de manu alicuius dicitur frangere hanc cautionem, & præsertim

95 † si est conuentum simpliciter de non offendendo, vel sub verbis generalibus directè, vel indirectè, expressè palam, vel alio quocũq; modo, & forma,

Bard. in l. licitatio. §. qui illicitè. ff. de pub. & vect. Add. ad Bortazz. cõs. 147.

96 in littera B. † Secus verò est, quando est promissum non offendere in per-
97 sonam: † quia tunc per solam violétam ablationem alicuius rei ex manibus alicuius, hæc cautio fracta non dicitur. Hercul. de caut. de nõ offend. cap. 35. nu. 1. cum seqq.

Exoneratio archibugi, absque vulneratione, quando fuit promissum simpliciter non offendere.

98 Septimo † exoneratio archibugi absque vulneratione, quãdo est promissum simpliciter non offendere rumpit hanc cautionem de non offendendo. Moron. de treg. & pac. quæst. 46. num. 15. Vulpell. consil. 82. per totum, qui dicit præmissis non esse locum, quando fuit promissum non offendere in personam. Idem Vulpell. consil. 67. num. 5. & 88. num. 5. in fin. & de pac. quæst. 91. num. 7. & 16. q. 110. num. 10. Hond. cons. 10. num. 1. vol. 1.

99 qui ponit casum, quando † ex exoneratione fuit vulneratus equus, & non equitans. Idem Vulp. de pac. q. 110. num. 9. Viui. decis. 368. nu. 13 Bizard. in add. ad Clar. q. 47. nu. 44. & infra.

Ex leui, & modica offensa, quando promissum fuit simpliciter non offendere.

100 Octauo, † ex leui, & modica offensa, ac percussione cautio de non
101 offendendo, rupta dicitur. † Et maximè, quando simpliciter est promissum non offendere, absque eo quod dicatur in personam: Vt etiam quando est conuentum personaliter nõ of-
102 fendere: † Nec non & tertio, quando conuentio est concepta verbis generalibus, vniuersalibus, amplis, & multum prægnantibus, aptis comprehendere, etiam omnem minimam offensam: puta quando est dictũ nullo modo: quomodocunque, & qualitercunque, & qua vis via, modo, causa, & occasione, etiam leui, vel si-
103 milibus. Et exemplũ sit in eo, † qui percussit cum dolore, vel liuore, vel tumore, vel cum parua sanguinis effusione: nam per istum talem esse cõtrauentum cautioni de nõ offendendo firmarunt Hercul. de caut. de non offend. cap. 26. nu. 6. & cap. 27. nu. 18.

104 qui loquitur † de percussione facta manu vacua, & pugno. Vulpell. de promiss. de non offend. quæst. 3. & per totum. & resp. 56. nu. 6. Prosper. Fa-
105 rinac. cons. 21 nu. 1. qui vult † quod sola illatio metus, & minæ sufficiant ad rumpendã pacem: Subdens etiam
106 sufficere † iniuriã verbalem ex multis quos cumulat, & ponit idem Farinac. in d. sua prax. crim. de var. & di-
107 uers. crim. quæst. 107. num. 216. † qui declarat hæc vera (vt dictũ est) quando promissio est facta sub verbis, vniuersalibus, puta quia dictum sit aliqua ratione, causa, modo, vel qualitercunque, & quandocunque, vel si-
108 milibus, vt ibidem. nu. 218. † Et præsertim quando dolo, & malo animo offensa illata fuerit, vt ibidẽ per eum, & melius. num. 224. Qui dicit, quod
109 † quando offensus passus est dolorem, liuorem, & tumorem, quod semper censetur rupta hæc cautio, etiam quod percussio sit minima.

110 Contrarium, † quod imò ex modica offensa nõ dicatur rupta hęc cautio. Firmarunt Bald. cons. 195. laudare vos. num. 6. lib. 2. Marc. consil. 80. num. 11. qui volunt, quod modica
111 offensa, pro offensa non habeatur.

Mo-

Moron. de treg. & pac q. 173. num. 1. cum sequentibus. Hercul. de caut. de non offend. cap. 26. num. 10. cap. 27. num. 18. & per totum, & cap. 43. Farinac. in prax. de var. & diuer. crimin. quæst. 107. num. 210. qui hoc respe-
112 ctu dicit, quod ex modico vulnere, ex cubitali vitata, ex pugno, ex percussione facta cum lapide, non esse ruptam hanc cautionem de non offendendo. Viu. decis. 46. num. 3. Hercul. d. tract. cap. 25. licet ab his dissentiat. Batt. Bertazzol. cons. crim. 534. numero 7. vol. 2.

Inferens metum, quando præsertim metus fuit deductus ad aliquem actum.

113 Nono. † Inferens metum cautionem hanc, de non offendendo rumpit, secundum Ang. in l. si cum exceptione §. satis enim numero 2. ff. qui met. caus. quę secuti sunt Mars. sing. 337. incipiente secutis homicidijs num 7. in fin. & in l. 1. in princ. num. 71. ff de quæst. Paris. cons. 165. num. 3. lib. 4. Petrus Bellus de re Militari parte 10. tit. 2. num. 52. in fi. Moron. de treg. & pace par. 2 quæst. 46. num. 25. in fi. secundum antiquam impressionem, & secundum vltimam quæst. 172. nu. 13. ita Farinac. d. sua praxi de var. ac diuers. crim. q. 107. nu. .. & maximè, quando metus fuit deductus ad aliquem actum: aliàs secus, vt dicam vbi supra num. 197. cum seq. qui numero 200. hoc dictum limitat, quando fuit promissum non offendere in personam.

Ex simplici, & verbali iniuria.

114 Decimo. † Per verbalem iniuriam rumpitur hæc cautio: stante maximè simplici promissione de nõ offendendo. Cephal. consil. 150. num. 1. & 11. Vulp. de pac. quæst. 91. num. 4. & 9.
115 † Et præsertim, quando verba sunt grauia, & pœnam merentur. Bero. consil. 202. num. 22. & 23. volum. 3. Bertazz. cons. 147. num. 19. lib. 1. vbi addit. in littera B. & cons. 76. num. 5. lib. 1. & 534. num. 7. vol. 2. Claud. ad Bertazz. cons. 248. in littera B. Hond. cons. 103. num. 15. lib. 1. Brun. à Sole, in compend. iur. in vers. pax non dicitur rumpi.

Cõtrarium tenet Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1131 post numerum 40. vbi vult quod per verbalem iniuriam non dicatur contrauentum huic cautioni. Et num. 185 dicit hoc non procedere, quando fuit promissum nõ offendere in personam. Ad quæ, & multa alia, videatur Farinac. in dicta prax. crim. de var. & diuers. crimin. quæst. 107. num. 191. & infra, & Viu. decis 46. num. 3.

Casus, in quibus cautio ista fracta non dicitur.

116 Positi † fuerunt supra casus, per quos cautio de non offendendo rupta dicitur: restat vt enumeremus casus, per quos dicta cautio commissa nõn dicatur, nec eidem contrauentum.

Per offensam factam ex iracundia.

117 Igitur primo, † cautio de non offendendo, non intelligitur rupta per offensam factam ex iracũdia. Moron. de treg. & pac. quæst. 164. nũ. 1. Philipp. de Vbald consil. crimio. diuers.
118 153. num. 2. lib. 1. qui dicit, † quod calor, & rabies noui facti excusant. Vulp. de pace. quæst. 48. num. 2. & 7.

119 dum vult sufficere † ad cuitandam pœnam. Hercul. de caut. de non offend.cap.34.num.18. Surd. decis.79.
120 nu.1. † Quod intellige modo proueniat ex iusta causa. Moron.d.tract. de treg.& pac.quæst.123.num.2.Maschard.de probat. concl.1157. nu 68. Hercul. de caut. de non offend. c.34. num.18.Farinac.qui hos refert,& sequitur in dicta sua prax. de var. & diuers.crim.quæst.107. num.13.

Ex noua causa.

121 Secundo † cautio de non offendendo, rupta non dicitur, ex noua causa. Clar. in prax. §. fin. quæst.47. versic. quæro, nunc cum sequent. Hercul. tract.de non offend.cap.13.per totum. Corn.cons.42.in littera B. Alexan. in l.qui insulam.num.4.ff.de verborum oblig. Paris.cons.165.num.26.vol.4. Socin.Iun.consil.103. num.7, in tertio. Bald. in cap.1. num.1. de pace tenen. Roman. cons.258. Mant. consil. 169. lib.1. Mag. decis. Lucens.100. nu. 4. qui dicit hanc opinionem veram,
122 & cõmunem, † & eam ad treguam,
123 & pacem extendit. † Et pro ea sufficit allegare causam leuem, etiam de iure non punibilem. Bart.in l.1.nu.2. ff.de ijs, quibus, vt indig. Cast. con-
124 sil.255. vol.2. † Immo etiam iniusta,& leuis causa satis est. Alexan.consil.19. colum.1. volum.1.Bero. cons. 185.num.14.volum.2. Farinac. cons. crimin.31.num.11.& 62.nu.9. & 10.
125 † Nam cautio de non offendendo, numquam extenditur ad nouam causam. Et ratio est,quia pro ea non censetur promissum. Clar. in prax q.47. vers.quæro. Thob. Non. cons.96.nu. 15.Hercul.de caut. de non offen.c.13. nu.20.Prosp. Farin,cõs.crim.62.nu.1.
126 † Et in dubio semper noua causa præsumitur. Socin. Iun. consil.73.
127 num.7. vol.3. † Nam potius præsumitur rupta dicta cautio de non offendendo ex noua causa, quam ex antiqua Roman. cons.183. in fin. Hercul.de caut.de non offend. cap.13. nu. 7. & cap. 47. num. 27. Benint. decis. Bonon.65.num.20.Thob. Non.cons. 96. num.16. Mascard. conclus.1131. nu.38. Hond. cons.97.nu.7. Farinac. d.cons.crim.62.num.11.
128. Quò fit, vt ad probandam nouam causam sufficiat præsumptiua probatio. Alex.cons.115.nu.16. & 17.lib.4. Hond.cons.97. num.29. Mascard.de probat. conclus.1156.nu.71. & seqq. Farin d.cons.crim.62.nu.11.Magon. d.decis. Lucen.100. num.9. cum seq.
129 † Qui dicit,quod,quę,& qualis debeat esse noua causa, & rixa hoc totum arbitrarium est.

Insultus factus super vestibus.

130 Tertio. † Insultus factus super vestibus,sine percussione,in eo,quia aliũ per Mantellum trahit, quando præ-
131 sertim corpus nõ est læsum: † etiam quod vestimenta sint tacta, & incisa non rumpit cautionem de non offendendo. Moron.de treg.& pace q.173.
132 num.4.& 7. † Et ratio est, quia non dicitur offensa persona, licet vestimẽ-
133 ta sint tacta: † Si vero insultus est factus, cum percussione, & incisione vestium; tunc pax, & cautio de non offendendo dicuntur rupta cum distinctione tamen allata à Farin. in dicta sua prax.tit.de var.& diuers.crim. q.107 num.181,182.& 183.

Minæ.

134 Quarto, † licet in pace per solas minas

minas pax cẽſeatur rupta: etiam quod minarum non ſit ſequutus effectus. Pariſ. conſil. 165. numero 3. in quarto. Nouell. in prax. cap. fin. nùm. 68. Hercul. d. caut. de non offend. cap. 26.
135 num. 14. † Tamen hoc ſecus eſt in
136 cautione de non offendendo, † quæ difficilius rumpitur quam pax. Maſcard. de probat. concluſ. 1157. nu. 118. Tob. Nor. conſ. 111. nu. 18. Ber-
137 tazzol. conſ. 248 num. 1. & 2. † Imò per verba minatoria, quod etiam pax non frangatur, vult ex relatis per eum Farinac. in ſua prax. d. quæſt. 107. nr. 201. cum ſeq. qui deducit exemplum
138 in † eo, qui alium ad dimicandum inuitat, & diſfidat, dicens per iſtum non frangi pacem.

Mandato de offendendo, vel occidendo.

139 Quinto, † mandatum de offendendo, vel occidendo non ſequuto effectu cautionem non rumpit Beroi. conſil. 202. lib. 3. per totum. Qui lo-
140 quitur † de promittente non offendere, re, verbo, & opere vt per Lander. Imo. conſ. 200. in fin.
141 Sed quid ſi eſt ſequuta offenſa? † Dicas quod mandans non tenetur ad pœnam fractæ cautionis de nõ offenden-
142 do conuentionalis: quando † maximè fuit promiſſum ſimpliciter nõ offendere per ipſum promittentem ſolum: ſecus ſi fuit dictum per ſe, vel per alium, vt communiter in talibus
143 promiſſionibus fieri ſolet: † Quia tali caſu mandans tenetur etiam mandato non exequùto Gozad. conſ. 31. Hercul. de caut. de non offendendo. c. 26. nu 1. & c. 36. num. 17. Farin. in d. ſua prax. crim. de var. & diuerſ. crim. q. 107. num. 205. & ſeq.

144 Iterum quid † in dante opem, & præſtante aſſiſtentiam? Dic quod, ad pœnam iuris tenetur, ad conuentionalem autem non, vt per Laderch. Imo. d. conſ. 200. in fin. principij.

Conſultationes, & Perſuaſiones.

145 Sexto † per conſulentes, & perſuadentes aliquem ad offenſam non ſequuta offenſa, non dicitur contrauentum huic cautioni. Beroi. dicto conſil. 202 Hercul. de caut. de non offend. cap. 36. num. 19.

Aſſiſtentia cum Armis.

146 Septimo: † Aſſiſtentia facta cum armis non violat hanc cautionem, & maximè quando nõ offendere eſt promiſſum, in Perſonam Hercul. dicto tract. cap. 25. numero 10. & cap. 36. num. 19.

Adulterium.

147 Octauo: † Adulterium, vt etiam ſtuprum, commiſſa in vxorem, & filiam eius, quem quis non offendere promiſerat, non violant hanc cautionem de non offendendo. Ioan. Andr. in cap. fruſtra. num. 5. de regul. iur. in
6. Ang. in l. verum. ff de furtis; vbi
148 vult † quod actus libidinis nõ sum-
149 pat hanc cautionẽ: Secus eſt † quando iſti actus fuerint facti malo animo, & ad effectum vendicandi, vt per Farinac. in dicta ſua prax. crim. tit. de var. & diuerſ. crimin. d. quæſt. 107. num. 227. qui numero 231. limitat,
150 etiam † iſtum caſum in crimine peſſimo. ibi nu. 237. quãuis contrarium teneat. Item limitat nu. 232. quando cautio prędicta pręſtita fuerit ex cauſa adulterij, nã tunc per ſubſequẽs adul-

tetium pariter dicta cautio rupta censetur cum omnis promissio reguletur à præcedentibus causis, pro quibus promissum fuit, & hæc fuit secundum eum de mente Bart. in l. verum, num. 4. ff. de furt. Moron. de treg. & pac. q. 157. num. 5. & seq. secundum vltimam impressionem & q. 158. nu. 4. vbi ampliat hanc limitationem 5. qui si cautio de nō offendendo fuerit præstita propter actus impudicos cēsetur rupta ob solā deosculationem, etiam non sequuto adulterio, vel stupro ita etiam Baiard. in add. ad Clar. q. 47. num. 64.

Furtum.

151 Nono. Per furtum † factum ei, cui quis promisit offensam non inferre, non rumpitur hæc cautio. Bart. in l. verum. num. 5. ff. de furt. nam furtum
152 regulariter † fit anno lucrandi, & non se vendicandi Farin. d. q. 107. nu. 235. cum seqq. qui à præmissis excipit duos casus.
153 Primò † quando fuit promissum non offendere simpliciter.
154 Secundò † Et multo fortius quando fuit promissum, non offendere, nec in personam, nec in rem.

Accusatio, seu attestatio, in causa criminali, vel ciuili graui.

155 Decimo. † Cautio de non offendendo non dicitur rupta per accusationem: seu attestationē in causa criminali, seu in Ciuili graui, ita Farin. q. 107. nu. 251. qui dicit in his terminis intelligendus est Herculan. in tractat. de caut. de non offend. c. 25. nu. 2.
156 in fin. Quando † dictę accusationes, & attestationes sunt verę, secus si sunt calumnioſæ, & falſæ. Farin. d. q. 107. num. 246. cum seqq. allegans Aym. cons. 13. num. 3. Suid. decis. Mantuana 79. in fi. Ampliatur per accusationem innopi talem cautionem si accusator nō sit in vera calūnia sed in præsumpta, vt quia accusationē non probauerit, & accusatus fuerit absolutus ita post Luc. de Pen. in l. vnica nu. 43. & num. 51 C. de publ. litter. tit. 12. & Suid. d. decis. 79. nu. 3. ait Farinac. vbi supra nu. 255. qui nu. 256. limitat nisi accusans prosequendō suam, vel suorum iniuriam aliquam instam subuenit causam.

Inter absentes sequuta ratificatione.

157 Vndecimo. † Cautio ista de nō offendendo facta inter absentes nō cen-
158 setur rupta, nisi † prius sequuta dictæ cautionis ratificatione Farinac. d. loco num. 272. & seq. qui hanc regulam ampliat in quatuor casibus, & limitat in quinque.

Per Fœminas.

159 Duodecimo. † Cautio de non offendendo rupta non dicitur per fœminas nec actiuè, nec passiuè. Hercul. de caut. de non offend. c. 17. Farinac. d. q. 107. num. 380. in d. prax. crimin. qui nu. 384. hanc opinionem duobus modis declarat. Primo quando cautio fuisset præstita pro se, & affinibus, vel de nō offendendo Titium, & eius affines, quia verbum affines nō dicitur generis masculini, sed communis, commune autem verbum de sui proprietate sub se masculinum, & secundo declaratur non procedere talem opinionem quando de fœminis fuit facta expressa mentio ita num. 386.

Offen-

Offensio facta Bannito.

169 Decimotertio. † Offendens Bannitum cautionem de non offendendo
161 rumpere non dicitur, etiam † quod
162 sit stipulata medio iuramento. † Et ratio est quia Bannitus, potest impune offendi. Bart. in l. 1. §. fuit. ff. de dol. & in l. qui seruum. vbi omnes. ff. de verb. oblig. Bald. in l. iurisgentium in §. si paciscar. ff. de pactis, Alberig. de stat. in 4. par. quæst. 28. Nellus de bannit. in 3. part. 2. temp. quæst. 53. Deq. in cap. dilecti. num. 40. de excep. Mat. sil. in prax. §. aggredior. num 48. Nouell. in prax. §. quoniam. num. 54. qui de communi attestatur. Corn consilio 104. numero 4. & 5. & consil. 75. num. 5. in fin. lib. 1. Grat. consil. 44.
163 num. 22. lib. 2. † Et ratio duplex assignatur. Primo, quia omnis promissio intelligitur tebus sic stantibus. Se-
164 cundo, † quia offensa, non causatur nisi per actum punibilem Duen. reg. 16. num. 1. Viui. opin 770 num. 7. vbi de communi. Monticell. in reg. crim. reg. 3. nu. 8. Vulp. de pac. q. 36. Ceph. consil. 35. nu. 18. lib. 1. Clar. in prax. §. homicidium num. 50. versic. quæro aliquis Moron. de treg. & pac. quæst. 107. signanter Hercul. de caut. de non offendend. cap. 23. num. 5. & cap. 33. nu. 1. cum seqq. Baiard. in addit. ad
165 Clar. § Homicidium, nu. 231 † Et tali casu offendens, & occidens, & immunitatem, & præmium consequitur Carauit in pragmat. de exul. nu. 127.
166 & infra. Bannitus † enim sub cautione de non offendendo nō comprehenditur nisi expressè dicatur. Tob. Non. cons. 112. num. 8. & per totum,
167 qui dicit † hoc verum, non tantum actiuè, verum etiam passiuè. Rimin. Iun. cons. 299. num. 27. lib. 3. Farinac. in sua prax. de var. diuers. crimin. q. 103. num. 54. qui nu. 55. dicit hæc ve-
168 ra, † quando bannum superuenit post pacem, alràs secus.
169 † Et hæc sunt vera, etiam quod offensio, seu occiso non fuerit facta zelo iustitiæ, & ob publicam vindictam, sed ex particulari odio, vindicta, & inimicitia. Garz. in Concentionum. num. 14. de pac. Ceph. cons. 35. num. 22. lib. 1 Moron. de treg. & pac. quæst. 107. num. 9. Et licet multos contrarium tenentes referat Farinac. in d. prax. de var. & diuers. crim. quæst 103. num. 199. tamen sub num. 203. fit-
170 mat contrarium, † & quod ex quacunque causa offendatur, & occidatur Bannitus, quod cautio de non offendendo rupta non dicitur, sed offendens, & occidens, & immunitatem, & præmium consequi debet.

Animo nocendi cessante.

171 Decimoquarto. † Quando offensio non fit animo nocēdi, & iniuriandi: tunc cautio ista commissa non dicitur. Cessante enim dolo, & animo offendendi, cessat contrauentio ad hāc cautionem. Corn. consil. 44. num. 12. volum 4. Hercul. d. tract. de non offend. cap. 34. num. 6.

Iniuria illata cadaueri.

172 Decimoquinto. † Propter iniuriam illatam cadaueri, hæc cautio non violatur. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. cap. 20. num. 22.

Quando non constat, quis prius offenderit.

173 Decimosexto. † Quando non constat quis prius offenderit: tunc quoad

pœnam parti applicandam, cautio hęc non committitur. Clar. in prax. §. fin. q. 47. vers. quæro, nūc cum vers. seq. qui dicit secus esse in pœna fisci. diximus supra hoc eodem cap. num. 70.

Morte fideiubentis finitur.

174 Decimoseptimo. † Extinguitur morte fideiubentis, nec in eius hæredes trāsit: imo nec de patre in filium. personalis enim est. Hercul. d. tract. de caut. de non offend. c. 9. nu. 9.

175 † Sed si pater promittat non offendere, & ob hoc cautionem de non offendendo præstet pro se filijs, & familia sua; An in hac promissione includantur spurij? Cardin. Paleott. in suo tract. de notis, & spurijs c. 59. Vincent. Citrocc. decis. 8. nu. 9. cum seq. determinat in huiusmodi fideiussione spurios non comprehendi, nisi fortè aliter consuetudo in loco seruaret, vt per eundem Paleott. d. tract. c. 60. & Carroc. decis. 41. nu. 4. 5. & 7. Alex. cons. 60. & nu. 13. vol. 2. Quod etiam firmatunt Hercul. de caut. de non offend. c. 32. nu. 10. Vulp. de pac. q. 16. Decian. resp. 88. nu. 16. vol. 1. Hond.

176 cons. 95. num. 93. lib. 1. † Cæterum cōtrarium voluit in pace Rimin. iun. cons. 442. num. 69. lib. 4 inquiens pacem factam pro se, & filijs, ex offensione facta per filium naturalē rumpi: cuius etiā opinionis sectator fuit Heron. de Monte var. quæst. q. 8. dum

177 vult, quòd tali casu possit cogi pater ad fideiussionem præstandam de non offendendo, etiam pro filio natu-

178 rali, & spurio, & † maximè cum filij naturales, vt plurimum, sint rixosi, scandolosi, & mali exempli. Baiard. in add. ad Clar. §. 47. num. 40.

Pro coronide huius materię vnum

179 etiam aduertēdum est. † Quod mulier malè tractata à viro aufugiens: si demum ad virum redeat, potest ab ipso fideiussorem de non offendendo petere Bald. consil. 176. num 1. & 2 &

180 vol. 3. † Sed demum cōcludit, quod hoc totum iudicis arbitrio remitti-

181 tur, † qui inspectis, & consideratis circumstantijs, & qualitate facti, hoc decidat ponderando multa. Et quod ista mulier iustè aufugerit. Et quòd sęuitia mariti sit magna. Et quod maritus sit zelotypus, morosus, & sæuus, & alia.

Vnanimes tamen in hoc Doctores

182 sunt. † Quòd si meruitur nimia sęuitia viri, quòd sit malè tractaturus reuersam vxorem, quod iudex eum cogat ad præstandam hanc cautionem de non offendendo. c. literas. & cap. ex transmissa, de restit. spol. l. præsenti. §. fin. C. de his, qui ad Eccl. confug. Anton. Gom. de delict. cap. 6. nu 16. vers. 8. fallit. Et dato, quòd fideiussorem reperire non possit, quod stetur eius iuratoriæ cautioni. Rimin. cons. crim. 81. num. 37. cum seqq.

Quod intellige, & declara, modo sęuitia viri non sit magna; & de qua summoperè timenduin non sit: alias secus, quando sęuitia viri est magna, & vxor (nisi cum vitæ periculo) cum viro habitare possit. Abb. in cap. per vestras. nu. 7. de don. inter vir. & vxo. Aym. cons. 31. nu. 4. Ceph. cons. 384. num. 7. & in tertio.

183 † Nam tali casu, quando timetur de magna viri sęuitia, tunc non potest cogi vxor ad virum redire, licet maritus iurat, & caueat vxori de non offendendo, & maximè, quando tuto commorari non potest cum viro absque vitæ periculo. Aymon. d. cons. 31. num. 4. Cephal. d. consil. 384. num. 7.

&

& 66. Natt. cons. 616. num. 2. 6. & 11.

184 † Nam in arduis, quis se cautionis fragilitati committere compelli non potest? Bald. d. cons. 240. nu. 1. in tertio. Ceph. d cons. 384. nu. 66. Et ideo vbi personæ, vel eius vitæ periculum vertitur, quis cautionis fragilitati se committere non debet. Bald. in l. sanctimus in quarto not. C. de sacros. eccles. Thom. Treuis. decis. 45. num. 3. cum alijs. Vnde in similibus casibus

185 semper ego vidi praticari. † Quod mulier à viro sequestretur, & committatur custodiæ alicuius honestæ matronæ in aliquo loco tuto, vbi vir, vel eius parentes non possint illi vim aliquam inferre, donec controuersia finiatur, vel acceptabilis, & idonea cautio sequatur. d. cap. litteras. & d. cap. ex transmissa.

186 † Poterit tamen interim mulier iustè petere sibi alimenta à viro præstari. Rip in l. 2. num. 29. ff. sol. matrim. Auf ed. ad Cap. Tolos. decis. 77. Vel fundum dotalem locare pro annua pensione, quæ loco alimentorum eidem deseruiat, vt inquit Anton. Hering. in suo tract. de fideius. c. 6. num. 24.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de bene viuendo est Prætoria à iudicis officio pendet, & cautioni de non offendendo valde similis.*

2 *Præstatur à valde rixoso, & scandaloso, & à viro malæ conditionis, & famæ.*

3 *Graues causæ ad hoc, vt quis ad eam præstandã astringi possit requiruntur.*

4 *Præstatur ad tempus, & in perpetuum, vt iudici magis expediens visum fuerit.*

5 *Est quid maius quam cautio de non offendendo: ad quam vt genus habetur.*

6 *Nouæ causæ allegatio pro eius excussatione non suffragatur.*

7 *In ipsa satis est, quod quis non faciat malum, licet non faciat bonum.*

8 *Eius virtus restringitur ad illa tria præcepta. Honestè viuere, Alterum non lædere, Et ius suum vnicuique tribuere.*

9 *Ludus recreationis causa hanc cautionem non frangit.*

10 *Differt in multis à cautione de non offendendo, remissiuè.*

De cautione de bene viuendo.

CAP. V.

1 QVinta est † prætoria cautio, quæ & ipsa ex iudicis officio pendet, & proximè præcedenti valde similis, & dicitur de bene viuendo.

2 † Datur que ab eo, qui valde rixosus, & scandolosus est, quique est malæ vitæ exempli, conditionis, & famæ.

3 † Et ideo, vt quis ad eam præstandam astringi possit, grauiores causæ desiderantur. † Præstatur ad tempus, &

4 in perpetuum, vt iudici videbitur.

5 † Dicitur que quid maius, quam cautio de non offendendo. † Et ex noua

6 causa excusationem non recipit. † Et

7 satis est, quòd pro eius obseruatione, quis non faciat malum, & à malo se abstineat, licet non faciat bonum. Et

8 † in summa videtur, quòd eius vires sint in illis tribus præceptis honestè viuere, alterũ non lædere, & ius suum vnicuique tribuere: & hoc respectu

9 † ludus recreationis causa non videtur vetitus. bene de hac cautione Hercul. in suo tract. de caut. de nõ offend. c. 22. Eugen. cons. 68. nu. 7. qui multa alia ponunt. † & in quibus à cautione de non offendendo differat aduertunt.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cautio de tuto carcere est iudiciaria, & præstatur à carcerato ad hoc, vt in leuiorem carcerem immittatur.*

2 *Cautio de habenda domo, palatio, vel ciuitate pro tuto carcere, & de non discedendo ab eis conceditur solum Doctori, equiti, & alijs personis graduatis.*

3 *Cautio de non discedendo ex aliquo loco committitur eo ipso, quòd quis sine licentia discesserit.*

4 *Etiam quod deinde redierit, & hoc propter iudicis contemptum.*

5 *Cautio de non discedendo committitur eo ipso, quodquis discedit: licet statim redeat.*

6 *In curia tamen Romana propter conflictum opinionum medietas pœnæ persoluitur de consuetudine.*

7 *Pœna in conuentionalibus committitur absque eo, quod interfit, secus in Prætorijs cautionibus.*

8 *Pœna adiecta loco interesse non debetur, nisi quantus interfit.*

9 *Secus si sit adiecta loco contemptus.*

10 *Contemptus inductus dicitur, quando ex inobedientia læditur iudex.*

11 *Cautio ista an habeat locum in fugiente ex aliqua camera ciuitate, vel oppido, in quibus quis sub custodia detinebatur: & multa alia ad materiam istam remissiuè.*

De cautione de tuto carcere.

CAP. VI.

1 SExta †cautio iudiciatia datur, quę præstatur à reo detento in carceribus, quæ de tuto carcere appellatur. Et est, quando carceratus petit se immitti in carcerem leuiorem, & dat fideiussores de tuto carcere, & de non discedendo ab eo, de qua habetur in l. 1. ff. de custod. reorum.

2 Hic cautio, & aliæ similes dantur: vt est cautio de habendo domum propriam, palatiũ Potestatis, vel aliquem alium locum pro tuto carcere, & de non discedendo ab eo: & etiã de non discedendo de aliqua ciuitate, terra, vel oppido, vt per Paris de syndic. in verbo carcer. Benè Plot. cons. 47. nu. 9 Bossi. in prax. de carc. fideiuss. commiss. num. 4. qui dicunt cautionem de habendo ciuitatem pro carcere cõcedi Doctori, Equiti, & nobili, & alijs personis graduatis.

3 Fideiubens, †quod ex domo, seu alio loco quis non discedet sub pœna, nisi de superioris permissu, consensu, ac licentia: si exijt committit pœnam? Vulpell. cons. 139. per totum, vbi dicit, †quòd licet redierit nihilominus? 4 commissa est pœna propter contemptum iudicis: Farinac. in prax. de carcer. & carcer. q. 30. num. 76. Bertazz. ad cons. Patris 80. littera A, lib. 1. Rimin. iun. cons. 135. nu. 22. cum seqq. in 2. tom. cons. rim. cons. 82.

Contrarium, quod si redierit quis non sit commissa pœna, tenent Rom. cons. 193. in fin. & per totum. Roder. Suarez tract. de fideiuss. in caus. crim. num. 32. Hercul. de caut. de non offend. c. 5. num. 7.

Concilia istas opiniones inter se pugnantes, vt affirmatiua procedat, 5 †quando quis statim non redijt, Secunda verò quando statim redijt.

Farinacius autem in loco præciato dicit, quod propter conflictum opi- 6 nionum †in curia Romana seruatur, vt medietas pœnæ persoluatur. Et adde præmissis Gram. decis. 95. Osasch. 7 decis. Pedam. 70. num. 7. †Qui dicit, quod

quod in cõuentionalibus pœna committitur, licet non interfit. secus in iudicialibus, & Prætorijs cautionib.

8 Vel dicas.† Quod aut pœna est adiecta loco interesse, & nõ debetur: quia est contra æquitatem. Lapud Cellum in §. Iabeo. ff. de dol. except.† Aut est apposita loco contemptus, & si non pareatur committitur pœna. gl. in Auth. de iud. §. quia verò. Rom. consilio 510. nu. 9. Ial. in l. stipulatio ista. in §. alteri. nu. 10. ff. de verb. oblig. & in l. 2. §. fi. nu. 15. de tit. Barb. cons. 45. lib 4. Corn. cons. 153. in tertio. Paris. consilio 34. in princ. Rip. resp. 9. lib. 2. Deci. in l cum proponas in fin. C. de pact. Vulpell. de treg. & pac. q. 64.

10 † Et dicitur inductus contemptus, quando ex inobedientia læditur iudex, & eius maiestas. Grammat. d. decis. 95 lib. 2.

11 Et an cautio ista de tuto carcere procedat non tantum in fugiente à carceribus: verum etiam in fugiente ex aliqua Camera ciuitate, vel oppido, in quibus quis sub custodia detinebatur: & multa alia pertinentia ad hanc cautionis speciem de tuto carcere ponit idem Farin. in dicta sua Theorica, seu prax. criminis. tit. de carcer. q. 30. nu. 4. cum multis seq.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de re non baratanda est iudiciaria: & præstatur à conuento super re mobili, vbi est suspicio, quod res occultetur, consumetur, vel aliàs interuertatur.*

2 *Cautio de re non baratanda præstatur cum fideiussoribus.*

3 *Cautio de re non baratanda quare hoc nomine appelletur.*

4 *Cautio ista in euentum, quod non præstetur, res ipsa sequestratur.*

De cautione de re non Baratanda, ac interuertenda.

CAP. VII.

1 SEptima † species cautionis iudiciariæ est, quæ præstatur à reo, & dicitur de re non baratanda. Et præstatur à conuento super aliqua re mobili, qui est persona suspecta: & qui de facili potest rem ipsam interuertere. 2 Nam tenetur ad instantiam actoris dare fideiussorem de re non 3 baratanda id est, de non consumendo, occultando vel alias interuertendo dictam rem: sed de eam exhibendo si, & quatenus opus fuerit. Alias 4 † illa res sequestratur. Et de ista cautione loquitur tex. in l. si fideiussor. in § si satisdatum. ff. qui satisd. cog. & in l. Senatusconsulto. § fi. ff. de off. præsid.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de re sequestrata exhibenda, conseruanda, & non interuertenda iudiciaria est, & præcedenti valde simil s.*

2 *Durat donec, & quousque lis terminatur.*

3 *Etiam instantia appellationis durãte. Et etiam quod instantia lapsa ipsa fuerit. num. 6.*

4 *Vt pariter quod instantia fuerit prorogata.*

5 *Deficit hæc cautio in compromisso prorogato: nisi in eo ad sit facultas prorogandi.*

6 *Hæc fideiussio per lapsum instantiæ non deficit.*

7 *Per lapsum instantiæ lis finita non dicitur.*

8 *Instantiæ si per Principem insufflatur spiritus, omnia acta reuiuiscunt.*

De

De re sequestrata exhibenda, & non interuertenda, baratanda, ac consumenda.

CAP. VIII.

1 OCtaua, † & præcedẽti proxima, & valdè similis est illa cautio, quæ de re sequestrata exhibenda, & non interuertenda, ac consumenda dicitur de qua per Iaſ. in l. fideiussor in §. in fideiussorem, nu. 7. & 9. & in §. fin. in princ. ff. qui satisd. cog. de ea etiam multa dicit Rebuff. in suo tract. de sequest. art. 7. glo. vnica. num. 8. Horat. Carp. qui illos refert, & sequitur ad stat. Mediol. c. 111. nu. 84. & infra par. 1.

2 Ista † cautio durat donec, & quousque lis terminatur Curt. de sequest. num. 56. versicul. alio modo, & num.
3 57. Etiam † in stãtia appellationis durante Iaſ. in d. l. si fideiussor in §. fi. nu. 23. versic. Bald. tamen hic. ff. qui satisd. cog. Curt. d. tract. quæſt. 14. nu. 65. cum seqq. Rebuff. loco præcitato de seq. articulo 7. glo. vnica ad fi. Et
4 † etiam quòd instantia fuerit prorogata. Iaſ. in d. §. fi. nu. 13. Carp. d. cap. 111. nu. 84 qui nu. 87 dicit contra-
5 rium in † compromisso prorogato, nisi in eo data sit facultas prorogandi: Et nu 90. ponit quid seruandum,
6 si lapsa, sit instantia: & dicit, quod du-
7 rat: quia per † lapsum instantiæ lis finita non dicitur: licet ponat multos
8 contrarium tenere: subdens, quod † si instãtiæ fuisset spiritus insuflatus per Principem hoc tanto magis verum erit: cum tunc omnia acta reuiuiscãt.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de rato est Prætoria præstaturque abeo, qui comparet in iudicio pro actore absque mandato.*
2 *Daturq. etiam vbi est dubium de mãdato.*
3 *Vt pariter, quando de mandato constat plenè, & de reuocatione non nisi remissiuè.*
4 *Cautio de rato non præstatur, nisi vbi de mandato ambigitur.*
5 *Procurator ad exigendum & solutionem recipiendam non admittitur cũ cautione de rato, nisi plenè doceat de mandato.*
6 *Cautio de rato præstatur à quocumque, qui nomine alieno experitur.*
7 *Cautio de rato importat, quod gestum per aliquem dominus ratũ habebit.*
8 *Cautio de rato præstatur, vbi de mandato est dubium: modo de tali dubietate opponatur.*
9 *Cautio de rato præstatur, etiam vbi requiritur mandatum speciale, dummodo de tali mandato speciali dubitetur.*
10 *Cautio de rato præstatur abeo, qui absentiam, infirmitatem, vel aliquod aliud legitimum impedimentum principalis allegat, quod quomodo intelligendum sit, declaratur ibidem.*
11 *Idem est in eo, qui vult agere vti coniuncta persona.*
12 *Coniunctus pro cõiuncto etiam absque mandato admittitur cum cautione de rato.*
13 *Coniunctus pro coniuncto admittitur in iudicio cum cautione de rato: modo sit de ascendentibus, vel descendentibus, vel saltem de transuersalibus vsque ad quartum gradum exclusiuè.*
14 *Coniunctus pro coniuncto non admittitur, vbi habet procuratorem.*
15 *Item nec vbi requiritur speciale mãdatum.*

16 Item

16 *Item nisi de rato satisdet.*

17 *Item nisi deinde gesta per eum ratificentur cum effectu.*

18 *Cautio de rato legitimat personam, quoad omnes actus dempto iuramento calumniæ.*

19 *Cautio ista multis modis resoluitur.*

20 *Primò, quando apparet, quod non aderat mandatum.*

Secundò, post litem contestatam. nu 22.

Tertiò, quando dominus ratum non habuit. nu. 23.

21 *Gesta per falsum procuratorem ratificari nequeunt.*

24 *Ratihabitio domini intra decem dies interuenire debet: aliàs cautio de rato resoluitur.*

25 *Sed quid si dominus scit, & tacet, an dicta cautio de rato committatur?*

26 *Procuratoris factum regulariter Domino præiudicat, quando dominus statim ac scit non contradixit.*

27 *Idem si excessit fines mandati eo sciente, & iacente.*

28 *Cautio de rato etiam præstatur in actibus extraiudicialibus.*

29 *Cautio de rato non committitur nisi stipulatoris interest dominum ratum non habuisse.*

30 *Procurator cum cautione de rato, quãdo teneatur exhibere mandatum, & quando non.*

De cautione de rato.

CAP. IX.

1 NOna est cautio iudiciaria: quæ de rato appellatur; † Et præstatur ab eo, qui comparet in iudicio pro
2 actore ad agendum: qui † vel non habet mandatum, vel est dubium, an illud habeat: nam ad iudicium admittitur præstita cautione, quod gesta per eum ratificabuntur per eius principalem, & de ista cautione est tex. in l. 1. & in l. Põponius. §. rati. ff. de procurat. & in l. illud. §. quod si de speciali. ff. de mino. & traditur de ea in toto tit. ff. rem rat. hab. Et de huiusmodi cautione videantur. Bart. in l. si fine. in §. cum autẽ. ff. rem rat. hab. & in l. vulgo. in 2. quæst. ff. de admini-
3 nist. tut. vbi † inquit eam dari, si constet de mandato plenè, & de eius reuocatione semiplenè, & de ea loquũtur Bald. consilio 118. nu. 4. volum. 3. Cast. in l. Prætor ait. nu. 2. ff. de damn.
4 infect. Bellam. decis. 681. nu. 2. † Et aduertas secundum nonnullos, quod non sufficit cautio rati ab asserto procuratore oblata: quandoquidem illa locum sortitur, ità demum si producatur mandatum principalis, & de eius viribus dubitetur propter exceptiones rei pro faciliori expeditione causarum. Bar. Bald. Alex. Imo. & ceteri alij in l. 1. C. de procur. Abb. & alij Canonistæ in cap. 1. dicto tit. Vid. decis. 249. nu 6. in 2. par. qui nu. 7.
5 inquit eam † non admitti in asserto procuratore ad exigendum, & solutionem recipiendum, nisi plenè doceatur de mandato.

6 Hoc est regulare in hac materia, quod quilibet agens nomine alieno tenetur præstare hanc cautionem. l. non solum. §. qui alieno. & l. Pomponius. §. sed & is. ff. de procur. Cast. in l. procurator. nu. 2. ff. rem rat. hab.

7 Formula autem huius cautionis de rato: est quoties procurator, vel aliquis alius nomine alieno agens promittit, quod Dominus, vel quilibet alius, ad quẽ res, vel actio pertinebit rata habebit gesta per ipsum. Cast. in l. interdum. nu. 2. & in l. procurator. la secunda. nu. 2. ff. rem rat. hab.

8 † Cautioni istæ locus est, quando contra procuratorẽ de mãdato opponitur.

nitur,& de eo dubitatur,non solum, §.qui alieno, vbi Bart.in fum mario. ff de procur. Et tali casu datur,modo ab opponente petatur. glos.in l.vniuersa.C.de precib.imp.offer. Bal.in l. 1 colum.1. vers.septimo intellige C. de procurat. Vant. in tract. Nullit.tit. ex defec.inhab.seu Mãdati n.63 in fi.

9 Hæc cautio † potest petiet iam vbi requiritur speciale mandatum, si ille, à quo ea petitur, asserat se habere dictum mandatum speciale,& sit dubium,an illud habeat,necne. Castrē. in l.non solum. in §.item ait. num.4. ff. de procur. Lanfranc. Balb. decis. 54 centur.1.

10 † Allegans absentiam, infirmitatem, vel quid simile impedimentum debet admitti, cauendo de rato, propter voluntatem absentis. Castr. in l. exigendi. nu.9. & 10.C. de procurat. qui dicit hæc vera, quando tales allegationes in iure consistunt: & habent in se dubietatem: secus si consistant in facto & sint clara. vt ibi per eum.

11 Agens, † vt coniuncta persona debet admitti cauendo de rato. l. mari-
12 tus cum materia. ff. de procur. † Et tali casu ad hoc, vt coniunctus pro cõiuncto absque mandato cauẽdo de rato admitti debeat multa requiruntur.

13 Primò, quod sit de ascendentibus vel descendentibus, vel Saltem de transuersalibus, vsque ad quartum gradum exclusiuè. Felly. in c. cum M. Ferrarien. nu.11. de const. Bursat. cõs. 21. Alexan. consil. 4. nu. 3. lib. 2. vbi de communi.

14 Secundo, † quod talis coniunctus non habeat procuratorem. Ang. in l. cum in Principio. ff. de iniurijs.

15 Tertio, quod non simus in materia requirentem speciale mandatum. Bal. in d. l. exigendi. num. 9. C. de procur. Bursat. d. consil. 21. nu. 2. Ror. decis. 6. de procur. in nou.

16 Quarto quod satisdet parte maximè opponente. Alex. consil. 47. nu. 2. lib 1. Socin. cõs. 120. nu. 5. & 6. lib. 1.

17 Quinto, † quod demum gesta per coniunctum à coniuncto ratificentur. Bar. in l. 3. §. fi. ff. iud. sol. Bal. in d. l. exigendi. nu. 10. Viui. d. decis. 249. nu. 5. lib. 2. qui dicit, quod licet coniunctus pro coniuncto volens cauere de rato admittatur, tamen in beneficialib. hoc non recipitur vide Vãr. in tract. Nulli. tit. ex def. inhab. seu Mãd. nu. 130. Natt. consil. 143. nu 6. vol. 2. dum scribit, quod licet cõiuncta persona admittatur pro coniuncta cum cautione de rato: tamen fœmina etiã, quòd sit mater non admittitur. l. alienam. C. de procurat. & benè explicantur ista per Ioseph. Lud. decis. Peru. 49. par. 1. Et vide quæ posuimus. in 2. par. sect. 8. cap. 23. nu 5. cum seqq.

18 Huiusmodi † cautio rati legitimat procuratorem quò ad omnes actus iudicij, excepto. iuramento calumniæ Bald. in auth. principales in §. hoc etiam. nu. 1. C. de iur. iuran.

19 Cessat, & non haber locum hæc cautio in multis casibus.

20 Primo. † Quando constet expressè, quod Procurator non habet mandatum, sed solum quãdo est dubium. Puta, quia de viribus eius dubitatur propter exceptiones rei pro facilibri causarum expeditione. Cast. in l. iusiurandum in §. procurator. nu. 1. & 2. ff. de iur. iur. Viui decis. 249. num. 6.

21 † Gesta enim per falsum procuratorem ratificari nõ possunt, post factam maximè oppositionẽ Bal. in l. licet in 3. col. C. de Procurat. Ceph. cons. 245. nu 12. vol. 5. Gab. de procur. cõclus. 4.

22 Secun-

22 Secundo. † Post litem contestatā. Nam hæc cautio sequuta litis contestatione, quo tempore censetur legitimata persona, amplius, non petitur, ac recipitur. l. Pomponius §. rati habitionis ff. de procur. Cast. in l. fi nu. 3. C. de consort. eiusdem lit. & in l. de die, in §. si seruus nu. 1. ff. q. satisd. cog.

23 Tertio, non interueniente ratificatione Domini. Domino enim rationem non habente, hæc cautio nō committitur, & commissa resoluitur. Ioseph. Ludou. d. decis. Peruf. 49. nu. 4. qui

24 dicit † intra decem dies Domini rati habitionem interuenire debere ad instar appellationis: aliàs eidem locum non esse.

Adde etiam quattuor, in Procuratore ad exigendum, & solutionem recipiendam, qui plenè de mandato docere debet; volens cauere de rato rato non admittitur. Viu. decis. 249. nu. 7. lib. 2.

25 † Sed quid, si Dominus scit, & tacet, an dicta cautio committatur? Et videtur quod non, cum ex deductis requiratur expressa ratificatio. Cast. in l. qui absentem. nu 8. de procur. & in l. interdum nu. 2. & 3. ff. rem rat. ha-

26 ber. † Et licet factum procuratoris regulariter præiudicet domino, quando sciens dominus statim non contradixit Alexan. cons. 84. volum. 2. Deci. cons. 437. nu. 1. vbi signanter. Fely. in c. cū olim de off. de leg. & in

27 c. 1. vt lite non contestata; † nam dominus sciens procuratorem excessisse fines mandati, nisi contradicat, censetur factum approbare, & ratificare. Rot. decis. 13. nu. 3. de concess. præb. in nou. Acchil. decis. 17. nu. 4. Chisin. decis. 123. tamen hoc secus est in cautione de rato, in qua requiritur, quod interueniat expressa ratificatio infra decem dies ex supra deductis. Et maximè in ijs, quæ concernunt vtilitatem tacētis: secus si damnum, & præiudicium, quia tunc taciturnitas pro dissensu habetur. Cast. in d. l. interdum. nu. 3. versic. doctores dicunt hoc verum.

Et aduertatur, † quod ista cautio

28 etiā in actibus extraiudicialibus præstatur. Cast. in d. l. interdum. nu. 1. ff. rem rat. hab.

Postremò † vnum in proposito

29 notandum: quod hæc cautio numquam committitur, & incurritur, nisi prius dicto, & verificato stipulatoris interesse. l. si fine. in §. cum autem. ff. rem rat hab. tum. cons. 101. num. 3. volum. 5.

Etiam non omitto vnum circa hāc

30 cautionem ponere: † quod & in actibus iudicialibus, vt etiam in extraiudicialibus, quando Procurator protestatur, & protestatio tendit ad iudicium, tali casu tantū admittitur Procurator, de cuius mandato dubitatur: secus vero est si protestatio per Procuratorem facta tendit ad dandum, & soluendum aliquid: quia tunc necesse est exhibere instrumentum mādati, & quod præcisè de mandato constet. l. si quis inficiatus. ff depositi. l. non solum. §. qui alieno. ff. de procur. Tiraquel. qui alios citat, de tract. lig. §. 1. glo. 10. nu. 96. diximus supra num. 24.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS PRIMÆ PARTIS PRINCIPALIS.

Tertiæ Sectionis Præludia.

DE FIDEIVSSIONIBVS CONVENTIONALIBVS *contractus, vel quasi,*

Est vsque nunc actum de Fideiussionibus iudiciarijs: Nunc videndum est de conuentionalibus, quæ aliàs contractus, vel quasi nuncupantur.

Secunda igitur principalis species Fideiussionum est: quæ conuentionalis, contractus, vel quasi dicitur. Quæ, & ipsa multas habet species: quas infra sigillatim per ordinem recensebimus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in diem vergens ad inopiam satisdare tenetur de soluendo aduenientе die.*

2 *Debitor in diem si ex noua causa efficitur de fuga suspectus, poterit incarcerari, vt fideiubeat die aduenientе.*

De Fideiussore debitoris in diem vergentis ad inopiam.

CAP. I. aliàs X.

1 DEO prima Fideiussionis Conuentionalis species assignatur, † quæ præstatur per debitorem, qui mutat suam cõditionem in deterius: puta, quia vergit ad inopiam, & dilapidat: & est in diem debitor, nam eo casu debitor satisdare tenetur de soluendo aduenientе tempore l. in omnibus, vbi Ang. ff. de iud. Alex. in l. si finita. in §. elegãter. nu. 15. ff. de damn. infect. † Quò fit, quod debitor in diem, si ex noua causa efficiatur de fuga suspectus, poterit incarcerari, vt fideiubeat aduenientе die, ex multis, quę cumulat præcipuę allegãs l. quæsitum vbi glos. in vers. interest. ff. de pignor. Bal. in l. 1. in fi. C. de cõd. ex lege, & in l. 3. in fi. C. cõmod. Alex. in l. 2. in princ. ff. vol. mar. tim. & in l. si ab arbitrio. ff. qui satisd. cog. vbi Ias. num. 7. Surd. de alim. priuil. 26. nu. 9. Cętera posuimus infra proximè in tertia specie, aliàs c. 12. huius cautionis conuentionalis, & etiam cap. 48.

2

SVMMARIVM.

1 *Debitor impetrans moratoriã à Principe tenetur satisdare de soluendo transacto tẽpore in dilatatione præfixo: modo dicta cautio à creditore petatur?*

2 Ne-

2 *Nec sufficit iuratoria cautio.*
3 *Dilatio ista non datur debitori ex delicto obligato.*
4 *In precibus Principis porrectis pro obtinenda hac dilatione est exprimenda qualitas debiti. An sit iuratum, Fiscale, Ecclesiasticum, Pupillare, Dotale, Causa locationis, & conductionis, antiquum, vel recens: aliàs supplicanti gratia non opitulatur.*
5 *Dilatio hæc per Principem debitoribus prima vice concessa: iterum non est concedenda: secus tamen est in cessione bonorum. num. seq.*
6 *Creditores duplici gratia, dilatione, & onere grauandi non sunt.*
7 *Dilatio ista aliquando ad annum, aliquãdo ad quinquennium, nonnunquam verò ad decennium concedi solet.*

De Fideiussore debitoris impetrantis moratoriam à Principe.

CAP. II. aliàs 11.

1 SEcunda est fideiussio, † quæ præstatur ab eo, qui impetrat dilationem, seu moratoriam à Principe, quæ aliàs annalis, aliàs quinquennalis, vt etiam decennalis dicitur: scilicet, vt infra annum, vt pariter infra quinquennium, vel decẽnium ab eius creditoribus molestari nequeat. Nam tenetur interim dare fideiussores de soluendo transacto termino, aliàs rescriptum non valet, nec sibi opitulatur, & prodest; & maximè si à creditore petita fuerit dicta cautio, & non præstita l. vniuersa. C. de precib. impe. offer. Rom. cons. 439. nu. 9. Nam præstatur hęc cautio, modo à creditoribus petatur de quorum præiudicio agitur. glos. in d. l. vniuersa. Franc. Marc. dec. 33. num. 2. par. 1. Menoch. de adipisc. remed. 3. nu. 98. And. Gail. lib. 2. obseruat. Obser. 46. nu. 14. † Et in eo adeò est necessaria hæc cautio, vt non admittatur ad iuratoriã cautionem. Rol. cons. 43. num. 9. vol. 2. Nam realiter, & cum fideiussoribus præstanda est. Roland. d. cons. 43. aliàs 439. nu. 9 cum aliis citatis per Anton. Hering. in suo tract. de fid. c. 5. num. 132. Et de hac cautione loquitur Matth. Brun. de cessi. bonorum. q 26 num. 2. & 4. Qui † dicit debitorem ex delicto ista dilatione non frui: licet demum sub num. 13. & infra ab hoc dissentire videatur.

Vnum tamen est aduertendum in 4 proposito. † Quod in precibus Principi porrectis est narrãda qualitas debiti, an sit iuratum, fiscale, Ecclesiasticum, pupillare, ex causa dotis, locationis, & conductionis, antiquum, vel recens: aliàs precatori rescriptum non suffragatur. Ferrar. caut. 55. Afflic. decis. 5. vbi Vrsil. in add. Menoch. de arbit. cas. 203. nu. 14. Tessaur. decis. 186.

5 † Non omitto etiam aliud aduertere. Quod si creditores fortè indulserint debitoribus tale spacium quinquennale, vt soluere possint hoc spatio indulto, & elapso non ampliùs audiuntur debitores, quia sufficit vna 6 gratia, † nec creditores duplici onere grauandi sunt Zasi. in l. fi. vers. 35. est casus. ff. de cess. bon. licet contrarium sit in cedente bonis: quia itetum ad beneficium cessionis bonorum potest admitti Ceph. cons. 193. lib. 2. Anton. Herin. tract. de fid. c. 5. nu. 127. & 128.

Hæc † dilatio (secundum nonnullos) vltra quinquennium extendi non 7 potest. l. fin. ibi. quinquennale spaciũ. C. qui bonis ced. poss. Cast. in l 2. C. de precibus imp. offer. Boui. de stat. vtb. præscipt. glos. 19. num. 128.

Sed Alexan. cons. 216. lib. 2. Natt.

conſ.591.num.1.cum ſeqq.vol.3.volunt Imperatores etiam vſque ad decennium cõceſſiſſe talem dilationem. Multa aliam ad materiã iſtam facientia poſuimus infra in 2.p. ſect.9.c.10.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſatisdare debet creditori, quãdo eſt timor futuræ paupertatis.*
2 *Pater dilapidans bona aduentitia filij debet ſatisdare, aliàs priuatur adminiſtratione.*

De cautione timore futuræ paupertatis præſtita.

CAP. III. aliàs 12.

TErtia eſt fideiuſſio conuentionalis, quæ timore futuræ pauper-
1 tatis dicitur.† Et eſt, quando timetur inopia, egeſtas, & paupertas futura. Nam tunc ſemper debitor à creditore ad cautionem præſtandam aſtringi poteſt. Bart. in l. cum non facile. nu. 2. ff. ſi cui plus quam per l. Falcidiam.
2 † Et ideo pater dilapidans aduentitia filiorum, ſi fideiuſſores non præſtat, priuatur adminiſtratione. Socin. cõſ. 34. num. 13. & infra. vol. 1. Surd. deciſ. 179. num. 2. diximus ſupra hac eadem ſect. cap. 1. aliàs 10.

SVMMARIVM.

1 *Executionis ſententiæ petitio (quando ſupplicari poteſt) admittitur præſtita cautione cum fideiuſſoribus de reſtituendo omni eo, quod petens recepit cum legitimis augmentis, etiam quod par reum fuerit reclamatum.*
Sufficit tamen (ſecundum nonnullos) in hoc caſu iuratoria cautio. num. 3.
2 *Supplicatio Principi porrecta executionem ſententiæ non impedit modo præſtetur cautio de reſtituendo ſi ſupplicans in cauſa obtinuerit.*
4 *Sententiæ ſupremorum magiſtratuum Principé immediatè repreſentantium executioni demandantur non obſtantibus precibus Principi oblatis, præſtita cautione, de qua hic.*
5 *Reſcriptum, quod executio ſententiæ ſupremi Magiſtratus ſuſpendatur vſque ad reuiſionem cauſæ non ſeruatur de ſtilo, & conſuetudine, & indices illi obtemperare non tenentur.*
6 *Niſi ſimus in curijs iudicum inferiorum.*

De cautione petentis executionem ſententiæ, à qua poteſt ſupplicari.

CAP. IV. aliàs 13.

1 QVarta eſt cautio, quam † præſtat petens executionem ſententiæ, quando poteſt ſupplicari. Et eſt, vbi Victor, qui habuit ſententiam à Præfecto Prætorio, vel ab aliquo ſupremo Magiſtratu, qui immediatè Principẽ repræſentat: petit executionem. Nam poteſt dictam ſentẽtiam exequi facere, etiam quod per reum fuerit reclamatum: dummodo det cautionem idoneam cum fideiuſſoribus de reſtituendo omni, & toto eo, quod recepit cum legitimis augu-
2 mentis. † Supplicatio enim Principi oblata executionẽ ſententiæ non impedit: ſed ſatis eſt, quod cautio de reſtituendo præſtetur, ſi ſupplicans in cauſa obtinuerit. tex. eſt in Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imp. off. gl. in c. ex litteris, in verbo ſupplicatio de reſt. in integ. Marant. in Spec. p. 6. tit. de app. num. 15. & 16. & memb. 8. nu. 26. Abb. in cap. ſuſcitat num. 10. dicto tit. de reſt. in integ. Aſflict. deciſ. 356.

nu. 2.

nu.1.Ruin.consil.34.visis omnibus. num.5.& 11.volum.5.Guid.Pap.de-
3 cis.189.& decis.420.† vbi asserit in tali beneficio cõcedi iuratoriam cautionem, licet ab hoc dissentiat Asini. in sua prax.iud.§.31.capit.2.ampl.9. nu.8.vers.verum in contrarium. qui demũ has opiniones inter se pugnantes fœdere distinctionis conciliare cogitur. Et idem Guid.Pap.in dictis
4 decis.189.& 420.cauit.† Quod sententiæ supremorum Magistratuum, qui immediatè Principem repræsentant, non obstante supplicatione super sententiæ reuisione oblata, si vincens caueat iuxta tenorem d.Authen. quæ supplicatio: mandantur execu-
5 tioni:† immo tale rescriptum obtentum, quod executiones sententiarum suspendantur, vsque ad finem causæ reuisionis de consuetudine, & stylo non valere aduertit idem Guid.Pap. d.decis.420.dum vult, quod talia rescripta iudices non teneantur obseruare, & admonet hoc idem d.Guid.
6 Pap.decis.50.dum inquit† hoc secus esse in curijs iudicum inferiorum. Et benè hãc speciem cautionis prosequitur Asini.in d.sua prax iud.d.§.31.c. 2.ampl 9.vbi multa alia animaduersione, & scitu digna ponit. Ant.Hering.in suo tract.de fidei.c.11.num. 230.qui dicit, quòd quando ad obtinendam executionem hæc cautio præstatur, tunc non est necesse, quòd per partem hęc cautio accepretur: sed satis est, quòd à iudice recipiatur, alias nunquam pars consentiret, vt nunquam fieret executio ex Rebuff. & Ant.Sola, quos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum, quando calumniosè petitur, & ad effectum differendi: tunc per eam nunquam sententiæ executio impeditur sed præstita cautione in euentu, quod restitutio competat, statim fit executio.*

2 *Restitutio in integrum calumniosè petita, an, & quando impediat executionem sententiæ remissiuè.*

Quando allegatur præsumptio per quam restituti oin integrum calumniosa detegitur: tunc data cautione executio non differtur.

CAP. V. aliàs 14.

ALia, & quinta præcedenti valdè similis est cautionis cõuen-
1 tionalis species: † Quæ præstatur, quando contra petitionem restitutionis in integrum viget præsumptio, quod sit calumniosa, & intentetur ad protelandam, & differendam executionem: Nam tunc executio fit præstita cautione de restituẽdo, si petens restitutionem in integrum obtinebit. c.suscitata.de in integr.restit.Rot.de rest.in integr.decis.6.num.2.in nou-
2 † vbi ponit casus in quibus d.c.suscitata locum habeat, & in quibus nõn. Rot.Auinion.Laurent.decis.2.nu.1. ita post Didac.Prat.q.c.25.nu.7.vers. item quia Innoc.& alij in d.c.suscitata Alex.Ias.Rip.in l.3.§ si condemnatum. ff.de re iud.Socin.de Fallen. regula 346.Corset.sing.incipien.in integ.rest.Decis.Bonon.85.nu.11.& seq.ait Odd.de restit.in integr.q.43. nu.66 per totum. Tessaur. decis.181. nu.3.vers.sed in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Debitor summæ illiquidæ potest partem liquidam deponere, & de illiquido satisfare.*

2 *Debitor vbi debitum est turbidum,*

& intrigatum admittitur offerendo separatum soluere cum liquidabitur.

3 *Nec amplius molestatur, nisi sequuta liquidatione.*

5 *Mora non committitur, vbi debitum non est liquidum.*

5 *Et ob id, nec ad interesse debitor astringitur.*

6 *Cautela pro debitore habente debitum partim liquidum, & partim non: Ad euitandam executionem, & expẽsas.*

7 *Liquidum illud dicitur, quod incontinenti & absque mora iustificatur.*

8 *Executio crediti liquidi non retardatur per illiquidum.*

De eautione, quam dat debitor summæ illiquidæ, & quod summam certam, quam penes se habet, soluere debet, & de illiquida satisdare.

CAP. VI. aliàs 15.

SExta cautio conuentionalis est in eo, qui habet debitum incertum, & non liquidum in totum, vel in parte. Exemplum sit in illo qui ad rationem reddendam astringitur: † Nam
1 partem certam, & liquidam tealiter offerre, & deponere tenetur: & de residuo illiquido fideiussores dare. Rot. Ianu. Mercat. decis. 164. nu. 23. Immo
2 quando totũ debitum est illiquidum, & intrigatum, satis est offerre verbo se soluturum cum, liquebit executio enim in incertis euitatur dando fideiussorem de soluẽdo facta liquidatione. Batt. in l. penul. ff. de distract. pign. habetur in d. decis. num. 1.

Debitor enim summæ non liquidę adimplet promittendo, & fideiubendo Ang. & Imol. in l. si mora. ff. solut. matr. Negus. de pign. in 5. part. in 3. memb. nu. 4. vers. 3. limit. Mag. decis. Flo. 132. nu. 16. Tiraq. de retract. conuent. glo. 19. §. 1. num. 2. & inf. Arret. consil. 163. Rip. in l. si insulam nu. 67. ff. de verb. oblig. & in l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iudicata. Rot. Ian. Mercat. decis. 177. num. 5. Ant. Hering. de fid. c. 15. num. 63. † In tantum, quod non
3 sequuta liquidatione debitor per creditorem molestari nõ potest Alexan. cons. 24. num. 9. vol. 4. Ruin. cons. 89. num. 17. vol. 2. † Quò fit, vt in illiquidis, cum non cõmittatur mora, † nullũ debeatur interesse. Rot. Ian. d. decis. 164. nu. 1. & 6. † Et aduertatur ad
6 cautelam, Quod quando de toto debito aliquid est liquidum, quod tunc debitor illud tradat, & soluat, offerẽs se residuum soluturum facta liquidatione, & tunc euitabit executionem, & expensas. l. statu liberationem. ff. de statu lib. Ias. in l. quod te. in 5. notab. ff. si cer. pet. Cabal. milleloq. 625. num. 3. Qui nu. 2. † illud dicit liqui-
7 dum, quod sine morosa dilatione probari potest l. qui de inofficioso. ff. de inoffic. test. l. is à quo. ff. vt in poss. leg. Bald. in l. post rem. q. 6. ff. de transact. Nam ad euitandam motam, expensas, pœnas, damna, & interesse debitor in genere, & in concreto sciens se certum creditorem esse: ignorans tamen in qua summa debet offerre, aliquam partem saltem illam, quę pœnes ipsum est liquida, & certa, & dicere se esse paratũ plus soluere quatenus ad plus teneretur, & liquidabitur doct. in l. si eo obtulit. in §. ait Prætor. ff. de re iud. & in l. si mora. ff. sol. matrim. vbi Angel. & Imol. dum dicunt, quod partem liquidam tenetur debitor tealiter offerre, & de reliquo pręstare fideiussores, quod dictum etiam sequuntur. Alex. cons. 24. nu. 9. lib. 4. Corn. consil. 262. num. 14. lib. 4. Socin. consil. 80. col. 3. vers. præterea, & secundo

lib. 3.

lib.3.Ias.cons.100. col.2.nu.7. lib.4. Ruin.cons.26.num.14.lib.2. Cępoll. caut. 27. Negusant. de pignor. in d. par.5.in 3.memb.nu.4. vers.tertio limitatur. Tiraq. de retract. lig. d.§.1. gl.19.nu.2.& seqq.

Et licet Rip. num.67. in l.quod te. ff.si cert.pet.dissentire videatur,quod non requiratur fideiussio nisi in debitore inope: tamen in contrarium est veritas, quod indistinctè requiratur fideiussio vt firmant doct. supra relati: & maximè in obligato ad reddendam rationem vt Ror. Ian. Mercat.in d.decis.164.num.23.

8 Vnum † tamen non omitto in proposito adnotare Quod executio certi, & liquidi crediti non impeditur ex debito illiquido, & incerto. l.statu liber rationem. ff.de stat. liber.l.si residuum,cum not.C.de distr.pigno.l.fi. C.de compens. Ror. Ian. Mercat. decis.191.num.6.

Alia adde, de quibus in 2.par.sect. 4.cap.24.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quantitatis stante impossibilitate soluendi in pecunia potest cogere creditorem ad recipienda stabilia in solutum.*

2 *Debitor quantitatis dandi rem immobilem in solutum, tenetur de euictione cautionem præstare.*

3 *Debitor quantitatis volens dare rem immobilem in solutum tenetur rem meliorem dare.*

4 *Debitor quantitatis ad hoc, vt speciem pro quantitate soluere possit, etiam creditore inuito multa concurrere debent.*

5 *Debitor quantitatis non potest soluere speciem creditore dissentiẽte, nisi probet suam impotentiam.*

6 *Vt etiam nisi bonorum debitoris discussio præcedat.*

7 *Debitor quantitatis non debet audiri si dicat se in specie soluere velle, nisi docet se feciſſe diligentiam exactam reperiendi emptorem.*

8 *Item tenetur bona consignare creditori, eorumq; dominium in ipsum transferre, vnà cum instrumentis titulorum, & num.18.*

9 *Item literam bonorum, vna cum fideiussione de euictione: nec sufficit si post modum dare velit.*

10 *Item docere tenetur se nec pecuniam, nec mobilia habere vnde satisfacere possit.*

11 *Debitor quantitatis dando bona in specie: cum decima, vel vigesima parte pluris, & de melioribus dare tenetur.*

12 *In Dote verò cum augumento tertiæ partis.*

13 *Qui in vno grauatur debet in alio retenari.*

14 *Debitor quantitatis dando speciem in solutum de melioribus dare tenetur.*

15 *Item de euictione caucre astringitur.*

16 *Debitor in pecunia, ad hoc vt offerendo speciem audiatur, debet oblationem bonorum suorum stabilium cum iuramento facere.*

17 *Item quod oblatio fiat ad fauorem creditoris.*

18 *Item qui debeat debitor creditori ostẽdere, offerre & tradere instrumenta, & titulos bonorum.*

19 *Debitor dotis instans admitti ad hoc beneficium Auth hoc nisi: Non auditur faciendo solutionem cum tertia parte pluris: Et quid in Eccliſiâ.*

20 *Debitor, quando potest commodè pecuniam soluere; sed obstinate vult soluere in bonis, tunc non iuuatur hoc beneficio.*

21 *Item quando debitor beneficio Auth. hoc nisi renunciauit.*

22. *Debitor quantitatis, offerendo pro sui debiti satisfactione speciem, repellitur, quando cum creditore fecit pactum iuratum de soluenda quantitate.*

23. *Cautela ad hoc, vt debitor teneatur soluere in pecunia. Quod cum iuramento renũciet beneficio huius auth. hoc nisi debitor.*

De cautione danda debitore creditoti, qui loco quantitatis ob impotentiam cogitur recipere speciem, & debitore in pecunia, qui ob impossibilitatem potest cogere creditorem ad recipienda stabilia, præstita tamen per eum cautione de euictione tempore oblationis bonorum in solutum, & de beneficio Auth. hoc nisi debitor. C. de soluti.

CAP. VII. aliàs 16.

SEptima, & altera est fideiussio cõtractus: quæ præstatur secundum terminos. auth. hoc nisi C de soluti. & §. quod autem in auth. de fideiuss. vi-
1 delicet. Quod stante † impossibilitate debitor in quantitate, & pecunia possit astringere creditorem ad recipiendam speciem, & bona stabilia,
2 præstita † per eum cautione de euictione tempore dationis bonorum in solutum. Roman. cons. 163. nu. 4. Ias. cons. 9. num. 22. cum seqq. volum. 1. Natt. cons. 344. nu. 3. & 4 vol. 2. Bursat. cons. 9. num. 51. vol. 1. Ioseph. Lud. decis. Perus. 64. nu. 1. & per totum in 2. part. benè Tessaur. decis. Pedamon.
3 153. per totũ, vbi firmat, † quod qui non habet modum soluendi in pecunia numerata, vel in bonis mobilibus, nec potest inuenire emptoré suorum immobilium, vt creditori satisfaciat, potest offerre de melioribus bonis suis stabilibus, in satisfactionem creditori suo, qui tenetur ea accipere in solutum, & hoc modo euitabit carcetes, quod, & aduertunt Socin. in l. 2. in §. 1. num. 11. ff. si cer. pet. Capell. Tolos. decis. 68.

4 Et aduertatur. † Nam ad hoc vt intret dispositio d. Auth. hoc nisi. C. de solut. & d. §. hoc autem in authen. eo. Multa concurrere debent.

5 Primò. † Quod debitor exprimat causam, quare facit talem oblationẽ: & pro causa ostendat impotentiam, & probet se esse paupetem, & non habere facultatem, & modum soluendi in pecunia numerata, & sic quod iustificet suam impossibilitatem: Roman. d. cons. 163. num. 4. & 5. Ias. d. cons. 9. nu. 22. Ioseph. Lud. d. decis. Perus. 64. num. 1. Cephal. cons. 195. num. 1. vol.
6 2. vel saltem † quod præcedat discussio bonorum debitoris. Natt. d. consil. 344. nu. 3. cum seqq. vol. 2. Rol. cons. 92. num. 21. & 23. vol. 2. Affl. & decis. 377. nu. 4. & 6. Tiraq. de tetractu lig. §. 32 glo. vnica. nu. 94.

7 Secundò. † Quod debitor per quisierit emptorem, qui emerit tãrum de bonis suis stabilib. vt possit creditori de suo credito satisfacere, & sic quod fecerit exactam diligẽtiam reperiendi pecuniam, & non repeterit ob diffamationem creditotis. Rip. in l. 2. in §. 1. nu. 23. ff. si cer. pet. Natt. d. consil. 344. nu. 3. Ias. d. cons. 9. nu. 24. versic. item ad hoc. Tessaut. d. decis. 153. nu. 12. vers. nempè.

8 Tertiò. † Vt bona in specie consignet transferendo dominiũ in creditorem, & tradat instrumenta titulorum. Rom. d. cons 163. nu. 5. & 6.

9 Quartò. † Quod tẽpore oblationis

det

det listam bonorum, & fideiussorē de euictione, adeo quod nō sufficit si velit ipsum post modum pręstare. Rom. cons. 163. nu. 6. Ias. d. cons. 9. num. 24. Ioseph. Lud. decis. Perus. 64. num. 9. Barsar. d. cons. 9. num. 51. in fin.

10 Quintò. † Quod dictus debitor iustificet, quod non tantum careat pecunijs: verum etiam mobilibus: cū bona mobilia de facili debitor vēdere possit, & de pecunijs creditori satisfacere. glos. in d. §. quòd autem in verbo mobilis in Auth. ec. Rom. d. cons. 163. num. 3. Ceph. d. cons. 195 nu. 3. Gozad. cons. 32. num. 8. Tessaur. d. decis. 153. num. 9.

11 Sextò † requiritur: vt bonorū æstimatio fiat ad decimam, vel sextā partem: & sic cum vtilitate decimæ, vel sextæ partis pluris, vt etiam cum facultate, vt creditor bona meliora eligere possit. Ceph. d. cōs. 195. Tessaur. d. decis. 153. num. 5. vbi vult, quod

12 † quando lumus in dote, quod debet pręstari tertia pars pluris, cum innitatur fauore publico, & nu. 7. addit ra-

13 tionem: inquiens, † quod creditor, qui in hoc grauatur vt rem pro pecunia accipiat, debet in alio releuari, §. fi inst. de act. l. 1. §. impuberes. ff. commodati. Tessau. vbi sup. nu 9. vt suum consequatur, cū decima, sexta, aut tertia parte pluris, & infra dicemus in 1. lim. vbi ponderabimus cum quibus præsuppositis loquantur. Cephal. & Tessaur.

14 Septimò. † Quod debitor offerat bona in solutū meliora ad electionem creditoris. Tessaur. d. decis. 153. num. 12. Et tali tempore debet etiam simul hæc cautio pręstari; ita quòd non satis est, si postea pręstetur. Ang. in l. de pupillo in §. si is cui. & in l. prætor ait. in § si quis paratus. ff. de no. oper. nunc. Rom. d. cōs. 163. Natt d cons. 344. nu. 4. Ant. Hering. de fid. c. 10. nu. 490.

15 Octauò. † Quod de euictione caueat. Rom. d. cons. 163. & ita disponit. tex. in d. auth. nisi. Tessaur. dicto loco num. 12.

16 Nono. † Quod debitor oblationem bonorum cum iuramento faciat. Pratic. Papi. in forma lib. act. real. in glos. exceptio solutionis Bertazz. de claus. clausula 41. gl 5. nu. 3. vers. 4. oblatio.

17 Decimo † Quod dicta oblatio fiat ad electionem creditoris Rip in d. l. 2. in §. 1. nu. 26. ff. si cert. pet. Bertazz. d. claus. 41. nu. 3. vers. 5. qui dicit quomodo hoc intelligendum sit.

18 Vndecimo. † Quod ostendat offerat, & tradat in simul debitor creditori instrumēta, & titulos bonorum, quæ possidet Rip. in d. l. 2. in §. 1. nu. 25. ff. si cert. pet. Rom. d. cons. 163. Et ponunt hæc omnia requisita vltra allegatos Petr. de Benint. decis. Bonor. 28. Vinc. Carrocc. in suo tract. de oblatio. in 2. par. q. 10. nu. 2. 3. 8. 9. & 10. & per totum cum duabus quæstionibus seqq. Bertazz. & alij supra relati.

19 Limit. modo primo dictum auth. hoc nisi: non procedere in dote: nam si tali casu quis admittitur ad beneficium. d. Auth. hoc nisi: debet creditor consequi vtilitatem tertij pluris. Cephal. dicto consil. 195. num. 11. Tessaur. dicta decis. 153. num. 5. & 6. qui hoc dicunt verum cum præsuppositō, quod in casibus prædictis adesset & pactum, Constitutiones, & decreta illarum partium, & non ita simpliciter, & absoluè: Et ampliant hoc dictum ad personas nobiles, Doctores, milites, & alias personas graduatas, & priuilegiatas. Et Tessaur. dicta decis. 153. nu. 9. & 10. hoc extendit ad Ecclesiam, & mulieres, & subdit,

quod etiam in debitis laicorum non priuilegiatorum. Hoc habet locum, vt aliquid plus consequi debeant. Et in ecclesia quod possit dare de bonis mediocribus creditori pro æstimatione iusta addita etiã decima parte precij est tex.in §.si verò in auth. de alien. & emphy.col.10. & in auth. hoc amplius,C.de sacrosanct.eccl.& aduertit Tessau.d.decis.153.num.10.

20 Limit.2.† quando debitor potest pecuniam soluere eo,quia illam habet in arca:sed obstinatè,& contumaciter contendit velle in bonis soluere, ita post Ias.cons.44.col fin.lib.1. Roman.cons.163.Ioseph.Ludouic.decis. Pereg.64.circa fi.par.2.ait Tessaur.d. decis.153.num.11.

21 Limit.3.† quando debitor d.beneficio auth.hoc nisi renũciauerit,quod bene facere potest.Tessau.d.decis.153. num.13.Bertazz.de clausclausula 41. glos.5.num.4.vers.sed tamen.

22 Lim.4 †quando debitum iuratũ: & debitor cum iuramento promisit soluere in pecunia. Tessaur. d. decis. 153.num.14.Pet.de Benintend.d.decis.Bonon.28.Pratic. Papin.in forma libell.act.hypothe.in verbo exceptionem solutionis. Bertazzol.d.tract. de clausd.clausula 41. glos.5. nu.4.vers. vel si interuenerit iuramentum, vbi voluit hæc absque scrupulo procedere, quando inter creditorem,& debitorem adest in specie pactum iuratum de soluendo in pecunia numerata.

23 Cautela † tamen in proposito datur: Quando creditor vult sibi plenè prospicere, & consulere, vt eidem solutio fiat in pecunia, quod debitor in specie renunciet beneficio dictæ auth. hoc nisi etiã in speeie renunciationem iuramento corroboret. Et quod dicatur,& exptimatur,quod solutio fit facienda in pecunia numerata Bertazz. de clausd.clausula 41.glo.5.nu.4 qui subdit,quod si adesset statutum in loco idem disponens, quod d.auth.hoc nisi, quod bene etiã esset illius statuti beneficio debitori renunciari facere.

SVMMARIVM.

1 *Cautionem actor pauper reo diuiti præstare tenetur de restituendis alimentis, & reficiendis expensis in euentu succumbentiæ, quæ reus dives coactus fuit actori pauperi subministrare.*

Lim. & contrarium dicas in casibus de quibus sub num.2.

De cautione de restituendo alimentis,& expensis litis in euentum succumbentiæ, quæ reus dives coactus fuit pauperi actori subministrare.

CAP. VIII. alias 17.

1 OCtaua est cautio conuentionalis, quæ † datur ab ipso actore de restituendis alimentis, & expensis litis, quas reus dives coactus est pauperi actori subministrare: Nam tenetur cũ fideiussoribus cauere de ea reficiendo in euentum succumbentiæ. Couar. pratic.quæst.cap.6.num.7.qui dicit, quòd litiganti pauperi cogitur aduersarius dives litis expensas exhibere: & ait quòd eas accepto ferre actor debet quãdo reus victoriam obtinuerit,de quibus litis expẽsis, quod debeant subministrari, tribus cõcurrentibus vt actor sit filius vel nepos: vt sit pauper: vtque primam sententiam pro se habeat aduersus reum vt per Ceph.cons.127.nu.3.& inf.vol.1.

2 Contrarium tamen tenet Boer.decis.324.num.6. cum seq.decis. Sutil.

de

de aliment. quæst. 124. per totum: & quæst. 125. num. 4. vbi vult, quod fideiussio non est necessaria quando actori prouidetur de alimẽtis, & tit. 3. quæst. 3. num. 29. dicto tract. de alim. firmat, quod quando alimenta peruntur officio iudicis, quòd tali casu fideiussio non est necessaria in casum succumbentiæ: secus quando debentur alimenta iure actionis.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatio, vbi est à duobus intentata, res datur primo vendicanti cum cautione de restituendo.*

2 *Nisi secundus sit tertius, & non collitigans, & in causa comparuerit ante rem iudicatam.*

De cautione à primo ex duobus eandem rem vendicantibus præstita, quod ejdem tradi debeat. Et sic: quod si duo vendicant eandem ab eodem: Primus vendicans data cautione de restituendo obtinebit.

CAP. IX. aliàs 18.

1 NOna species † cautionis cõuentionalis est: quando duo vendicant eandem rem ab eodem possessore: Nam tunc primo vendicanti res traditur præstita per eum cautione de restituendo l. is à quo cum l. seq. ff. de rei vend. ita Abb. in c. veniens el 2. nu. 6. & 7. de testibus, ibi. si verò bona illa pollidebantur † ab alio, vbi docet, quod si duo petunt, eãdem rem à tertio sententia mãdatur executioni pro eo, qui prius obtinuit, data per eũ fideiussione reo de indemnitate contra alium. Et subdit, quod remedium, l. is à quo habet locum etiã in beneficialibus. Quod etiam benè notant add. ad Abbat. in d. c. veniẽs in littera B. dum ponunt, ex Bald. ibidem, & ex Barr. in l. si alienam. ff. solut. matr. quod tunc beneficium, l. is à quo competit quando est lata sententia pro vno & illa res petatur ab alio tũc enim res debet dari illi pro quo lata est sententia cum cautione de restituendo in euentum succumbentiæ. Quæ omnia etiã ponderat Felyn. in d. cap. veniens, in secunda col. num. 7. circa medium versic. tertia conclusio. Et firmant hoc idem Crescent. de rescript. decis. 11. aliàs 14. qui inquit cautionem huiusmodi debere esse in forma depositi, bene Pute. decis 326. num. 1. 3. & 9. & decis. 384. num. 2. vol. 2. qui recenset casum in quo nõ procedit. d. l. is à quo scilicet. Quando ante rem iudicatam quis in lite collitigans non est, & concordat cum d. l. is à quo l. penul. ff. de pet. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de re sequestrata restituendæ est conuentionalis: & secundum alios iuditiaria. num. 4.*

2 *Præstatur ab eo, qui de iudicis iussu rem aliquam in sequestrum tenet.*

3 *Sequester debet cauere, & de iudicio sisti, & de re non baratanda, consumenda, ac interuertenda: sed restituenda.*

De cautione de re sequestrata restituenda.

CAP. X. aliàs 19.

1 DEcima est conuentionalis fideiussio, † quæ de re sequestrata
2 restituenda dr, † & datur ab eo, qui penes se de iudicis ordine retinet aliquã rem in sequestrum, de qua per l. si

l. si

l.si fideiussor.in §.si satisdatum.nu.2.
3 ff.qui satisd.cog. † Et illa cautio continet duo, de iudicio sisti: & de re non interuertenda, ac barattanda: sed finito sequestro restituenda. Bart.in d.l.si fideiussor.in §.si satisdatum nu 2.& talis cautio triennio durat. Bart. in l. lucubus. num.10. & 18. C.de agric.& 4 censit.lib.10. † Et aduertatur, quod ista cautio est potius iudicialis, quam conuentionalis, vt aduerit Rimin. sen.cons.457.num.16.vol.3.& adnotauimus supra cap.7.& 8.

SVMMARIVM.

1 *Cautio rem pupilli saluam fore conuentionalis est.*
2 *Præstatur ab ipsis tutore, ac curatore, vel à fideiussoribus eorum.*
3 *Necnon ab eo, qui se gessit, & gerit pro tutore, & curatore.*
4 *Committitur finita tutela, & curæ.*
5 *Formula huius cautionis, qua omissa tutela redditur nulla.*
6 *Fit fideiussoribus præstitis, datisq; pignoribus non satisfit.*
7 *Tutor testamentarius non satisdat rem pupilli saluam fore.*
8 *Tutor testamentarius, censetur à testatore pro legali, fideli, & idoneo approbatus, & ideo ad satisdandum astringi non potest.*

De Fideiussionibus tutorum, & curatorum: & de satisdatione rem pupilli saluam fore.

CAP. XI. aliàs 20.

1 VNdecima est fideiussio conuentionalis, † quæ dicitur rem pu-
2 pilli saluã fore. Et † est illa, per quam nõ tantum tenetur is, qui tutor, & cu-
3 rator est, † quam qui pro tutore, & curatore negocia gessit, & gerit: verũ 4 etiam fideiussores eorundẽ. † Et committitur finita tutela. l.4. §. illud. & per totum. ff.rem pup.sal.for.

5 † Hæc fideiussio per solemnem stipulationẽ fit: & in ea promittitur rem pupillorum, minorumque saluam fore administratione finita, & quod vtilia fient, & inutilia prætermittẽtur, & debet præstari etiam quod pupillus, & minor eam non petierint. d.l.4. §. hanc stipulationem ff.rem pupill.salvam fore. Et adeo ista sunt vera, quod omissio huius satisdationis reddit tutelam nullam. l.si tutor. C. in quibus caus.in integ rest.non est necess.l non dubium. C.de tut.qui satis.non dedit. Alban. ex multis quos congerit cons. 21.num.6 Carroc.decis.120.num.5. Marc. Antor.de Amati.decis 63. Antor. Hering.in suo tract.de fideiuss. cap 5.num.216.

6 † Cautio ista fit tantum fideiussoribus præstitis: sed datis pignoribus nihil actum esse dicitur, vt hoc optimis rationibus comprobat Ant. Hering. d.c.5. à nu.217. vsque ad num.230.

7 Vnum tamẽ perpendendum est in proposito. Quod ad hanc cautionem præstandã tutor testamẽtarius astringi nõ potest: † & ratio est, quia est in-
8 dustria personæ à testatore electa, ità quod per talem electionẽ testator de tali tutore per eũ relicto in suo testamento summopere confidit: & eius fides, & diligentia propter hoc est ab ipso approbata: Testamentum enim tali casu pro satisdatione sufficit: & hoc respectu talis tutor cauere nõ tenetur.in fi.de satis.tu. in prin.l.si filio. l.in confirmando, & l.vtilitatem. ff.de confir.tut.l.3.& 4. C.de tut.qui satis. nõ dedit.& ista sunt vera, non tñ si tutor fit datus in testamento à patre: verum

rum etiam si à matre, & patrono. Anton. Hering. d. tract. de fidei. d. c. 5. num. 231.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens suum creditum liquidũ, puta per instrumentum quarãtigiatum, vel obligatione camerali vallatum, volens non expectato discussionis iudicio creditum suum non sequi non auditur, nisi prius satisfaciat de restituendo prioribus, & potioribus, & contribuendo æqualibus.*

De fidetussione in iudicio discussionis præstanda per creditores, habentes creditum liquidum ex instrumento publico de restituendo prioribus, & potioribus creditoribus, & contribuendo æqualibus.

CAP. XII. aliàs 21.

DVodecima conuentionalis cautio est. Solet enim in iudicijs discussionum, ipsisque pendentibus à creditoribus habentibus sua iura, & credita liquida instrumento publico, quarantigia, vel obligatione camerali fulcita aliis creditoribus pro sui crediti cõsequutione præstati cautio de restituẽdo prioribus, & potioribus, & contribuendo æqualibus in euentum, quod fuerit declaratum, & decisum alios creditores priora, & potiora iura habere: & de hac cautione est totus titulus. ff. qui pot. in pig. hab. Et ità vigore obligationis cameralis passim seruat Curia Romana: & in Regno talẽ stilum esse refert Vincent. de Franc. decis. 20 1. nu. 5. & 18. par. 1. in vrbe autem Seraphin. decis. 1311. nu. 3. par. 2. qui dicit, quod soluens non præstita hac cautione (cum censeatur esse in dolo) malè soluit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio melioramentorum potest opponi in executione sententiæ.*
2 *Etiam quòd in sententia nulla melioramentorum mentio facta fuerit.*
3 *Melioramentorum causa res tamdiù detinetur, donec melioramenta prædicta probata, & soluta fuerint.*
4 *Opponens de melioramentis non impugnat sententiam sed bene dicit habere iustam causam retinendi rem ob expẽsas, & melioramẽta in ea facta.*
5 *Retentionis magnus est favor.*
6 *Exceptio melioramentorum non liquidorum executionem sententiæ nõ impedit.*
7 *Modo præstetur cautio de reficiendis, & restituendis melioramẽtis, in euẽtum liquidationis.*
8 *Pro melioramentis illiquidis non datur retentio; sed satis est, quòd offeratur cautio.*
9 *Nisi in sententia dicatur refectis melioramentis, & solutis expensis.*
10 *Vt etiam si melioramenta sint illiquida, turbida, & notabilis summæ.*
11 *Vt etiam quando non possunt incontinenti probari, sed eorum verificatio requirit peritos, & altiorẽ indaginẽ.*
12 *Probatio per testes facta est inter probationes requirentes altiorem indaginem.*
13 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem in iudicijs executiuis repelluntur.*
14 *In executiuis reijcitur compensationis exceptio reseruata reo sua reconuentione.*
15 *In illiquidis præstando quis cautionem satisfacit.*
16 *Melioramenta, quando sunt clara liquida, & probata, tunc cõceditur retẽtio, & sententiæ executio impeditur.*

17 *Idem*

17 *Idem quando incontinenti probari possunt.*

18 *Paria sunt quid probatum esse, vel incontinenti probari posse.*

19 *Quod incontinenti factum dicatur explicatur.*

20 *Incõtinent probatum non dicitur, quod ad probandum requirit altiorem indaginem.*

21 *Incontinenti factum an quid dicatur hoc totum à iudicis arbitrio pendet.*

22 *Mora modici temporis non est magnũ damnum.*

Exceptio melioramentorum an, & quãdo executionem sententiæ retardet.

CAP. XIII. aliàs 22.

1 EXceptio † melioramentorũ potest opponi in executione sen-
2 tentiæ. † Etiam quòd possessor sit cõdemnatus restituere rem nulla mentione facta melioramẽtorum. Et probatio eorumdem admittitur, & res
3 tandiu detinetur, donec dicta melioramenta soluta fuerint: Et ratio est
4 † quia talis opponens non impugnat sententiam, nec etiam dicit malè latam: sed benè se habere rationem, & iustam causam retinendi rem propter expensas in melioramentis factas ita Bartol. in l. in fundo. in fin. num. 16. ff. de rei vendicatione. Specul. de exẽcut. sent. §. postremo. versic. quid si bona fide, & de excep. §. dicto versic. sed pone ędificaut. Alber. & Ias. in l. si in area. ff. de cond. in deb. Boer. decis. 43. nu. 9. Capic. decis. 17. qui dicit ita fuisse iudicatum. Ruin. consilio 84. in fin. nu. 17. in princip. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. glos. 1. num. 13. & 14. Aym. consilio 148. nu. 2. Menoch. de recuper. poss. remed. 15. q. 39. nu. 514. & 569. versiculo contrarium verius est. Ioseph. Lud. decis. Perusi. 24. & 34. in 1. part. Magon. decis. Lucens. 81. Ant. Hering. in suo tract. de fideius. cap. 5. nu. 371.

5 Fulcitur autem hæc † istorum sic tenentium opinio: quia retentionis magnus est fauor. l. 1. in princip. ff de pig. l. 2. C. de fideicomm. Cotn. cõsil. 282. l. 2. Aym. consil. 149. nu. 2. Trib. Decia. resp. 29. nu. 92. volum. 2. Vinc. de Franc. decis. 104. nu 5. par. 1.

6 Contrarium tamen. † Quod immo exceptio melioramentorum non liquidorum contra executionem sententiæ opponi nequeat: sed petens executionem sentẽtiæ ad vltetiorem, & finalem executionem procedere
7 possit † præstita per eum fideiussione de reficiendis, & restituendis melioramentis in euentum liquidationis eorumdẽ tenuerunt. Cast. consil. 270. col. 2. versic. 2. videndum. volum. 2. Gozad. consi. 100. nu. 21. Negusant. de pig. in 4. mẽb. 5. part. nu. 14. Dum
8 † dicunt retentionem non dari pro melioramentis. Et maximè quando sunt illiquida, & offertur cautio: sed sententia statim mittitur exequutio-
9 ni: nisi in sententia † dicatur solutis prius melioramentis & expensis: quia tali casu dicta conditio debet verificari, & hoc idem voluerunt Marzar. in epitom. de fideic. q. 66. Surd. de alim. priuil. 62. nu. 9. Petr. beninicnd. decis. 77. nu. 1. Alex. consil. 67. in fi. vol. 2. Coniard. in l. vnica. num. 14. & 27. C. si à momenta. poss. fuer. app. Put. decis. 471. nu. 5. & 6. lib. 2. Hier.
10 à Lauiẽr. dec. Aurni. 104. nu. 9. † qui volunt hæc indubitata, quando melioramenta sunt illiquida, turbida, confusa, vetusta, hominis memoriam excedentia, & ad notabilem summam

pecunia-

11 pecuniatum ascendentia; † & de quibus non incontinenti adsunt probationes: sed pro eorum liquidatione ad peritos in arte recurrendum est, & ad æstimationem, & valutationem factam per ipsos, & sic quando liquidatio ista melioramẽtorum requirit al-
12 tiorem indaginem, † quòd est quando per testes venit iustificata, ac in arte peritos. Quo casu sententiæ executio viget, & interim quantitas melioramentorum deponenda est, vel per actorem reo est satisfandum de dictis melioramentis soluendis, quam primũ liquidata fuerint. ita Alciat. resp. 450. num. 26. Anton. de Gama. decis. Lusit. 4 num. 3. Barnab. Cornaz. decis. Lucens. 101. Gast. d. cons. 770. nu. 3. Bald. consil. 209. lib. 2. Menoch. d. remed. 15. cap. 39. num. 572. Benint. dicta decis. 77. num. 15. Surd. de alimen. d. priuileg. 62. num. 8. & 9. & ra-
13 tio est: † quia exceptiones requirentes altiorem indaginem, & liquidationem, vt sunt probationes, quæ fiũt per testes in iudicijs executiuis repelluntur. l. 2. C. ad l. Cornel. de falsi. l. si ille à quo. in §. quid ergo, in verbo si cognitio prolixiorem. ad Treb. Bero.
14 consil. 14. num. 18. Plus in † executione reijcitur compensationis exceptio, reseruata reo sua reconuentione.
15 † Et hæc eò fortius, quia in illiquidis quis præstando cautionem satisfacit. Gozadin. d. consil. 10[illegible]. num. 21. Imo, qui promisit fideiussorem liberare ab obligatione, promissioni satisfacit præstando cautionem, si debitum non est liquidum. Alexand. in l. si patet. C. de collat. Benintend. dicta decis. 77. numero 9. Si quis enim reperitur debitor in summa illiquida, tunc promittendo, & fideiubendo adimplet, in tantum, quòd non sequuta liquidatione per creditorem molestari non potest. Alexand. cons. 24. num. 9. lib. 4. qui dicit, quòd residui non liquidi fideiussorem offerre sufficit. Ruin. consil. 84. num. 7. in principio. Rot. Ianu. Mercat. decis. 177. num. 5. diximus infra in secunda par. sectio. 4. capit. 24. & supra hac eadem sect. cap. 6. aliàs 15.
16 Quæ omnia † secus se habẽt, quando melioramenta sunt clara, liquida, inconcussa, & probata per instrumenta concludenter, vel alio æquipollen-
17 ti modo; vt † etiam quando incontinenti probati possent, cum paria sint,
18 quid † probatum esse, vel incõtinenti probari posse: cum ea, quæ incontinenti fiunt censeatur inesse. l. lecta. versic. dicebam. ff. si cert. per. l. petens. C. de pact. Ioan. de Amic. consil. 49. num 3. Viui. decis. 107. num. 13. quibus adde Bald. in l. post rem iudicatam, nu. 8. ff. de transactio. dum vult liquidum etiam illud dici, quòd sine motosa difficultate probari potest.
19 Imò illud † dicitur incontinenti factum, & probatum, quòd fit, & probatur infra triduum, vt aduertũt omnes in d. l. lecta. Bald. in d. l. petens. nu. 54. C. de pact. & in l. fin. num. 3. C. de ctro. aduoc. Bart. in l. 4. in §. condemnatum. num. 4. vbi etiam omnes. ff. de re iudic. Ioan. de Amic. dicto cons. 49. num. 3. & sequentib. Brun. consil. 167. nu. 10. Simon. de Pret. cons. 151. num. 69. Thom. Treuis. decis. 2. numero 4 Turret. consil. 67. num. 4. lib. 1. Viui. dicta decis. 107. num. 1. Carol. de Grass. qui istos, & alios refert, & sequitur de excep. exceptio. 7. num. 6. cum sequentib. qui num. 8. dicit illud dici incontinenti probatum, quòd per instrumentum publicum probatur, & num. 9. addit. id incontinenti iusti-

iustificatum censeri, quando probatur infra tempus, in quo executio cõmitti potuisset: quòd secus est secundum ipsum, quando plures testes essent examinandi: quia cum ista pro-
20 batio † desideret altiorem indaginẽ, nõ recluditur inter probationes, quæ incontinenti factæ esse dicuntur, &
21 demũ nu. 11. † subdit. hoc totum arbitrarium esse. Solet enim dici, quod
22 † in mora modici temporis non est magnũ damnũ. l. si debitori. ff. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de damno infecto conuentionalis est.*
2 *Præstatur à vicino quoties sui ædificij ruina suspicatur.*
3 *Datur pro parte domus, quando domus est plurium: secus si vnius.*
4 *Cautio de damno infecto an sit cum fideiussoribus præstanda.*
5 *Pro quo vitio domus præstatur remissiuè.*
6 *Cautio de damno infecto petitur officio iudicis.*
7 *Cautio de damno infecto, an peti possit à domino prædij dominantis per dominum prædij seruientis.*
8 *Cautio de damno infecto peti potest, vbicunque damnum veremur.*
9 *Quanto tempore duret.*
10 *Non petitur, nisi pro damno imminẽti.*
11 *Præstatur etiam per diuitem.*
12 *Cautio de damno infecto an sufficiat, quando domus vicini minatur ruinã: vel potius cogi possit vicinus ad domum reficiendam.*

De cautione de damno infecto.

CAP. XIIII. alias. 23.

1 DEcimaquarta est cautionis conuentionalis species: quæ de dã-
2 no infecto dicitur. † & est quoties ædificia minantur ruinam in suburbijs, vel proiectis: tunc enim quis vicino tenetur dare hanc cautionem de damno infecto, ideſt adhuc non factæ, sed quod futurum veremur. l. malum. in §. 1. ff de verb. sig. & est totus titulus. ff. de dam. infect.

3 Hæc cautio potest etiam præstari pro parte domus, quando domus est plurium: secus si vnius. l. in stipulatione. ff. de damn. infect. l. si communes. vbi Bart. in primo not. & in prima oppositione. ff. de neg. gest. Alex. in rubr. ff de damn infect.

4 Quæ † sit formula huius cautionis, & an sit cum fideiussoribus præ-
5 standa: & pro quo vitio † ædium caueatur: & quod ad istam cautionem
6 petendam non † competat actio: sed imploretur officium iudicis nobile ponit Castr. in rub. de dam. infect. nu. 1. & in l. inquilinus. nu. 2. d. titulo.

7 † Et an ista cautio peti possit sibi præstari à dño prædij dominantis illi, cuius prædium seruitutem debet, ponit idem Castr. in d. l. inquilino nu. 2. & in l. si fistulæ nu. 2. ff. de seruit. vrb. prædi.

8 Et ad hoc, vt quis ad hanc cautionem præstandam astringi possit, quod sufficiat, quod dubitetur de futuro damno: puta de futuro igne. firmat Io. de Amic. cons. 104. num. 8.

9 † Quandiù autem duret hæc cautio videãtur Specul. tit. de causa poss. & proprie. §. 3. vers. sed & prohibite. nu. 20. & Bald. in l. Prætor ait. nu.
10 1. ff. de dam. infect. † qui dicit, quod non conuenit, quod hæc cautio in futurum præstetur: & sic pro futuro damno: sed pro instanti, & imminẽti.

11 † Hæc cautio etiam per diuitem præstanda est: nam quicquid in con-

tra-

trarium sentiat Paul. de Cast. ità tenet Alex. in l. 1. nu. 11. & 12. ff. qui satisd. cogan.

12 Iuxta † prædicta dubitant Doctores: quid si aliquis habet domum minantem ruinā iuxta meam: an illum possim cogere ad eam reficiendam: an verò satis sit. quod mihi cauat de damno infecto?

Et concludunt, quod si est diues, possum ipsum astringere ad reficiendam domum, aliàs eam vendere: & hoc propter periculum vitæ, cui ego, vxor, liberi mei, & alij de familia mea ex tali causa subijciuntur. Specul. de Satisd. §. fi. Bart. in l. illicitas. in §. potentiores ff. de off præsid. Ang. in rub. & in l. & curatoris. ff. de damn. infect. Bar. & alij. in l. qui bona. in §. qui dāni. d. tit. vers. quandoque timetur dānum de re ad rem, per d. l. ad curatoris, & per l. præses. ff. ad off. pro cons. vbi dicitur, quod officio iudicis potest cogi, vt illam reficiat.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de opere demoliendo dicitur, & ipsa conuentionalis.*

2 *Præstatur ab eo, qui iam ædificium inchoauit, & vult illud ad perfectionē reducere, & non potest, quia eidem nouum opus nunciatum est: nam non licet eidem hoc facere, nisi præstita hac cautione de demoliendo in euentum succumbentiæ.*

3 *Talis cautio satis est quod offeratur.*

4 *Etiam post tres menses.*

5 *Et etiam si nuncians nouum opus uelit probare ius ædificandi nunciato non competere.*

6 *Nisi in continenti probare sit paratus: nam tunc nuncians debet desistere, nec auditur offerens talem cautionem, & nu. 9.*

7 *Maximè, ubi per claras probationes apparet nunciātē bonum ius fouere.*

8 *Cautio de demoliendo sibi locum non uendicat, nisi in casu, quando est dubium, an ius ædificandi competat.*

De cautione, de opere, demoliendo.

CAP. XV. aliàs 24.

1 DEcimaquinta † cautio conuentionalis datur: quæ de opere de
2 moliendo dicitur: & præstatur † ab eo, qui iam inchoauit ædificium, & nouum opus: & vult illud ad perfectionem perducere. Nam si eidem est nunciatum ne ædificet, poterit opus iam inchoatum continuare vsque ad finem præstita per eum hac cautione de demoliendo in euentum succumbentiæ l. non solum. §. sciendum, & l. prætor ait, in §. deinde, & §. si quis paratus. ff. de nou. oper. nunciat. & l. de pupillo. in §. si is, cui. dicto titulo. Iason. in l. ait Prætor. in §. sive autem ff. de nou. oper. nūciat. bene de hac cautione. Gramm. vol. 73 nr. 6 & 7. vbi
3 vult, quod † satis sit, quod offeratur ista cautio, & quod per dictam oblationem potest continuari ędificium cęptum etiam in loco publico nō obstante nunciatione, & iudicis præcepto Crescent. dec. 1. de nou. oper. nūc. aliàs 266. † qui dicit istam cautionem impertiri etiam quòd per tres
4 5 menses offerens, & etiam † quòd nūcians paratus sit probare nunciato ius ædificandi non competere. Iaf. in leg. hoc edicto, nu. 19. & in l. de pupillo. in §. meminisse nu. 8 ff. de nou. oper.
6 nunc. quo in loco notat, quod † quando nuncians est paratus in continenti docere de iure suo, quod tunc debet supersedeti per iudicem per tres mēses, nec admitti debet nunciatus offe-

rens

rens cautionem istam, per l.1. C. de nou.oper.nunciat. Et hæc vltima opinio est vera, & communis, & de ea est tex. in d. l. 1. C. de nou. oper. nunci. iunctis notatis per glo. ibi. in verbo
7 impedimentum: & ita † praticatur. Et maximè, quando nuncians fouet bonum ius, & de eius iustitia docet incontinenti, per probationes claras, & quibus exceptio releuans dari non possit, vt per Iaſ. in d.§. meminisse. num.8.

8 † Ex quo infertur vnum in proposito perpetuò menti tenendum: quod ista fideiussio tantum datur, quando est dubium, an de molitio sit facienda necne: & sic quando est dubia nunciatio: secus vbi certa apparet calumnia. Bald. in d.l. 1. num. 10. C. de nou. oper. nunci.

Aduertendum tamen est, vnum in
9 proposito: † quod si is, qui nouum opus nunciat vult repellere ædificantem paratum satisdare, vt possit perseuerare in ædificando, non potest obtinere, vt ædificans desistat, nisi offerat se incõtinẽti probaturũ ius suum, vt diximus supra, & est tex. in l. Prætor ait. in §. si paratus. ff. de nou. oper. nunc. vbi Bart. Alex. Iaſ. & alij Pap. in for. lib. de nou. oper. nunci. in glo. ante nu. 3. Iaſ. in l. 1. nu. 19. vbi Soci. iun. nu. 249. ff. de nou. op. nunci.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio subsidiaria cõuentionalis est.*
2 *Præstaturque in defectum, quod principalis non soluerit.*
3 *Fideiussor tenetur, non tantum, quando pro debitore simpliciter promittit, verum etiam si conditionaliter; puta casu, quo non soluerit.*
4 *Et tali casu, aut sequutis cessione, vel interpellatione tenetur.*
5 *Fideiussor subsidiarius tenetur etiam quod promiserit pro persona repræsentata.*
6 *Fideiussionis subsidiariæ exemplum.*
7 *Fideiussor subsidiarius conditionalis dicitur, & ideo non tenetur, nisi conditione purificata.*
8 *Et tali casu etiam nisi interpellatus, & in mora constitutus.*
9 *Fideiussor iste fideiussori indemnitatis adæquatur.*
10 *Fideiussor in defectum fruitur excussionis priuilegio, etiam quod eidem renunciauerit.*
11 *Casus, in quibus fideiussor in defectum non tenetur, remissiuè.*
12 *Fideiussor iste ad soluendum non astringitur, quando debitor principalis est soluendo.*
13 *Fideiussor subsidiarius tantum tenetur, quando principalis non soluerit, vel soluere non potuerit.*
14 *Et non debet citari in processu, quod fit contra principalem.*
15 *Fideiussor huiusmodi in duobus casibus tenetur, si committatur mora per principalem debitorem, & si sequatur mors eiusdem.*
16 *Fideiussor in defectum non tenetur, nisi probata negatiua per creditorem.*
17 *Creditor negatiuam, quod debitor non soluerit, probare tenetur, etiam quod habeat instrumentũ contra debitorẽ.*
18 *Creditor habens instrumentum debiti contra debitorem, transfert in eum onus probandi solutionem.*
19 *Fallit hoc in fideiussore, vel tertio possessore non habente causam ab ipso creditore.*
20 *Satisdatio hæc etiam committitur per promissionem illam, Promitto tibi soluere illud, quod à Titio exigere non poteris, & tali casu illi locus non est, nisi factis diligentijs contra Titium.*
21 *Fideiussor subsidiarius differt à simpli-*

ci-

ci: nam simplex tenetur ad omne id, quod principalis, nulla re excepta: subsidiarius autem in cuentum, quod principalis non soluerit.

22 *Multæ aliæ recensentur differentiæ, remissuè.*

De Fideiussione subsidiaria.

CAP. XVI. aliàs 25.

1 DEcima sexta est conuentionalis † cautio, quæ subsidiaria nuncupatur: & est, † quãdo fideiussor datur in defectum, quod principalis non
2 soluerit. Fideiussor † enim nedum tenetur, quando pro alio debitore simpliciter promittit: verum etiam si dictum sit, quod teneatur, si debitor non soluerit, quod vulgariter solet fieri, &
3 † tunc facta interpellatione, vel cedẽte reo, tenetur. l. fideiussor obligari. §. fin. ff. eod. & obligatur, † etiam si promittat pro persona repræsẽtata, vt pro hæreditate iacente. l. mortuo. ff. eod.
4
5
6 † exemplum sit: si quis promiserit, quod Titius debere desierit: eò quia non sit soluendo, vel aliqua alia exceptione se tueri possit: vel vt alij opinãtur, si à Titio exigi non poterit, & sic sub conditione est debitum.

7 † Dicitur fideiussio conditionalis, & ideo prius non tenetur, nisi purifi
8 cata conditione; † & tunc etiam nisi interpellatus, & in mora constitutus. Bar. in l. fideiussor obligari. in §. cum fideiussor. nu. 3. ff. eod. Soc. sen. consil. 55. prçstantissimè. num. 2. vers. secundo principaliter, circa fin. primæ par. Rip. in l. ità stipulatus. nu. 50. & 51. ff. de verb. obl. Cęsar. de Crass. decis. 144. aliàs 1. de fideiuss. Card. Mant. de tac. & amb. contract. par. 2. lib. 16. de tacit. & ambig. fideiuss. conuent. tit. qui sint propriè fideiuss. num 12. cum seqq.

9 † Fideiussor iste, qui se obligat in defectum principalis non existentis soluẽdo fideiussori indemnitatis adęquatur. Rimin. sen. consil. 448. num. 12. & 13. volum. 3.

10 † Dictus fideiussor in defectum debet frui beneficio excussionis, etiam quod ipsi renunciauerit: quia soluit in defectum. Ang. in l. fin. ff. si cert. petatur. benè Matth. Brun. consilio
11 8. num. 6. cum seqq. † qui ponit casus, in quibus iste fideiussor tenetur,
12 & in quibus nõ. Et inquit, † quod talis fideiussor non tenetur, quãdo principalis est soluendo: quia est acceptus
13 in † defectu, quod principalis nõ soluerit, aut soluere non potuerit. Bar. in l. si fideiussores 42. num. 1. ff. eod. benè Rip. in d. l. ità stipulatus. nu. 51. ff. de verborum oblig.

14 Iste † fideiussor, qui se obligat in defectum, quãdo principalis non soluerit non debet citari in processu, qui fit contra principalem. Bal. in l. 1. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. Rimin. Sen. cons. 171. num. 4 lib. 1.

15 Et iste † fideiussor in duob. tantum casibus tenetur, id est, si committatur mora per reum principalẽ, & si sequitur eius mors. Bar. in l. fideiussor obligari, in § cũ fideiussor. nu. 2. & 3 ff. eo.

16 Talis fideiussor † obligatus in casu, quod principalis non soluerit non tenetur nisi probata negativa, quam creditor probare tenetur: cũ sit fundamentum suæ intentionis Bar. & alij in l. in illa. ff. de verb. oblig. doct. in l. pen. in § docere. ff. ne quis cum. Salyc. in l. 2. C de iure emphy. vbi Ias. num. 133. Angel. consil. 161. col. fin. Castr. consil. 205. col. 2. num. 4. lib. 1. Alexand. consil. 37. num. 13. lib. 2. Afflict.
17 decis. 377. numero 7. quod † procedit, etiam quod principalis creditor

habeat inſtrumentum contra debito-
18 rem, † nam licet tũc debitori incumbat onus probandi ſolutionem. gl. & communiter omnes in d.l.1. C.de iure emphy. vbi laſ.num.132. Alexand. conſ.79.lib.1. Corn. conſ.110. lib.1.
19 tamen contra fideiuſſorem, † vel tertium poſſeſſorem non habentes cauſam ab ipſo creditore nõ habet locum hæc præſumptio Caſtr. in l. cum res. C.de prob. Socin.conſ.89.lib.1.nu.8. verſ.& ſi iterum dicatur.

20 Idem † eſt ſi promiſſi tibi illud, quod à Titio exigere non potueris; nam nõ teneor ad aliquid priuſquam expertus fueris contra Titium, & conſter, quod non potueris exigere ab eo. laſ. & alij in l. decem. ff.de verborum oblig. Alex.conſ.79. latiſſimè, num. 29. lib.7.

21 Et iſte † fideiuſſor ſubſidiarius differt à ſimplici, & puro fideiuſſore. Nam fideiuſſor ſimplex tenetur ad id, quod principalis debitor facere tenebatur: qui non expectato alio conditionis euentu, nec conſtito de facto principalis poteſt arbitrio iudicis cõueniri, quod ſecus eſt in iſto fideiuſſore ſubſidiario, qui ſemper in defectum, & ſubſidium tenetur. Fernand. Vaſq.lib.1.q.illuſtr.c.33. Magon.deciſ. Flor.30.nu.13. qui inter iſtas duas
22 fideiuſſorum † ſpecies multas alias differentias recenſent.

SVMMARIVM.

1 *Indemnitatem promittens tenetur conſeruare indemnem ſtipulatorem, ita quod nec minimum damnum ſentiat.*

2 *Statimque obligatus dicitur, licet executio ſuſpendatur.*

3 *Fideiuſſor indemnitatis tenetur iudicium ſubire pro eo, cui indemnitatem promiſit.*

4 *Fideiuſſio indemnitatis eſt cautionis conuentionalis ſpecies.*

5 *Fideiuſſor indemnitatis, qui & releuator dicitur, eſt ille, qui promittit conſeruare indemnem promittẽtem eiuſque fideiuſſorem.*

6 *Fideiuſſio indemnitatis qualiter concipiatur.*

7 *Fideiuſſor indemnitatis non dicitur obligatus, niſi in caſu quo damnum aliter reparari non poteſt.*

8 *Fideiuſſio indẽnitatis triplex, & quę: adde & quartam ſpeciem. num.20.*

9 *Pater, qui conſentit filium ſuum dari in tutorem, eius fideiuſſor indemnitatis dicitur.*

10 *Fideiuſſor à principali indemnis conſeruari debet, etiam ſi nihil ſit dictum & hoc eſt ex natura ipſius fideiuſſionis, & num.11.*

12 *Et etiam ſi principalis ſit clericus.*

13 *Fideiuſſor non debet cum damno remanere.*

14 *Indemnitatem promittens tenetur ad damnum emergens, & lucrum ceſſans.*

15 *Item ad vſuras fructus, ſumptus litis, & omnes acceſſiones.*

16 *Indemnitatem promittens an teneatur de facto Principis.*

17 *Item, & ad caſum fortuitum.*

18 *Etiam abſque ceſſione per creditorem ipſi fideiuſſori facta.*

19 *Fideiuſſor indemnitatis debet principalem creditorem indemnem conſeruare.*

20 *Fideiuſſor indemnitatis non poteſt conueniri, niſi quatenus reus principalis non ſit ſoluendo.*

21 *Idem in eo, qui promiſit ſoluere id, quòd minus creditor à debitore conſequetur.*

22 Fi-

22 *Fideiussor indemnitatis ante principalem conueniri non potest.*

23 *Etiam quòd renunciauerit omni legum auxilio, & beneficio excussionis in specie.*

24 *Fideiussor indemnitatis censetur obligatus in defectum, & subsidium.*

25 *Fideiussor indemnitatis non potest renunciare beneficio excussionis: quia talis renunciatio est contra substantiam huius fideiussionis.*
Etiam quòd cum iuramento renunciauerit. num. 27.

26 *Exceptio excussionis, seu ordinis, si non fuit opposita valet processus.*

28 *Potest tamen quandocunq; per ipsum fideiussorem opponi.*

29 *Indemnitatem promittens suo fideiussori non potest opponere de excussione ipsius fideiussoris.*

30 *Fideiussor indemnitatis tenetur statim mota lite iudicium in se suscipere.*

31 *Intellige excipiendo: non tamẽ agendo.*

32 *Fideiussor indemnitatis in nullo tenetur, quando per stipulatorem culpa commissa fuit.*

33 *Fideiussor indemnitatis quando est in culpa, non potest agere vt conseruetur indemnis.*

34 *Fideiussor indemnitatis tenetur ad expensas post moram principalis.*

35 *Expensæ factæ in exigendo debent deduci de exacto.*

36 *Fideiussor indemnitatis tenetur ad omnia damna, & interesse stipulatoris.*

37 *Idem ad interesse tam damni emergentis, quam lucri cessantis.*

38 *Idem ad casum fortuitum.*

39 *Fideiussor indemnitatis non potest petere se releuari antequam soluat.*

40 *Nisi sit hoc expresse dictum.*

41 *Item nisi talis fideiussor habeat relenatorem.*

42 *Item: nisi damnum per ipsum aliter euitari possit.*

43 *Fideiussor indemnitatis ad quid teneatur, & qualiter, & ad quid conueniri possit remissiuè.*

44 *Fideiussor indemnitatis in quibus differat, à cæteris fideiussoribus remissiuè.*

45 *Fideiussor indemnitatis, quia in subsidium tenetur, improprius fideiussor dicitur.*

46 *Fideiussor indemnitatis tenetur in se iudicem suscipere.*

47 *Indemnitatis promissio plenam habet significationem.*

48 *Fideiussor indemnitatis non obligatur, quando principalis obligatio non subsistit.*

49 *Item, nec quãdo ob creditoris culpam.*

50 *Obligatus ad fideiubendum potest cogi: etiam quod indemnis non conseruetur.*

51 *Clericus suum fideiussorem indemnem conseruare tenetur per suorum reddituum assignationem, modo immobilia non teneat.*

De Fideiussore indemnitatis.

CAP. XVII. aliàs 26.

AD huius speciei intelligentiam præsciendum est.

1 Primo. † Quod promittẽs indemnitatem, tenetur aliquem indemnem conseruare, ita vt (secundũ quòd verba sonant) nullum damnum patiatur is, cui promissio indemnitatis fit. l. aliud, §. fi. ff. de verb. sig. l. 2. C. si mater indemnitatem promisit l. quæro. vbi Bart. num. 4. ff. de locat. Bal. in l. 1. nu. 1. C. de reuocãdis his, quę in fraud. cred. & in rub. C. de verborum signif. q. 7. Andr. Gail. lib. 2. obser. obseruat. 27. num. 13.

2 Secundo. † Quod iste promittens statim est obligatus, licet executio suspendatur. Bart. in l. 1. C. de conuen. fisc. debit. lib. 10. Alex. cons. 29. clarissime. num. 5. volum. 7. Dec. cons. 551. num. 7.

3 Tertio. † Quod promittēs indemnitatem tenetur ad defensionem, & ad subeundum iudicium pro eo, pro quo promisit. l. pater. vbi Bar. num. 1. & 3. ff. de dot. præleg. & in l. 2. dicto tit. Bal. in l. cum Tibi. C. de euict.

4 His sic præfatis dicas. † Quod decima septima species cautionis conuentionalis est fideiussio indemnitatis, † & quod fideiussor indemnitatis, qui aliàs releuator dicitur, est ille, qui se obligat ad id, quod creditor à debitore seruare, & consequi nequierit, & qui in subsidium promittit, quanto minus à principali exigi poterit. l. si ita vero. ff. de noua. l. tutor. §. quid ergo. ff. ad Velleia. l si fideiussores. ff. de fideiuss. tut. vt etiam ille fideiussor indemnitatis dicitur, qui in reliquū non ex solutę quantitatis accedit. l. in fraudē. §. si principalis. ff. de iure fisc. Marant. in specul. par. 6. memb. 8. nu. 19. vt patiter ille fideiussor indemnitatis est, qui promittit conseruare indemnem, & sine damno promittente pro principali debitore: & concipi-

6 tur † per hæc verba, & voluit teneri ad conseruandum indemnem, & sine aliquo damno ipsum promittentē pro principali debitore. cap. peruenit. extra, eod. Specul. in titu. de conser. indemnit. Bart. in l. potest. 4 nu. 1. ff. eo. Bald. in l. constitutionibus, num. 1. C. de vsur. Grat. resp. 53. num. 5. vol. 1. Magon. decis. Flor. 38. num. 1. & cum

7 effectu non intelligitur obligatus, nisi in casu, quo damnū alio modo euitari, & reparari non possit: & ideo si hoc à voluntate promissoris nō pendet sussi. it per eum non stetisse. Ruin. consil. 187. num. 2. & 3. vol. 1.

8 Ista fideiussio † indemnitatis est triplex. Altera, quæ fit versus debitorem, aut creditorem. Alex. cons. 199. viso processu. num. 5. lib. 7. Altera, quæ fit per reum debitorem fideiussori, & ista est plenior. Bald. in l. si pro ea num. 20. C. mand. Tertia quæ oritur † tacitè: vt est quando pater con-

9 sentit filium suum dari in tutorem: quia censetur, quod tali casu pro filio sit fideiussor indemnitatis. Alex. dicto cons. 29. clarissimè nu. 34. vers. constat autem lib. 7.

10 Regulariter fideiussor † per principalem indemnis conseruari debet: cum talis indemnitatis conseruatio in fideiussione veniat tacitè: etiam quādo nihil sit dictum in ea. cap. 2. de fideiuss. Calcan. cons. 34. in prima col. nam fideiussor debet conseruari indemnis à principali. Socin. cons. 244. considerata in princ. lib. 2. Castr. consil. 472. in causa capturæ. colum. pen.

11 in fin. lib. 1. & hoc e[illegible] † ex natura fideiussionis, vt fideiussor per principalē indemnis conseruari debeat. Bald. in l. constitutionib. C. de vsur. Abb. consil. 60. quoniam num 1. in primo vol. & consil. 82. creditoris in fin. Alexan. consil. 114. super eod. volum. 3. Marsil. rub. eo. quæst. 26. num. 193. & q. 44. nu. 315. Paris. cons. 104. num. 12. vol. 3. quod, vt dixi, procedit etiam quod non sit expressum, & promissum: quia hoc tacitè inest: & habet lo-

12 cum † etiā quod principalis esset ecclesiasticus. c. peruenit. de fideiuss. Bald. in d. l. constit. in princ. C. de vsur. Abb. d. consil. 60. quoniam satis. col. 1. lib. 1. Marsil. d. rub. eo. nu. 193. Magna enim

13 est iniquitas, quod † fideiussor remaneat

neat in damno l.si pro ea. C.mand.gl. in auth.eo.in princ.

14 In hac † promissione conseruationis indemnitatis veniũt, & damnum emergens, & lucrũ cessans. Bal.in l.1. C.de sent. quæ pro eo, quod interest. Franc.in c.laicus. de for.comp. in 6.

15 Et principalis † fideiussori tenetur nedum pro sorte: verum etiam pro damnis, pœnis, & interesse, vsuris, ac fructibus, vt etiã ad sumptus litis, & in summa ad omnes accessiones ad sortem l.2. C.si mater indemnit. promisit. voluerunt Bart.in l.exceptionem. ff.de exceptionibus, & in l.quæro. vbi etiam notant omnes ff.loc. Bald.in d. l.constitutionib. C.de vsur. Dec.consil.551.nu.7.qui dicit, quod qui promittit de indemnitate est obligatus statim, sed exactio suspenditur; quia non obligatur per modum conditionis: sed per modum causæ: quæ non suspendit obligationem. Et vltra relatos etiam videantur. Paris.cõs.109. num.37.vol.1. qui num.38. ait quod promissio indemnitatis, & defensionis à pari procedunt, & cons.16.num. 124. volum.2. Socin. Sen. consil.70. lib.3. Socin.Iun.consil.94.numc.16. lib.3. Calca. consil.35. num.2. Iason. consil.127.versiculo 3. ad idem lib.1. vbi de verbo conseruare quid importet: Alex. cons.114. in 3. Alciat. consil.5.lib.8. num.29. & 30. cons.88. d. lib. Aymo.consil.957.num.26. lib.5. Socin.iun.cons.42.lib.4. qui dicit teneri liberare ab omni molestia: iudicium in se suscipere: & teneri ad omnes litium expẽsas, ac fructus, quibus adde Menoch.cons.611.nu.3.lib.7.&

16 an † de facto principalis teneatur promissor talis. cauit Decian.cons.41.nu. 137.lib.2. Bettazz. de clauſ. clausula. 43. glos.2.nu.1. Abb.d.cons.60. Matt. d.tub.eo.num.193. qui dicunt quod sic: & quod principalis debitor tene-

17 tur † ad damna quæ casu fortuito passus est fideiussor, etiam quod à credi-

18 tore † debitori iura cessa non sint. gl. & Abb. in d. cap.2. eo. hoc tit. nostro de fideiuss. bene Socin.iun.d.cons.42. per totum lib.4.

19 Et à contra † etiam principalis creditor debet indemnis conseruari à fideiussore. Bald.in l.2.colum.2.versic. modo pœnæ. C. de sent. quæ sin. cert. quant. profer. & hæc conseruatio indemnitatis in hac cautione venit tacitè, etiam quod nihil dictum, & expressum sit, quando de ea est actum, vt in alijs supra firmatum fuit, Socin. iun.cons.27.nu 16. in secundo. Frãc. in cap.fin. col.1. de for. compet. in 6. Calcan.consil 35. in 1.colum. Simon de Pret.consil.153 num.23. Vini. decis.210. nu.1. Et ideo præmissis adde aliam, & quartam speciem fideiussionis indemnitatis, & est, quæ fit per fi-

20 deiussorem creditori, in qua dictus fideiussor indẽnitatis non potest conueniri, nisi quatenus reus non sit soluendo. Bald. in d. l. si pro ea. nu. 13.

21 C.mand.vlt † etiam in eo, quod minus creditor à debitore consequetur.

22 Et scias. † Quod fideiussor iste indemnitatis non potest ante principalẽ

23 debitorem conueniri: etiam † quod renunciauerit omnibus fideiussorum beneficijs: & legũ auxilijs, & in specie beneficio excussionis. Bartol in l. 1.in fi.C.de conuen.fisc.debit.lib.11. & in l.quæro in ptin. in quarto not.ff. loc.Ang. Alex.Ias.Dec. & Alciat. in l. fi.ff.si cer.pet.Bal.in l.1.in fi.C.de his quæ in fraud.cred.Saly.in l.1.C.quod cum eo. Alexand.d.cons.19.num.22. lib.7.Roman.cons.211. & 241.num. 6, & in l. si pro ea.quæst.12. C. mand.

Socin.conſ.272. in 3. & 4.col. vol.2. & in l.cum filiusfam.in §. 1.ff.de verborum oblig. Cardin. Tuſc.lib.3.pratic.concl. concluſ.310. num.15. Magon.deciſ. Flor.38.nu.2. & 45. nu.3. Card.Mantic.de tacit.& ambig. conuenti. part.2. lib.16.tit.12. fideiuſſor indemnitatis,quemadmodum adſtrictus intelligatur num.1.

24 Et ratio eſt: † quia talis fideiuſſor dicitur obligatus ſub conditione, & in ſubſidium, & defectum omnium, & principali exiſtente non ſoluendo: & fideiuſſori in defectu adæquatur. Rim.conſ.448.num.12.13.& 26 vol. 3.Caſtr.conſ 239. ſuper hoc, in principio. lib.1. & num.2. qui dicit iſtam fideiuſſionem cõtinere obligationem ſub conditione, & ideo talem fideiuſſorem in ſubſidium obligatum eſſe, etiam quod omnibus exceptionibus ad fauorem fideiuſſorum introductis
25 renunciauerit: † Nam ſecundum ipſum in hoc renunciationes nihil operantur: quia ſunt contra naturam, & ſubſtantiam obligationis prædictæ. & ad præmiſſa videantur. Socin.conſil.147. num.5. in tertio. Marant. de ord.iud.memb.8.num.19.Ante. Gabriel. de fideiuſſ. concluſ.1. num.68. & 89. Oſaſc. deciſ. Pedam.2. nu.3.& 14.Mantic.loco prȩcitato.num.2.qui
26 num.3.dicit,† quod ſi huiuſmodi exceptio ordinis nõ fuerit oppoſita proceſſus valet. † Quod procedit etiam
27 quod huiuſmodi fideiuſſor tales renunciationes iuratas fecerit. Alexand. Iaſ. Deci.& Aleiat.in d.l.fin. ff.ſi cert. per. Fely. in c.cum ex reſcripto. de iureiur. Tiraq.in l.ſi vnquam num.147. C.de reuocat.don. Didac. in c.quam-
28 uis in 1.par.§.4.de pact.in ſexto. † Et iſta adeò vera ſunt, vt iſte fideiuſſor huiuſmodi ordinis exceptionẽ quandocunque opponere poſſit. Iaſ. in d.l. fin.num.1.vbi Alciat.nu.35. ff.ſi cert. per. Bal.in c.ex reſcripto. extra de iureiuran. Areti.in l.decem. ff.de verb. oblig.Marſ.in rub.eo.num.314. Magon.deciſ. Flor.38.nu.5.& 6. licet ab hoc diſſentire videatur,& malè Alex. d.conſ.29.num.14.vol.7.

29 Lim.† tamen ſuprædicta in eo,qui promiſit eius fideiuſſorẽ indemnem conſeruare: nam plenius hæc promiſſio interpretatur. Bal. in l.ſi pro ea. q. 12.nu.13. C.mand. quia talis fideiuſſor ſtatim tenetur.

30 Lim.2.in eo,† qui promiſit indemnitatem ipſi creditori: nam & iſte talis poteſt conueniri ſtatim mota lite contra eum, cui promiſit, & cogitur defendere ipſum, & litẽ, & iudicium in ſe ſuſcipere. Bar.in l.pater. in principio. vbi Alexand.in addit. ff de dõt. prælег. Alex.in l.quæro in princip.ff. loc.Rum.conſ.187.num.1. cum ſeqq. vol.1.Abb. in cap.peruenit. num.10. vbi Imo.num.28.de fideiuſſo.qui fir-
31 mât,† quod dictum iſtud, vt fideiuſſor indemnitatis teneatur defendere, & litem, ac iudicium in ſe ſuſcipere debet, intelligi excipiendo, non autem agendo.

32 † Declara etiam, & intellige præmiſſa: quando damnum non prouenit culpa illius, cui fuit promiſſa indemnitas: aliàs ſecus,quia tali caſu fideiuſſor indemnitatis ad nullã defenſionem tenetur. gl.in d.c peruenit. in verbo idem. Socin.conſ.70.lib.3. Vrſill.ad Afflict.deciſ.150.nu.8. Nam fideiuſſor,qui non eſt in culpa: ſed eius promittentem culpoſum habet, non tenetur ipſum indemnem cõſeruare: l.ſi fideiuſſor. ff.mandati. Alex. in l.ſi quis iniquum. in §. ſi is prõ quo. ff. quod quiſque iur. Seraph.deciſ.1024.

nu.2.

nu.2.in 2.par. Rim.sen.consil.132. nu.
33 13.& 30.vol.1.vbi firmat: † quod etiã
fideiussor, qui est in culpa non potest
agere, vt conseruetur indemnis.
34 Paritet scias: † quod fideiussor iste
tenetur ad expensas factas per credi-
torem post motam, & lapsum termi-
ni obligationis contra principales, &
35 fideiussores. † Expensæ enim in exi-
gendo factæ debent deduci de exacto.
Cast. consil.229. super hoc in fin. vers.
36 super tertio.lib.1. Et † tenetur ad om
nia damna, & interesse illius, cui pro-
misit Bald.in l.2.col.2.vers.modo po-
ne. C.de sentent. quæ sin. cert.quant.
profer.& in l.fin.§.1.col.fi.C.de vsur.
rei iud.Cist.consil.397.ad primũ quæ-
situm,in princ.lib.1.Corn.consil.228.
multum diffusè lib.1. Socin.consil 59.
visis col.2. in princ.lib.3. Dec.consil.
551. plenè num.7. Abb. consil.43. vi-
detur col.1.lib 1.Arrer.in §.pięterea.
in quarto no,inst.mand. Bar.in l.quę-
37 to.in princ.ff.locat. † Immo etiam te-
netur ad dãmnum emergens, & lu-
38 crum cessans, † vt pariter ad damna,
& casus fortuitos. Mantic.de tac.am-
big.par.2.lib.16.tit.12.nu.7. & dixi-
mus supra proximè. vers. in hac pro-
missione.nnm.14.
39 † Iste fideiussor indemnitatis non
potest agere pro relevatione antequã
soluat. Gallesi. de oblig. cam. de per-
son.pet. exequutionem. num.5. vers.
sed ego semper.
40 Lim. primo, † quando verba sunt
ampla,& est dictum,quod possit age-
re pro releuatione ante damnum illa-
tum: nam tũc potest agere antequam
soluat.Soc.iun.consil.42.num.1.& per
tot.lib.1. Rim.sen.d. consil.187. nu.1.
& 5.Gallesi. loco præcitato.
41 Lim. secundo, † quando fideiussor
indemnitatis habet releuatorem: nam
tali casu potest agere contra releuato-
rem antequam soluat. Soc.d.consil.42.
nu.1.Rim.d.consil.187.nu.1.& 5.Gal-
les.loco præcitato.
42 Lim. 3. † quando per fideiussorem
indemnitatis aliàs damnũ euitari non
potest, quia tunc potest agere antequã
soluat. Bart.in l si vno. in §. cum qui-
dam.nu 3.in fi. ff.loc. Socin.in c.per-
nenit,vbi Imol.nu.28.eo. Ruin.consil.
85.num.1.lib.1.
43 † Et quid importet ista fideinssio,
& ad quid teneatur talis fideiussor, &
qualiter, & ad quid conueniri possit,
& multa alia in materia vltra supra
congesta, vide per glo.in l.2.in verbo
iussit. C.de sent. quæ sine cert. quant.
profer.Hyppol.de Marsil.in rubr.eo.
q.44.num.314.
44 † Et in quibus differat iste fideius-
sor indemnitatis à simplici fideiusso-
re ponit Bart.in l.1.C.de conueni.fisc.
debit. Cast.consil.239. lib.2. Olasch.
decis.Pedam.num.14.Fernand.Vasq.
lib.1.q.illust. capit.33. Ror.Florent.
Magon.decis.38.nu.1. cum seqq. vbi
tres differentias refert, & melius, &
latius hoc ponit decis.45. num.1. &
infra. Anton.Hering. de fideiuss. cap.
4.num.61.
45 † Fideiussor indemnitatis cum in
subsidiũ teneatur impropriè fideius-
sor dicitur. Ias. in l.cum filius fam. in
§.si stipulatus,ff.de verb.oblig. Mag.
d.decis.38.num.9. & 45.nu.10.
46 † Iste fideiussor indemnitatis pro
eo, cui indemnitatem promisit, tene-
tur in se iudiciũ susceipere(vt supra di-
ctum fuit) Bar.in l.si pater.nu.1. ff.de
dor.præle. Paris.cõs.16.nu.124.vol.2.
47 † Nam talia verba indemnẽ conser-
uate plenam habent significationem.
c.1.eo. Bart.in d.l.si pater. Bald.in l. si
pro eo.C.mandati, & diximus supra-

48 † Euacuatur hęc indemnitatis promissio, quando principalis obligatio non subsistit: puta, quia dolo, & fraude extorta. Anch. conſ. 330. num. 17. Iaſ. in l. ſi pacto quo pœnam in extremo. C. de pact. Socin. iun. conſ. 129. nu. 66. lib. 1. Gram. deciſ. 102 nu. 105. Affl. & deciſ. 295. Iaſ. conſ. 133. nu. 19. in quarto. Ceph. conſ. 115. lib. 1. & in puncto. conſ. 308. num. 54. in tertio. Decian. conſ 78. nu. 54. & 16. nu. 17. & ſupra lib. 5. Alciat. conſ. 9. num. 13. lib. 8. Menoch. conſ. 888. nu. 16. cum
49 ſeqq. lib. 9. † Vt etiam quando creditori aliquid imputari poteſt cur non exegerit à debitore, qui incipiebat effici non ſoluendo. Grat. reſp. 53. nu. 59. in princ.

50 † Vnum non omitto adnotare in propoſito: quod ille qui ſimpliciter fideiuſſores præſtare promiſit, poteſt ad fideiuſſores dandos cogi: etiã quod non conſeruaretur indemnis. Bald. in l. ſancimus. C. de fideiuſ. Ant. Hering. tract. de fid. c. 20. §. 33. num. 24.

51 † Addo aliud, quod clericus ſuum fideiuſſorem tenetur conſeruare indemnem per ſuorum reddituum aſſignationem, niſi ſtabilia teneat. c. peruenit. eo. Rot. diuerſ. in impreſſ. deciſ. 1142. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor euictionis eodem modo, quo principalis tenetur.*

2 *Actione ex empto, vt venditor aſtringi poteſt.*

3 *Vltra precij reſtitutionem etiam ad omne totale intereſſe tenetur.*

4 *Electionem habet, vel rem euictam, vel rei euictæ æſtimationem reſtituendi vnà cum eius intereſſe.*

5 *Intereſſe extrinſecum, quod aduenit ipſi rei euictæ propter temporis beneficium cedit beneficio fideiuſſoris, & non emptoris.*

6 *Fideiuſſor ad fructus præteritos non tãtum tenetur: verum etiam ad amiſſos poſt euictionem.*

7 *Venditor, & eius de euictione fideiuſſor: non tantum de eorum dato, facto, & ceſſo tantum tenentur: verum etiam de facto eorum authoris, & extranei, & pro precio, & pro omni intereſſe.*

8 *Fideiuſſor de euictione ad nihilum tenetur, quando res per hypothecam euincitur.*

9 *Euicta res non dicitur, quando per hypothecam euincitur.*

10 *Emptor ad hoc, vt de euictione agere poſſit requiritur, quod res iure dominij euicta ſit.*

11 *Euictam res debet eſſe per ſententiã, vel debet eſſe notorium rem eſſe alienã, & ad alium iure dominij ſpectare, ad hoc, vt euictioni locus detur.*

12 *Euictio ad hoc vt competat, requiritur executio: & quod res ab emptore auocata ſit.*

13 *Fideiuſſor de euictione non tenetur, quando agnatis denunciatio ex forma ſtatuti facienda erat, & non fuit facta.*

14 *Imò nec venditor tali caſu de euictione tenetur.*

15 *Fideiuſſor de euictione, vt etiam eius principalis non tenentur, quando euictio venit ex natura contractus.*

16 *Euicta re in parte, an liceat à toto contractu recedere.*

17 *Fideiuſſorem quis dare de euictione non tenetur, niſi ità fuerit à principio conuentum.*

18 *Venditor emptori regulariter fideiuſſorem præſtare cogi non poteſt.*

19 *Fideiuſſorem, quis dare aſtringi poteſt, quan-*

quando imminet periculum euictionis in limine contractus.

20 *Euictio, quando imminet in limine contractus, tunc emptor potest recusare solutionem precij, donec eidem idoneè caueatur.*

21 *Idem deciditur in subastatione pignoris.*

22 *Debitores versuti, quando vident proximum tempus solutionis precij rei emptæ, procurant ab amicis sibi litem moueri ad hoc ne precium soluant.*

23 *Euictio in limine contractus imminere dicitur, quando lis mouetur ante solutionem precij.*

24 *Paria sunt rem esse euictam, vel imminere periculum euictionis in limine contractus.*

25 *Euictio, quando imminet in limine contractus, cauendum est in forma depositi, & interim solutio precij non retardatur.*

26 *Euictio imminere dicitur in limine contractus, etiam quod lis moueatur super simplici hypotheca.*

27 *Euictio ista, quæ præstatur, quando imminet periculum euictionis in limine contractus, non tantum pro omni lite mota: verum etiam pro mouenda datur.*

28 *Fideiussor ad euictionem præstandam non tenetur, etiam quod in limine contractus periculum euictionis immineat, quando adest pactum cum venditore, quod non teneatur, nec de euictione, minusque ad precij restitutionem.*

29 *Idem, quando iurgium, & euictio sunt procurata, & affectata.*

30 *Idem, quando actor in lite mota nullum habet ius, vt pariter quando debitum eius est conditionale.*

31 *Lis mota an sit iusta, uel iniusta, & actor in lite, an foueat bonum ius ad effectum, vt dicatur imminere euictio in limine contractus, & uenditor cogi possit ad præstandam hanc cautionem, hoc totum arbitrarium est.*

32 *Fideiussor de euictione non est dandus à patre uendente bona filij.*

33 *Idem, quando uenditio fuit Principis rescripto confirmata.*

34 *Idem, quando est in loco consuetudo.*

35 *Fideiussor euictionis dicitur conditionaliter obligatus.*

36 *Fideiussor de euictione re non euicta, nec obligationem, nec actionem habet contra principalem suum.*

37 *Fideiussor de euictione ante sequutam euictionem in obligatione stetisse non dicitur.*

38 *Fideiussor de euictione ante euictionem passam non potest petere se à fideiussione sua liberari, vbi de ratione.*

39 *Fideiussio euictionis, & defensionem, & litis susceptionem ad omnes suas expensas includit.*

40 *Fideiussor euictionis non tenetur resoluto contractu remedio l. 2. C. de rescind. uend. ut etiam beneficio restitutionis in integrum.*

41 *Fideiussor euictionis, alius author, alius confirmator dicitur.*

De Fideiussione euictionis.

CAP. XVIII. aliàs 27.

DEcimaoctaua cautio conuentionalis est fideiussio de euictione: in qua pro eius cognitione habenda, tres conclusiones constituas.

1 Prima sit: † quando fideiussor euictionis eodem modo, quo principalis tenetur. l. si ei cui. §. is cui fundum. ff. de euict. l. Authore. C. dicto titulo. Paris. cons. 111. num. 2. vol. 4.

Hinc

2 Hinc est: † quod fideiussor euictionis tenetur ipsi emptori actione ex empto, vt venditor principalis. Paris. dicto consil. 111. num. 10. Magon. decis. Lucens. 6.

3 Hinc etiam fit: † quod fideiussor ipse euictionis vltra precij restitutionem, etiam ad omne totale interesse tenetur, vt principalis venditor. Rot. Luc. Magon. d. decis. 6. num. 8.

4 Declara tamen, & intellige prædicta, vt fideiussor habeat electionem, vel rem euictam restituere, vel eius precium vnà cum interesse. Caballin. de euict. cap. 2. nu. 21. & est text. in l. 2. C. de rest. ind. vend.

5 Declara secundo, † vt interesse, ad quod tenetur fideiussor euictionis nó veniat consideratum secundum tempus euictionis subsequutæ, sed benè inspecto tempore celebrationis contractus venditionis, & maximè quoad meliotamenta, & bonificamenta temporum: & ideo si bona euicta postea beneficio temporis creuerunt in æstimatione, & precio: tale augmentum sicut non tenetur præstare principalis, ità nec eius de euictione fideiussor. l. euicta re. ff. de euict. l. id quod. ff. de act. empt.

6 Extende primo: † quod adeò fideiussor euictionis teneatur ad totale interesse: vt in tali interesse etiam comprehendantur nó tantum omnes fructus præteriti: verum etiam amissi post euictionem l. euictis in princip. ff. de vsur. l. venditor. 8. & l. si plus 74. §. & si iussu ff. de euict. l. super empt. C. d. tit. Bart. in l. quoties in diem. nu. 2. ff. de verb. oblig. Add. ad Cagn. in l. curabit. C. de act. empt.

7 Extende secundo. † Etiam quod venditor dederit fideiussorem de euictione pro suo dato, cessó, & facto tantum: nã nihilominus tenetur non tantum de facto sui authoris: verú etiam extranei; non solum quoad restitutionem pretij: verum etiam quoad omne aliud interesse. Corn. consil. 226. num. 6. volum. 2. add. ad Cremon. singul. 32. Natt. cons. 181. Surd. cons. 36. Anguis. consil. 28. lib. 2. Viui. lib. 3. commun. opin. opin. 19. Caballin. de euict. § 5. num. 14.

8 Lim. modo prædicta. † Quando res
9 fuit euicta per hypothecam: † euicta enim res non dicitur, quando per hypothecam euincitur. Socin. sen. cons. 199. num. 8. lib. 2. aliàs secus. Nam ad
10 hoc vt de euictione per emptorẽ agi possit, requiritur: quod res sit euicta iure dominij. l. ratio. in princ. vbi Bar. ff. de actio. empt. Socin. d. consil. 199. num. 5. Ceph. consil. 168. nu. 5. in se-
11 cundo. Res enim † debet esse euicta per sententiam: vel debet esse notorió rem esse alienam: & ad alium iure dominij spectare, ad hoc, vt euictio valeat, & sibi locum vendicet. Paris. d. cons. 111. num. 3. & 4.

12 Lim. 2. vt præmissa locum habeant sequuta sententia, vt dixi, vel quod sit notorium rem esse alienam, vel quod sit sequuta executio, & res ab emptore auocata sit. Paris. d. cons. 111. nu. 3. & 4. Eug. cons. 89. nu. 39 nam tunc, & non prius competit actio emptori aduersus venditorem, vel eius fideiussorem. Socin. d. consil. 199. Rimin. sen. cons. 147. num. 2. lib. 1. Alex. consil. 4. nu. 1. lib. 3. Becci. cons. 106. num. 44. Ceph. d. cons. 168. num. 3. Cepoll. caut. 71. aliàs secus, si alio modo contingat euictio.

13 Limit. 3. † Quando rei vendicatio fit ex forma statuti, vel legis: eo quia nó sit seruata nec legis, aut statuti forma in denúnciando agnatis, & con-

san-

sanguineis: nam tali casu fideiussor de euictione non tenetur. l. si per imprudẽtiam vbi not. & l. hoc iure cum l. seqq. l. si seruum, & l. fundum, & l. si mancipium. ff. de euict. Decian. cõ-
14 sil. 105. nu. 3. volum. 3. qui † dicit nec etiam tali casu vẽditorem de euictione teneri, & consil. 68. nu. 15. volum. 2. qui ex Tiraq. de retract. lig. §. 1. glo. 9. nu. 34. cum seqq. vult fideiussorem de euictione non teneri, si res vendita fuerit euicta beneficio statuti admittentis agnatum ad retractum.

15 Limit. 4. † quando euictio prouenit ex natura contractus, de quo agitur: nam tali casu nec fideiussor, minusq; eius principalis non tenentur. glo. in l. si familiæ, vbi Bartol. & omnes. C. fam. ercisc. Arret. consil. 3. consultatio cum alijs, quos refert Decia. d. consil. 105. nu. 4. vol. 3.

16 Et † an euicta parte rei liceat à toto contractu recedere, Videantur Bursat. consil. 340. lib. 3. Ioan. Petr. Surd. cons. 105. num. 6.

17 Secunda conclusio est. Quod fideiussio euictionis eo tantum casu præstatur: quando à principio specialiter, & nominatim ita inter partes conuẽtum est. l. 1. §. stipulationum in fi. ff. de p e. stip. vbi Bart. Castr. & alij. l. fi. in § 1. ff. de rescind. vend. l. si dictum.
18 in princ. ff. de euict. † de iure enim venditur ad fideiussorẽ emptori dandum de euictione tẽgulariter non tenetur, l. illud quæritur. in princ. & l. emptori. ff. de euictio. l. pacta nouissima. ff. do contrah. empti. Grat. resp. 135. num. 1. volum. 2. Caballin. de euict. §. 2. num. 7.

19 Limit. † quando immineret periculum euictionis in limine contra-
20 ctus: nam tunc emptor † potest penes se retinere pretium, & recusare solu-

tionem, donec eidem idoneè caueatur de restituendo pretio. l. si post perfectam. de euict. l. habitationem in §. 1. ff. de petic. & commod. rei vend. Alexan. consi. 235. nu. 9. lib. 5. Rom. consil. 8. nu. 3. vbi Mand. Grat. d. resp. 135. nu. 5. & infra. Gram. consil. 106. nu. 3. Caballi. de euict. d. §. 2. num. 8. Ror. Ian. Mercar. decis. 190. nu. 9. benè, & signanter Ror. Roman. diuers. in impress. decis. 281. nu. 1. cum seqq. & nu 35. & per totum par. 1. quę dicit hoc etiam procedere † in vendi-
21 tione pignoris per subhastationẽm factæ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent.
22 3. casu 224. vbi aduertit, † quod debitores versuti, quando vident tempus appropinquari ad soluẽdum pretium rei emptæ, procurant ab amicis litẽm sibi moueri, ad hoc ne pretium rei emptæ cogantur soluere. Et hoc idem inquit Castrens. consil. 46. super eo quòd. nu. 1. par. 1. dum docet
23 tunc dici † imminere euictionem in limine contractus, quando lis mota fuit ante solutionẽm pretij. Immo secundum Alciat. resp. 36. nu. 2. tom. 1.
24 lib. 2. † Paria sunt rem esse euictam, vel imminere periculum euictionis
25 contractus. Plus † quando euictio imminet in limine contractus cauendum est in forma depositi, & interiũ non debet retardari pretij solutio Cesar de Graff. decis. 3. aliàs 148. nu. 22. de soluti. & ad prædicta videatur Surd. 294
decis. 294 nu. 6. dum notat, tunc dici
26 † imminere euictionem in limine contractus, quãdo, vt dictum est, mouetur lis ante solutionẽ pretij, etiam quod mota sit pro simplici hypotheca, vt pariter si est nororiũ ius illius,
27 qui, nu. 8. & 9. subdit † esse præstandam fideiussionem pro omni lite mota, & mouẽda: & nu. 14. addit. Quod

etiam

etiam ditissimus tenetur fideiussorem præstare.

Sublimita tamen prædicta, & pri-
28 mo, † quando extat pactum, quod vēditor in casu euictionis non teneatur, nec de euictione, nec ad restitutio
nem pretij. Alexan. d. consil. 235. nu. 10. vers. nec iam dictis. volum. 5.

29 Sublim. 2. † quando litigium, & euictio, quæ dicitur imminere in limine contractus esset procurata, & affectata: quo casu venditor fideiussorem de euictione præstare non tenetur Surd. d. consil. 32. benè Afflict. decis. 171. vbi Vrsill.

30 Sublim. 3. † venditorem non teneri ad hanc cautionem præstandam, quando in lite mota constat agentem nullum ius habere, vel debitum con-
31 ditionale esse, † in quo standum erit iudicis arbitrio, qui debet considerare, an actor fuerit submissus ab emptore ad inferendam litem, vt venditorem oneret fideiussore euictionis, ad quē aliàs non tenebatur: qui etiam potest deferre iuramentum ipsi actori, an procurauerit dictam litem, & quæstionem moueri. Cast. in l. 1 in §. stipulatū: in extremo. ff. de Præt. stip. Afflict. d. decis. 171. Bertazz. de clauſ. clauſ. 42. gl. 1. nu. 2. qui dat cautelam, quomodo præmissis occurri possit. sub nu. 3. & nu. 4. addit hanc regulam sibi locum non vindicare, si soluto precio mouetur lis, ex multis quos allegat.

32 Limit. 2. & principaliter † hanc cōclusionem, quando pater vendit bona filij: quia tali casu fideiussorem de euictione dare non tenetur. l. 1. vbi Bald. C. de bon. mater.

33 Limit. 3. † quādo venditio per rescriptum Principis fuit confirmata: quia tunc nec venditur, nec eius de euictione fideiussor ad fideiussionem præstandam tenetur. l. vniuersa. vbi Bald. C. de præcib. imper. offerend.

34 Limit. 4. † quando est consuetudo in loco. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edilit. edict.

Tertia, & vltima est conclusio.

35 † Quod fideiussor euictionis dicitur obligatus sub conditione. Afflict. decis. 241. nu. 4. Magon. decis. Lucens. 6. nu. 32. Eugen. consil. 89. nu. 9. qui dic
36 cit. † Quod fideiussor de euictione re non euicta, nec actionem, nec obligationem habet contra principalem debitorem. Et ideo ante sequutam
37 euictionem, euictionis fideiussor non dicitur steriſſe in obligatione. Ror. Lucens. d. decis. 6. nu. 7. Eug. d. consil. 89. nu. 39. & 40.

38 Et hoc † respectu fideiussor euictionis non potest petere à fideiussione se prius eximi, quam sequuta fuerit euictio. Bart. Bald. Alex. Castr. & alij in l. facere. ff. solut. matri. Bald. in l. si pro ea. num. 8. C. mand. add. ad Bart. in prima addit. in l. Lucius. ff. ad S. C. Maced. Magon. d. decis. Lucen. 6. nu. 5. Eugen d. consil. 89. nu. 39. Caballi. de euict. § 1. nu. 19. & ratio: quia fideiubens de euictione, promittit de euictione futura, & sic promittit sub conditione casu quo euictio sequatur, quæ conditio nihil ponit in esse. Bald. in d. l. si pro ea. & in l. 1. num. 2. C. de fideiuss. & in §. si quid autē, nu. 1. inst. eo. & in l. Labeo. in §. si per fideiussores. ff. mand. Curt. Sen. consil. 6. nu. 4. Alb. in reper. stat. num. 40.

39 Et aduertatur. Quod in hac fideiussione de euictione includitur fideiussio de defendendo, & suscipiendo litem in se ad omnes suas expensas: Nam talis clausula semper solet apponi in contractibus ad vendendum,

vt

vt fideiussores teneantur ad illam defensionem ad quam solēt teneri venditores, aliàs incidunt in obligationem. Corn.cons.325 nu.1.vol.1.

40 Etiam aduertatur: quod fideiussor euictionis non tenetur, si contractus impugnatus, & rescissus fuerit: remedio l.2.C.de rescind.vend. restitutionis integrum, vel aliquo alio speciali beneficio fuerit impugnatus. Attri. Pinell. in l.2 C.de rescind. vend. c.3. num 43.& infra in 1.par.

41 Postremò notandum. † Quod iste fideiussor euictionis vulgo dicitur secundus Author: qui & confirmator appellatur.d.l.illud quæritur.in prin. ff.de euict.§.non solum.col.1.in auth. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Cautio, quam vsusfructuarius præstat conuentionalis est.*

2 *Vsusfructuarius tenetur præstare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituenda re proprietario, finito vsufructu.*

3 *Vsusfructuarius non dans hanc cautionem non recipitur ad vsumfructum.*

4 *Forma in hac cautione præstanda, seruanda.*

5 *Vsusfructuarius hanc cautionem præstat diuersomodo in stabilibus, & mobilibus: Nam in stabilibus promittit restituere bona in eodem statu, quo à principio recepit: in mobilibus verò secundum æstimationem à principio factam tempore traditionis eorundem.*

6 *Cautio ista est de forma vsusfructus tam in immobilibus: quam in mobilibus. & num 8.*

7 *Et ideo à quocunq; idoneo præstāda est.*

9 *Vsusfructuarius cautionem simplicem præstans non adimplet: sed requiritur, quod sit cum fideiussoribus.*

10 *Cautio ista est præstanda, etiam quod vsusfructuarius sit ditissimus, & non suspectus.*

11 *Et etiam quod sit vsusfructuarius omnium bonorum.*

12 *Cautio huiusmodi in mobilibus præsertim est præstanda expressa qualitate, & æstimatione bonorum.*

13 *Cautio hæc non præstita, præstanda est; ita quod si non præstatur, res vendicari potest.*

14 *Vsusfructuarius debet cauere, etiā quòd testator expressè talē cautionem prohibuerit, & hæres id promiserit.*

15 *Cautio ab vsufructuario præstanda, non potest per testatorem remitti, nisi in certis casibus.*

16 *Vsusfructuarius per istam cautionem non præstitā non priuatur vsufructu.*

17 *Et ideo facit fructus suos.*

18 *Intellige tamē in vsufructu rerum stabilium, secus in vsufructu mobilium.*

19 *Cautio in vsufructu mobilium est de substantia.*

20 *Idem quando cautio non fuit petita, aliàs secus.*

21 *Cautio ista per proprietariū petita, & nō præstita, tūc usufructuarius nō solum nō facit fructus suos, sed ét amittit vsumfructum, secus si nō petatur.*

22 *Cautio hæc per proprietarium, & hæredem non petita censetur remissa.*

23 *Hæres, ac proprietarius potest hāc cautionem remittere, cum eius tantum commodum, & fauorem respiciat.*

24 *Testator non potest remittere hāc cautionem, cum hoc tendat in detrimentum publicæ vtilitatis.*

25 *Cautio in vsufructu non est de substantia ad originem, sed ad traditionem.*

26 *Cautio ista dét præstari, quādo petitur.*

27 *Cautio de iure debita peti debet, aliàs mora non committitur.*

Con-

Contrarium tamen tenent nō nulli, quod non requiratur petitio num. 29.

28 *Cautione petita, & non præstita vsusfructuarius non facit fructus suos, sed tali casu proprietarius bona potest sequestrari facere, pœnes idoneam personam, quæ illos pertipiat, & vsufructuario tradat.*

30 *Cautio ista non præstatur, nisi quando vsufructuario traditur res.*

31 *Vsufructuarius non possidens ad hoc vt faciat fructus suos, debet saltem cautionem offerre.*

32 *Vsufructuarius allegans impotentiam non admittitur ad beneficium iuratorię cautionis.*

33 *Vsusfructuarius volens fideiussoribus cauere, allegando impossibilitatem, est priuandus administratione, & vsufructu, quę concedi debent alicui probo viro, vt fructus accipiat, & eos vsufructuario tradat.*

34 *Imo (secundum alios) possessio traditur proprietario, qui fructus consignet vsufructuario, donec satisdet.*

35 *Casus, in quibus vsusfructuarius cauere non tenetur, & recensentur tres.*

36 *Vsusfructuarius non tenens: cò quia credebat se non teneri lucratur fructus, & maximè si est mulier, rusticus, vel alia similis persona.*

37 *Titulus cum errore iuris excusat à fructuum restitutione.*

38 *Vsusfructus, & eius cautio aut ad bona stabilia, aut ad mobilia, quę vsu consumuntur, aut ad illa, quę vsu diminuuntur, veteräscunt, deteriorantur, & corrumpuntur refertur.*

39 *Cautio etiam in mobilibus, quę usu veteräscunt requiritur de eis restituendis iuxta æstimationem à principio factam secundum magis communem.*

De cautione vsus fructuarij.

CAP. XIX. aliàs 28.

1 DEcimanona est cautio conuentionalis, quæ vsus fructus dicitur: & est illa, quam præstat vsusfructuarius de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, & restituenda re proprietario, finito vsufructu: † quæ nisi præstetur ab vsufructuario non admittitur ad vsumfructum: & de hac sunt integri tituli ff. de vsufr. & quemad. vsusfr. caueat. & de vsufr. earum rerum, quæ vsu consumuntur. Alex. cons. 58. habita super narratis,

4 nu. 6. cum seqq. volum. 3. † vbi dat formam, quæ veniant seruanda, quãdo præstatur ista cautio. Bal. consil. 494. nu. 1. volu. 4. Bertrand. consilio 162. nu. 7. vol. 3. par. 2. & cons. 162. nu. 6. vol. 3. vbi simul dat formam satisdationis, & descriptionis faciendæ. And. Gail. lib. 2. obseruat. 46. Socin. iun. consilio 99. nu. 21. vol. 1. Rolan. consilio 92. nu. 1. vol. 1. dum aduertit. † istam cautionem de vtendo, &

5 fruẽdo arbitrio boni viri salua rerum substantia: & de restituendis rebus in eodem statu, in quo fuerunt receptę, finito vsufructu esse præstandam in rebus immobilibus, & stabilibus, & quæ seruando seruari possunt. In ijs autem, quæ vsu consumuntur, vt pariter in alijs, quę vsu minuuntur, veteräscunt, & deteriorãtur, deber præstari hæc cautio facta prius æstimatione dictorum bonorum habito respectu ad æstimationem secũdum tẽpus, quo res vsufructuario traduntur. Cephal. consilio 653. nu. 1. in quinto, & 610 nu. 33. cum seqq. volum. 4. Ias. cons. 40. nu 1. vol. 1. Socin. sen. consilio 9. nu. 3. uol. 4. Ruin. cons. 43. nu. 2.

vol.

vol.2. pulchrè Deci. consil. 565. nu. 1. & per totum in. 2. par. vbi ponit multa in propositio: & † quod hæc cautio
6 est de forma vsus fructus. Et † quod à
7 quocunque etiam valdè idoneo est
8 præstanda. Et quod † hoc est verum generaliter iam in immobilibus, quàm in mobilibus, quæ vsu consumuntur, & veteraſcunt. idem Dec. consil. 418. nu. 16. cum seqq. bene de hac cautione. Ioan. Dilect. de arte testandi tit. 8. de variis testa. præcep. caut. 1. Gabr. de vsuf. conclus. 1. Surd. decis. 141.
9 nu. 1. qui dicit. † Quod non sufficit simplex cautio: sed cum fideiussori-
10 bus præstari debet: † & quod est præstanda etiam quod vsufructuarijs esset dilectissimus, & non suspectus, vt ibidem per eum nu. 2. & quod hæc cautio vtiliter præstari debeat, & cum fideiussoribus, vel cum pignoribus, est tex. in l. 4. in §. addici. ff. de fid. lib. l. 4. C. de vsufr. l. 1. ff. qui satisd. cog. & voluit, & sequitur Benedict. Capr. consil. 25. nu. 6. inquiens: istam cautio-
11 nem etiam esse † præstandam ab vsufructuario omnium bonorum.

12 Huiusmodi † cautio debet præstari expressa qualitate, & existimatione bonorum, & maximè super restitutione inobilium, quæ vsu consumuntur. Paris. consil. 21. nu. 39. volum. 2. Aym. consil. 187. nu 7. vers. & in ista cautione præstanda, & diximus supra proximè, & latius infra in fi.

13 Ista cautio † si non est præstita præstari debet, in tantum, quod si non præstatur, res ipsa vendicari potest. l. si vsusfructus nomine. ff. vsusfr. quemad. cau. Vinc. de Franc. decis. 497. nu. 2. & 3. in 2. par. & mox dicemus.

14 Hæc † cautio debet præstari non obstante, quod testator mandauerit eam non præstari, & vsum fructuarium in vsufructu non molestari: vel quod hæres vsumfructuarium non molestari promiserit, vt etiã quod expressè testator prohibuerit talem cautionem peti. l. 1. C. de vsufr. l. scire debetis. C. vt in poss. leg. l. de die. in §. 4. ff. qui satisd. cog. Bald. consil. 87. nu 1. vol. 3. Natt. consil. 197. nu. 3. volum. 2. Aym. consil. 187. nu. 7. Gabr. de
15 vsufr. conclus. 1. & quod † huiusmodi cautio nõ possit per testatorem remitti in hæredis præiudicium tenent, Socin. iun. cõsil. 115. nu. 23. in princ. & consil. 72. nu. 12. in secundo. Alexand. consil. 58. nu. 7. vbi add. in lineta C. volum. 3. Roland. consil. 92. nu. 1. uolum. 1. Ceph. plenè d. consil. 610. nu. 33. volum. 4. Gabr. de usufr. d. concl. 1. nu. 23. qui multis modis hoc ampliat. Menoch. de arbitrarijs iudicium. cas. 139. nu. tertio. & limitat. Iason. consilio 38. aliàs. 40. nu. 1. volum. 1. qui dicit communem procedere in rebus, quæ usu consumuntur. Crot. consilio 205. nu. 15. vol. 2. Soci. sen. cõsilio 131. nu. 14 uolum. 1. Deci. d. consil. 418. nu. 16 Vasquius lib. 1. de testat. poten. §. 7. nu. 22 & 23. Gail. lib. 2. obser. 145. per totum. Arri. Pinell. in l. 2. par. 2. nu. 76. C. de bon. mat.

16 Sed dubitant Doctores, † an ususfructuarius propter istam cautionem non præstitam priuetur usufructu? & concludunt communiter, quod non, ita Deci. d. consilio 418. nu. 17. & 18.

17 In tantum, quod etiam non præstita ista cautione faciat fructus suos. Soci. iun. consil. 72. nu. 2. uol. 2. Paris. consil. 82. nu. 23. uol. 2. Ruin. consil. 91. nu. 9. in secundo.

18 Lim. tamen, † & intellige prædicta in vsufructu earum rerum, quæ vsu non consumuntur, in quibus cautio

non

non est de substantia: & sic in vsufructu rerum stabilium: Brug.de vsufr. muli. relict. nu.90. secus verò est in cautione de æstimatione rerum, vel pecunia testituenda, quando vsusfructus est in rebus, quæ consumuntur, vel minuuntur, atque veteascunt:
19 quia in tali vsufructu: † cum cautio sit de substantia non cauens priuatur commodo vsusfructus. Soci. iun. d. cons.72. nu.4. in secundo. Roland.d. cõsil.92.nu.8.volum.1.Brug.de vsu-
20 fr. mulier. relict. nu. 39.† qui dicit ista adeò vera esse in hoc casu vsumfructuarium fructus suos non facere, vt procedant etiam, quod dicta cautio non fuerit petita,& melius.nu.89.
21 Lim.secundo, † quando talis cautio fuerit per proprietarium petita, & non præstita: nam etiam tali casu vsusfructuarius non tantum non facit fructus suos: verum etiam perdit vsumfructum. Alexan. consilio 120. nu.4.& 5.vol. 6. Capr. consilio 154. nu.4.Bald. consilio 21.num.1.vol 1. Natt.d. cons.297. nu.3.& 477.nu.6. vol.2. Rol. consilio 92. nu.14.vol.1. & consil.32.num.3. vol.2. Ceph responsa.653. nu 8.vol.5.Brugn. Caual. de vsufru.muli. relict. nu. 144. Vincen.de Franc.d. decis 497. nu.4. par. 2.licet multos recenseat contrarium tenere, & beuè Soci. iun. d.cons. 72. num.8.
22 Et ratio est: † quia per proprietarium, & hæredem (cum non fuerit petita ista cautio) tacitè censetur remissa. Et indubitatũ est, † quod hæ-
23 res potest remittere vsufructuario hanc cautionem: quia hoc respicit eius fauorem, cui ipse hæres renun-
24 ciare potest: † quod secus est in testatore, quia cum eius remissio respiciat fauorem publicum ipsi denegatur, vt talem cautionem remittere possit. l.potest hæres.ff.ad l.Falc.l.nemo potest. ff. de leg.1.ubi Ias.num.95.Rip. nu. 41. lo. Anib. nu. 165. qui dicunt cõmunem Capr.cons. 68.nu 8.Cror. consil 205.nu.17. uolum.2.benè Socin. sen. consil. 131.nu.17.uolum.1. Ruin. consil.43.nu.3.in secundo, & consilio 8. num.6. cons.159.nu.5.in quinto, & consil.91. nu.8. uolum.2.
25 dum dicit, quòd non est de substantia ad otiginem: sed ad traditionem: subdens quod à testatore talis cautio remitti non potest ab hærede sic. Dec.consilio 608. nu.2.dum ait, quod
26 deber præstari † quando petitur: cau-
27 tio enim de iure debita debet † peti, aliàs mora non incurritur. Ruin.consil.58.nu.7. volum.1. consi.43.nu.3. volum.2.& consil.88.nu.9.volum.5. Natt.d.consil.497. nu.1. volum.2.&
28 tali † casu, quando fideiussio fuit petita,& non præstita: nõ tantum vsusfructuarius non facit fructus suos: verum etiam proprietarius potest, iustitia mediante, facere sequestrari bona penes virum idoneum, qui fructus percipiat, & eos reddat, ac vsufructuario tradat. Rolan.cons.37.nu. 5.volu.2. Caballinus Milleloq.526.
29 Contrarium: † quod immo non requiratur petitio voluerunt. Surd. decis.57. qui ad partes disputat hunc articulum Pinell. in l.1.par.2. num. 77.C.de bon.mar. Ruin. consil 202. num. 6. volum. 2. Steph. Grati.decis. March.3.num.23 qui volunt, quod vsusfructuarius non possidens teneatur cauere etiam proprietario non petente. Non recedas tamẽ à prima opinione quæ communis est.
30 Et aduertatur. † Quod ista cautio non præstatur, nisi quando vsusfructus traditur, Bald.cõsi.408.nu.10.in

secunda

secunda par. & 394. nu. 1. in 4. Rolan. d. cons. 92. num. 12. vol. 1.

31 Insuper † aduertendum est. Quod si vsufructuarius nō possider, interim ad hoc vt faciat fructus suos tenetur cautionem offerre. Ruin. cons. 91. nu. 10. & 202. num. 7. in secundo Surd. d. decis. 57. num. 12.

32 Amplius † in proposito perpēdendum est. Quod vsusfructuarius non auditur allegans impedimentum, & illud iuramento comprobans, quod non repetit fideiussorem, & sic petēs admitti præstita cautione iuratoria. Guid. Pap. decis. 150. num. 1. Roland. cons. 37. num. 5. volum 2. & cons. 92. num. 11. volum. 1. Caball. d. Mille-

33 loq. 526. qui dicit, † quòd tali casu quando allegata impotentia vsusfructuarius cautionem non prēstat, committitur alicui probo viro, vt fructus percipiat, & eos vsufructuario tradat. Dilect. de arte testam. tit. 8. de var. testat. præcept. caut. 1. num. 1. Vincent. de Franc. d. decis. 497. num. 12. par. 2.

34 qui sub num. 6. docet, quòd in huiusmodi facti contingentia possessio bonorum consignetur proprietario, qui satisfaciet de soluēdo vsufructuario, vel certam summam fructuum, aut pecuniæ, vel omnes fructus deductis expensis faciendis in cultura, & recollectione dictorum fructuum, ita quòd ipse proprietarius de annua solutione ritè vsufructuario caueat. Andr. Gail. lib. 2. obseruatio. 47. numero 13. Misinger. cent 6. obsetuat. 48. numero 8. qui dicit hanc opinionem benigniorem, & veriorem. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 5. num. 204. cui hic modus magis tutus videtur. Et benè hęc omnia prosequitur Surd. decis. 141. num. 14. qui admonet, quod quando vsusfructuarius fideiussorem inuenire non potest, tunc bona dimittuntur hæredi, qui de fructibus respondeat, vel alicui tertio idoneo, qui commoditatem vsufructuario tradat, quod, & inquit ibidem num. 3. in fin. quod, & cauit Cæsar Cōtard. in l. vnica quæst. 23. num. 9. & 10. C. si à mom. poss. fuerit app. alia vide infra de cautione iuratoria.

35 Ponderandi tamen sunt tres casus, in quibus vsusfructuarius non tenetur cauere.

Primus casus est in patre, qui ratione vsusfructus, quem habet in bonis filij, non tenetur cauere de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, restituenda re, reddenda ratione finito usufructu, minus alijs oneribus granari per filium proprietarium potest, & hoc ob reuerentiā paternam. l. cum oportet, in §. non autem, & l. fin. in §. si autem in fin. C. de bon. quæ lib. Arri. Pinell. in l. 1. num. 20. uersic. ex eadem prærogatiua. C. de bon. mat.

Secūdus est in donante omnia sua bona, reseruato sibi usufructu tempore uitæ suæ. Nā non est obnoxius huic cautioni, & donatario ratione dicti ususfructus non tenetur cauere. Roland. consil. 37. num. 8. & infra, & numero 24. & 26. uolum. 2. Corn. cons. 267. num. 7. in 4. uolum. & ratio est: quia cum ex liberalitate sua cōueniatur mitius cum eo agitur: Misinger. cent. 5. obseruatio. 36. Arton. Soliloq. 2. Olasch. decis. Pedam. 153. Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 5. num. 208.

Tertio est in fisco usufructuario, qui fideiussores dare non tenetur. gl. in l. 4. C. de usufruct. Ruin. consil. 44. num. 8. uol. 1. Surd. decis. 183. num. 9. & hoc est ex eo: quia fiscus est semper soluendo, & dicitur fiscus quasi

fixus, ideſt firmus. gloſ. & Bar. in rub. C. de iur. fiſc. Bald. in l. 1. num. 7. C. de hæred. vend. cum alijs congeſtis à Pereg. tract. de iur. fiſc. lib. 1. tit. 1. nu. 34. & ſic ex ſpeciali eius prærogatiua Gabriel. de vſufr. concluſ. 1. num. 47. qui ſub num. 43. cum ſequentib. alios caſus ponit.

36 Vnum † etiam tenendum eſt menti in propoſito. Quod ſi vſusfructuarius non cauit; exiſtimans ſe fortè non teneri cauere: quod talis ignorãtia ipſius, quoad fructuum acquiſitionem prodeſt: & tanto magis ſi iſte talis eſſet ruſticus, mulier, & quid ſimile. Socin. iun. d. conſ. 72. nu. 11. & 24 vol. 2.

37 Nam † titulus cum errore iuris facit, quod quis non teneatur ad fructuum reſtitutionem: vt dicit. Socin. iun. d. conſ. 72. num. 23.

38 Aliud etiam † non omitto, quòd & tetigi ſupra. Quod vſusfructus, & eius cautio circa tria genera rerũ verſantur. Aut enim conſtituitur in rebus immobilib. & ſtabilibus, & quæ vſu non conſumuntur; ſed ſeruando ſeruari poſſunt. Et in iſtis rebus vſusfructuarius debet dare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viti, ſalua rerum ſubſtãtia. l. ſed, & ſi quid in §. & ſi veſtimentorum, ff. de vſufr. l. 1. in prin. & in §. habet. ff. vſusfruct. quemadm. caueat. l. 1. C. de vſufruct. alias ad damna, & intereſſe tenebitur. Rip. in l. nemo poteſt. num. 41. ff. de legat. 1. & de reſtituenda re finito vſufructu prout extat. l. 4. C. de vſufruct. Roland. d. conſ. 92. nu. 22. volum. 1. & hæc in tãtum vera ſunt, quod vſusfructuarius non tantum tenetur reſtituere rem in eodem ſtatu, in quo recipit; & ſic cauſam proprietatis deteriorem facere non debet: verũ etiam tenetur reſtituere rem melioratam: vnde nec arbores fructiferas excidere; nec quicquam facere in perniciem proprietatis poteſt. l. æquiſſimum. §. fructuarius. ff. de vſufr. cum alijs cõgeſtis à Ceph. conſil. 653. num. 3. & 4. volum. 5. qui dicit, quod tali caſu vſusfructuarius damna reficere debet, & id agere, quod diligens paterfam. in ſua domo agit. Aut, & ſecundo conſtituitur vſusfructus, & verſatur hæc cautio circa res mobiles, & quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, & vltra triennium non durant, ſed vſu conſumuntur, recipiunt tamen functionem in genere ſuo. Prout ſunt, oleum, vinum, frumentum, ſegetes, fructus, lana, linea, pecunia numerata, quæ expenditur, & ſimilia. Et tunc talia æſtimari debent, & præſtari cautio, vel de reddenda æſtimatione dictorum bonorum finito vſufructu, facta tamen dicta valutatione antequam præſtetur cautio, & habito reſpectu ad appreciationem ſecundum tẽpus, quo res traduntur vſufructuario, vel de tantundem reſtituendo in genere in eadem bonitate, ac qualitate. §. conſtituitur. cum §. ſequen. inſt. de vſufr. l. ſi cui, cum l. ſequen. ff. vſusfruct. quemadm. caueat. Roland. conſil. 92. num. 13. Brug. de vſufr. muli. relict. num. 146. verſiculo iſta autem ſatisdatio.

38 † Aut, & tertio vſusfructus, & eius cautio verſantur circa res, quę vſu minuuntur, veteraſcunt, & in temporis progreſſu deteriorantur, & corrumpuntur, vt eſt in veſtibus, ſuppellectilibus, lumentis, ſeruis, & ſimilibus, & in hac tertia ſpecie, licet nonnulli diſſentiãt: volentes vſumfructuariũ non poſſe cõgi ad reſtituendam æſtimationem factã tempore receptì vſusfructus vt fuerũt. Arti. Pinel. in l. 1. C. de bon.

bon.mat.in 2.par.nu.80. in fi. ibi. sed contraria sententia. Brug.de vsufruct. mul.relict.d.num.146. vers. in bonis autem. Tamen frequentiori voto volunt scribentes restitutionem istorum bonorum, etiam esse faciēdam secundum æstimationem,& valutationē factam à principio,& sic secundū,quod valebant tempore traditi, & recepit vsusfructus, & non eo modo, nec in ijs terminis,in quibus deteriorata reperiūtur finito vsufructu. Huius opinionis sectatores fuerunt Fed. de sen. cons.47. Butri. in cap.fin. vbi Card.& Abb.num.3.de pign. Bertr.consil.5 t. col.fin.& cons.81 col.1.in fi.lib.1.Socin.sen.consil.9.nu.3. lib.4. qui hunc articulum disputat, & firmat cautionem esse præstandam iuxta æstimationem factam à principio, cū alijs, quos refert, & sequitur Gabr. de vsuf. uct. concl.1.num.20. quibus adde, qui & hoc idem esse verum fatetur. Artt. Pinellan repet.d.l.1.C.de bon.mater.in 2.par nu 80. vers.sed in vsufructu vestium & pannorū, qui dicit hanc opinionem maximam in se habere æquitatem, quia aliàs proprietas redderetur prorsus inutilis. Brugn. de vsufr. muli.relict d.num.146. versic. communis tamen opinio est. Qui ait hanc opinionem communem, licet duram appellet, videlicet quod cautio in istis mobilibus,quæ vsu minuuntur, veterascuntur,ac deteriorantur præstetur, vel de restituendo tantumdem in eodem genere eiusdem qualitatis, vel & secundo de restituēdo eorumdem valorem, & æstimationem. Aut, & tertio de eis restituendis deteriorati vnà cum precio, & valutatione deteriorationis.

Iuxta prædicta: Pulchra, & praticabilis excitatur per Doctores Hæstatio, An si testator expressè mandet, ac præcipiat vsumfructuariū non molestari, ac inquietari in suo vsufructu per hæredem, & proprietarium, & in hac prohibitione vtatur verbis multum amplis, generalibus, vniuersalibus, ac prægnantibus, ità quod constet de eius mente, quod voluerit in tali prohibitione includere omnē casum, eo quia dixerit quomodocūque, & qualitercunque nullatenus,& nullo modo:& his,& alijs similibus verbis vsus fuerit. An tali casu dictus hæres possit astringere dictum vsumfructuarium ad hāc cautionem præstandam, & in hoc illum inquietare, & molestare, vel potius sit ad vsumfructū vsusfructuarius recipiendus,stante dicto præcepto absque eo, quod dictam cautionem non præstet.

Et ipsum, non obstante dicto præcepto omninò cogendum esse ad dictam cautionem præstandam videntur suadere multa.

Primò: quia talis iussio debet intelligi de molestia cauilosa,scrupulosa, & rigorosa: & non de dolosa, & præsertim cum à qualibet dispositione dolus censeatur exclusus.

Secundò: quia talis ordinatio testatoris suas vires nō porrigit ad eam molestiam, quæ progreditur ex natura ipsius dispositionis.l.quæro.§.inter locatorem. ff.locat. l. venditores. ff.de verborum obligat. & ratio est: quia ille,qui agit secundum naturam actus non dicitur venire contra actum, licet veniat contra personam comprehensam in actu. l. si duo patroni. in §. sed si iurauerit.ff.de iureiuran.l.sed & si possessori. §.sed & si reum. ff. dicto titu. vnde non extendetur ad casum istum: cum ex natura actus pro forma vsusfructus sit constitutum, quod

vsusfructuarius omnino fideiussionem præster.

Tertiò: quia communis est conclusio, quod hanc cautionem testator nullo modo remittere possit. l. 1. C. de vsufr. & vltra supra relatos tenuerunt Gulielm. de Peruf. consil. 79. num. 18. cum seqq. & Laurent. de Rodulph. consil. 80. inter consil. vltim. volunt. vol. 1. Pet. Ricciard. inst. de vsufr. vbi latè hunc articulum disputat.

Contrarium: quod immo præceptum, & prohibitio testatoris valdè ampla, generalis, ac vniuersalis per uerba quomodocunque, qualitercunque, & similia propter uerborũ exuberantiam, & generalitatem comprehendat omnem molestiam, & intelligatur de omni lite, controuersia, inquietatione, perturbatione, ac molestia tam iuris, quam facti, tam agendo, quam excipiendo, tam in iudicio, quam extra, tam ante litẽ, quam post litem: & sic quod comprehendat non tantum istũ casum: uerum etiam omnem casum uoluit glos. communiter approbata in l. Lucius. in §. tres hæredes in uerbo mouerit, ubi Din. ff. ad Treb. & in l. sed & si lege. in §. si ante litem. ff. de pet. hæred. & in l. non solum. in §. si statutum. ff. de procurat. Bar. in Lamplius. ff. rem rat. hab. & in l. cum postea, per illũ text. C. de pact. benè Alex. consil. 52. num. 2. & sequen. vol. 2. Barbat. consil. 56. col. 5. uers. sed licet isti. vol. 3. Deci. in c. in præsentia. num. 1. & infra extra. de probat. Felin. in cap. causam quæ. num. 65. uers. similiter dicit Imo. de rescrip. qui dicit id uerum in molestia iuris, & iudicialiter mota, quando amplitudo uerborum, & subiecta materia id suadẽt. Marsil. in l. unius quæstionis, in §. cognitorum. ff. de quæstionibus. Capic. decis. 69. num. 9. Afflict. decis. 319. num. 4. Ruin consil. 77. num. 4. vol 2. Rimin. inst. de donat. in princip. num. 515. Abb. consil. 43. colum. 1. & 36. uers. secundo principaliter, parte prima, cum alijs relatis à Marta in suo tract. de claus. claus. 65.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de dando, adimplendo, vel restituendo conuentionalis est.*

2 *Quando quis ex legis, hominis, contrahentis, testatoris, vel Principis dispositione conditionali, vel ad tempus ad aliquid dandum, faciendum, soluendum, adimplendum, vel restituẽdum astrictus est: interim est cauendum.*

3 *Vir habens beneficium anni ad restituendam dotem hæredi vxoris mortuæ, interim cauere debet, aliàs priuatur dicto commodo, & fit executio statim.*

4 *Socius in dissolutione societatis tenetur cauere de soluendo æs alienum, donec aduenerit dies.*

5 *Mater transiens ad secunda vota, tenetur cauere filijs primi mariti de dote interim eis conseruanda.*

De cautione de aliquid dando, soluendo, adimplendo & restituendo, interim pendentibus die, vel conditione præstanda.

CAP. XX. aliàs 29.

1 VIgesima cautio conuentionalis est, † de dando, soluẽdo, adimplendo, vel restituẽdo aliquid, de qua est tex. in l. in omnibus. ff. de iudic. & de ea docet Castr. in l. diuortio. in §. 2 interdum. nu. 3. ff. sol. mar. † & imponitur ei, qui à lege astringitur ad aliquid dandum, faciendum, soluẽdum, adim-

adimplendum, ac restituendũ ad certum tempus; vt etiam si hoc teneatur facere ex hominis prouisione. Quando enim quis grauatur onere alicuius restitutionis à lege, à eõtrahente, à testatore, vel à Principe interim cauendum est. Bald. cons. 175. num. 2. vol. 3. Aym. cons. 269. nu. 7. qui dicit, quod cautio debet præstari per eum, qui tenetur ad aliquid soluendum, vel restituendum, bene Afflict. decis. 108.

3 Hinc est, † quod vir, qui habet annum ad restituendam dotem hæredibus vxoris mortuæ, iuxta l. vnicam. C. de rei vx. act. si vult frui dicto beneficio temporis eidem miserationis, & humanitatis causa concesso, instantibus dictis hæredibus debet eisdem fideiussores præstare de restituẽda dicta dote finito dicto anno. Aliàs si cauere non poterit, fit statim executio deducto commodo medij temporis. Vinc. de Franc. decis. 118. num. 4. & 5. in 1. par.

4 † Hinc etiam est: quod socius in dissolutione societatis tenetur cauere de soluendo æs alienum, quando dies venerit. Surd. decis. 279. nu. 2.

5 Hinc pariter fit, † quod mater trãsiens ad secundas nuptias, tenetur filijs primi matrimonij cauere de dote eis conseruanda. Surd. d. decis. 279. nu. 4. & 14. vide infra hac eadem sect. cap. 40. aliàs 50.

SVMMARIVM.

1 *Hæres vniuersalis, vel particularis grauatus substitutione, fideicommisso, vel legato cõditionali, vel in diem incertam, siue post eius mortem tenetur non solum conficere inuentarium: verum etiam cauere de restituendis bonis substitutione fideicommisso, & legato subiectis aduenientibus die, vel conditione.*

2 *Ab hac cautione non excusatur hæres, etiam quod sit ditissimus, & persona valdè digna.*

3 *Si hæres recusat hanc cautionem dare, substitutus, fideicommissarius, & legatarius non tantum poterunt in litem iurare; verum etiam debent immitti in possessionem bonorum substitutioni, legato, & fideicommisso subiectorum.*

4 *Testator si remiserit hanc cautionẽ hæredi, & hæres à principio cęperit dilapidare bona, & hæc viderit, & scierit testator, talis cautio à substituto, fideicommissario, & legatario peti non potest, aliàs secus.*

5 *Remissio huius cautionis per testatorẽ facta prodest etiam debitori suspecto.*

6 *Frater fratri, & mater filijs hanc cautionem non præstat, nisi mater transierit ad secunda vota.*

7 *Cautio ista præstatur etiam quod nulla suspicionis causa subsit contra hæredem.*

8 *Cautio hæc præstatur illi, qui primum locum in successione obtinet.*

9 *Hæc cautio præstatur per hæredem legatario, etiam quando de hæreditate controuertitur.*

De fideiussione hæredis de consignandis, & restituendis bonis substitutioni, fideicommisso, & legato subiectis aduenientibus, die vel conditione.

CAP. XXI. aliàs 30.

1 VIgesimaprima est † cautio; quasi contractus dicta: quã præstat hęres vniuersalis, vel particularis grauatus substitutione, fideicõmisso, vel legato cõditionali, vel in diem incer-

tam, siuè post eius mortem, si decesserit sine filijs: Nam tali casu tenetur dictus hæres siue dissipet, siue non, ante aduentum conditionis, vel diei non solum cõficere inuentarium: verum etiam satisdare substitutis, fideicommissarijs, & legatarijs de soluendis, consignandis, ac restituendis bonis substitutioni, fideicõmisso, & legato subiectis aduenientibus die, vel condictione, à qua fideiussione non
2 †excusatur hæres, etiã quod esset ditissimus, & persona valdè digna, l. hęc stipulatio, & per totum illum titulũ. ff. vt leg. nom. cau. l. 1. & l. cum Archimedoram. l. certa forma & l. fin. C. vt in poss. leg. l. cum tale. §. Titius, vbi glos. & doct. ff. de cond. & demonstr. Ioseph. Lud. decis. Perus. 63. in secun
8 da, per totũ. Peregr. de fidei. art. 40. nu. 10. qui dicit hanc cautionem etiam præstare legatarium, & fideicommissarium particularem rogatum de restituendo alteri, vt etiam substitutum directo per eandem rationem.

3 Et si hęres non † vult satisdare substitutus, fideicommissarius, & legatarius non tantum poterunt in litem iurare: verum etiam mittuntur in possessionem bonorum substitutioni, fideicommisso, & legato subiectorum. Castr. in l. quidam. in §. si scriptus. nu. 4. ff. de leg. 1. Ioseph. Ludouic. d. decis. 63. num. 4.

4 Sed dubitatur: † an quando ista cautio fuit remissa per testatorem si contingat, quòd hæres incipiat dissipare bona sua; substitutus, fideicommissarius, & legatarius hanc cautionẽ petere possint? Bald. in l. iubemus. nu. 5. C. ad Trebell. Castr. in l. scire. nu. 3. C. vt in poss. legat. Distinguendo resolnunt hanc difficultatem, dicentes, quod si à principio testator poterat cogitare de ista dilapidatione, quod non potest peti: aliàs secus. Bald. in l. scire. num. 2. † qui vult, quod talis remissio prosit etiam debitori suspecto. Pereg. d. artic. 40. num. 11. qui tenet indistinctè hanc cautionem per testatorem remitti posse, etiam quod dolus malus non absit.

6 Et scias. † Quod frater fratri; & mater filijs talem cautionem nõ præstant: nisi mater transierit ad secunda vota. Ioseph. Lud. d. decis. 63. num. 5. in d. 2. par.

7 Iterum sciendum. † Quod hęc cautio præstatur, & si nulla suspitionis causa laboret aduersus hæredem. l. interomnes. ff. qui satisd. cog. Pereg. d. artic. 40. num. 10. vers. & cautio hæc. Subdens præstari † illi, qui primum
9 locum in successione obtinet.

Plus, † quando controuertitur de hæreditate, legatarius hæredem scriptum cogere poterit ad sibi legatum præstãdum præstita hac cautione cum fideiussoribus. l. fin. C. de pet. hæred. Acchil. person. de adipisc. poss. num. 696. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius vltra falcidiam se recepisse dubitans: tenetur cauere hæredi de restituendo, quod vltra falcidiam accepit in pecunia.*

De cautione restituendi id, quod legatarius recepit vltra falcidiam.

CAP. XXII. aliàs 31.

1 VIgesimasecũda † est cautio quasi contractus, quam præstat legatarius, qui recipit vltra falcidiam: de qua est tex. in l. nisi. in §. 1. & habetur per totum illum titulum. ff. si cui plus, quod per l. falcidiam licuerit legatum

gatum esse dicatur. Hanc enim cautionem præstat legatarius hæredi, qui dubitat: vtrum l. falcidia sit habitura locum, nec ne? Tali enim casu legatarius, quod plus recepit satisdat hæredi, quod si apparuerit, eũ legatorum nomine plus recepisse, quam ex l. Falcidia capere licebit, illud reddet in pecunia. Ista ad fideicommissum extendi, vult rex in l. is cui. ff. ad l. Falcid.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de modo implendo quasi contractus dicitur.*
2 *Præstatur, quando legatum sub modo conceptum est.*
3 *Legatum sub modo conceptum dicitur, quando legatario onus aliquid dandi vel faciendi iniunctum est.*
4 *Legatum sub modo non potest effectualiter peti, nisi modo adimpleto, vel data hac cautione de modo implendo, & num. 7.*
5 *Cautio de modo implendo tunc requiritur, quãdo implementum modi impensam desiderat.*
6 *Cauens de modo implẽdo etiam de modo in esse conseruando cauere tenetur.*
8 *Præstatur hæc cautio cũ fideiussoribus.*
9 *Promittitur in ea, quod modus implebitur, & in casum non implemẽti de restituenda re vna cum fructibus.*
10 *Cautio de modo implendo in quibus casibus locum non habeat.*
11 *Dispositio modalis quæ sit, & quæ conditionalis.*
12 *Legatum modale est, per quod dum modus pendet, non impeditur ortus obligationis, & actionis: Conditionale vero cum conditio nihil in esse ponatur actionis, & obligationis impedit natiuitatem.*

De cautione de modo implendo.

CAP. XXIII. alias 32.

1 † VIgesimatertia quasi contractus cautio est: † quæ de modo implendo dicitur. Et est quando † legatum conceptum est sub modo: Puta
3 † quando legatario sunt relicta mille, & grauatus est vt aliquid det, vel faciat: † Nam tali casu non potest legatũ effectualiter peti, nisi data hac cautione de modo implẽdo. l. quibus diebus. in §. Termilius. ff. de cond. & demonstr. Bald. in l. Titio centũ. in prin. ff. de condi. & demonstr. Ang. consilio 163. num. 2. qui admonet: † cautionem de modo implendo tunc requiri, & necessariam esse: quando implementum modi sumptũ requirit: alias secus. Afflict. decis. 392. num. 7. dum
6 vult. Quod † cauẽs de modo implendo tenetur fideiussores præstare de modo implendo in esse conseruando. Et hanc communem opinionem esse voluerunt. Ias. in l. si Titio num. 8. & 9. ff. de leg. 1. Ant. Gomez. variar. resol. tom. 1. cap. 12. num. 70. quos refert, & sequitur Mich. Graff. recep. sententiarum. §. legatum. quæst. 58. nu. 1. dum
7 firmãt. † Quod legatum modale cum effectu peti non possit, nisi impleto modo, vel præstita cautione de modo implendo.

8 Præstatur † hæc cautio cum fideiussoribus: & opus est, quod caueatur,
9 quod † modus implebitur, & si non implebitur de restituendo rem vnà cum fructibus. Castr. in d. §. Termilius. num. 4.

10 † Huiusmodi cautio in quatuor casibus relaxatur, & locus eidem non datur.

Primò, libertatis fauore.

Secundò, quando debens implere, non est nudus minister.

Tertiò, quando implemẽtum modi non cedit, nisi ad commodum implentis.

Quartò, in dispositionibus inter viuos postquam hæres implere cępit, quod sibi non debetur. Nam in omnibus casibus prædictis non arctatur quis ad cauendum. secundum Ang. d. consil 163. num. 2.

11 † Et aduertatur, quod dispositio modalis dicitur, quando quis per debentem ad modum implẽdum astringi potest: alias conditionalis est. Ang.

12 d. l. Nam † legatum modale est: per quod dum modus pendet non impeditur ortus actionis, & obligationis, quod secus est in legato conditionali, cuius conditio (cum nihil ponat in esse) & actionis, & obligationis natiuitatem impedit. Ias. in d. l. si Titio. nu. 8. & 9. Graff. d. q. 58. nu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Cautio Mutiana verificatur in conditionibus negatiuis, vt etiam in affirmatiuis, quæ ante mortem adimpleri non possunt.*

2 *Debet offerri, & oblatio debet esse realis, & cum fideiussoribus.*

3 *Exemplum eius sit. lego Titio centum, si Capitolium non ascenderit, vel si Sempronium non manumiserit.*

4 *Præstatur cum obligatione, quod si contrarium factum erit, restituetur legatum.*

5 *Fuit adinuenta, quia per eã quis statim legatum cõditionale consequitur, non expectata purificatione conditionis.*

6 *Habet vim implementi conditionis.*

7 *Vxor, cui relicta sunt alimenta, si cum filio habitauerit, tenetur præstare hanc cautionem.*

8 *Vxor relicta hæres, si vitam viduilem seruauerit, hanc cautionem præstare debet, aliàs hæres non efficitur.*

9 *Mulier, quæ transiuit ad secunda uota, & prius non præstitit cautionẽ de uitam uiduilem seruando, est idem ac si nunquam hæres instituta fuisset.*

10 *Hæc cautio, & in conditionibus negatiuis, ut etiam in affirmatiuis habentibus perseuerentiam uoluntatis vsq; ad ultimum uitæ spiritum locum habet, & maximè, quando habent implicitam negatiuam.*

11 *Legato, quod Titius in bonis meis nihil aliud consequi possit, dicitur satisfactum, aut per cautionem Mutianam, uel hæredem per acceptilationem liberando.*

12 *Hæc cautio non habet locum in contractibus: sed benè in donationibus causa mortis, & alijs ultimis uoluntatibus.*

13 *Est præstanda, etiam quod non adsit cohæres, uel substitutus, quia potest præstari uenientibus ab intestato in eorum defectum.*

14 *Hæc cautio in pijs dispositionibus non habet locum, nisi mens disponentis resistat.*

15 *Multa alia de hac cautione, remissiuè.*

De cautione Mutiana.

CAP. XXIV. aliàs 33.

1 VIgesimaquarta cautio, quasi cõtractus Mutiana dicitur. † Et exemplificatur in omnibus conditionibus negatiuis in non faciendo consistentibus, vt etiam in affirmatiuis, quæ ante mortem adimpleri non possunt. 2 † Et debet offerri hæc cautio, & oblatio debet esse realis, & cum fideiussoribus. l. Mutianæ. ff. de condit. & demonst. Grat. resp. 102. nu. 12. 13. 45.

&

3 & 47. vol. 2. † Exemplum etiam sit in omnibus conditionibus de nõ faciendo: quæ non possunt adimpleri ante vltimum vitæ spiritum: puta, lego Titio centum, si Capitoliũ non ascenderit, vel si Seium non manumiserit: ista enim non habent locum, nisi se-
4 quuta morte Titij. † Et ideo interim per legatarium hæredi debet præstari cautio, quod Titius non ascenderit Capitolium, & Seium non manumiserit, & in euentum, quod contrarium fecerit, de legato restituẽdo vnà cum fructibus à die mortis testatoris Alciat. resp. 141. numero 3. lib. 9. tom. 3. Natt. cons. 297. num. 10. vol. 2. Ruin. cons. 190. num. 4. vol. 2. Matc. Anton. singul. 697. num. 1. vbi ponit ad quid
5 † fuerit adinuenta ista cautio: & inquit: quia per talem cautionem quis statim legatum cõditionale consequitur non expectata purificatione conditionis.

6 Hinc est: † quod cautio Mutiana habet vim implementi cõditionis negatiuæ. Doct. in l. siue apud acta. C. de transact. bene Ruin. cons. 170. num. 7. volum. 3.

7 Hæc cautio † ab vxore debet præstari, cui relicta sunt alimenta, si cum filio habitauerit. Ruin. cons. 34. numero 4. vol. 2.

8 Hæc cautio † etiam præstatur per vxorem hæredem institutã, donec vitam viduilem seruauerit: quam si non præstiterit, nũquam fit hęres: & tran-
9 scundo ad † secunda vota, & non præstita hac cautione perinde est ac si non fuisset hęres instituta. Soc. in d. l. Mutianæ nu. 16. & 17. col. 7. ff. de cond. & demon. Ruin. cons. 170. nu. 11. & 12.
10 vol. 3. & ratio: quia ista cautio non solum habet locum in cõditionibus negatiuis verum etiam in affirmatiuam perseuerãtiam habentibus vsq; ad vltimum vitæ spiritum: Maximè quando habent implicitã negatiuam l. Titio fundum in prin. ff. de cond. & demonst. l. seruo inuito. §. 1. ff. ad Trebel. Bart. in d. l. Mutianæ. num. 3. Ias. in l. siue apud. col. 4. num. 20. vbi de communi. C. de transact. Grat. resp. 102. num. 2. lib. 2. Stephan. Gratian. decis. March. 3. num. 3.

11 Sed † quid si Titius legauit cẽtum Sempronio cum hoc, quod vlterius Sempronius in bonis suis nihil aliud petere, & consequi possit: Num Sempronius legatarius teneatur præstare cautionem Mutianam, vel ipsum hæredem per acceptilationem liberare? Capel. Tolos. decis. 327. dicit sufficere acceptilationem, quod declarat procedere quando verba testatoris referuntur ad ius; secus si ad factum, aut ad ius, & factum, vt ibi per addentes.

12 Cautio † ista non habet locum in cõtractibus: sed bene in donationibus causa mortis, & alijs vltimis voluntatibus. Cast. in l. dedi nu. 7. vbi Ias. ff. de cond. caus. dar. idem Ias. in l. siue apud acta nu. 19. C. de trãs. Rom. sing. 184. Din. sing. 15. Per. de Rauen. sing. 181. Capell. Tolos. d. decis. 327. vbi add. num. 3. & 4.

13 Sed † an sit locus huic cautioni, quando non adest cohæres, vel substitutus? Salyc. in l. fi. nu. 4. C. de indict. iud. toll. Natt. cons. 459. nu. 14. lib. 2. Rot. in nouiss. Nouiss. vt per Prosper. Fatin. decis. 480. num. 3. videntur dicere quod non. Tu verò dicas eam esse præstandam etiam quod non sit cohæres, vel substitutus; quia potest præstari ei, qui successurus est ab intestato tãquam legitimo hæredi, & sic illi de cuius interesse agitur secũdum Grat. d. decis. March. 3. num. 16.

Et

14 Et quod †hæc cautio Mutiana in relictis ad pias causas non habeat locum, nisi in contrarium constet de voluntate testantis, docet And. Tiraq. in suo tract. de pia causa. priuil. 48.

15 Multa alia de hac Mutiana cautione cumulat Tusc. Pratic. conclus. par. 1. conclu. 177.

SVMMARIVM.

1 *Iuratoria cautio, aliàs adiuratoria dicta est, quæ iurata fide profertur.*

2 *Propter impotentiam satisfandi, quis ad iuratoriam cautionem recipitur, per quam se, & sua bona obligat.*

3 *Fideiussor quando non inuenitur, tunc hæc cautio indulgetur, per quam iurata prius impotentia, quis ad eam recipitur.*

4 *Impotentia fideiubendi probatur iuramento & satis est, quòd quis iuret se non credere de facili non posse fideiussorem inuenire.*

5 *Declaratione facta esse locum huic cautioni, tunc inrandum est de obseruando ea, ad quæ quis tenetur, aliàs perdit hoc beneficium.*

6 *Cautio an sit præstanda cum pœnæ adiectione hoc totum arbitrarium est.*

7 *Iuratoria cautioni semper standum quãdo aliter vtrique parti consuli non potest.*

8 *Impossibilitas in hac cautione sicut excusat, ita, & magna difficultas, quæ impossibilitati adæquatur.*

9 *Magna difficultas impossibilitati assimilatur.*

10 *Cedens bonis, qui tenetur cauere de concordandis creditoribus, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, si fideiussorem non reperit, admittitur ad hanc cautionem.*

11 *Si quis fideiussorem non reperit satis est, quod verbaliter caueat cum hypotheca bonorũ, & stipulatione pœnali.*

12 *Cedenti bonis tantum sibi vestes viles remanere debent.*

13 *Princeps concedens alicui ob paupertatem dilationem, sufficit hæc iuratoria cautio cum adiectione pœnæ.*

14 *Illustribus personis in egestate constitutis elargitur hæc cautio, & hoc ex præsumpta eorum probitate, & fide.*

15 *Hæc cautio non tantum procedit in actionibus bonæ fidei, verum etiam stricti iuris.*

16 *Hæc cautio præstatur per testes absentes coactos venire ad testificandum, qui postquam venerunt possunt detineri per 15. dies etiam cum cautione iuratoria de non discedendo.*

17 *Huiusmodi cautio etiam mulieribus conceditur.*

18 *Ista cautio pariter in causis reuisionum elargitur.*

19 *Talis iuratoria scolari permittitur.*

20 *Et etiam datur, quod statutum fideiussionem desideraret.*

21 *Pariter extraneo, aduenæ, & forensis impertitur.*

22 *Denegatur hæc cautio debitori habenti moratoriam à Principe, & vt dicitur quinquenalem, per quam dictus debitor omninò tenetur præstare fideiussorem de soluendo in fine termini.*

23 *In criminalibus offerens hanc cautionem licet de iure non repellatur, tamen hoc secus est consuetudine.*

24 *Pro delictis leuibus quis admittitur volens cautionem præstare.*

25 *Venientes alieno nomine puta tutor, curator, & similes non admittuntur ad hoc beneficium.*

26 *Cauentes de rato, si volunt vti hoc priuilegio non audiuntur.*

27 *Iuramentum quãdo motu proprio præstitum est, tunc iuratoriæ cautioni non stat us: secus si ad iudicis dilationem.*

28 *Iudex procedens ex officio, & arctans ad satisdandum, tunc iuratoriam dans satisfacit, aliter si hoc fiat instante parte.*

29 *Quando fideiussio est de forma, & substantia actus (vt in vsufructu) tunc huic cautioni locus nondatur.*

Contrarium, nu. 32.

30 *Quando agitur de arctando aliquem ad dandum (vt in usufructu) tunc nunquam per impotentiam quis admittitur ad hoc indultum.*

31 *Quando tractatur de cautione necessaria præstanda, tunc quis ad hanc cautionem dandam non recipitur.*

33 *Qui se sponte obtulit, & obligauit ad satisdandum huiusmodi cautionis auxilio non iuuatur.*

34 *Qui tenetur dare cautionem sufficientem, plenam, idoneam, & competentem similiter hac exemptione non fruitur.*

35 *Quando potest esse consultum alio remedio utrique parti, utique tunc hac immunitate uti non licet.*

36 *In debitore suspecto de fuga uolens cauere non cadit hoc auxilium.*

37 *Quando quis uult aliquid ab aliquo consequi, & tenetur cauere, non potest hoc præsidium impetrare.*

38 *Quando cautio fideiussoria non potest præstari propter malos, & corruptos mores eius, qui ad eam præstandam tenetur tunc iuratoriæ cautioni locus non est.*

39 *Persona suspecta, eò quia cauillosa, discola, rixosa, & malæ conditionis, & famæ petens hoc beneficium reijcitur.*

40 *Quando agitur de arctando aliquem ad dandum tunc hæc cautio non intrat.*

41 *Quando quis aliàs præstitit hanc cautionem, & fuit effectus periurus: eò quia pollicita non seruauit, interim volens frui hoc beneficio, non recipitur.*

42 *Forensis instans iuratoria cautione uti, non debet admitti, & maximè quando est uagabundus, & de eo timetur in loco, ne alium offendat.*

43 *An cautio iuratoria sit concedenda nec ne, hoc totum est arbitrarium.*

44 *Cautio ista in causis criminalibus, à quibus fuit appellatum, denegatur.*

45 *Idem est in contumace in parendo iudici, qui ex hoc beneficium huius cautionis perdit.*

46 *Idem in eo, qui fuit effectus pauper facto, dolo, & culpa sua.*

47 *Idem in hærede, qui non uult satisdare de soluendo legato adueniente die.*

48 *Idem quando est quæstio de magno & grandi ære alieno, ob quod quis in carceribus detinetur.*

49 *Idem in relaxatione arresti.*

50 *Idem in multis alijs casibus remissiuè.*

51 *Impotentia in proposito quomodo probetur.*

52 *Impotentia non tantum probanda est: uerum etiam quod debitor fecerit diligentias de reperiendo fideiussore, & non inuenerit.*

53 *Formula seruanda in hac cautione.*

54 *Petens executionem sententiæ quando potest supplicari. An cautio, quam præstare debet possit esse iuratoria remissiuè.*

De iuratoria cautione.

CAP. XXV. aliàs 34.

1 VIgesimaquinta † cautio est illa, quę iuratoria, alias adiuratoria nuncupatur, & iurata fide proferi dicitur, leg. 2. versiculo in exigendi verò. C. quando, & quibus quarta
2 pars: lib. 10. Nam † propter impotentiam satisdãdi quis admittitur, & excusatur præstando hanc iuratoriam

cau-

cautionem, per quam se, & sua bona
3 obligat. Nam † quãdo fideiussor non reperitur, cautio iuratoria conceditur. Qui enim aliter non potest satisdare, eo quia non reperit fideiussorem, iurata prius per eum impotentia admittitur ad iuratoriam cautionem c. per vestras. de donar. inter vir. & vx. cap. fi. de sent. excomm. in 6. l. 1. §. super. C de asserr. toll. §. si verò crimen. in Auth. vt null. iud. Auth. cui relictũ. C. de indict. vid. toll. l. cum non facilè. ff. si cui plus quam per l. Falcid. l. si fideiussor. in §. si necessaria. ff. qui satisd. cogan. §. sed hodie inst. de satisdat. Auth. generaliter, vbi not. omnes. C. de epis. & cleri. habetur. in l. sancimus. C. de verb. signif. ponunt Bald. in l. fin. nu. 6. C. de indict. vid. toll. Ias. in l. 1. nu. 22. & 23. ff. qui satisd. cogan. Surd. decis. 141. nu. 7. &
4 11. qui dicit † fideiussoris dandi imporentiam in proposito probari iuramẽto: nam (secundum eum) satis est, quod quis iuret se credere non posse de facili fideiussorem inuenire, subdens. Quod † postquam erit declaratum locum esse iuratoriæ cautioni, tunc etiam iurandum per istum est, de obseruando omnia ad quæ tenetur, aliàs perdit priuilegium iuratoriæ cautionis. Et tradiderunt de ista iuratoria cautione Marsil. in rub. de fideiuss. quæst. 22. nu. 166. Franc. Becci. consil. 1. nu. 19. & infra. Capel. Tolos. decis. 138. nu. 2. Iul. Clar. in prax. criminali. §. fi. quæstione 46. num. 5. versic. sed quomodo. Osasch. decis. Pedam. 70. Hercul. de caut. de non offenden. cap. 5. num. 11. Vulp. de promiss. de non offend. quæstio. 77. nu. 1. & 2. Tiraq. qui alios refert, & citat de retract. lig. §. 1. glos. 18. nu. 49. Sebasti. Medic. de casib. fortuit. part. 2. quæst. 4. nu. 23. Mil. in repert. in littera F. num. 11. Farin. in prax. crim. tit. de carc. & carc. quæst. 33. n. 43. Ceph. consil. 669. nu. 3. volum. 5. Natt. cons. 616. num. 7. volum. 3. vbi docet hoc
6 totum esse arbitrarium an ista cautio sit præstanda cum adiectione pœnæ Rol. consil. 48. nu. 5. & per totum volu. 2. Ioseph. Lud. decis. Perus. 63. nu. 6 in 2. parr. Guid. Pap. decis. 189. in fi. vbi inquit. Quod etiam in materia Auth. quæ supplicatio. C. de precib. imp. offer. conceditur huiusmodi cautionis iuratoriæ auxilium. & plenè agit de isto beneficio. Ant. Hering.
7 de fideiuss. capit. 18. nu 87. & † semper iuratoriæ, cautioni stari, quando aliter vtrique parti consuli non potest pro regula firmat Surd. d. decis. 141. nu. 15. vbi in proposito etiam multa alia pulchra addit. & ratio prædictorum illa allegatur: quia sicut impossibilitas excusat, ita & difficultas magna, quæ impossibilitati †
9 adæquatur. Surd. d. decis. 141. nu. 9. & 10.

10 Hinc est, † quod cedens bonis, qui tenetur cauere de concordandis creditoribus, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, si fideiussorem non inuenit admittitur ad hanc iuratoriam cautionẽ. Brun. de cess. bon. q. 7.
11 principali. num. 1. vbi dicit: † quod satis est, quod quis verbaliter caueat, si fideiussorem non inuenit, & hoc cum hypotheca bonorum suorum, & stipulatione pœnali, qui, num. 9. hoc
12 vult esse verum, † quando tantum sibi vestes viles remanserunt: quod secus esse firmat, quando ad quinquennalem dilationem admissus fuit, vt etiam per Ioseph. Lud. d. decis. 63. num. 7.

13 Hinc etiam fit, † quod si Princeps alicui ob eius paupertatem concedit

dilatio-

dilationem, sufficit iuratoria cautio cũ generali hypotheca, & adiectione pœnę. Ioseph Lud.d.decis.63.nu. 9.licet contrarium, & forsan melius teneat Rol.cons.43.nu.9.vol.2.& dicemus inf.in prima limit.

14 Et sciendum est, † quod illustribus personis remittitur necessitas satisfandi, & statur eorum iuratoriæ cautioni. Osasch. d. decis. Pedemon. 70.nu.3. quod procedit non tantum in ciuilibus: verum etiam in criminalibus,& etiam quod immobilia nõ possideant Tiraquel. de nobil. num. 189. qui restringit prędicta ad nobiles illustres tantum. Quò fit vt si Doctor cautionem præstare nequeat standum erit eius iuratoriæ cautioni, & hoc ob eius præsumptam fidem. Bald. in l.1. C. qui bon. ced. poss Paris de Put.de Sindic. in verbo doctor c.1. nu.1.Farin.in prax.vit.de carc.& carc. q. 27. nu.79. Bacci.d. cons.1. nu.22.

15 Ampl primo, † ista conclusio, vt ista cautio non tantum habeat locum in actionibus bonæ fidei: verũ etiam stricti iuris. Ioseph. Lud.dicta decis. 63.num.13.

16 Ampl.ẽt † & secundo hæc conclusio secundum terminos,& dispositionem l.si quando. C.de testi. 1 in testibus absentibus coactis venire ad testificandum; qui postquam venerunt possunt detineri per quindecim dies, etiam cum cautione iuratoria de non discedendo.

17 Ampl.† & tertio in fœmina: nam & ipsa omninò ad cautionem iuratoriam admittitur. Auth.hodie, C. de cust. reorum. Menoch. de arbit. iud. c.88.

18 Ampl. quatto, † in causis reuisionis,ne aliàs iustitię via pauperibus recludatur. And.Gail.lib.1.observ.155. nu.4.Guid.Pap.q.50. Fran.de Marc. q. 496. Rebuff. de sent. execut. ar.1. glo.16 Rol.cons.43.lib.2.

19 Ampl.quinto, † in Scholare, qui & ipse adiutatoriam cautionem admittitur. Bald.in l.diffamari.C.de inger. & manum. nu.9. vers.sed pone. Ant. Hering. de fideiuss. cons. 18. num.101.

20 Ampl. sexto, † etiam quod statutum fideiussionem exigeret: nam nihilominus cautio iuratoria concedi debet. glos. in cap. ex patentela 1. in verbo pro contumacia. de verb. sign. Ang.& Imo. in l.cum non facilè.ff.si cui plus, quam per l. Falcid. Alex cons.57.col.3.vers.& quod talis iuratoria.vol.3.Barbat.cons.11.nu.14.& 15.vol.3. Asin.in prax. iud.in §. iud. §.32.c.33. Hypolit.Rimin.cons.23. nu 33.& 34.vol.1.Carp.ad Stat.Mediol.par.1.c.44.

21 Ampl. septimo, † etiam in extraneo, aduena, & forensi: nam & ipse efferens pignoratitiam, hypothecatiam, vel iuratoriam cautionem admitti debet: cum & ipse ad impossibile astringi non possit. Marsil. in l. fin. nu.22.ff. de iurisd. Rol. cons.43. nu.22. vol.2. And. Gail. lib.1. obseruat.26.nu.2. Ant.Hering.de fideiuss. c.18.nu.96.dicemus infra lim.14.

Cæterum præsens conclusio, quod per impotentiam quis adiutatoriam cautionem admittatur, recipit multas limitationes.

22 † Igitur primo loco limitatur in debitore, qui habuit moratoriam à Principe, seu dilationem quinquennalem miserationis causa, qui omninò fideiussorem dare tenetur de soluendo in fine termini, & nõ admittitur in eo iuratoria cautio. Rol.d.c.43. n 9 vol.2. Brun.de cessio.bõ.q.7.n.9.

23 Lim.

23 Lim. secundo, † in criminalibus, in quibus quis offerens iuratoriam cautionem non auditur: & maximè de consuetudine, secundum quam criminalibus iuratoria cautio non recipitur Bald. in Auth. hodie nouo iure. vbi Appos. C. de cust. reorum. Clar. in prax. §. fi. q. 46. vers. sed quid agendum. Nam licet regula sit, quod de iure communi, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus quis admittatur ad hanc iuratoriam cautionem. Marc. in rub. co. nu. 66. & q. 22. nu. 181. in fi. Bossi. in prax. tit de carcer. fid. committ. nu. 71. cum seqq. & ità seruari in curia Vicariæ dicit Foller. in frag. post prax. Rub. de fid. nu 265. tamen vt dictum est, secus seruatur de consuetudine. Boer. decis. 349. col. fi. vers. tamen sunt. Farin. in prax. tit. de carc.
24 & carcer. q. 33. nu. 46. † qui dicit hoc fallere in delictis leuibus.

25 Lim. tertio, † in eo, qui venit ex persona aliena, vt in tutore, procuratore, administratore, negotiorum gestore, & simili. Nam isti tales debent omninò fideiussoribus cauere, & in eis non admittitur iuratoria cautio. Ias. in l. 1. nu. 16. & 17. col. fi. vers. ex prima parte. C. de procurat. Matth. Brun. d. tract. de cessi. bonorum. quæ-
26 stio. 7. nu. 6. † Et hoc respectu cautionis de rato debet præstare fideiussores, nec auditur volens admitti ad hanc iuratoriam cautionem diximus supra, dum egimus de cautione de rato.

27 Limit. quarto, † quando iramentum est præstitum ad dilationem iudicis, secus si fuerit datum motu proprio: quia tunc iuratoriæ cautioni nō est locus Rol. cons. 65. nu. 27. volum.
28 3. † Et ideo, quando iudex procedit ex officio, & cogit ad cautionem præstandam: tunc iuratoriam dans satisfacit, secus si hoc fiat instante parte: nam tali casu iuratoria cautione, quis priuatur. Felyn. in rub. de reg. & pac. nu. 10. in secunda declaratione. Petr. à Plancha in epitome delictorum lib. 1. c. 7. nu. 2. Hercul. de caut. de non offend. cap. 7. num. 16. Rip. in rub. de dam. infect. nu. 16. quid de hoc dubitat. Prosp. Farin. in sua prax. crimin. tit. de var. & diuers. crim. quæst. 107 nu. 40.

29 Lim. 5. † quando est fideiussio de forma, & substantia actus, & sic in omnibus ijs casibus, in quibus cautio necessariò requiritur: quando enim de necessitate cautio est præstanda ex ipsius actus natura: tali casu non sufficit iuratoria cautio. l. filiusfam. in §. ijsdem Principis. ff. de leg. 1. Ias. in l. 1. nu. 12. ff. qui satisd. cog. Bello. cons. 54. nu. 6. Ioseph. Ludou. d. decis. Perus. 63. nu. 18. Rol. cons. 43. num. 8. in secundo, licet contrarium videatur firmare. nu. 34 cum seq

Ex hoc fit, quod vsusfructuarius non admittitur petens vsumfructum præstita hac cautione iuratoria: cum tali casu cautio sit de forma, & substantia vsusfructus. Guid. Pap. decis. 250. nu. 1. vbi addentes Rol. cons. 37. nu. 5. vol. 2. & cons. 92. nu. 11. vol. 1. Caball Milleloq. 526.

30 † Quod ex eo est, quia quando agitur de arctando aliquem ad aliquid dandum, vt est in vsufructuario, in quo agitur de arctando hæredes ad iem vsufructuario præstandam, tunc nunquam per impotentiam admittitur iuratoria cautio. Rolan. d cons. 43. nu. 18. vol. 2. Surd. d. decis. 141. nu 6. Et quod vsusfructuarius cum idoneo fideiussore cautionem præstare teneatur, quod proprietati læsionem non afferet, aduerit Brun. d. tractat. de cess. bon. dicta quæst. 7. nu. 5. vers-

sic.

sic.quia vbi. Et rationem illam esse
31 vult: †quia agitur de cautione necessaria.

32 † Contrarium tamen æquius videtur: quod quando vsusfructuarius, nec fideiussoribus, nec pignoribus cauere nequeat, quod tali casu admittatur ad hanc fideiussionem, & cautionem iuratoriam, benè Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 47. Emanuel Suarez. cõmu. opin litera V, nu 98. Iacob. Marchisell. Arrimin. in sylua quæst. pratic. q. 99. nu. 19. qui ex multis quos allegat, dicit hãc opinionem benigniorem, & communiorem: cũ hoc temperamento tamen, quod vsusfructuarius alias sit fide dignus: subdens alteram sententiam: quod vsusfructuarius ob paupertatem fatisdare non valens, priuetur vsufructu nimis duram, & rigorosam esse. Cepoll. caut. 71. Alex. cons. 57. in fi. de vol. 3. Ant. Hering. in suo tract. fid. c. 5. nu. 200. cũ seq. Alia posuimus in hac prima parte huius tertiæ sectionis, sub c. 19.

33 Lim. sexto, †in eo, qui sponte se obtulit, & obligauit ad satisdandum: nam volens vti beneficio huius iuratoriæ cautionis repellitur. Osasch. d. decis. Pedam. 70. nu. 4.

34 Lim. septimo, †quando quis tenetur præstare cautionem sufficientem, plenam, idoneam, & competentem: quia tunc non admittitur in eo iuratoria cautio Caball. Millel. 703. n. 2.

35 Lim. octauo, †quando potest esse consultum alio remedio vtrique parti: nam tunc cautio iuratoria denegatur, quæ semper in subsidium datur Alex. & Cast. in l. si constante. §. quoniam. ff. sol. matri. Ioseph. Ludo. d. decis. Petrus. 63. nu. 10. & 23. fusissimè Rot. d. cons. 43. nu. 49. cum seq. vol. 2. Cesar. Contrad. in l. vnica. q. 23. nu. 11. & inf. C. si à mom. poss. fuerit app. Rim. iun. in rub. de fideiuss. num. 166.

36 Limit. nono †in debitore suspecto de fuga, qui ad hanc cautionem iuratoriam non admittitur. Brun. d. tract. de cess bon. quæst. 7. nu. 9. circa medium Bero. quæst. 76. num. 3. Bernab. Cornaz. decis. Lucens. 59 nu. 17. cum alijs congestis per Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. cap. 18 nu. 117.

37 Limit. 10. †quando quis vult aliquid ab aliquo consequi: nam tunc non sufficit iuratoria cautio. Put. decis. 117. lib. 1. vt infra lim. 12. & supra num. 30.

38 Limit. 11. †quando cautio fideiussoria non potest præstari propter malos, & corruptos mores eius, qui præstare tenetur, eo quia ob dictos malos, prauos, & corruptos mores fideiussores inuenire nequit Vincen. de Franc. decis. 317. nu 8. part. 2. & ideo
39 quando is, a quo petitur †cautio, est persona multum suspecta, eo quia scandolosus, rixosus, & malæ conditionis, & famæ, & talis, quòd valdè timendum sit de eo, ne offenderet, nam tunc petens admitti ad hoc beneficium non auditur, etiam quod obligationẽ iuratoriam fecerit. Rip. in rub de dam. infect. nu. 11. Clar. in prax. quæst. 37. nu. 5. vers. sed quæro, qui dicit, quod isti tales mittuntur in exilium si cum fideiussoribus obligationem non faciunt. Hercul. de caut. de non offend c. 4. num. 4. & 6. vers. 6. declaratur. Vulp. de promiss. de non offend. ca. 77 nu. 3. & 4. Bal. in Auth. cui relictum. nu. 9. C. de indict. vid. to l. Anton. Sol. loq. 77. Corr. in suis memo. in verb. cautio cum fideiussione, & in verbo paupertas excusat vers. & ille. Contard. in l. diffamati. ca. 4. nu. 135. C. de ingenius, & manum.

num.& in l.unica.quæstio.23.nu.14. & 15. C.si à moment.poss. Bello.cap. 54 nu 5 Cæcialup. de debit.suspect. quæst.11.nu.9. Gail obseru.47.nu.9. Mising. obser.11.nu.2. Iaso. in l.1.in 7 lim.ff.qui satisd.cog. Cano.in l.qua fronte de app. cum alijs quos cumulat. Ant. Hering.tract.de fideiuss.cap. 18.nu.109.& dicemus infra limit.14.

40 Limit.12.† quando agitur de arctando aliquem ad dandum: nam tũc cautio iuratoria nõ conceditur. Suid. d.decis.141.nu.6. & posuimus supra in 10.lim.& etiam in quinta.

41 Limit.13.† quando petens iuratoriam cautionem, & eam aliàs præstiterit, & fuit effectus periurus, eo quia non seruauit promissa per eum Marsil. tub. ce. quæstio. 22. nu.167. Ant. Hering. de fideiuss. cap.18. nu. 114.qui dicit de illo,qui contrauenit contractui duplici, vel triplici iuramento munito, vel sigillo, aut manu propria firmato, quod cadat ab hoc beneficio.

42 Limit.14.† in forensibus: Nam forenses non inuenientes fideiussores non admittuntur ad hanc cautionem iuratoriam. Batt. & alij in l. sed & si susceperit. ff. de iud. Fely in tub. de treg.& pac.in 4. declaratione,& maximè quando forensis est vagabundus,& de eo timetur, ne alium offendat,secus si non est vagabundus, & solitus conuersari in loco, vbi de eo timetur: quia poterit ad cauendum cogi, si de eo suspicio adsit. Fatin.in sua praxi crimin.tit.de var.& diuers. crim. quæst. 107. nu.42. & diximus supra ampl.7.

43 Limit.15.† quando ex aliqua iusta causa cõtrarium iudici visum fuerit:nam an, & quando quis admittatur ad iuratoriam cautionem hoc totum iudicis religioni relinquitur. Bald.consil.176.nu.2. uolum. 1. Anto. Gom. de delict. ca.6. nu.17. Moron. de treg.& pac. q.17c.nu.3. Menoc.de arb.iud.lib.2.cas.140.nu.2.& 140.el secundo,nu.6.Hercul.de caut. de non offend.ca.4. nu.5.& 7.& cap. 5. nu.3. Vulp. de promiss.de non offend. cap.77.nu. 3. quos recenset, & sequitur Farinac. in sua prax. tit. de var.& diuers.crim.ca.107.nu.39.

44 Limit.16.† in causis criminalibus in quibus fuit appellatum: nam in ijs etiam data impotentia, quis à carceribus non est suo iuramento relaxandus.l. eos. §. super his. & l. minimè. C. de appellat. Adde quæ habentur supra limitatione 2.

45 Limit. 17.† in contumace in non parendo iudici talis enim beneficium iuratoriæ cautionis perdit. glos. & Bald. in Auth. qui iurat. C. de bon. auth.iud. possid. Iaso.in l.1.colum.penul. versic.3. fallit. ff.qui satisd.cog. Marant.in Specul. par.6. tit. de contumac.nu.23.

46 Limit.18.† in eo,qui à bonis cecidit aduersa fortuna,& casu, & citra dolum: puta quia aduersarius eum bonis spoliauit: secus est si facto, dolo, & culpa sua quis fuerit effectus pauper: quia talis commodum iuratoriæ fideiussionis implorans nõ auditur. Marsil. tub.ce.nu.166.cum seq. Iaso.in l.1.nu.23.ff.qui satisd.cog.Bocci.cons.1.nu.18.19.20.22.& 25.Medic.de cas.fortuit.par.2.q.4. num.23. Milis. in repertor. in littera F. nu.11.

47 Limit.19.† in hærede,qui nõ vult, aut non potest satisdare de soluendo legato aduenière die nam tali casu legatarius mittitur in possessionem,nec hæres cautionem iuratoriam offerendo recipitur. l. filius fam. in §. idem

Princeps.

Princeps. ff. de leg. 1. Fab. in §. is quoque inst. de act. Ant. Hering. de fideiuss. cap. 18. num. 106.

48 Limit. 20. † quando est quæstio de grandi, & magno ære alieno, ob quòd quis detinetur: nam tunc iuratoriæ cautioni non est standum. Alex. cons. 68. nu. 10. Ceph. cons. 384. nu. 6. vol. 3. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. capit. 18. num. 113.

49 Limit. 21. † in relaxatione Arresti, in qua quis nō auditur volens ad cautionem iuratoriam recipi. Andr. Gail. de arresto Imperij. c. 3. nu. 10. Cuius cōtrarium sequi in sequestro inquit Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 18. num. 106. & 107.

50 Limit. † multis alijs modis, in quibus, etiam data impossibilitate, iuratoria cautio denegatur, quos ponunt. Bal. in d. Auth. cui relictum. C. de indict. vid. toll. Las. in l. 1. num. 23. ff. qui satisd. cog. vbi recēset casus 24. Bauer. de effect. iuramēti. art. 67. Cabal. Milleloq. 706. Vinc. Cartocc. in tract. de oblat. par. 2. q. 10. num. 18. & infra.

51 Et quomodo † in proposito probetur impotentia: & ad eam iustificandam, an sufficiat iuramentum videatur Osasch. d. decis. Pedam. 70. nu. 6. & quòd non tantū debeat probari im-

52 potentia: † verum etiam quòd debitor fecerit diligentias de reperiendo fideiussorem, & non inuenerit, voluere. Bart. in l. qui commeatus. ff. de re milit. Felyn. in c. ex transmissa de præscript. Cott. in suis mem. in verb. iuramentum. Cōtard. in l. vnica. q. 23. nu. 5. & 6. C. si à mom. pos. fuer. app. Clar. in prax. §. fin. q. 46. nu. 15. Eman. Suarez. com. opin. littera F. nu. 159. Carp. ad Statut. Mediol. p. 1. c. 44. nu. 56. 57. & 58. & facit glo. in l. 1. in verbo fideiussorib. ff. qui satisd. cog. & allegantur tex. in l. 3. in §. 1. ff. de iureiuran. & Auth. genetaliter. C. de Episc. & cler. & bene hoc dictum explicant. Rol. d. cons. 43. nu. 5. vol. 2. & Sutd. d. decis. 141. num. 2.

53 Itidem huius † iuratoriæ cautionis, quæ formula seruanda sit recenset Asin. in sua prax. iud. §. 31. c. 2. ampliat. 9. num. 9. qui dicit eam esse videlicet iure fideiussorem inuenire non posse, & quicquid oppotunum est me facturum.

54 Et an petens † exequutionem sententiæ, quando potest supplicari, admittatur offerendo hāc cautionem iuratoriam, videantur quæ adnotauimus supra sub c. 13. aliàs 4. vbi diximus articulum istum controuersum, & fœdere distinctionis à Doctoribus reconciliari ostendimus.

SVMMARIVM.

1 *Cautio vsurarij manifesti, & legalis, & conuentionalis est.*

2 *Vsurarius manifestus actiua testamēti factione priuatur: si vsuras non restituit, vel saltem (quando realem restitutionem facere non potest) si non idoneè cauit cum fideiussoribus, vel pignoribus de eis restituēdis ijs, à quibus eas extorsit, & ipsis non præsentibus alijs quorum interest, aut pauperibus in defectum omnium.*

3 *Vsurarius manifestus vsuras in vita restituere tenetur ijs, qui eas soluerunt, vel idoneè cum fideiussoribus, & pignoribus cauere de eas restituendo: aliàs testamentum per eum factum non valet, etiam quòd in testamento suo eas specificè etiam earum certa quantitate expressa restitui mandet.*

4 *Cautio ista, quam præstat usurarius debet præstari ijs, qui vsuras soluerunt*

& ipsis absentibus alijs, quibus quæritur dicta actio: & in eorundem defectum ordinario loci, vel eius Vicario, aut Rectori Parrochiæ, vbi vsurarius inhabitat ad præsentiam testium, vel tabellionis.

5 *Cautio ista non est satis quòd sit nuda: sed debet esse cum fideiussoribus, vel pignoribus.*

6 *Cautione in hac danda debet exprimi quantitas certa: de qua si non constat, eius liquidatio, & taxatio arbitrio recipientis moderanda est.*

7 *Testamẽtum vsurarij manifesti ad hoc vt valeat requiritur, vel quod in vita vsuras restituat, aut data in eo impotentia, quod cum fideiussoribus, & pignoribus idoneè caueat de eas restituendo.*

8 *Quod procedit etiam quòd vsurarius habeat à Papa liberam, & absolutam facultatem testandi.*

9 *Et etiam quod pro anima, & ad pias causas testetur, vt etiam quod post eius mortem ipso contrito, & penitente præsletur ista cautio.*

10 *Vt pariter quando tempore conditi testamenti vsuras dimisisset, modo per antea eas exercuisset.*

11 *Eodem modo, quando antea vsurarius fuit, & tempore testamenti cessauerit modo condito testamẽto redeundo ad vomitum iterum eas exercuerit.*

12 *Idem quando dat fideiussores, vel pignora, sed non idonea, & sufficientia.*

13 *Idem, quod pro anima, & pio loco leget, modo non ostenderit manifesta contritionis, & penitentiæ signa.*

14 *Idem in vsura palliata, & ficta.*

15 *Idem in legatis, Codicillis, Donationibus causa mortis, & donationibus inter vivos omnium bonorum.*

16 *Idem, in terris imperij.*

17 *Idem in usurario post testamentum factum secreto usuras exercente.*

18 *Vsurarius manifestus si post testamentum fuit effectus usurarius, ita quòd per prius non esset, eius testamentum valet.*

19 *Idem, quando post factum testamentum idoneè cum fideiussoribus, vel pignoribus cauit.*

20 *Idem quando usuras restituendas deposuit, cum hoc tamen, quòd depositum sit liberum.*

21 *Idem quando uiuens obtulit cautionẽ, quæ demum eo defuncto statim per eius hæredes præstita fuit.*

22 *Idem quando hæredes usurarij usuras restituunt, nam tali casu testamentum usurarij reconualescit.*

23 *Idem quando fuit facta usurarum remissio, & condonatio.*

24 *Idem quando legat aliquid pro restitutione ablatorum, cum hoc tamen, quod legatum ablatis æquualeat.*

25 *Idem si usurarius resignat omnia sua bona Episcopo.*

26 *Idem quando in usurario sunt signa euidentia, & indubitabilia pœnitentiæ, & contritionis, & pro malè ablatis fecerit relictum pium, cum hoc tamen, quod habeat speciem relicti pij, & non puri, & simplicis legati.*

27 *Idem in usurario, quod post eius mortem constituit procuratorem ad præstandam hanc cautionem.*

28 *Item in testamento Iudæi.*

29 *Idem in usurario occulto.*

30 *Fideiussor usurarij non tenetur ultras uires hæreditarias usurarij.*

31 *Quomodo, & coram quibus sit præstanda hæc cautio remissiuè.*

32 *Dispositio c. quamquam de usur. in 6. an sit odiosa, uel fauorabilis.*

De

De vsurarij manifesti cautione: & de materia cap. quamquam de vsur. in sexto.

CAP. XXVI. aliàs 36.

1 VIgesimasexta cautio † legalis, & conuentionalis insimul: est illa, quàm præstat vsurarius manifestus: Nam vsurarius manifestus actiua testamẽti factione priuatur si vsuras non restituit: vel sufficientem cautionem non præstat cum fideiussoribus: vel pignoribus (quando tealem restitutionem facere non potest) de restituendis vsuris ijs, à quibus extorsit si præsentes sunt, aliàs ijs, quibus quæri possunt, vel pauperibus est, ex. in c. quamquam de vsur. in 6.

Et aduertatur quod forma d. cap. quamquam talis est.

3 Primò vt fiat † in vita vsuratũ restitutio, vel præstetur cautio cum pignoribus, vel fideiussoribus idonea de restituendo in vita ijs, qui eas soluerunt. Cast. cons. 39. num. 13. vol. 3. secundum vltimam impressionem nec sufficit, quòd testator in suo testamẽto præcipiat vsuras restitui expressa certa quantitate, vel non expressa, nisi prius fiat restitutio, vel idoneè caueatur de restituẽdo hoc modo, videlicet.

4 Primò, † quod præstetur cautio illis, quib. debet fieri restitutio si sunt præsentes: vel alijs personis, quibus quæritur directa actio: de quibus in d. c. quamquam per glos. in verb. possent: & istis personis absentibus Episcopo loci, vel eius Vicario, seu Rectori Parrochiæ, in qua testator vsurarius inhabitat, præsẽtibus aliquibus personis fide dignis de ipsius Parrochia, vel tabellione de ipsius Episcopi commissione, & mandato.

5 Secundò, quod cautio sit sufficiẽs, & idonea cum fideiussoribus, vel pignoribus, & non sufficit nuda cautio. l. si mandato Titij in §. fin. vbi glos. ff. mand. l. 4. §. si sub cõditione. ff. de fideicom. lib. 1. sancimus, vbi glos. C. de verb. sign. gl. in c. felicis in verbo idoneè de pœn. in 6. & glos. in cap. fin. de sent. excommun.

6 Tertiò debet in cautione exprimi quantitas certa, si de hoc manifestè apparet: aliàs exprimi, & moderati arbitrio recipientis illam. vt habetur in d. cap. quamquam. vbi hoc aduertunt scribentes.

Et vt clarius materia ista intelligatur, quæ satis cõfusè à doctoribus venit explicata. Pro eius dilucidatione constituenda est conclusio cum ampliationibus, & limitationibus.

7 Igitur testamentum vsurarij manifesti ad hoc, vt valeat necesse est: quod vsurarius, vel in vita restituat vsuras: vel saltem caueat de eas restituẽdo cum fideiussoribus, vel pignoribus: aliàs testamentum ipsius est ipso iure nullum: d. c. quâquam vbi gl. in verbo mãdauerit. gl. etiam in clem. eos. de vsur. & in c. quia nobis. vbi Bero. num. 52. cum seqq. de vsur.

8 Ampl. hęc † conclusio primo etiam quod vsurarius manifestus obtinuerit à Papa facultatem, & licentiam testãdi: Nam etiam adhuc non poterit testari: nisi restitutis vsuris, vel præstita fideiussione in vita aut datis pignoribus de usuris restituendis Zibar. cons. 91. Bal. in l. si quando num. 2. C. de inoffic. testam. Bened. Capr. reg. 103. num. 154. cum seqq. Ceph. cons. 402. num. 1. volum. 3. Alex. cons. 6. num. 9. lib. 6. qui hoc extendit etiam quod in licentia dicatur, quod usurarius liberè testari possit.

9 Ampliat. secũdo, etiam † quod pro anima, & ad pias causas testetur, & etiam quòd post mortem ipsius ipso pœnitente, & contrito præstetur cautio: nam etiam tali casu testamentum non valet, nec recõualescit. d.c. quamquam glos. in clem. 1. in verbo manifestus. de sepult. Bald. in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. & in l. hæredibus. C. de test. Capr. d. reg. 103. num. 141. infra ampliatione 5. quod declara vt inf. lim. 9.

Contrarium tamen tenuerunt Bar. in l. filio prætetito. ff. de iniust. rupt. Ioan. And. Anch. Bald. Egid. Dom. & alij in d. cap. quamquam. Io. Andr. & Zab. in clem. 1. de vsur. Cap. d. reg. 103. num. 154. qui dicit hanc magis communem opinionem, etiam quòd occultè ad vsurarium exercitium nõ redierit. Bal. in l. executorii. C. de execu. rei iud. & in l. 1. C. de sacrosanct. eccl. Anchar. & Imol. in c. quia interest. de testam. Fed. de Sen. cons. 7.

10 Ampl. tertio, etiam quod vsurarius tempore cõditi testamenti vsuras dimisisset: modo per ante eas exercuisset: nam nihilominus eius testamentum non valet. Couar. var. resol. lib. 3. c. 3. nu. 3. vers. nono præmittendum.

11 Ampl. quarto: † si per antea fuit vsurarius, & tempore conditi testamenti cessauit, si demum conditio testamento redit ad vomitum, eius testamentum non subsistit. Capr. d. reg. 103. nu. 159. Couar. var. resolu. d. c. 3. num. 9. vers. vndecimo si quis.

12 Ampl. quinto, quãdo vsurarius dat cautionem absque fideiussoribus, vel pignotibus: nam tali casu etiam testamentum ipsius non valet. Cald. consil. 17. num. 1. vers. his non obstantibus, de vsur. Couar. d. lib. 3. var. resol. c. 3. nu. 6. qui dicit idem esse si dat fideiussores: sed non idoneos: & maximè, quando bona vsurarij manifesti pro vsurarum restitutione non sufficerent: cum paria sint non satisdare, vel non idoneos fideiussores dare.

13 Ampl. sexto, † etiam quod leget: pro anima, vel pro pio loco: nam adhuc eius testamentum nõ valet. Abb. in c. super eo. nu. 1. de vsur. Ias. in l. 1. nu. 25. C. de Sacrosanct. eccl. Couar. d. c. 3. num. 3. nisi vsurarius ostenderit signa contritionis. Capr. d. reg 103. nu. 163.

14 Ampl. septimo, † vt eo quamquam non tantum procedat in vsura vera, & propria, uerumetiam in palliata, & fictitia. Couar. d. c. 3. nu. 9. vers. octauo non tamen obtinet.

15 Ampl. octauo, † vt non tãtum vsurarius manifestus non possit testari, ac legare, nisi fideiussores de restituendis vsuris præstiterit: uerumetiam codicillari, & causa mortis donare. Felyn. in repertorio lecturarum in uerbo vsurarius manifestus. Bald. consil. 294. num. 1. in 2. par. Couar. d. cap. 3. num. 9. vers. quinto idem erit. & vers. sexto eadem prohibitio. Curt. iun. in l. eius, qui in prouinciam num 4. ff. si cert. per. Clar. de donat. quæst. 7. Viui. commun. opin. lib. 1. opin. 443. Suarez. qui dicit cõmunem in suis commun. opin. vers. usurias. nu. 86. & 87. qui hoc dictum nõnullis modis limitat. Lapus alleg. 125. ludi nomine: qui id extẽdit ad quamlibet ultimam uoluntatem. Et quod vsurarij manifesti donatio de omnibus bonis, uel maioti parte nõ ualeat, nisi caueri: de usuris restituendis, ponit Alexan. in l. discretis. num. 2. C. qui test. fac. possunt. Dilect. de art. test. tit. 1. qui non habẽt testamenti factionem. nu. 2 qui dicit cõmunem: & in specie, quod vsurarius nõ possit causa mortis donare, nisi præstita dicta fideiussione de usuris

restituendis, sive fiat in testamento, & codicillis, sive separatim, & de per se, tenent Bald. in l. hæredes palam. in §. fi. ff. de testam. & in l. sequum. C. qui test. fac. poss. Bald. cons. 294. sibi contrarius. lib. 2. Lapus. d. allcg. 125. Laurent. de Rodulph. de vsur. quæst. 10. Ioan. Andr. in c. quia in omnibus, de vsur. Dec. sibi cõtrarius. in d. l discretis. vbi Alexan. qui dicit communem. Dilect. de arr. test. tit. 1. caut. 7. Soci. in l. 2. vbi Ruin. ff. de leg 1.

Contrarium, quod immo in donatione inter viuos, nõ habeat locum dispositio. d. cap. quamquam, tenet Bal. consilio 198. quæritur. lib. 2. Dilect. d. caut. 7.

Et in donatione causa mortis, quod eam vsurarius absque dicta cautione facere possit, voluerunt Bald. in l. executorem. C. de execu. rei iudic. & consilio 298. vol. 2. Rom. & Imo. in l. tamis, in princip. ff. de donat. causa morr. Cast. cons. 283. in antiquissimis. Capr. cons. 92. circa fi. Prob. in add. ad Monach. in d. cap. quamquam. Guliel. de Bened in cap. Raynutius in versic. testamentum, de testam. Rip. in l. 2. nu. 7. ff. de leg. 1. qui dicit communem, vbi Soc. iun. num. 22. & ratio illa allegatur: quia c. quamquam loquitur in testamento, ergo tamquam pœnale, & odiosum, non potest porrigi ad donationem causa mortis, quæ contractibus adæquatur, secundum Rip. in d. l. 2. num. 10.

16 Amp. nono, † vt dispositio c. quamquam de vsur. in sexto, nõ tantum habeat locum in terris Ecclesiæ, verum etiam in terris imperij. Bal. cons. 128. num. 5. in 3. par. qui huius dicti optimam rationem adducit: nam inquit hoc ideo esse, quia concernit peccatũ, & animam: & in concernentibus peccatum, & animam vbicunque locorum statur iuri canonico.

17 Ampl. decimo, † in vsurario, qui tempore testamenti idoneè cauit, & post testamẽtum secretè vsuras commisit: nam istius vsurarij testamentum nullum esse asseruerunt Bal. cõs. 164. num. 1. & 4. in 2. par. & in l executorem, nu. 28. C. de execut. rei iud. Ang. cons. 10. nu. 9. Couar. var. resol. d. c. 3. vers. duodecimo quamuis.

18 Limit. modo primo † huiusmodi conclusio: quando quis condito testamento fuerit effectus vsurarius, ità quod prius non esset: nam testamentum huius talis valere vult. Capr. d. reg. 103. num. 162.

19 Lim. secundo, † in vsurario, qui nec restituit, nec cauit, & fecit testamentum, sed post testamentum factum præstat cautionem: nam huius vsurarij testamentum valere firmarunt Felyn. in cap. cum dilectus. nu. 3. de accusat. Gabriel. de test. concluf. 3. Couar. d. lib. 3. var. resolut. cap. 3. num. 9. versic. duodecimo hoc: qui dicunt communem.

20 Limit. tertio, † quando vsurarius vsuras extortas deposuit ad effectum eas restituendi: nam tali casu valere testamentum, modo depositum sit liberum habetur in l. acceptam. C. de vsur. & cauit. Bal. cons. 83. nu. 1. lib. 1.

21 Lim. quarto, † quãdo vsurarius obtulit cautionem, & eo moriuo pereius hæredes dicta cautio statim præstita fuit: nam tali casu esse satisfactum dispositioni. d. c. quamquam admouet. Bald. cons. 57. num. 1. vol. 5.

22 Lim. quinto, † quãdo hæredes vsurarij vsuras extortas restituunt: nam tali casu testamentum vsurarij reconualescere dixit in l. hæreditas num. 1. ff. de manum. testamento. Bald.

23 Lim. sexto, † quando vsurario vsuratum remissio, & condonatio facta fuit: nam tali casu testamentum vsurarij sustineri, docet Bald. cons. 449. num. 3. lib. 3. & 395. nu. 4. in 5. par. & cons. 82. num. 4. in princ.

24 Lim. septimo, † in vsurario, qui legat aliquid pro restitutione ablatorũ. Crott. cons. 194. nu. 7. in 2. par. Cutt. iun. consil. 144. num. 83. vol. 3. Capra. d. reg. 103. num. 166. qui attestantur hanc communem opinionem esse, & declarant hoc dictum verum: modo legatum æquipolleat ablatis.

25 Lim. octauo, † in resignante omnia bona sua Episcopo absque eo, quod fideiussores præstet. Ias. cons. 213. num. 10. cum seq. in 2. par.

26 Lim. & declara nono, † dispositionem d. cap. quamquam, vt non procedat: quando in vsurario ipso sunt manifesta contritionis, & pœnitentiæ signa, tunc enim poterit testari, & facere relicta ad pias causas, vt etiam certis personis pro restitutione vsurarũ, & malè ablatorum: puta pauperibus Christianis relinquere. Lapus d. alleg. 125. Domin. in d. cap. quamquam, vbi Io. And. qui loquuntur cum hoc moderamine, quod relictũ pium habeat speciem, & colorem restitutionis: secus si haberet vim simplicis, & puri relicti: nam tali casu huiusmodi relicta non subsistũt. Anch. in d. c. quamquam. Capr. reg. 167. & 163.

Contrariari tamen huic limitationi videtur præcisa dispositio d. c. quãquam, quod dat formam vt restituat, vel caueat, & subdit non sufficere: si testator mãdet restitui, vnde non erũt satis contritionis, & pœnitentiæ signa.

27 Lim. decimo, † quando vsurarius decessit nulla præstita cautione: dimisso tamen procuratore ad eam præstandam post mortem: Nam ea demum præstita iustificatur testamentum. Card. in cap. significauerunt, de test. & in clem. 1. ç. 23. de sepult. Dilect. d. nu. Cautela septima. Felyn. in c. ad hæc, de rescrip. & in cap. quoniam frequentet, vt lit. non contest. dicunt communem. Card. & Anch. inter cõs. Card. cons. 40. in facto aliàs prædictæ.

28 Limit. 11. † in testamento Iudæi. Dilect. d. caut. 7. Attet. cons. 158. copiosè. de secũdo dubio, & in hoc sunt melioris conditionis, quam Christiani. Alex. consil. 3. in causa, & lite lib. 2. Socin. cons. 62. in præsenti consultatione, & cons. 70. in principio. Imol. cons. 1. in fi. cum seq. Corn. cons. 114. licet primo. par. 1.

29 Limit. 12. † in vsurario occulto: nam dispositio d. c. quamquam procedit in vsurario manifesto, vt loquitur tex. ad litteram, in dicto c. quamquam.

30 Et aduertatur: quod fideiussor pro vsurario, non tenetur vltra vires hæreditarias vsurarij. Ioan. And. in add. ad Spec. tit. de fideiuss. §. 1. vers. illud autem, in verbo constituius. Laurent. de Rodulph. de vsur. q. 73. num. 99. in 2. parte.

31 † Et quomodo, & coram quibus sit præstanda hæc cautio, ad hoc, vt canonicè præstita esse dicatur, aduertunt Bald. in d. l. executorem. num. 11. C. de execut. rei iud. cons. 164. num. 6. cum seqq. in 2. par. & cons. 128. num. 3. in 3. par. qui dicit non sufficere, quod præsteturcoram honestis viris.

32 † Et an dispositio. c. quamquam sit fauorabilis, & odiosa, ponunt Bald. cons. 298. num. 2. in 2. par. Couar. var. resol. d. lib. 3. cap. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cautio tacita sic dicta, quia à lege tacitè subintellecta, & introducta; Est quando l. fingit promissionem, & obligationem quæ verè non interuenit.*

2 *Hæc cautio impropria fideiussio est.*

3 *Et in ea non est necesse, quod interueniat stipulatio.*

Exempla eius sunt multa.

4 *Primum in hærede tutoris, quem l. pro testatore obligatum esse vult.*

5 *Secundum in patre, qui dicitur quasi fideiussor filij in omni eius peculio.*

6 *Tertium in omnibus casibus, in quibus stipulatio interuenisse dicitur etiam absq; præcedente interrogatione, & subsequente responsione.*

7 *Quartum in eo, qui patitur nomen sui adnotari, & describi in actis curiæ, & pro fideiussori nominari, & non contradicit.*

8 *Quintum in duobus reis debendi, & promittendi, qui inter se fideiussisse censentur.*

9 *Sextum in Domino, qui dicitur quasi fideiussor serui.*

De fideiussione tacita.

CAP. XXVII. aliàs 37.

1 VIgesima septima est cautio. † Tacita, quæ tacita, & à lege subintellecta, & introducta dicitur. Et est illa, in qua lex præsupponit, & fingit promissionem, & obligationē. etiam quod non interueniant, promissio, stipulatio, & obligatio: & hac † de causa impropria fideiussio dicitur. Nam alij sunt uerè fideiussores, qui uerbis per ueram stipulationem obligantur: alij ficti, qui sine stipulatione intercedūt: qui non propriè fideiussores: sed uicē fideiussorum sustinent. Et quod in

3 † hac cautione tacita non sit necessaria stipulatio cum lex eam fingat, & præsupponat, uoluerunt Bart. in Auth. de fideiuss. in rub. num. 7. & in l. 5. §. satis acceptio. num. 1. ubi Ias. nu. 2. in fin. ff. de uerb. obl. Card. Māt. de tac. & ambig. conuent. par. 2. lib. 16. tit. 5. nu. 9.

Exempla huius cautionis assignantur multa.

4 Primum est † in hærede tutoris, quem lex pro tutore obligatum esse disponit.

5 Secundum datur in patre, † qui dicitur quasi fideiussor filij in omni eius peculio.

6 Tertiū exemplum affertur in † omnibus casibus in quibus inducitur stipulatio absque præcedenti interrogatione, & subsequenti responsiuè, de quibus per Bart. in l. 1. num. 2. ubi Ias. nu. 5. ff de uerb. oblig. Bald. cons. 309. decreti mag. in princ. lib. 5.

7 Quartum etiam † exemplum traditur, quod ex proximo præcedenti resultat, Quando fideiussor patitur nomen suum poni, & describi in actis curiæ à notario pro fideiussore alicuius, & incontinenti non contradicit: licet expressè non dicat promitto, & fideiubeo. Bart. in l. cū ostendimus in §. fi ff. de fideiussor. ubi Ruin. nu. 11. Ang. de Malef. in gl. pro quibus Ant. fideiussit nu. 12. Alber. de testi. in rub. qui test. non cog. testi. nu. 129. & quod quando fideiussio fit in iudicio valeat absque stipulatione, & hoc: quia calor iudicij id operatur tenent. Ias. in l. pacta nouissima. col. 3. num. 8. in 3. not. C. de pact. ubi dicit quod acta in iudicio præsumuntur rectè, ritè, & solemniter facta. Alex. in l. 1. in §. fi. in fin. ff. sol. matr. nam tali casu habetur, ac si stipulatio interuenisset. Capr. tol. 58. num. 18.

Et ista regula quod qui patitur se describi in actis Curiæ obligetur procedit etiam quòd sint Ecclesia pupillus, & fiscus Bald. in d.l. cum ostendimus, in §. fin. qui hoc limitat: nisi fuerit iudici protestatum Petr. Gerard. sing. 57. & diximus inf. in 2. par. sect. 3. cap. 5. num. 17.

8 Quintum † exemplum sit in duobus reis promittẽdi: qui respectu creditoris sibi ipsis inuicem fideiussisse censentur si hoc inter eos actum sit. l. reos. in princ. ff. de duobus reis, vel si color obligationis quæsitus fuerit, l. sed Iulianum, in § 1. ff ad Maced. Bar. in d.l. reos num. 1. vers. si ergo quæritis, & in Authent. hoc ita num 68. dicto tit. C. de duobus reis, & hoc respectu etiam isti ficti, & impropri fideiussores dicunt Bald. in l. si diuisa. C. loc. de hoc exemplo latè diximus infra in secunda parte sectione 4. in cap. 41.

Sextum † exemplum circumfertur in domino, qui dicitur quasi fideiussor serui. Bar. in Auth. eo. num. 7. & in l. 5. §. satis acceptio num. 1. vbi Ias. nu. 2. ff. de verborum oblig. & not. in l. mortuo. ff. eo. & circa hoc exemplum multa alia adnotauimus supra in prin. huius primæ par. in euidentialib. euidentiali quarto. sect. 1. versic. quintum exemplum datur.

Primus ex prohibitis alienare extra familiam teoetur cauere de restituendo sequentibus ordine successiuo; aliàs non conceditur res, sed aduenientе casu vendicatur.

CAP. XXVIII. aliàs 38.

REs alienata extra familiam contra prohibitionẽ testatoris, te- uocarut per omnes de familia ordine successiuo. Sed primus caret de restituendo sequẽtibus; & si cautio omittatur non condicitur res, sed casu eueniente vendicatur. Bart. io l. peto. in §. fratre. in summatio. ff. de leg. 2.

Quando est dubium, cui, vel quibus solutio facienda sit: tunc, vel citatis partibus depositum faciendum est, vel præstanda est cautio de soluendo cui, vel quibus de iure.

CAP. XXIX. aliàs 39.

QVando inter duos, vel plures, puta emptores litigatur de re vendita: tunc interim solet colonus facere depositum citatis partibus, & collitigantibus, vel eorum alteri, vel ad minus præstare cautionem in forma depositi: facta declaratione de soluendo omne, & totum id, quod ad portionem dominicam spectabit, quibus de iure erit iudicatum. Bart in l. litibus. num. 4. C. de agric. & censit. lib. 11. Carroc. de loc. & cond. par. 2. tit. ne lit. pend. Vinc. de Franc. decis. 200. par. 1. num. 5. & 18. Io. Baptista Costa, de portio. ra:. q. 190. num. 7. in fin. qui dicit hoc idem seruandum etiam in omni casu dubio: quod præstetur cautio cum protestatione, quod consignatio non fiat, nisi illi, vel illis, cui, vel quibus per iudicem iudicatum, declaratumque erit.

SVMMARIVM.

1 *Accusator de iure communi, tenetur fideiussores præstare de accusatione prosequenda vsque ad finem, & de soluendis expensis in euentum succumbentiæ.*

2 Con-

2 *Contrarium tamen de consuetudine per totam Italiam seruatur.*

3 *Homines ad accusandum allici debent, ne delicta impunita remaneant.*

De Fideiussore accusatoris.

CAP. XXX. aliàs 40.

1 ACcusator de † iure communi, tenetur fideiussores præstare de accusatione prosequenda vsque ad finem, necnon de soluendis expensis in euentum succumbentiæ. Ang. Arrer. in suo tract. de malefic. in verbo, & ad querelam Titij. num. 8.

2 Cæterum hoc de consuetudine per
3 totam Italiam non seruatur: † & hoc vt homines ad accusandum eò magis inuitentur, & alliciantur: ne delicta impunita remaneant. Franc. Marc. decis. 681. num. 4. par. 1. Bossi. tit. de accus. num. 4. Iul. Clar. in sua prax. §. fin. q. 18. nu. 7. Ant. Heringer. in suo tract. de fideiuss. c. 5. nu. 245. & 246. qui dicit talem cõsuetudinem, etiam in Regno Neapolitano seruari, quod accusator ad fideiussores dandos nõ teneatur, nec astringi possit.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus in duobus casibus fideiussores dare cogitur. Primo post litis contestationem. Secundo, quãdo aliquã exceptionem dilatoriã opposuit.*

An accusatus cauere, & fideiussores præstare teneatur.

CAP. XXXI. aliàs 41.

IN hoc articulo, an accusatus fideiussores præstare cogatur: Lucas de Penna, in l. hac salubertima. nu. 1. C. de agent. in reb. lib. 12. vtitur hac distinctione: aut reus nõdum est carceratus, nec etiam carcerandus, vel si carceratus à vinculis liberatus fuit: quia fortè pœna pecuniaria tantũ veniebat plectendus: & si reus, & accusatus cõpareat, & recepto libello vult statim litem cõtestari. & tali casu vult Lucas de Penna quod post litem contestatam ipse fideiussores dare teneatur. Aut & secundo ipse accusatus aliquam exceptionem dilatoriam opponit: & tunc statim oblato libello ad fideiussoriam cautionem, etiam astringendus est. Et maximè si crimẽ sit arduum, & capitale. Archid. in c. quisquis. 2. q. 8. vt etiam, quando persona esset suspecta. l. si fideiussor. in § fin. ff. qui satisd. cog. ita etiam distinguendo resoluit hanc hæsitationem Ant. Hering. de fideiuss. cap. 5. nu. 264.

Ripam muniens, cauere, vel satisdare tenetur.

CAP. XXXII. aliàs 42.

QVando quis vult Ripam munire debet cauere, vel satisdare, & sic secundum qualitatem personarum modo nuda cautio sufficit. aliquando verò exigitur satisdatio cum fideiussorib. l. vnica. §. is autem. ff. de Rip. munic. l. 1. §. stipulatio itaque. cum §. seq. ff. de Prætor. stipulat. vbi in publicis, priuatisque operibus satisdandum, repromittendumq; est.

Arrogator impuberis, an fideiussores dare teneatur.

CAP. XXXIII. aliàs 43.

ARrogator non aliter ad arrogationem pupilli admittitur, nisi in ipso actu arrogationis caueat se restituturum ea, quæ ex bonis impuberis

beris cõsequutus fuerit, illis, ad quos res peruẽturæ essent, si arrogatus permansisset in suo statu. l. non aliter cum ll. seqq ff. de adopt. §. cum autem impubes. instit. de adopt. & talis cautio cum fideiussoribus esse debet. l. 2. C. de adopt. l. nec ei permittitur. ff. de adoptio.

SVMMARIVM.

1 *Libertus se operas præstaturum cauere cum fideiussoribus tenetur.*
2 *Qui alienas operas promittit, pro his præstandis etiam fideiussores dare debet.*
3 *Exceptio liberti, etiam eius fideiussoris est.*
4 *Mora liberti, etiã eius fideiussori nocet.*

Libertus fideiussores se operas præstaturum dare tenetur.

CAP. XXXIV. aliàs 44.

1 LIbertus, qui, vbi se operas præstaturum iurauit, etiam fideiussoris datione onerari solet. l. 8. §. 1 ff. de
2 oper. lib. Nã qui †alienas operas promittit, etiam pro eis præstandis fideiussores dare potest. l. nemo. ff. de ducbus reis. l. in stipulationibus, in §. operarum. ff. de verb. oblig. & †ideo exceptio competens liberto, competit eius
3 fideiussori, l. qui libertinus. in §. fin.
4 ff. de oper. lib. sicut etiam † mora liberti obstat eius fideiussori. l. si libertus moram. ff. de oper. lib.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus publicanorum bona olim habebat hypothecata.*
2 *Fiscus è suis publicanis decreuit, vt fideiussores præstarentur.*
3 *Filius fa. decurio voluntate patris creatus publica vectigalia locãdo, pater, vt eius filius sor, astringi batur.*
4 *Fiscus non tantum ordinauit publicanos vectigalium posse astringi ad fideiussores dandos, verum etiam conductores rerum publicarum, agrorũque vt etiam hoc esse verum in conductoribus prædiorum particularium personarum iure sancitur.*

De publicanorum, & conductorum fideiussoribus.

CAP. XXXV. aliàs 45.

1 NOn contentus fiscus, quod in publicanorum bonis haberet hypothecam l. fideiussores §. 1. ff. de fideiuss. l. semper. in §. conductores. ff.
2 de iure immun. † etiam ordinauit, vt à publicanis idonei fideiussores præstarentur. l. locatio. in prin. & in §. debitores. & l. interdum. §. si quis professus. ff. de public. l. fideiussores, in §. 1. ff. de fideiuss. l. 2. §. penult. ff. de admnist. rerum ad ciuit. pertin.
3 Quæ † omnia adeo olim apud Romanos antiquitus obseruabantur, vt si filius fa. mil. decurio voluntate patris creatus publica vectigalia locasset praeter vt fideiussor esset astrictus l. 2. §. sed, & si vectigalia. ff. ad municip.
4 Ista non † tantum procedunt in publicanis vectigalium: verum etiam in conductoribus prædiorum particularium personarum l. amissi, in § fideiussores, & l. si à colono. ff. de fideiuss. l. quæro. ff. locat. l. is cuius interest. in fi. ff. de furt. & quod plus est etiam in conductoribus rerum publicarum, agrorumque l. 2. C. de præd. decur. lib. 10. l. qui fideiussor. ff. de re. l. 3. & l. quisquis. C. de omni agr. deser. lib 11.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Administratores omnes fideiussores dant de bene, & fideliter administrando: de reddenda ratione eorum administrationis, & de soluendo reliquatum.*
2 *Idem in curatoribus Reipub.*
3 *Idem in magistratibus.*
4 *Idem etiam in omnibus casibus, in quibus ipsi iudici, vel officio fideiussor dari solet.*

De fideiussoribus administratorum: Procuratorum rerum publicarum: Magistratuum, & aliorum.

CAP. XXXVI. aliàs 46.

1 OMnes administratores: † fideiussores præstare tenentur de benè, & fideliter administrando, & de reddenda ratione eorum administrationis, & de soluendo reliquatum. l. 2. C. de administ. rerum pub. lib. 11. l. fi. C. vt in poss. leg.

2 Idem est in curatoribus Reipublicæ l. curatores. §. ex eodem. ff. administr. rerum ad ciuit. pertin.

3 Idem pariter † est in magistratibus: nam & ipsi fideiussores dare tenentur, tot. tit. C. de Magistr. conueniend. vt denique † in omnibus casibus, in quibus ipsi dici vel officio fideiussor dari solet, de quibus est text. in l. eum pro quo quis. ff. de in ius vocan.

4

SVMMARIVM.

1 *Debitor de fuga suspectus etiam diebus feriatis capi potest etiam in quocunque loco, & etiam in actu fugæ, vt etiam quòd hæc fiant à iudice incompetenti.*
2 *Debitori de fuga suspecto non debet fieri carcer priuatus.*
3 *Debitor de fuga suspectus incarceratus, ad hoc vt à carceribus liberationem consequi possit opus est vt cautionem cum fideiussoribus præstet.*
4 *Eaque sit de iudicio sisti, & iudicatum soluendo.*
5 *Contraria tamen, quòd satis sit fideiussio de stando iuri est verior, & communior.*
6 *Prima tamen vti salubrior in praxi seruatur.*

De fideiussione debitoris de fuga suspecti præstanda.

CAP. XXXVII. aliàs 47.

1 DEbitor † de fuga suspectus cum capi possit etiam die feriato, & etiam quocunque in loco: vt etiam in casu fugæ act alis, & etiam quòd hoc fiat coram iudice incompetenti: modo

2 eidem † non fiat carcer priuatus:

3 si captus, † & incarceratus se à carceribus eximi, mancipari, & liberari cupit, opus est vt dictus debitor cautionem cum fideiussoribus præstet. l. si fideiussor in §. fi. ff. qui satisd. cog. l. si creditores ff. de rebus Auth. iud. possidend. laf. in l. vinum. nu. 3. ff. si cert. per. Rip. in c. 1. nu. 88 de iud.

4 Eaque sit de iudicio sisti, & de iudicatum soluendo: secundum communem praticam d. l. si creditores. ibi. satisdationem exigere possunt. Afflict. decis. 108. Paris. consil. 99. cum seq. volum. 2. Caccialup. de debitore suspect quæst. 9. in fi. Roland. consil. 63. lib. 3. Mising. cent. 2. obser. 65.

5 Contrarium † quod imo satis sit cautio de stando iuri, voluerunt glos. Ang. & Salyc. in l. dies festos in verbo fideiussionis. ff. de feri. not. in l.

neque

neque impubetes in §.1. ff. de in ius vocand. vbi Rom. nu.3. Socin. nu.2. Alex. nu. 1. admonet Bartol. in l. ait prætor. in §. si debitorem nu.3. & quæ in fraud. cred. Cast. cons.474 in prin. vol.1. Barnaba Cornaza. decis. Lucēs. 59.nu.15. Matchisellus Arriminensis in sylua pratic. quæst.q. 32. nu.1. & per totum, qui dicit hanc opinionem veriorem, & communiorem.

6 Quicquid tamen sit prima opinio tanquam miseris debitoribus salubrior in praxi seruatur, & ab ea tutum non est in iudicando recedere, secundum Anton. Hering. de fideiuss. cap.5.nu.43.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in diem certam, vel incertam, aut sub conditione si de fuga futura inopia, futuroque dolo suspectus sit interim ad satisdandum cog poterit.*

2 *Intellige: modo dolus, futura inopia, vel alia iusta causa post fideiussionem præstitam superuenerint: aliàs secus, si ante.*

Sed an ista habeant locum non tantum in bonæ fidei, verum etiam stricti iuris iudicijs remissiuè. nu.4.

3 *Creditori imputandum est, si se supposuit periculis, inopia, doli, vel aliæ simili causæ.*

In diem certam, vel incertam, vt etiam sub conditione debitor: de fuga, futura inopia, futuroque dolo suspectus, an ad satisdandum astringi possit.

CAP. XXXVIII. aliàs 48.

1 DEbitor in † diem certã, aut incertam, vt etiam sub conditione, si de fuga, aut futura inopia, futuroque dolo valdè suspectus sit, & de magno ære alieno, & ingenti paupertate contra eum timearut, an interim donec veneris, & cesseris, dies, & conditio fueris purificata ad satisdandum astringi possit? in resolutione huius difficultatis Doctores tali distinctione vtuntur. Aut & primo inopia, † dolus, & alia iusta causa veniunt post obligationem contractam: & iste talis debitor ad cauendum astringi poterit: modo creditor dictum debitorem sic onerosum, & suspectum prius probet. l. in omnibus. ff. de iud. Rom. sing. 646. nu.1. Caccial. de debitore suspect. quæst.3. nu.2. Afflict. decis. 279. nu.4. Bursat. consil. 84. nu.3. volum.1. Cephal. consil. 381. nu.29. volu.3. Tob. Non in §. sub conditione nu.7. inst. de verb. oblig. Barnaba Cornaz. decis. Lucens. 59. nu.4. cum seqq. Anton. Hering. de fideiuss. c.5. nu 45. & 46. aut & secundo iste debitor in diem vel sub conditione iam tempore obligationis contractę erat de fuga, dolo, & magna inopia suspectus: & iunc interim ad satisdationem dandam astringi non poterit: &

3 ratio est: quia creditori † hoc totum imputandum est: cum contraxerit cum tali homine de cuius dolo, egestateque valdè suspicabatur. l. si creditores. § planè vers. cæterum, & ibi Bartol. ff. de rebus auth. iud. possid. Boer. sing. 11. nu.3. alia posuimus supra in prima parte principali. sect. 3. in prælud. cap. 1. aliàs 10. & cap. 3. aliàs 12.

4 Sed an primus casus † procedat non tantum in bonæ fidei iudicijs: verum etiam stricti iuris satis benè explicat. Ant. Hering. d. suo tract. de fideiuss. capit. 5. à num. 50. vsque ad 79.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cedenti bonis, nec nũmus relinquitur.*
2 *Minusque vestis, qua carnes detegat.*
3 *Et si ad pinguiorem fortunam deuenerit, tenetur satisfacere creditoribus: modo ne egeat.*
4 *Imò ne eidem occasio celandi, & occultandi bona detur, debet qualitatem, & quantitatem bonorum extantium dando listam medio iuramento significare.*
5 *Cedens bonis, debet fideiussores dare de soluendo creditoribus, si deuenerit ad pinguiorem fortunam.*
6 *Cessante paupertate, cessat priuilegiũ.*
7 *Concessa ob inopiam, & paupertatem auctis facultatibus cessant.*
8 *Cedens bonis, tenetur fideiussores dare, quos si non reperit, admittitur ad iuratoriam cautionem.*

Cedens bonis ad satisfandum, an astringi possit.

CAP. XXXIX. aliàs 49.

1 CEdenti † bonis, nec nummus relinquitur. Aret. & Ias. in §. fin. 2 inst. de act. † Minusq; vestis, qua carnes detegat, quæ etiam damnatis ad mortem cõceditur. Abb. in c. Odoardus. de solu. † plus si deuenerit ad pinguiorem fortunam, non in solidum: sed quantum facere potest, & modo ne egebat, creditoribus satisfacere tenetur. l. 7. C. qui bon. ced. poss. §. fin. 4 inst. de act. Imò † ne creditores bonis cessis defraudentur, neq; cedens quicquam supprimere, aut celare queat in benè constitutis iudicijs, debet quantitatem, & qualitatem bonorum extantium medio iuramento significare. Aufred. ad Cap. Tolos. quæst. 28. in isto cedente bonis, non tantum sunt vera præmissa: verum etiam potest 5 † astringi casu, quo deuenerit ad pinguiorem fortunam deducto, ne egeat ad dandos fideiussores de soluẽdo creditoribus. d. cap. Odoardus. de solut. Menoch. de arb. cas. 183. nu. 20. & 21. Capell. Tolos. vbi Aufred. q. 61. qui dicunt, ità de consuetudine seruari: 6 & ratio est, quia cessante † paupertate, cessat priuilegium. Menoch. consil. 321. nu. 32. † & quæ conceduntur 7 propter inopiam, & necessitatem auctis facultatibus cessant. l. nõ tantum. in §. eos. in vers. facultates eorũ. ff. de excus. tut. l. cura. in §. 1. ff. de munerib. l. ab his in §. auctis. ff. de vacat. munc.

8 Declara tamen, & intellige quatenus fideiussores reperiat: aliàs, si propter eius miserabilem statũ, fideiussores reperire nequiuerit, debet admitti ad iuratoriam cautionem. gl. in c. Odoardus. de solut. & diximus supra in hac prima par. sect. 3. in prælud. cap. 34. aliàs 25. num. 8.

Maritus de dote restituenda, soluto matrimonio, ad satisfandum vxori, an & quando astringi possit.

CAP. XL. aliàs 50.

OLim maritus soluto matrimonio de dote reddenda conuentus annua, bima, trima die eam reddere poterat, & si ante nequitię suspectus fieret, de dote singulis dieb. reddenda cauere cogebatur. l. si constante. in §. quotics. ff. solut. matri. Hodie verò conuentus in id tantum, quod facere potest, propter reuerẽtiam maritalem cõdemnatur, cautione tamen ab eo exponenda, quod si ad meliorem fortunam peruenerit, etiã quod minus persoluit, hoc restituere procura-

curare velit.l.vnica. C. de rei vx.act.

Sed quid, si vxor transit ad secundas nuptias, an teneatur fideiubere pro dote conseruanda, & restituenda filijs primi matrimonij? Surd.decis. 279. ponit hanc quæstionem, & resoluit, quod sic, inquiens, quod vxor transiens ad secunda vota, fideiubet pro dote filijs primi matrimonij conseruanda. ibi.nu.4. & 14. vt aduertimus supra cap.20.aliàs 29.nu.5.

Socius socio cautionem præstare tenetur.

CAP. XLI. aliàs 51.

SOcius condemnatus, in id, quod facere potuit, socio suo cautionē præstare cogitur de eo, quod facere non potuit.l. verum. §. item videndum.ff.pro soci.

Socius finita societate de soluendis debitis in diem vel sub conditione, cautionem præstare debet.

CAP. XLII. aliàs 52.

SOcius in dissolutione societatis si nolit soluere æs alienum tenetur cauere de soluendo illud, quando dies venerit.l. omnes. cum seq.ff.pro soci. l. cum socij. ff. communi diuid. Tiraq. de retract. consang. §.1. glos. 18.nu.44.47. & 48. Surd.decis.279. num.2.

De cautione cedulæ Bancariæ.

CAP. XLIII.

CAutio bancaria præstatur ad fauorem pensionarij, ad quam se obligat aliquis idoneus mercator de soluendo pensionem: & durat triennio: cum obligatione illam renouandi, nisi intercedat resignatio beneficij quo casu resignans non tenetur stare promissis: sed statim liberatur ab obligatione resultante ex promissione cautionis bancheriæ. Flam. Paris. de resig. benef. lib.6.quæst.2.nu. 149 cum seq. Farin. in decis. per eum collectis decis. 184 & 185. Marta, qui istos refert, & sequitur de claus. claus.221.

De saluoconducto, saluaguardia, & custode commentariensi dicto.

CAP. XLIV. aliàs 54.

QVia per saluumconductum, saluam guardiam, & custodiā nos, res, & bona nostra reddimus tuta, vt etiam fit per fideiussionem, ideo non nulla hic perfunctorie de istis agemus. Igitur saluus conductus, saluaguardia, & custodia quid sint, & de eorum materia (quoniam hæc sunt vltra hoc præsens nostrum institutū) videatur Menoch. de arb. iud. lib.2. cas.336. 337. & 338. & de custodia, seu custode, alias commentariensi nuncupato, idem Menoch. de arb. iud. d. lib.2. cent.4. nu.302.

TRA-

TRACTATVS
DE FIDEIVSSORIBVS
SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.
TITVLI.

DE FIDEIVSSORIBVS CIRCA DIVERSA.

Et quod fideiussio sit accessoria principali obligationi. Et ad quid & in quantum teneatur fideiussor, vltra principalem obligationem.

Quoniam supra in Prima Parte principali huius Tractatus, enumerauimus omnes, tam Iudiciarias, quàm Conuentionales Fideiussionum species à Doctoribus sparsim relatas; restat modò in hac Secunda Parte principali (vt polliciti fuimus) circa hanc materiam, pro eius complemento: vt diuersas regulas, conclusiones, & quæstiones ponamus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoria obligatio, est accessoria principali obligationi.*
2 *Fideiussoriæ obligationis, substantia est principalis obligatio.*
3 *Fideiussor non obligatur principali non obligato ciuiliter, vel saltem naturaliter.*
4 *Fideiussor non obligatur, vbi principalis obligatio est nulla, nec quando principalis obligatio de iure non subsistit.*
5 *Fideiussor non potest molestari, nisi prius doceatur de obligatione sui principalis.*
6 *Fideiussoris obligatio, dicitur accessoria ad principalem obligationem, etiam quod fideiussor sit obligatus, vt principalis principaliter, & in solidum.*
7 *Idem etiam sit, si sit facta nouatio.*

Fideiussio est accessoria ad principalem obligationem.

CAP. I.

ITur vna inter aliàs cõclusiones, quæ à Doctoribus in hac fideiussionũ materia formantur, illa
1 est. Quod fideiussoria obligatio est accessoria principali obligationi, l.1. l.fideiusso. obligari in princ. & in §. fideiussor, & l.Græcè.§.illud.ff.eo.§. fideiussores inst. eo. Socin. iun. cons. 119.nu.23.vol.3.Pariſ.cons.162.nu.
2 25.vol.4.dum inquit: † quod substãtia fideiussionis est principalis obligatio. Bald. cons.223. primo statuto. in fi.versic.item nunquam reperitur. nu.6.vol.1.Magon.decis. Floren.57. nu.33. obligatio enim alterius, cui fideiussor accedit: est basis, & fundamentum fideiussoriæ obligationis. Bald.in l. & post rem iudicatam 7.in §.si fide-

§. si fideiussor. num. 4. vers. quia nunquam. ff. de transact. & in l. si cum exceptione. in §. labeo ait. ff. de eo, quod met. causa. Et hac ratione fideiussores accessores dicuntur. l. si fetuum 91. §.
3 nunc videamus. ff. de verb. obl. † quò fit, quod si principalis non est obligatus ciuiliter, vel saltem naturaliter, quod eius obligatio fideiussoria non valet. Alexan. cons. 159. num. 1. vol. 2.
4 † vnde si principalis obligatio est nulla, etiam fideiussoria nulla redditur. l. cum lex. ff. eo. §. fideiussores. in fi. eo. gle. in l. 1. verbo omni. ff. eo. signanter Ias. cons. 133. num. 36. vol. 4. Apposit. ad Alex. cons. 59. nu. 11. vers. accessorium. lib. 1. dum vult, quod quando cõtractus principalis irritatur aliquo speciali fauore, tunc non irritatur obligatio illi accessoria, quæ non sit æquè fauorabilis, & maximè quando obligatio principalis non est nulla, nisi ex defectu formæ, secus si ex alia causa. Magon. decis. Floren. 137. nu. 2. vers. quo stante. fideiussoria enim obligatio non tenet, quando eidem principalis obligatio de iure non subsistit. glo. in c. grauis de Cẽsibus, cum
5 concordãtijs ibidem positis. Et † ista adeò sunt vera, vt fideiussor molestari non possit: nisi prius doceatur de obligatione sui principalis. Bald. in l. si nomen vers. secundo nota. ff. de hæred. vel act. vend. Alex. in l. sciendum.
6 ff. de verb. oblig. subnu. 10. † Et in tantum fideiussoris obligatio accedit obligationi principali, & eius naturam sequitur, quod licet fideiussor se obliget, vt principalis principaliter,
7 & in solidum, † tamen eius obligatio est accessoria, etiam quod sit inducta nouatio. Bart. cons. 99. tertius. lib. 2. Alexan. d. cõs. 159. nu. 3. lib. 2. Socin. sen. in l. singularia. num. 16. & 18. ff. li cer. per. benè Put. decis. 512. nu. 3. lib. 2. Decia. resp. 72. nu. 42. vol. 2. & faciunt text. cum glo. in §. fin. in verbo moderno. in Auth. eo. licet circa hoc contrarium videatur sentire Bccci. cons. 45. nu. 49. firmans, quod fideiussores se vt principales, & in solidum obligantes non dicuntur accessorij ad principalem obligationem, nisi impropriè: sed vti duo rei debendi diiudicandi sunt: cum alienam obligationem suam faciant vt de his latius agemus hoc eodem tit. cap. 3. & 5. & sect. 6. c. 2. lim. 1. 2. 3. 4. & 5. & sect. 8. c. 7. & 20.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoria obligatio de per se non stat ex mera eius natura, sed requirit præexistentiam principalis obligationis.*

2 *Fideiussor contractus regulariter non obligatur ante principalem: valet tamen eo casu dicta fideiussio, contracta principali obligatione.*

3 *Fideiussio facta ante principalem obligationem dicitur conditionalis.*

4 *Fideiussor obligatus ante principalem obligationem, demum sequuta purificatione principalis obligationis, & non prius tenetur.*

5 *Fideiussor accedens ante principalem, uidetur conferre suam obligationem in tempus postquam principalis fuerit obligatus.*

6 *Fideiussor potest accedere futuræ obligationi.*

7 *Fideiussio potest esse ante, & post principalem obligationem, & nihilominus est propriè fideiussio.*

8 *Secus in constitutione.*

9 *Constitutor non potest se obligare nisi post principalem, fideiussor autem ante, & post.*

10 *Fide-*

10 *Fideiusor quando se obligat ante principalem, dicitur plus tempore obligari.*

11 *Fideiusor non accedit futuræ obligationi, nisi hoc dicatur verbis expressis, vel equipollentibus.*

12 *Fideiusor iudicij obligatur ante principalem, quia præsupponit præcedentem obligationem.*

13 *Fideiussio de iudicio sisti potest stare sine principali obligatione.*

Fideiussio de per se non stat: sed requirit præexistentiam principalis obligationis.

CAP. II.

1 EX precedenti † conclusione multæ illationes per Doctores fiunt. Ex quibus etiam quã plures aliæ conclusiones resultant. Et primo infertur, Quod fideiussoria obligatio per se stare nõ potest mera eius natura inspecta: seu vi obligationis: sed requirit præexistentiam principalis obligationis. Socin.iun. cons.27.nu.11.vol. 2.Rimin. Sen.cons.510.num.6.in 3. Ceph.cons.317.nu.34.vol.3.& consil.460.num.22.vol.4.

2 Declara ista procedete in † fideiussore contractus, qui non potest recipi antequam sit inchoata dicta principalis obligatio. Est benè verum, quòd demum contracta dicta obligatione

3 valet dicta fideiussio, & non ante. † Et ratio est, quia fideiussio facta pro aliquo antequam sit debitor, est conditionalis, quæ demum purificata conditione inesse deducitur. Alciat. resp. 73. num.6. lib.8. tom.3. & quòd fi-

4 deiussio † præstita ante obligationem principalem sequuta postmodũ obligatione principali valida fiat, & non prius. Videatur Curt.iun. consil.63. num.10. dum inquit, quòd licet fideiussor non possit obligari, nisi præcedente principali obligatione, tamen valet fideiussio, si fideiussor promittit prius, quam principalis, & est pro-

5 pria fideiussio: quia secundum ipsum videtur collata in tempus suæ naturæ conueniens; scilicet postquam prin-

6 cipalis fuerit obligatus. Et quod † fideiussor possit accedere futuræ obligationi, & nõ requiratur aliqua principalis obligationis præexistentia, & sit proptiè fideiussor benè Socin. iun. consil.106.num.7.21 & 27.volum.3. Arret. in §. fideiussor. inst. eod. Alberig. in l. stipulatus sum à te. in §. adhiberi. ff. eod. Boeri. decis.314. num.3. circa fin. Decian. consil.72. num.10. versic. quia reperitur vol.2. fideiussio

7 enim valet, † & est propria fideiussio si fideiussor prius promittit, quã principalis. Bald.cons.180.num.1. vol 5.

8 † qui dicit secus esse in constitutore:

9 † nã fideiussor potest se obligare ante reum, & post: constitutor autem post. §. fideiussor, & præcedere. instit. eo. vt diximus supra in prima par. in præludijs in primo præmisso. cap.6. num.7. & addas iam dictis. Gian.resp. 78.num.11.vol.2. & multum confert ad præmissa, quia fideiussor potest obligari pro quacunq; summa etiam in futurum credenda. l. si ita stipula-

10 tus. ff. de fideius. † & scias quòd tali casu, quando fideiussor obligatur ante principalem dicitur plus obligati tempore. Ias. in l. si ita stipulatus essem. in 2.not.num.5. ff. de verb.obl.

11 Paritet scias, quòd ad † hoc vt validè fideiussor futuræ obligationi accedat requiritur, vt dicat verbis expressis, vel equipollentib. quòd talẽ fideiussionẽ facit pro futura obligatione, aliàs talis fideiussio nõ tenet secun-

dum Bello. in §. fideiussor, & præcedere. Inst.eod.quod si esset verum esset magna restrictio ad præcedentia.

12 Limit.modo † prædicta in fideiussore iudicij, & ratio est, quia in ipso semper præsupponit præcedens principalis obligatio Cast.in l. non quemadmodum num.2. ff.de iud.

13 Limit.2.in † fideiussione de iudicio sisti, quæ potest stare sine principali obligatione. l.2.§.1. ff.qui satisd.cog. Barr.in rubr.iud.sol. num.4. diximus supra in prima part. in prælud. sect.2. cap.1.num.15.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non obligatur in plus, quam principalis in ijs, quæ principaliter deducuntur in obligationem.*

2 *Fideiussor obligatur in plus, quam principalis in ijs, quæ emerguni ex post, putà propter moram fideiussionis, & num.30.*

3 *Fideiussor non obligatur in plus, quam principalis, re, loco, tempore, & causa, nec in duriorem.*

4 *Fideiussor in minus obligatur quã principalis, & in leuiorem causam.*

5 *Fideiussor non obligatur in aliam diuersam causam à principali.*

6 *Fideiussor non potest se obligare ad pecuniam, principali obligato ad speciem.*

7 *Fideiussor æquè ac principalis obligari præsumitur, nisi aliud appareat.*

8 *Fideiussor se obligans, in plus, quam principalis, in nihilo tenetur.*

9 *Fideiussor ad maiorem summam receptus quam principalis nullo modo, nec in aliqua, summa tenetur. Vide tamen sub num.13. & seqq.*

10 *Plus esse non potest in accessorio, quam in principali.*

11 *Forma cum sit indiuidua, ideo defectiua in parte totam obligationem vitiat.*

12 *Vtile per inutile in indiuiduis, & inseparabilibus vitiatur.*

13 *Fideiussor, qui se obligat ad maiorem summam, quam principalis: An saltem teneatur in minori, & num.15.*

14 *Formæ defectus vbicunque adest, vtile per inutile vitiatur.*

15 *Quando aliquid additur, vel detrahitur obligationi, semper dicta obligatio vitiatur.*

16 *Stipulatio est actus indiuiduus.*

17 *Actus indiuiduus, non potest pro parte valere, & pro parte non.*

18 *Fideiussor qui se obligauit, in maiorem summam, quàm principalis, an saltem in minori teneatur, & dicitur quod sic.*

19 *Summa minor, continetur in maiori, & quod pluris est, id vtique tanti est, & maximè indiuiduis, etiam quando dispositio sit iurata.*

20 *Quando plus est promissum, quàm promitti oportuit, tunc non tota obligatio, sed tantũ superfluum infirmatur.*

Et hæc est verior, æquior, & receptior sententia. num 18.

21 *Superabundas eum pro non adiecto, & scripto habeatur, non vitiat sed vitiatur.*

22 *Fideiussor non potest se pure obligare principali obligato sub conditione.*

23 *Fideiussor, non potest in plus se tempore obligare quam principalis.*

24 *Fideiussor nõ obligatur plus loco, quam principalis, modo, non sit leuior eius conditio.*

25 *Fideiussor non obligatur in alia re, quam principalis.*

26 *Fideiussor licet in plus obligari non possit quam principalis, potest tamen efficacius obligari.*

27 Fi

27 *Fideiussor potest obligari ciuiliter, & naturaliter, principali naturaliter tantum obligato.*

28 *Fideiussor potest obligari sub quarantigia Principali taliter non obligato, vt etiam Principalis simpliciter fideiussor sub hypotheca omnium bonorum: Itidem principalis sine pœna fideiussor cum pœna.*

29 *In ijs quæ emergunt tempore obligationis fideiussor non potest se in plus obligari, secus est, in ijs, quæ emergũt postea puta ex mora fideiussoris.*

30 *Fideiussor propter sui moram tenetur vltra id, quod dictus Principalis.*

31 *Fideiussor in plus obligatur, quando iurauit, & in duriorem causam, & ad aliud.*

32 *Iuramentum cogit præcisè ad factum.*

33 *Iuramentum habet vim clausulæ omni meliori modo.*

34 *Fideiussor qui iurauit, est ad instar principalis, & ideo in plus obligatur.*

35 *Item virtute iuramẽti obligatur, etiam vbi principalis non tenetur, cum vt principalis obligetur.*

36 *Fideiussor in plus, & ad aliud obligatur, quando se vt principalem obligat.*

37 *Fideiussor in plus obligatur, quam principalis, quando animo nouandi promittit.*

38 *Nouatio non fit hodie, nisi expresè dictum sit.*

39 *Fideiussor non tenetur ad factum, & ad interesse, principali tantum obligato ad factum.*

40 *Interesse censetur idem cum facto iuris interpretatione.*

41 *Fideiussor, potest æstimationem promittere principali obligato ad rem.*

42 *Æstimatio rei idem est cum ipsa re.*

43 *Præcium in vniuersalibus loco rei succedit.*

44 *Quantitas facilius præstatur; quam species.*

45 *Fideiussor potest in leuiorem causam, & in summam minorem, & pro aliqua re tantum obligari.*

46 *Promittens quod alius obseruabit tenebitur, etiam quod prima obligatio sit inualida.*

Fideiussor non obligatur in plus quam principalis.

CAP. III.

1 SEcundo infertur, quòd † fideiussor non potest teneri in plus, quã principalis teneatur. l. Græcè §. illud. vbi Bart. nu. 2. & §. si quis Stichum. ff. eo. l. si testamento. §. fi. in fi. & l. si à reo sub conditione. ff. de fideiussoribus. §. fideiussores. inst. eo. Boss. de carcer. fideiuss. commit. nu. 52. vers. non enim potest Tob. Non. consil. 103. num. 5. Hier. Gabr. cons. 181. num. 25. vol. 1. & ponit Bart. in l. centum Capuæ. numero 6 ff. de eo, quod cert. loc. vbi dicit hoc procedere in ijs, quæ principaliter deducũtur in obligationem. Secus verò † esse dicit in illis, quæ ex 2 post propter aliquod factum, vel non factum incipiunt deberi: nam secundum eum, fideiussor teneri potest in istis in plus, quam principalis. Alex. in l. 1. in §. si stipulanti. num. 3. ff. de verb. oblig. Din. consil. 16. diligenter considerata. Angel. cons. 286 num. 2. vers. nam pro illa summa. Et dicemus in secunda limit. inf. Nam fideiussor 3 non obligatur plus re, loco, tempore, & causa, quam principalis: nec in duriorem: † sed benè in minus, & in leuiorem causam. Bart. in d. l. Græcè. in §. illud ratione. num. 1. & 2. Alex. in l. si pupillus, nu. 4 ff. de verb. obl. Curt. 5 iun. cons. 36. nu. 7. in 1. par. † & multo

magis fideiussor nõ obligatur in aliã, ac diuersam causam à principali. Bart. in l. si ita fideiussorem, & in l. stipulatus es. ff. eo. Imo. in d. l. Græcè. in §. si
6 quis Stichum. ff. eod. † Huc confert, quòd fideiussor si se obligat ad soluẽdam pecuniam, & quantitatem pro eo, qui tenebatur ad præstandam speciem ad nihilum tenetur, cum in plus obligetur. Pinell. in rubr. de rescind. vend. par. 1. c. 3. num. 18. cum seqq. &
7 dicemus infra. † Et ideo quando aliud non apparet fideiussor æquè obligati præsumitur ac principalis. Iaf. in l. si cum procuratore num. 3. ff. de re iud. Ruin. cons. 99. num. 3. vol. 5. Marsil. in rub. de fideiuss. quæst. 38. num. 291.

8 Immo † quando fideiussor se obligans in plus, quam principalis in nihilo tenetur. d. l. Græcè in §. illud vbi Bart. num. 1. 2. & 4. ff. eod. tit. §. præterea. inst. de inutil. stipulat. Fideiussor
9 † enim in maiorem summã receptus, nec vllo modo, nec in aliqua quantitate tenetur. Fulg. in l. hactenus in §. 1. ff. de const. pec. Bal. cons. 484. fideiussorem in quantitatem in princ. lib. 3. Alex. in l. 1. in §. si stipulati. vbi Iaf. nu. 9. ff. de verb. oblig. Marsil. in rub. cod. num. 291. Rom. cons. 66. vir eximie Bertaz. de clausul. clausula 40. glos. 6. nu. 2. And. Facchi. controu. iuris lib. 8. capit. 1. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 139. num. 8. quos, & alios cumulat. Ant. Hering. tract. de fideiuss. n. 24. num. 53. qui hunc articulum difficilem vocat, & ad partes disputat: licet contrariam opinionem firmet, & ratio est, quia maior esset fideiussoria obligatio obligatione principali, &
10 absurdum est † plus esse in accessione, quam in principali obligatione. d. §. fideiussores instit. eo. vel etiam quia
11 † forma est indiuidua, cuius defectus totam obligationẽ vitiat. Et hæc ma-
12 ximè † in indiuiduis, & inseparabilibus procedũt, in quib. vtile per inutile vitiatur. Alex. in d. l. 1. §. si stipulanti. nu 3. vbi Iaf. num. 9. ff. de verb. obl.
13 dum volunt, † Quod promittens in maiori summa, quam principalis non tenetur in minori. Et videãtur ad ista Caputaq. decis. 315. num. 1. in 2. par. Ioseph. Ludouic. decis. 57. nu. 1. in 1. par. Illustris. Mant. de tacit. & ambig. in par. 2. lib. 6. de tacit. & ambig. fideiuss. conuent. tit. 9. fideiussor an, & quando in dutiorẽ causam possit obligari num. 2. qui ex Bar. hanc communem opinionem esse dicit, vt etiam eam communem dixit, & in praxi seruari. Bertaz. de clauss. clausula 41. gl. 1. nu. 2. & 3. & ratio est secundum præ-
14 fatum, quia quando † est defectus in forma vtile per inutile vitiatur. Et vltra considerationes supra ponderatas etiam fulcitur hęc sententia ex illa re-
15 gula. Quod quando aliquid † additur, vel detrahitur obligationi: semper dicta obligatio vitiatur. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. Vt
16 etiam quia stipulatio † est actus indiuiduus. l. 1. §. 1. & l. continuus. ff. de
17 verb. obli. † & actus indiuiduus non potest pro parte valere, & pro parte nõ l. si ita stipulatio in § fi. ff. de verb. oblig. l. pro parte in prin. ff. de seruit. l. vna est. ff. de seruit. rust. prædiorum.
18 † Cõtrarium, quòd imò in pari summa fideiussor teneatur, firmauerunt Azo. in summa. C. eod. num. 7. Cyn. & Alberig. in l. fi. C. eod. Dec. in l. in eo quod plus est vbi addẽtes. ff. de reg. iur. & in cons. 7. num. 6. Galia. Alciat. Cortas. & Duar. in d. l. 1. § si stipulanti. ff. de verb. oblig. Baldus, Bodeus, & alij in §. fideiussores. Inst. eod. qui dicunt hanc æquiorem, & receptiorem

opinio-

opinionem esse. Anto. Gomez. de contract. cap. 13. num. 2. Alciat. lib 5. parergo. cap. 17. Fernand. Vatqu. lib. 1. controu. illust. cap. 40. num. 5. Eman. Suar. in suo thesaur. commun. opin. in littera F. num. 129. & in add. ad Arri. Pinell. in rub. C. de rescind. vend. par. 1. cap. 3. num. 20. & hanc opinionem veriorem receptiorem, æquiorem, & magis æquitati naturali consonam dixerunt Ror. Peruf. decis. 57. num. 5. & 6. Anto. Heringer. ex alijs quos cumulat. tract. de fideiuss. cap. 24. nu. 83. qui & ipse cum hac opinione pertrãsit contrarijs respondendo, ita post Oroscius in l. si seruus §. si plurium nu. 3. ff. si quis caut. Gutierez de iuramento confirmatorio 1. par. c. 22. in prin. ait Cęualos in tract. de vi contra cõmunes q. 382. nn. 1. Ea potissimum
19 ratione ducti, † quia in maiori summa inest minor, non simul: sed ordine successiuo, & quod plus id vtique tanti est. l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. oblig. l. si vnus, §. si cum decem. ff. de pact. l. qui concubinam. in §. 1. ff. de leg. 3. l. qui quartam. ff. de leg 1. Cagn. in l. in eo, quod plus, ff. de reg. iur. Domin. à S. Gemin. & Philip. Franc. in c. 1. de arbit. in 6. Magon. decis. Lucens. 52. num. 1. & 2. & 120. num. 1. Vinc. de Franc. decis. 336. & præsertim quãdo sumus in diuiduis, etiam quod dispositio sit iurata. Natt. cons. 453. nu. 15. volum. 3. Castr. cons. 186. in causa, quæ vertitur. Pisis. colum. fin. nu. 4. versic. Item non obstat. lib. 1. Couar. in prælect. ad rubr. de pact. par. 2. §. 6. num. 3. dum volunt. Quod fideiussor in excessu non teneatur, sed tantum in eo, in quo principalis est debitor: & sic quod annullatio tantum fiat in excessu, & facit tex. in l. hactenus. § fi. ff.
20 eo. corroboratut hæc opinio. † Quia quãdo plus est promissum, quam promitti oportuit: tunc non tota obligatio: sed tantum superfluum infirma-
21 tur: superabundans † enim cum pro non adiecto, & scripto habeatur, non vitiat: sed vitiatur l. hactenus in fin. cum l. seq. ff. de const. pec. l. 3. §. fi. cum l. seqq & l. rogatus. ff. mand. l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. l. siue generalis ff. de iure dot. l. sancimus in prin. C. de donat. l. hac edictali. in fin. princ. vers. sin verò plus. C. de secundis nupt. §. is qui exequitur. inst. mand. cum alijs.

22 Hinc, & secũdo est: † quod si principalis est obligatus sub cõditione eidem fideiussor accedere purè, & simpliciter nequaquam potest. d. l. Græcè in §. illud. in fin. ff. eo. & d. §. fideiussores inst. eo.

23 Hinc, & tertio fit: † quod tempore non potest fideiussor in plus obligari, quam principalis. Bart. in d. l. Græcè. §. illud. nu. 1. & 2. Iaf. in l. si ita stipulatus. num. 9. ff. de verb. oblig.

24 Hinc deducitur † fideiussorẽ, etiam plus loco obligari non posse, d. l. fideiussor obligari in §. 1. ff. eo. Bart. in d. §. illud: modo non sit leuior eius conditio. d. §. illud. & l. si qui accessiones. ff. eo. d. §. fideiussores. inst. eo.

25. Hinc est quarto, † quòd in alia re fideiussor non potest obligari, quam quod teneatur ipse principalis. Bar. in d. §. illud. nu. 1. Ariet in l. nõ amplius. §. cũ bonorũ. col. pen. vers. tene ergo. ff. de le. 1. & facit tex. in l. si ita fideiussorem accepero. ff. eo & diximus sup.

26 Lim. primo hac cõclusio: † nam licet fideiussor nõ possit teneri in plus, quam principalis, tamẽ efficacius teneri potest. l. si pupillus. vbi Bart. ff. de verborum oblig. & ibi Alexan. nu. 4. idem Bart. in l. Marcellus. num. 7. & in l. si qui accessioni nu. 11. ff. eod. l. 2.

C.de fideiuſſ.min. Marſ rub.eo.num. 291.cum ſeqq.Bal. in l.qui crimen in 8.q. C.qui accuſ. non poſſ. Alexan.in l.ſi quis reum .ff.de conſt.reor. Ang.in l.qui acceſſionis. ff.de fid. Mãtua ſingul.537. Beriaz.de clauſ.clauſula 40.
27 gl.6.num.4.† Exemplum, ſi fideiuſſor ciuiliter, & naturaliter obligetur, principalis verò naturaliter tantum.
28 † Vt etiam ſi principalis ſimpliciter promiſit, & fideiuſſor ſub hypotheca omnium bonorum. l.2. & l.amiſſi. ff. de fideiuſſ. vt etiam ſi principalis debitor ſine pęna promiſit fideiuſſor cũ pęna. gl.in l.ſicut reus, in verbo Maiuſcula.ff.eo.Ant. Hering.de fideiuſſ. c.24.num.112 qui dicit communem: vt pariter, ſi fideiuſſor eſt obligatus ſub Quarantigia, principalis autem non. Ozeri.in §.fideiuſſ.nu.7.inſt.eo. Marſ.in rub. eo.q.39.nu.291.& 293.
29 Lim.ſecundo, † vt prædicta procedant in ijs, quæ emergũt tempore ſtipulationis contractæ, in quibus fideiuſſor ex ſua perſona non poteſt teneri in plus, quam principalis: ſecus tamen eſt in ijs, quæ emergunt poſtea:
36 † putà ex mora fideiuſſoris, quia in ipſis tenetur vltra illud, in quo principalis obligatus eſt. Bar.in l.centum. num.6.ff.de eo, quod cert.loc.& in l. ſi teſtamento, §.quæſitum.ff.eo.
31 Lim.tertio: † quando fideiuſſor iurauit: nam tali caſu virtute iuramenti in plus in duriorem cauſam, & ad aliud, quam principalis obligari poteſt. Bar.in l.ſi quis pro eo.num.15.ff. eo. Nati.conſ.262.nu.14.& 453.nu. 15.vol.3. Ioſeph. Ludou. d.deciſ. Peruſ.57.nu.4.in 1.pat. Corn.in Auth. Sacramenta puberum.nu.65.C.ſi aduerſ.vend.Alex.conſ.32.nu.17.lib.4. & conſ.29.num.32.lib.7.Couar.in c. quamuis.p.2.de pact. §.6.nu.3. Iutamentum † enim præciſè cogit ad factum, & † habet vim clauſulæ omni meliori modo. Gabr.de iureiur. cõcl. 8.& de fideiuſſ. concl.1.nu.43.Crem. ſing.41.Marſ.in rub.de fideiuſſ.q.38. nu.291.cũ ſeqq. Deciã.conſ.72.nu.5. in 2.pat.Pariſ.conſ.16 nu.110.vol.2.
34 qui dicit communem. † Fideiuſſor enim cũ iuramento eſt ad inſtar principalis, & vt expromiſſor, qui etiam pro non obligato intercedere poteſt, & ideo in duriorẽ cauſam, & in plus obligatur. Alciat.in c.cum contingat. nu.174. de iur. Mohed.deciſ.223. fideiuſſor enim virtute iuramẽti tenetur, licet principalis obligatus nõ ſit,
35 † & ratio eſt, quia virtute iuramenti, non vt fideiuſſor, ſed tanquam principalis tenetur; ità poſt multos ab eo congeſtos ait Cęualos d. q.382. nu.4. & quod iuramentum in obligatione fideiuſſoria operetur, vt fideiuſſor etiam in plus, quam principalis obligari poſſit, tenuerunt Bart.in l.ſi quis pro eo ff.eo. vbi Ang.1mo.& Arret.in §.fideiuſſores.inſt.eo. Rom.in l.i.in §. ſi quis iuã.ff.de vet.obli. Marſ.rub.eo. nu.291. Alex.conſ.32. in fi.vol.4.
36 Limit.quarto, † quando fideiuſſor ſe obligauit, vt principalis principaliter, & in ſolidum, conſtituendo ſe principalem debitorem: nam tunc, cum ſint duo rei debendi, fideiuſſor in plus, & ad aliud tenetur. Nat. d. conſ.262.nu 14. vol.2.Cremon.ſing. 42.Marſ.d.q.38. Pariſ.d.conſ.16.nu. 115.Deci.d.conſ 72.nu.5.Iaſ.cõſ.58. col.1.in 3.Lamberteng.de contractu.. gl.56.nu.15.q.6.diximus inf.hac ead ſect.c.5.lim.1.notant omnes in l.cum pater.in §.filius matrem. ff.de leg.2.
37 Lim.5.† quando fideiuſſor ſe obligauit, & fideiuſſit animo nouãdi. Pariſ.d.cõſ.16.nu.113. Lamber.d.gl.16.

q.6.

q.6.nu.15.& tali casu est necesse, quod
38 dicat, se facere animo nouãdi. † Cum nouatio non inducatur, nisi expressè dictum sit.l.fi. C.de nouat. & in puncto Lamber. vbi supra.

39 Lim.sexto, † in fideiussore accedẽte ad obligationem principalis, qui ad factum tenetur: nam si per principalem factum non adimpleatur, fideius-
40 sor potest ad interesse astringi. † quod ex iuris interpretatione, idem cum facto censetur: imò quod interesse præstare sit plus, quam factum adimplere, probant tex. in l.si quis ab alio.§ fi. ff.de re iud.l.Insulam, & l.stipulationes, vbi Bart.nu 40. ff.de verb.oblig. Bar.in l.1.nu.6.ff.de act.empt. & in l. si qui accessionis.nu.13.ff.eo. Ruin. in l.4.§.Cato.nu.15.ff.de verb.oblig.

41 Lim.septimo, † in fideiussore promittente æstimationem rei, ad quam præstandam tenetur principalis debitor, quod benè fieri potest.l.stipulatus Esopus.ff.eod.l.propè modum.ff.de
42 verb.sign. † nam æstimatio, & valor rei, est idem cum ipsa re, & maximè
43 in vniuersalibus, † in quibus precium loco rei succedit. Bar.in l.1.nu 6.ff.de
44 act.empt. † immo durius est præstari speciem, quam quantitatem l.si ità fideiussorem ff.eod. Arret. in l.non amplius.§.cum bonorum. col.pen. vers. tene ergo.ff.de leg.1.vbi Ias.num.12. Alciat.resp.9.nu.13.

45 Et aduerte: † quod fideiussor benè potest in leuiorẽ causam, & in minorem summam, & pro aliqua re tantũ, & non pro omnib. obligari. l.Græcè. §.illud.ff.de fideiuss.l.2.ff.qui satisd. cog. Gabr.cons.43.nu.6.vol.1.

Pulchra iuxta præmissa oritur du-
46 bitatio: † quis fideiubendo promisit, quod alius obseruabit, constituens se principalem debitorem causam propriam faciendo: an iste promittẽs, teneatur, etiam quod ille non obseruet, quia fortè prima obligatio esset inualida? Nat.cons.272.vol.2.decidit istũ promittentem omnino ad obseruantiam astringi posse, etiam quod principalis obligatio sit inefficax. diximus infra sect.8.cap.1.in fin. & supra hac sect.cap.1.num.3.cum seqq. & in cap.5.infra in 1.lim.num.15. vbi latè de hoc egimus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor cẽsetur se obligare in omnem casum, in quo principalis tenetur.*

2 *Fideiussor censetur se obligare in omnem casum, qui procedit ex natura negocij, non autem propter delictum personæ.*

Intelligi prædicta.

3 *Primò, quando obligauit se simpliciter.*

4 *Secundò, quando obligauit se in omnem causam.*

5 *Tertiò, quando obligauit se ad omnia, vt principalis.*

6 *Quod in dubio fideiussor censeatur acceptus in omnem causam, habet locum in dispositione legali, & in materia fauorabili.*

Fideiussor censetur se obligare in omnem casum, in quo principalis tenetur.

CAP. IIII.

1 TErtio infertur: quod fideiussor censetur se obligare in omnem casũ, in quo principalis tenetur Alex. cons.34.nu.5.in 2.Aym.cõs.45.nu 6. & cõs.272.nu.2.& 5.Boet. decis.314.
2 nu.4. † & intellige in omnem casum, & causam, quę ex natura negocij pro-

cedit, & quæ nasci potest ex principali obligatione, propter naturam contractus fideiussoris, & non propter delictum personæ. l. si quis pro eo. in §. si nummos, & l. amissi. in §. fideiussores. ff. eo. l. quæro, in princ. ff. eod. vbi gl. in verbo præstitis, & Castr. ibid. l. si postea. ff. rem pup. saluam fore.

3 Declara: † quando promissio fuit facta simpliciter: & multò magis qñ
4 in promissione dictũ est † in omnem causam: tunc enim fideiussor tenetur ad omnia glo. in d. l. centum capuæ. ff. de eo quod cert. loc. in verb. nec oportebit. Alex. d. cons. 34. nu. 5. cum seqq.
5 vol. 2. † Et eo magis, quando fideiussor voluit teneri ad omnia, vt principalis, & ad omnia quibus principalis tenetur. Pute. decis. 58 in fin. lib. 3.

6 Declara secundo, & intellige quòd dictum est: vt in dubio fideiussor videatur acceptus, in omnem causam, quæ oriri possit. Fulg in l. centum capuæ. colum. 3. ff. de eo, quòd cert. loc. Aym. d. cons. 272. num. 2. & 5. Suid. decis. 212. num. 8 quod dicas procedere in dispositione legali. Cign. in l. 1. nu. 9. ff. de reg. iur. Menoch. de præsumptio præsumpt. 46. num. 31. lib. 1. vt etiam in materia fauorabili. Anto. Heringer. de fideiuss. capit. 24. num. 229. & 230.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoris obligatio corruit, vbi principalis obligatio, vel iudicium non subsistunt, ibidem, num. 3.*
2 *Fideiussor non obligatur in contractu inualido, etiam stante statuto.*
3 *Annullata principali obligatione, annullatur quoque fideiussio.*
4 *Fideiussor datus in iudicio nullo non obligatur.*
5 *Carceratus nulliter si aufugit, non debet ex tali fuga puniri.*
6 *Nec eius fideiussor tenetur.*
7 *Accessorium naturam sui principalis sequitur.*
8 *Accidẽs tollitur sublato eius subiecto.*
9 *Qualitas non datur sine subiecto.*
10 *Fideiussoris obligatio corruit, vbi principalis est nulla, ex defectu mandati.*
11 *Alienatio rei pupilli facta per solum tutorem non tenet.*
12 *Nec fideiussor obligatur.*
13 *Fideiussor non obligatur pro filiofamil. mutuum accipiente, etiam si se principaliter obligauerit, & animo nouandi.*
14 *Fideiussor non obligatur, vbi obligatio principalis est nulla ex defectu causæ.*
15 *Idem quando fideiussio accedit obligationi illicitæ, & ob eius naturam non existenti in hominum commercio, legibus improbatæ turpi, impossibili rei, vel facti obligatione.*
16 *Fideiussor quibus in causis non obligetur remissiuè.*
17 *Fideiussor obligatur, licet principalis obligatio non teneat, quando se vt principalis, & principaliter obligauerit.*
18 *Fideiussor, vti principalis obligatus, non vt fideiussor, sed vt principalis obligatur.*
19 *Fideiussor, qui se, vt principalis obligauit, tenetur etiam principali obligatione non subsistente, quando se obligauit in eodem instrumento: secus quando in diuerso.*
20 *Fideiussor non obligatur, quando principalis obligatio est nulla: quia turpis, vel contra leges, etiam quòd sit in eodem instrumento.*
21 *Fideiussor obligatur etiam nulla existente*

stente principali obligatione, quia indose, & sua bona obligauit cum iuramento.

22 *Fideiussor minoris efficaciter obligatur quamuis principalis obligatio non teneat, quando cum iuramento fideiussit, & vt principalis: & maxime quando nullitas prouenit à solemnitatum defectu, & num. 25.*

23. *Fideiussor minoris, cuius contractus est nullus, si soluit non potest agere contra minorem pro relatione indemnitatis.*

24 *Fideiussor mulieris obligans se, solemnitatibus non adhibitis, si se vt principalis, & cum iuramento obligatur efficaciter obligatur.*

Quando principalis obligatio corruit, etiam fideiussoria non subsistit.

CAP. V.

1 QVarto infertur, quod quando † principalis obligatio, vel iudicium non subsistunt, tunc etiam fideiussoria obligatio corruit. §. fideiussores, inst. eod. l. 1. l. fideiussor obligari in prin. l. si sub impossibili. l. Græcè in §. illud. l. cũ lex. & l. qui contra, vbi Bart. ff. eo. l. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. l. cum qui Ephesi. ff. de const. pec. gl. in c. grauis extra de censi. Ceph. cons. 64. nu. 20. lib. 1. Marsil. rubr. eo. q. 14 num. 156. cum seq. Corn. consil. 121. num. 7. in quarto, dum vult fideiussorem non obligari
2 ex † contractu inualido, etiam stante statuto. Sum. Ang. in verb. fideiussor versic. 1. Mant. sing. 500. nu. 3. Sord. decis. 118. num. 10. Plor. in l. si quando num. 265. C. vnde vi. Carp. ad Statut. Mediol. par. 2. cap. 189. num. 15. Farin. lib. 1. tit. 4. q. 30. num. 69. & q. 35 num. 25. Anton. Hering. tract. de fideiuss. cap. 10. num. 18. cum seqq. &
3 quod annullata principali † obligatione annulletur quoq; fideiussio voluerunt Socin. cons. 273. in præsenti col. 1. lib. 1. Deci. consil. 366. col. pen. Las. consil. 133. volum 3. Neuiz. consil. 51. num. 57. Seraph. decis. 787. nu. 15. in prima par. qui dicit quod contractu nullo existente etiam obligatio accessoria corruit, quando contractus annullatur ex defectu formæ: secus si ex defectu materiæ, & decis. 1324. num. 1. 4. 6. & 8. part. 2. qui hoc dictum multis alijs modis limitat. & faciunt. l. fin. ff. de const pec. cap. translato de const.

4 Et fideiussorem † datum in iudicio nullo non obligari ponunt Rimin. Sen. cons. 457. num. 6. vol. 3. Mars. de fideiuss. quæst. 50. num. 350. appost. ad Alexand. consil. 59. num. 11. vol. 1. Alexand. in l. 2. in §. si quis ff. qui satisd. cogan. Caualcan. decis. Fiuizan. 2. num. 2 & decis. 31. par. 1. num. 156. cum seqq.

5 Vnde † si quis carceratus nulliter aufugit: Non tantum ex dicta fuga ipse puniri non debet, verum nec in
6 pœnam incidit. Immo † nec eius fideiussor tenetur, & maximè ad pœnam quando præsertim fideiussor non est in aliquo dolo, vel culpa. Mars. rubr. eod. q. 14. num. 156 benè Ceph. cons. 164. per totum. lib. 2. Iniustè enim carceratus non solum nõ punitur aliqua pœna fugiendo: Sed etiam si promisit, & iutauit redire potest absque reatu periurij contrauenire iuramento, nec redire tenetur, etiã quod promiserit, & iurauerit. Couar. var. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 7. versic. contrariam. Duen. reg. 393. in 4. limit. Petr. à Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 26. num. 6. Clar. in Prax. q. 21, vers. tertio

autem

autem modo. Immo redeundo peccat. Seraph. de priuil. iuramenti priuil. 32. nu. 1. cum seqq. Afflict. decis. 149. Gerard. Mazzol. consil. 81. nu. 5. Capell. Tolos. quæst. 399. vbi Aufredi. in add. Dd. omnes in l. qui carcerem. ff. quod met. caus. Anto. Hering. de fideiuss. cap. 10. nu. 39. & sicut iniustè carceratus ex sua obligatione, & iuramento non obligatur, ita nec eiusdem fideiussor. Ceph. consil. 174. lib. 2. Seraph. de priuil. iuramẽti priuil. 132. nu. 3. & 10. & seqq Farin. in prax. crim. de carc. & carc. quæst. 30. à nu. 67. vsque ad 69. qui quæst. 34. nu 80. & 81. dicit quod in pratica hoc obtinere difficile esset, quod fideiussor possit dicere de nullitate carcerationis rei, pro quo est fideiussum, cũ fideiubẽdo censeatur approbare capturam, vnde non amplius poterit dicere de eius nullitate, vt per eundem Farinac. quæst. 27. nu. 150. Et ratio
7 præmissorum est, † quia accessorium naturam sequitur sui principalis. cap. accessorium. de reg. iur. in 6. l. cum
8 principalis de reg. iur. † nam sublato principalis obligationis subiecto eius accidens eidem ad hæresis tolli necesse est, l. eius qui in Prouinciam, in §. fi stipulatus. ff. si cert. petat. Crot. cons.
9 135. nu. 25. volum. 1. † qualitas enim non datur sine subiecto inst. de vsufr. in princ.

Ampl. primò, vt hæc procedant
10 etiam, † quando prima obligatio, est nulla ex defectu mãdati, nam tunc fideiussio vti accessoria etiã ipsa nulla redditur. Anchar. consil. 75. viso diligenter. nu. 8. vers. ex prædictis.

11 Ampl. secundò in tutore, & curatore solo vendente: nam cum talis alienatio, non teneat. Salycet. in l. &
12 si is. C. de prædijs. min. Minus † etiam valebit fideiussio ei accidens. Bart. in l. cum lex. in fi. ff. eod. vbi Cast. dein Cast. in l. 1. C. de fideiuss. min. vbi Fulgos.

13 Ampl. tertiò in filiofam. † qui sicut ex mutuo non obligatur, ita nec eius fideiussor licet se principalem fecerit, & animo nouandi fideiusserit. Alex. cons. 66. nu. 4. & 5. lib. 4. & est rex. in l. sed Iulianus. ff. ad Maced.

14 Ampl. quartò, † quando principalis obligatio est sine causa: quia tunc cum ipsa sit nulla, & non teneat: pariter non tenebit fideiussio illi consequens. Alex. cons. 159. circa princ. num. 2 lib. 2.

15 Ampl. quintò, † quando fideiussor accederet obligationi illicitè, & ob eius naturam non existentem in hominum commercio legibus improbatæ, turpi, impossibili rei, vel facti obligatione. l. cum lex & l. si à reo. in §. fin. ff. eo. Alc. in l. pacto, quæ comm. num. 49. C. de pactis. Valent. Franc. tract. de fideiuss. capit. 3. nu. 334.

16 Extende, & † amplia multis alijs modis, quos late, prosecuti fuimus sect. 8. per totum infra.

17 Limit. modo primò † ista conclusio. Quando fideiussor vt principalis, principaliter, & in solidũ se obligauit: nam in hoc casu fideiussoria obligatio valet, licet principalis non sub-
18 sistat, quia † tunc, vt principalis, & non vt fideiussor consideratur. Paris. cons. 16. nu. 113. volum. 2. Corn. cons. 214. nu. 11. volum. 2. & 249. nu. 5. volum. 3. Sforza Odd. consil. 41. nu. 7. Nat. consil. 262. nu. 14. volum. 2. signanter Decian. resp. 72. nu. 5. volum. 2. qui dicit, quòd tali casu potius dicuntur duo rei, quam quod sit propriè fideiussor Anchar. regiens. quæst. 45. nu. 10. Mars. rubeo. quæst.

1. nu.

1.num.62. Becci.consil.45.num.49.

Contrarium tamen tenet Bartol in l. si à Reo. in §. si à furioso, & in l. si quis pro eo col.fin.ff.eo. glo.in § 1.in verb. fideiussorem. Inst. eo. Abb. in c.2.eo.

19 Concilia istas † opiniones inter se pugnantes, vt secunda procedat, quãdo fideiussio fit separatè a prima obligatione, & extra primum instrumentum. Primà verò quando in eodem instrumento, nam tali casu cum sint duo rei debendi, si non valet principalis obligatio, benè sustinetur fideiussoria, quæ tunc non est accessoria, ad principalem obligationem. Alexan. consil. 32. in causa executionis moræ. lib.4. Iaf. consil. 58. circa medium nu.4. lib. 3. Decian. d. resp. 72. nu.5. & 6. volum.2. licet contrarium tenere videatur. Iaf. cons. 133. colum. penult. lib.4. cuius dictum procedit,

20 quando principalis obligatio † est nulla, quia turpis, aut contra leges: nam tunc nec fideiussoria subsistit, etiam quod sit in eodem instrumento. Abb. consil 74. in fi. & consil. 75. nu. 4. lib. 2. Alexand. consil. 66. viso themate per totum lib.4.

21 Limit. secundo, † quando fideiussor obligauit se, & sua bona cum iuramento: Nam virtute iuramenti licet principalis obligatio non valeat, tñ tenet fideiussoria. Natt. d consil. 262. nu.14. volum.2. Ioseph. Lud. decis. Perus 54. nu.4. in prima parte, & faciunt dicta supra in 3. limitatione ad secundam illationem.

Contrarium tamen tenent Socin. consil. 65. circa primam q colum. antepen. versic. sed tamen. Rom. cons. 12.4. Crott. consil. 195. num. 22. 23. & 24. volu.2. Couar. ad rub. de pact. 2.part § 6.nu.3.

Tenẽdo primam opinionem. Eam

22 † exemplifica in fideiussore, qui cum iuramento accessit contractui per minorem celebrato, cuius fideiussoria obligatio tenet, licet contractus minoris non subsistat: & hoc virtute iuramenti. Et maximè quando nullitas contractus minoris prouenit à defectu, & omissione solemnitatum. Bartol. in l. Marcellus. num. 1. ff. eodem. Paris. consil. 16. num. 110. volum. 2. Corn. consil. 214. num. 11. volum. 2. Mohed. decis 223. aliàs 2. de fideiuss.

23 Vnum † tamen attendendum est in proposito, quod fideiussor minoris, cuius contractus est nullus, non potest agere contra minorem pro releuatione indemnitatis. Alberig. in prima parte, stat. quæst. 182. Castr. cõsil. 433. aliàs 434. visis num. 3. lib. 1. Boer. q. 115. in princ. Tiraq. d. leg. connub. glos. 4. nu 14.

24 Limit. 3. † in mulieris fideiussore, qui licet se obligauerit non seruata forma Statuti, tamen si se obligauit, vt Principalis, & cum iuramento eius obligatio valet. Bertazz de clausul. clausula 7. gl 19. nu. 3. & 4. latè de hoc egimus. sect. 8 c. 56. in hac 2. part.

25 Limit. 4. in fideiussore minoris, qui accessit contractui minoris inito solemnitatibus non adhibitis: nam licet principalis obligatio non subsistat, fideiussor tamen in ea adhibitus efficaciter obligatur. Alex. consil. 66. in fin. lib.4. Diximus supra hoc eod. c. num. 22. vers. tenendo primam, & hac ead. sect. c. 1. in fin. & c. 3. & sect. 4. cap. 11. & sect. 6. capit. 3. lim. 1. 2. 3. 4. & 5.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

De Fideiussoribus circa diuersa.

SECTIONIS SECVNDÆ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiubere pro alio res modici præiudicij à principio est: sed demum efficitur maximi: cum vt plurimum contingant, noxa, lites, egestas, & miseria.*
2 *Fideiussio onus, & grauamen est.*
3 *Contumelia, & iniuria affici, quis dicitur à quo satisdatio petitur.*
4 *Fideiussio detrimentum dicitur.*
5 *In Fideiussionibus præstandis, concussio, efflagitatio, & exactio contingunt.*
6 *Fideiussio, contumelia, iniuria, grauamen, onus, & detrimentum est.*
7 *Fideiussores reperire difficile.*
8 *Fideiussio est contractus damnificatiuus, & onerosus.*
9 *Fideiussio species dilapidationis est.*
10 *Fideiubens censetur malè uti substantia sua, & vergere ad inopiam.*
11 *Paupertas probatur ex eo, quod quis fideiusserit pro alio.*
12 *Paupertas ex fideiussione probatur, modo quis fideiusserit pro magna quantitate; secus si pro parua.*
13 *Procurator, etiam cum libera non potest fideiubere nomine domini sui.*
14 *Cautio sine causa à debitore extorqueri non debet.*
15 *Alienationis nomine venit fideiussio.*
16 *Alienare prohibitus dicitur etiã prohibitus fideiubere.*
17 *Fideiubens ex fideiussione nihil lucratur: multum tamen amittere potest.*
18 *Fideiussioni se quis inconsultò, & temere subijciendus non est.*

Fideiussio est onus, & grauamen.

CAP. I.

1 Licet †ab initio pro alio fideiubere res leuissimi momenti, & præiudicij esse videatur: cum tantum nudam, simplicem voluntatis propensionem contineat, nihilque exsolui, nihilque pecuniæ præstari opus sit. Tamen: quia paulò post contingit, quod est in prouerbio. Spopondisti præsto est noxa, & sic lites, egestas, & miseria secundum Valent. Franc. in tract. de fideiuss. in proh. nu. 7.

2 Hinc est: † quod fideiussio onus, & grauamen dicitur. l. cum non facilè.

cilè.ff.si cui plus,quam per l.Falcid.§. item ex inquisitione inst. de satisd.tutо.l.2.§.sedet si dubitetur.ff.de indic. Bald.in l.2.nu.7. vbi Salyc. num 4. C.de hæred.vel act.vend.1mo.in l.2. in §.1.ff.sol.matrim. Surd.decis.279. num.13.& 295.num.2. & in tract.de alim.tit.3.q.3.num.30.vbi admonet, necessitatem præstandi fideiussorem graue onus esse. Bald.in l.testamento, in fi.ff.de test.tut.qui dicit fideiussionem probo, & honesto viro onus, & grauamen esse. Seraph.decis. 1242. num.4.in 2.par. in nouiss.& grauare, quem ad satisdandum sæpissimè laborioſum esse,docet Aron.singul.53.

3 † Et hoc respectu affici quis cótumelia, iniuria, & grauamine dicitur, à quo satisdatio petitur, & exigitur.l. 1 testamento.in fi.ff.de test.tut.vbi Bal. l.Orphanotrophos.in prin.C.de Episcop.& cleric. quod secus est in datione pignotis: † & hac de causa fideiussio etiam detrimentum appellatur.l.

4 quoties sanè.in fin.C.de priuil.Schol. lib.11. Luc.de Penn.in l.quoties numero 11.C.de dignit.lib.12.† & ideo

5 concussio, flagitatio, & exactio est in præbendis fideiussoribus d.l.quoties. C.de dignit.lib.12.l.multis in fi.prin. C.de princ.agent. in reb.l.fi. in princ. C.de priuil. Schol.lib.12.l.fi. in prin.

6 C.de ferijs. & † quod fideiussio nuncupetur onus, grauamen, contumelia, iniuria, detrimentumq; aduertit Anton.Hering. in suo tract.de fideiussoribus.c.6.num.144.

7 † Hinc etiam fit, cum fideiussio sit onus, & grauamen, quod difficile sit fideiussores reperire, d.l.2.in §. sed & si dubitetur.ff.de iudicijs.l.si is à quo. in §.fin.ff.vt in poss.leg.Bald.in l.cum per libertam. num.5. C. per quas person.nob. acqui. Castrens. in l. omnes qui.in §.præterea,num.2.C.de Episc. & Cleric. Gram.cons.95. num.13. & post Bart.in l.3.§.quamuis num.3.ff. si cui plus quam per legem Falcid. ait Cęualos in tract.communium contra communes q.66. num.5. Surd. d.decis.279. nu.13. & de alim.q.175. numero 3.vbi vult hoc esse præcipuè verũ in eo,qui nihil possider, & est egenus, & pauper, quia in eo repetire fideiussorẽ difficile est. Viui.decis.210.

8 num.7. par.2. qui † dicunt fideiussionem contractum, incommodum, periculosum, damnificatiuum, & onerosum esse:cum quis se constituat debitorem pecuniæ ab alio acceptæ: ità quod in eo nullum lucrum speratur: sed solum damnum, & amissio patrimonij: in tantum, quod fideiubens censetur dilapidare bona sua. Fideiu-

9 bere enim † pro alio species dilapidationis bonorum est, & maximum periculum, & incommodum infert.Ias. in l.contra iuris, in fin. ff.de pact. vbi Alex. num 14. Rip. nu.138. Marant. disput.6. num.13. Ceph. consil.219. num.26.vol.2.Magon.decis.Florent. 57.nu.57.& Lucens.9.num.12.Corr. in suis memor.in verb.fideiussor propriè. And.Gail.lib.2.obseruat.83.nu. 15.Couar.var.resol. lib 3.c.2.num.6. cum alijs congestis ab Ant.Hering.in suo tract.de fideiuss.c.1.num.19.

10 † Et ideo facilè fideiubentes pro alijs dicuntur malè vti substantia sua: vergere ad inopiam,& perdere. Ias.in l.si constante.nu.158.ff.sol.matr.idem in l.in personam in §. qui pecuniam. ff. de pactis, & faciunt l.3.§. si filius ff.de pecul. & l. si cui, in §.si Flauius.

11 ff. de soluti. † & hoc modo probatur paupertas secundum Angel. in d.l. in personam,in §.1.nu.2.ff.de pact.Alex. in d.l.si constante, num.14. vbi Ang.

nu.1.

nu.1. Rip. nu.38. Catella. Cot. in suis memo in verbo fideiussor propriæ:

12 qui declarat hoc procedere, † si fideiussor sit pro magna: secus si pro parua quantitate.

13 Hinc itidem est: † quod procurator cum libera, non potest fideiubere pro domino: quia fideiubendo dicitur malè gerere negotia Domini Angel. in d. l. in personam. nu. 2. ff. de pact. Ruin. consil. 140. nu. 3. & 6. volum. 1.

14 Hinc pariter fit: † quod cautio sine causa à debitore extorqueri non debet: cum cautio sit onus, & grauamen. l. in omnibus. ff. de iud. Arre. in l. 2. in principio nu. 13. ff. sol. matr. Bald. in l. 1. nu 6. C. de hæred. vel act. vend. vbi Saly. nu. 4. inquit, quod graue est onus fideiussores præstandi. Surd. de alim. priuil. 26. nu. 10. qui dicit, quod non est conueniens, quod debitor ex omni causa, & omni momento onere dandi fideiussores grauetur.

15 Ab hoc pariter resultat: † quod alienationis nomine venit fideiussio. Prohibitus enim alienare, dicitur etiã prohibitus fideiubere. Bald. in l. exceptione. C. de euicti. qui dicit, quod

16 prohibitus † alienare, non potest in contractu fideiubere pro alienante, vt ponit Firman. de Episcopo, par. 4. q. 45. nu. 154. vers. circa prædicta ad fin. Redoan. de reb. Eccl. non alien. q. 2. c. 13. nu. 2.

Et ideò ego audiui sæpius dici, quod nullum exercitium nullaque ars est, quod, quæque addisci, vel exerceri magis dannosum, seu damnosa sit addiscenti, exercentique, quã pro alijs fideiubere.

17 Nam † ex fideiussione fideiussor nihil lucrari, multum verò amittere potest: secundum Bertazz. d. claus. clausula 39. glo. 1. nu. 19. in fin. vnde

18 Salamon consilium † dat, ne quis temerè, & in consulto alterius fideiussor existat. vt Prouerb. cap. 17. dum inquit. Stultus homo plaudit manibus suis, cum spoponderit pro amico suo. Et iterum cap. 22. addit: noli esse cum his, qui defigunt manus suas, & qui vadis se offerunt pro debitis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussori an licitum sit pro fideiussione præmium recipere pro labore, periculo, ac onere etiam in foro conscientiæ.*

2 *Fideiussor an possit pro fideiussione pecuniam pacisci, & recipere vbi, quod non secundum aliquos. nu. 3.*

4 *Fideiussio gratuita esse debet.*

5 *Fideiussor pro eo, qui mutuum accipit, nihil omnino recipere potest, secundum nonnullos alios.*

6 *Fideiussor minus efficij impendit quam creditor mutui.*

7 *Vsura est lucrum, ex mutuo facere.*

8 *Fideiussor potest bene indemnitatem sibi stipulari non tamen pignora, & fundum recipere.*

9 *Fideiussor, an, & quando possit aliquid pro fideiussione sibi stipulari remissiue.*

10 *Fideiussor potest aliquid ex fideiussione recipere ratione laboris, & periculi secundum communem, nec est vsura.*

11 *Fideiussio est contractus fideiubenti incommodus, & periculosus.*

12 *Fideiussor nihil accipere potest ex fideiussione quando inspecta Principalis conditione nullum imminet periculum.*

13 *Fideiussor non potest aliquid recipere ex fideiussione quando esset immoderatum, & periculo non responderet.*

14 *Fideiusor non potest aliquid recipere ratione facti: quo si leuissit. sed bene ratione laboris, & periculi.*

15 *Fideiusor non potest aliquid recipere ex fideiussione quando adest fraus.*

16 *Fideiusor, an, & quando possit antidoralem obligationem pacisci.*

17 *Fideiusor pro fideiussione, à principio bene tuta conscientia mercedem non recipit: secus ex post facto, quia si quid ex mera liberalitate ipse fideiusor, gratis, à debitore ex post facto recipiat ob multas molestias, & graue periculum, quæ subijt ipse fideiussor bene recipit, & in foro conscientiæ est tutus.*

18 *Datum, & respectiuè pro honore receptum cum bona conscientia datur, & recipitur.*

19 *Datum pro honore honestè accipitur, licet inhonestè petatur.*

20 *Multa peti, & exigi nequeunt, quæ tamen sponte data rectè recipiuntur, & tuta conscientia retinentur.*

21 *Dibitor licitè remunerationem recusare potest, ideo dando illam donare videtur.*

22 *Fideiusor recipiens aliquid videtur quod illud absque vsuræ labe faciat, cum illud ratione periculi, & laborum capiat.*

23 *Creditor si aliquid à debitore gratis, accipit vltra sortem id ipsi saltis legibus facere permittitur.*

24 *Fideiusor, qui aliquid ex fideiussione recipit restitutus obligatur.*

Pro Fideiussione licitum est pecuniam, & premium recipere, & ex ea aliquod lucrum pacisci absque vsuræ labe.

CAP. II.

INsuper quoniam fideiussio est onus, & ex ea periculum subijcitur, vt supra proximè dictum est: Ideo alia à precedenti dependens sit conclusio. Quod permittitur † fideiussori, qui se oneri, & periculo fideiussionis subijcit cum bona conscientia, ex ipsa fideiussione, & pro fideiussionis officio præmium emolumentum, mercedem recompensam, & pecuniam pacisci, petere, & recipere. l. rogasti in §. fi. ff. de præscript. ver. l. si remunerandi, in §. fi. ff. mund. Barr. in l. hoc iure, in §. labeo. num. 1. vbi Cast. nu. 2. ff. de donat. Bald. in l. antiquæ §. 1. C. ad Velle. Io. And. in c. fi. nu. 42. de vsur. Dec. cons. 7. nu. 5. cõs. 449 nu. 3. qẽ ponit in l. fructus rei est. ff. de regul. iur. Boer. decis. 115. ad fin. Bertazz. l. de claus. clausula. 41. glos. 2. nu. 3. Sum. Siluestr. in verbo fideiussor. nu. 14. Couar. lib. 3. var. resolut. c. 2. nu. 6. Valent. Franc. tractat. de fideiuss. c. 4 concl. 2. nu. 176. cum seqq. Ant. Hering. de tract. de fideiuss. c. 26. nu. 119. & infra qui communẽ dicit: nam recipitur pro mercede. Dec. d. consil. 7. nu. 1. & periculo, quo subijcitur fideiussor; cum possit soluere debitum absque spe recuperationis, bene Couar. variar. resolut. ca 2. nu. 6. lib. 3. qui testatur, de communi, & quod fideiussori promissum sit pro precio susceptii oneris, & periculi pecuniã recipere, est glos. in d. l. rogasti. §. fin. ff. de præscript. verb. Bald. in d. l. antiquæ. nu. 1. ubi Castr. C. ad Vellei. & est tex. in. l. si mulier. ff ad S. C. Velleianum. Bald. & Castr. in l. ab eo. in §. 1. ff. de donat. ant. nup. idem Bald. in c. fi. q. 12. num. 42. de usur. Ioan. Lop. in cap. per vestras in 6. nor. §. 9. & 19. de don. inter vir. & uxor. Bellon. in §. fideiussor. nu. 4. inst. eo. Conrad. de contract. q. 40. cõclus. 4. plenè Lupus in suo tract. de usur.

de vsur. in c. nauiganti. cap. 3. §. 1. nu. 19. & † quod fideiussori, ob fideiussionem licitum sit, pacisci, à debitore præmium, illudque cum bona conscientia recipere: ponunt Ioan. And. in c. nauiganti, nu. 42. de vsur. benè Laur. de Rodulph. de vsur. in c. consuluit, p. 3. q. 3. Sum. Armil. in verbo fideiussor. nu. 15. in fin. quæ dicit, quod illud, quod recipitur debet esse moderatum Sum. Siluestr. in d. verbo fideiussor. Ror. diuers. in impress. decis. 679. num. 2. Part. 1. Couar. var. resolut. d. cap. 2. nu 6. lib. 3. Magon. decis. Flor. 137. num. 8.

3 Contiatium, quod immo tutius sit ab huiusmodi contractibus, & receptionibus se abstinere dicit. D. Antoninus Flor. in sua summa de vsur. capit. 45. nu. 57. & ponit Couar. d. cap. 2. nu. 6. versic. quamuis, & talem improbam pactionem appellat. Caball. de vsur. quæst. 31. & 33. Immo absolutè non esse licitum aliquid ex officio fideiussionis recipere ponit Franc. Caldas Lusitanus in repetitione l. si curatorem, in verbo sua facilitate. nu. 96. C. de in integrum restitut. minorum; ea ratione potissimum motus:

4 quia officium fideiussoris gratuitum esse debet. l. 1. ad fin. ff. mand. & ideo fideiussor, secundum eum, nullum lucrum ex fideiussionis officio facere debet. † Quod, vt ipse vult, est in-

5 dubitatum, quando fideiussor intercedit pro eo, qui ex mutui contractu obligatur: nam sicut creditor pro officio mutui nihil honestè exigere

6 potest: ita nec fideiussor: † immo multo minus: quia minus officij impendit, quam creditor suum gratis mutuans. Si enim creditori ipsi sors mutuaritia, quæ abest. nihil debet parere: quanto minus simplex verborum prolatio cum nihil ei absit. † Ni

7 si creditorem propter mutuationis officium aliquid exigere vltra sortē est vsura: licet interim pecunia sibi absit, in fideiussore, cui nihil abest, videtur plusquam vsura: quæ re ipsa vt iniquior, ita deformior, & sordidior est in fideiussore. Hæc ille, qui respondit ad text. in l. hoc iure, in §. 1. ff. de donat. qui sub d. nu. 96. versic.

8 cęterum. inquit, † quod bene indemnitatem stipulari potest, & non aliud, subdens, quod nec pignora, ac fundū stipulari potest: minusque aliam rē de rebus debitoris: & addit, quod eidem etiam licet stipulari gratitudinem, & obligationem antidoralem, in genere tamen non autem in specie

9 ex in numeris, quos allegat † Etan, & quando liceat fideiussori pro fideiussione aliquid recipere. Videatur Caballin. in suis milleloquijs, Milleloquio 321.

10 Quicquid † tamen sit: præcedens opinio, quod licitum sit fideiussori aliquid accipere à debitore vltra sortem ratione periculi, & laboris sine nota vsuræ est communis, & verior. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 2. num. 6. Stracch. de assecurat. in præfat. nu. 45. Nauar. in suo manu. in cap. nauiganti. nu. 7. & ita fuisse decisum à Rota Romana, refert Illustriss. Mantic. de tacit. & ambiguis patt. 2. l. b. 16 de tacit. & ambig. fideiuss. conuenti. tit. 2. qua ratione fideiussores accipiantur, & an aliquid. lucrum possint pacisci,

11 nu. 3. Et ratio est, vt supra diximus, quia contractus fideiussioni an commodus, & periculosus est fideiubenti, qui se constituit debitorem pecuniæ ab alio acceptæ.

Hac communi opinione retenta eam limita multis modis.

12 Limit.

12 Limit. † igitur eam primo quando inspecta qualitate, & conditione debitoris nullum immineret periculum fideiussori: Puta, quia indemnis conseruaretur, vel quia debitor esset dives, & soluendo: quia tunc talis pactio fit ficto, & simulato periculo in fraudem vsurarum. Couar. & Strach. in locis supra citatis.

13 Lim. secundo, † quando fideiussor à debitore aliquid moderatum recipit vltra sortem: secus si magnum, & immoderatum, & nõ correspondens periculo, & labori. Sum. Armill. in verb. fideiussor verific. 15. licitum est.

14 Limit. tertio, † quando illud quod recipitur pro labore, & periculo recipitur: secus si recipiatur pro facto, & ratione facti: quò fideiubet: quia tunc esset res iniqua, & mera vsura. Sum. Armill. d. verb. 15. circa medium.

15 Lim. quarto, † quãdo adesset fraus: Puta quando fideiussor conuenit cum creditore, ne credat sine fideiussore, vt ex hoc fideiubendo lucretur aliquid, quod proculdubio dolũ innuit. Sum. Armill. d. l. in fin.

16 Lim. quinto, † vt ob gratitudinem, & obligationem amicitialem eidem aliquid in genere promissum recipere liceat, vt supra posuimus: aliàs si in specie, & in individuo, & sit vetitum, & prohibitum.

17 Limit. sexto, † & intellige conclusionẽ supra firmatam, quod fideiussor pro fideiussione per eũ præstita mercedem recipere possit, vt procedat, qñ pro mercede aliquid à principio per fideiussorem recipitur: secus verò est, qñ debitor aliquid dat ex post facto fideiussori ex mera liberalitate, ob multas molestias, & graue periculũ, quæ subijt ipse fideiussor, quia hoc casu indubitatum est, quod licet fideiussori datũ eidem à debitore tuta cõscientia

18 recipere. † Et ratio est: quia potius datur, ac respectiuè recipitur pro honore, quã pro mercede. l. salatiũ. C. mãd. l. si remunerãdi in prin. ff. mand. Sum. Ang. in verbo fideiusor num. 20. qui

19 † quidẽ honor honestè accipitur, licet in honestè petatur. l. 1. §. proinde. ff. de extraord. cog. l. fallàs. §. quid ergò. ff. de furt. c. 1. in fin. 23. q. 3. Multa

20 enim † peti, & exigi nequeunt, quę in sponte data rectè recipiuntur, turaq; conscientia retinentur l. cum illud, in §. 1. ff. quando dies leg. ced. l. naturaliter. §. eleganter, cum l. seq. & l. repetitio. ff. de cond. indeb. Nam cum sciat

21 debitor † se licitè posse hanc remunerationem recusare, si eam dat, vtique videtur illam donare arg. l. campanus. ff. de ope. lib. c. sicut 1. quæst. 2. Et ma-

22 xime † cum ista recipiẽdo ratione periculi, & laborum, fideiussor hoc cum tuta conscientia, & absque vsuræ labe

23 facere possit: facit quia † si creditori, quod ei à debitore debetur, quid vltra sortem ex grato animo datur, id ab eo saluis legibus accipere licet. Abb. in c. conquestus. nu. 8. de vsur. Ant. Heringer. de fid. c. 26. num. 146.

Aduertẽ tamen, & intellige prædicta, † quod fideiussor, qui ex fideiussione mercedẽ recipit strictius, & efficacius obligatur, quam ille, qui gratuitonus fideiussionis subijt. Dec. cõs. 449. nu. 37. Cabal. de euict. §. 5. nu. 38. Magon. decis. Flor. 137. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor est proprie, & verè debitor.*

2 *Intellige etiam in materia correctoria, & pœnali.*

3 *Fideiussor comprehenditur in statuto sub debitoris appellatione.*

4 *Contrarium tenuerunt nonnulli, quorum sententia reprobatur.*

5 *Prohibitus se obligare, non prohibetur fideiubere.*

6 *Gabella de contractu fideiussionis, non soluitur.*

7 *Statuta de contractibus loquentia, non comprehendunt stipulationem, fideiussionemque.*

8 *Fideiussor antequam soluat, non est propriè creditor.*

9 *Fideiussor periurium cessionem efficitur principalis creditor eius, contra quem cessio facta est, & in principalis creditoris locum subintrat.*

Fideiussor est propriè debitor, & fideiussio propriè contractus dicitur.

CAP. III.

1 APpellatione debitoris, secundum propriam, genuinam, veram, & strictam vocabuli significationem, etiam comprehenditur fideiussor, vt etiam appellatione contractus venit fideiussio. l. 4. ff. de solut. l. fines, in fin. ff. ad Trebell. & l. & magis. circa principium. ff. de fid. tuto. Bald. in l. Blanditus. num. 1. C. eo. Bar. in l. 1. num. 34. vbi Iaſ. num. 40. Alex. num. 48. Decius. num. 30. Bald. Rip. Cutt. & alij ff. si cer. pet. idem Bart. in l. si fideiussor. nu. 4. ff. de leg. 1. Alberig. in 2 par. Stat. quæst. 179. vbi ind partes disputat. Corn. in suis mem. in verbo Fideiussor. Ancha. in §. 1. num. 7. & 8. Instit. de oblig. Oſaſch. deciſ. Pedam. 2. num. 9. Viui. lib. 1. commun. opin. opin. 140. Valent. Franc. tract. de fideiuſſ. cap. 1. nu. 6. Burſat. conſ. 87. num. 7. vol. 3. Franc. March. q. 340. Emanuel. Suar. in commun. opin. littera F, nu. 158. Aſin. de executio. in proleg. cap. 2. per totum. Ant. Hering. tract. de fid. cap. 20. §. 1. num. 44. & allegatur pro huius dicti cõprobatione vltra textum in d. l. 4. ff. de ſolu. & alios, etiam text. in d. l. ſi fideiuſſor, in princ. ff. de leg. 1. vbi Iaſ. num. 4. vult † hoc procedere etiam in materia correctoria, & pœnali.

Et quod fideiuſſio propriè contractus ſit, illeque nominatus nuncupetur, ponunt gloſ. in tubr. C. de rerum permut. Iaſ. in l. 5. in §. ſatis acceptio. num. 5. ff. de verb. oblig. & dicit Ant. Hering. tract. de fideiuſſ. cap. 3. nu. 22. cum aliis.

† Et ideo, cum fideiuſſor ſit propriè debitor comprehendetur in ſtatuto, vel in alia diſpoſitione de debitore loquõte, in qua ſtrictè verba ſunt intelligenda. l. & magis. ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. ſi creditores, nu. 2. C. de pact. qui dicit venire in ſtatuto. Imo. in l. 1. ff. de ſolut. Socin. in d. l. 1. in fin. vbi Bart. d. num. 34. Cagn. num. 279. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 113. vol. 3. Boui. de ſtat. verb. præſcripti. gl. 19. num. 95. & 96. qui dicunt contineri in ſtatuto de debitore loquente.

4 Contrarium tamen, quod immo fideiuſſor non ſit propriè debitor, & ſic quod fideiuſſio non ſit propriè cõtractus, & quod in ſtatuto de debitore loquente non comprehendatur fideiuſſor, tenuit Plot. in l. ſi quando. num. 769. vet. fic. ſic etiam. C. vnde vi.

5 † Et pro huius ſententiæ corroboratione, etiam illud videtur mouere conferre. Quod prohibitus ſe obligare non prohibetur fideiubere. Bald. de ſtat. in verbo fideiuſſor. nu. 6. & in l. fin. num. 7. vet. ſtatutum dicit. C. ad Maced. S. C. Carp. ad Stat. Mod. c. 116. nu. 82. par. 1. vnde ſi non poteſt ſe obligare, & poteſt fideiubere, ſequitur quod non ſit propriè debitor,

alias

alias in hoc daretur repugnantia, & quod posset se obligare, & non posset. contra l. 1. C. de furt. l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & in specie, quod fideiussio non sit propriè contractus videntur suadere.

Primo, quia de fideiussionis con-
6. tractu † non soluitur gabella, etiam quod lege municipali caueatur, quod de contractibus soluenda sit. Bald. in Auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Berracch. de Gab. par. 8. memb. 3. post num. 12.

7 Secundo, † quia statuta de contractibus loquentia nõ comprehendunt stipulationem, minusque fideiussionem, quæ ad sui essentiam stipulationem requirit, minus etiam similes cõtractus, qui veniũt accessoriè ad principalem contractũ, cuius sequela sunt. Alciat. & alij in l. Labeo. ff. de verb. signif. idẽ in rub. C. de pact. Corn. cons. 259. in 1. p. Ant. Hering. qui alios citat. in suo tract. de fideiuss. c. 3. nu. 17. & infra.

Teneas primam opinionem: quod sit propriè debitor, & quod fideiussor comprehendatur sub statuto de debitore loquente, quę vera, & communis est ex authoritatibus supra relatis.

8 Aduertatur tamen, † quod fideiussor antequam soluat, non est verè, & propriè creditor. l. si pro ea, vbi omnes. C. mandati. & tenuit Ror. Rom. coram D. Penia in vna spoleran. bonorum 18. Maij 1590. vt per Farinac. in nouissimis decis. 144. num. 22.

9 Et † hinc fit quod fideiussor stante iurium cessione, quæ in actu solutionis fit est propriè creditor, cum tali casu in locum creditoris succedat, & efficiatur principalis creditor eius, contra quem cessio facta fuit. Bald. in l. emptor. C. de hæreditate, vel act. vẽdit. Socin. iun. cons. 27. num. 3. vol. 3. Ror. Rom. in nouiss. vt per Farin. decis. 825 num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem pro alio præstans se debitorem esse fatetur. & num. 9.*

2 *Fideiussor contractum pro quo fideiubet approbare dicitur. num. 10.*

3 *Fideiussores præstans potest hoc facere euitandæ instantiæ, & importunitatis gratia creditoris, & non intentione se debitorem constituendi.*

4 *Familiæ erciscundæ agens non fatetur aduersarium sibi hæredem esse.*

5 *Excipiens non fatetur.*

6 *Asserens in epistola aliquem sibi cohæredem esse, per hoc eidem aliquod ius non dat contra rerum hæreditariarum possessorem.*

7 *Agens actione reali, licet fateatur reũ possessorem ex hoc non sequitur, quin contra eum agi possit petitione hæreditatis, rei vendicatione, & possessorio interdicto.*

8 *Petens libelli copiam in iudicem non consentit.*

11 *Præstans fideiussorem in necessarium antecedens se debitorem fatetur.*

12 *Accessorium licet non vestiat principale, tamen illud probat.*

13 *Fideiussoris datione agnoscitur debitum, & interrumpitur præscriptio.*

14 *Recognitione debiti præscriptio interrumpitur.*

15 *Fideiussores præstans sibi præiudicat in iure agendo, & excipiendo, si quòd haberet super contractu, in quo fideiussores dat.*

16 *Fideiussores præstans quomodo contractum approbare dicatur remissiuè.*

17 *Fideiussores præstans in contractu venditionis, vel in alio contractu censetur*

tur dictos contractus approbare, & illis consentire.

18 *Stante statuto, quod filius non possit se obligare sine consensu patris, si pater pro filio fideiubet, dicitur dicto statuto satisfactum.*

19 *Renuncians liti aduersarium ius habere fatetur.*

20 *Paciscens crimen fatetur.*

21 *Consentire in iudicem dicitur, qui cautionem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo petit.*

22 *Capturæ licet iniquæ quis consentire videtur, qui fideiussores de non recedendo præstat.*

23 *Per dationem fideiussorum reus tacitè fatetur se iustè captum fuisse, & capturam approbare dicitur.*

24 *Captus iniustè si non reclamat tenent sententia, & executio.*

25 *Confessio nuda, & sine causa verum debitum probat.*

26 *Emens rem venditoris esse fatetur.*

27 *Fideiussor animo deliberato, & voluntarius præstans, & intentione se obligans debitum fateri, & contractum approbare dicitur.*

Idem si partem debiti soluerit. nu. 31.

Idem si fecerit fideiussiones reiteratas. num 32.

Secus si coactus fideiussores dederit: numero 28.

Idem si errans. num. 29.

Eodem modo si ad creditoris instantiam, & importunitatem. nu. 30.

Fideiussorem præstans an statim se debitorem esse fateatur: & contractum super quo fideiussorem præstat approbare dicatur.

CAP. IIII.

1 QVæro. † An fideiussores pro alio debitor præstans debitum
2 fateri cẽseatur, ita quod dicatur † contractum, pro quo fideiubet, approbare: & ideo prjuetur iure agẽdi, & excipiendi, si ius aliquod prætenderet circa dictum contractum.

3 Et quod fideiussores dans non dicatur agnoscere debitum, nec fateri eum qui accipit fideiussores creditorẽ esse, bene videtur suaderi ex multis.

3 Primò: † quia præstans fideiussores potest alia intentione, & mente fideiussores dare puta euitãdæ causa instantiæ, & importunitatis creditoris, cui postea se nihil debere demonstraturus sit. l. litibus in §. fin. C. de agric. & censit. lib. 11.

4 Secundò, † sicut agens familiæ erciscundæ nõ fatetur sibi aduersarium cohæredem esse. l. qui familiæ. ff. famil. erciscund. l. 3. § fin. ff. de transact. l. 2. C. d. tit. de transact. eodem modo, qui dat fideiussores se debitorẽ nõ fatetur.

5 Tertiò, † quia obijciens exceptionem non statim videtur de intentione aduersarij fateri. l. non vtique. ff. de excep. ca. exceptionem de regul. iur. in 6. ita, & fideiussores dans debitum non videtur fateri.

6 Quartò, † quemadmodum epistola, in qua quis cohæredẽ sibi esse cauit, petitionẽ nullã dat aduersus possessorem rerum hæreditariarũ l. epist. ff. de pact. l. nõ epist. C. de prob. ita nec ille, qui fideiussorẽ dat vt ius, si quod habet, à se abdicare, & debitorẽ cõfiteri.

7 Quintò, † agens in rem continuo fatetur reum possidere: nihilominus per hoc non est, quin contra eum agi non possit petitione hæreditatis, rei vẽdicatione, & possessorio interdicto. l. & in eadem, in §. fin. ff. de excep. rei iud. l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acq. poss. l. cum fundum, in §. fi. ff. vnde vi. Pari ratione idem dicendum videtur in præstãte fideiussores.

Sexto,

8 Sexto, † petens sibi actionem edi, & copiam libelli dari: in iurisdictionem iudicis consentire non dicitur. l. non videtur 33. ff. de iudicijs, eodem modo hic dicendum est de isto dante fideiussores.

In contrarium tamen est communis opinio, 9 † quod scilicet fideiussores præstans, se debitorem fateatur, 10 † & credito consentire, & eidem authoritatem præstare, & contractum, ac debitum, pro quo quis fideiussores 11 dat approbare dicatur. † Qui enim fideiussores præstat, in necessarium antecedens confitetur se debitorem esse. Bald. in l. si pro dote la secunda 12 nu. 3. C. de iure dot. vbi vult, † Quod licèt accessorium non vestiat principale, tamē illud probat. Surd. ex multis quos congerit de alim. priuileg. 22. nu. 32. vbi firmat: quod qui promittit fideiussores dare, cēsetur prin- 13 cipale debitum agnoscere. † Fideiussoris enim datione agnosci debitum, & interrumpi præscriptio dicitur. gl. in l. cum quis in §. si quis pro eo. ff. de solut. l. 1. §. & si serui. vbi gl & D D. ff. quod iuss. Alberig. & Bald. in l. exceptione. C. de euict. Salyc. in l. cum notissimi. num. 3. C. de præscript. 30. ann. Mil. in repett. in verbo præscriptio Bursat. consil. 218. num. 9. lib. 2. Decia. resp. 105. nume. 1. vol. 3. Boeri. decis. 333. nu. 3. eodem modo 14 † ac ipsa debiti recognitione interrumpitur præscriptio. l. cum notissimi. §. sed si quis. C. de præscript. 30. ann. Bald. in l. 1. C. de furti Angel. cōsil. 32. Natt. cons. 402. nu. 64. & ideo 15 sibi † præiudicat, & priuatur iure agendi, & excipiendi, si aliquod ius prætenderet circa dictum cōtractum. d. l. 1. §. sed, & si serui. vbi glos. & doct. ff. quod iussu. d. l. exceptione vbi Alberig. & Bal. C. de euict. Rot. diuers. decis. 797. num. 2. part. 1. Decia. resp. 15. nu. 27. volum. 1. dum firmat, quod dans fideiussorem, vel se ipsum pro aliqua re fideiussorē constituens, fatetur se nullum ius in re habere, & d. resp. 105. nu. 13. volu. 5. qui dicit: 16 quomodo illum † approbare dicatur. Bertazzol. de claus. clausula 39. glo. 17 2. numero 4. qui ait: quod † fideiubens in contractu venditionis, vel in alio contractu fideiussores dans, censetur contractum ipsum approbare, & eidē consentire. ita quod sibi in iuribus suis præiudicat vltra obliga- 18 tionem fideiussoriam. † Et ideo si lege municipali ordinatur: quod filius non possit se obligare sine consensu patris, si pater pro filio fideiubet, dicitur dicto statuto satisfactum: cum id faciens cōsentire videatur. l. si post legatum. in §. sunt qui putant. ff. de his, quibus vt in dig. Bal. in sua Margherita. in verbo statutum vers. penult. Tiraq. qui alios congerit de ll. connub. in verb. expref. glos. 7 nu. 25. & latius de retract. lign. tit. 1. §. 1. gl. 9. nu. 273. versic. quid de fideiussore venditoris. Quibus adde Bartol. in sua disp. incip. Iapus. Socin. cons. 113. quoniam in causa lib. 3. Them. Ferrat. caut. 14. incip. iura sunt vulgaria in 2. memb. Celsus Vgo. consil. 71. nu. 10. versic. quoad verò capturam, & cons. 121. nu. secūdo, Anton. Heting. de fid. capitulo quinto, nu. 153.

Et pro iustificatione huius opinionis communis vltra l. vendicantem. ff. de euictionibus l. Pomponius, in §. 1. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. tacitè contrahatur; etiam multę viuidę rationes adducuntur.

19 Primò, † quia sicut, qui renunciat liti, aduersarium ius faretur habere. l.

si te. C. de ingen. & manu. eodem modo, qui dat fideiussores se debitorem fatetur.

20 Secundò, † sicuti qui paciscitur crimen fatetur. l. quoniam. ff. de his, qui not. in fam. ita qui fideiussores præstat.

21 Tertiò, † quemadmodum, qui ab aduersario satisdationem petit de iudicatum soluendo, vel qui ipsemet satisdat de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, in iudicem consentire dicitur. Bartol. & Ias. in l. si conuenerit. n. 32. & 33. ff. de iurisd. om. iud. Imo. nu. 41. Alex. 24. dd. in l. quidam consuleb. int. ff. de re iud. Socin. consil. 113. colu. 2. lib. 3. Paris. consil. 48. vol. 1. Menoch de præsumpt. lib. 2. præsum. 19. nu. 7. ita, & in proposito, qui fideiussores dat.

22 Quartò, † ille captus licet iniquæ consentire videtur, qui vltro fideiussores præstat de non recedendo. Socin. consil. 113. incip. quoniam in causa

23 lib. 3. per dationem enim † fideiussorum reus videtur tacitè fateri se iustè captum fuisse, capturamque approbare. Bartol. in disputatione Lapus. Ferrat. caut. 14. iura sunt vulgatia in 2. memb. Cels. Vgo. d. consil. 71. nu. 10. versic. quoad verò capturam, & consil. 121. num. 2. Decian. resp. 15.

24 nu. 26. vol. 1. † & ideo captus iniustè si non reclamat, valent contra eum sententia, & executio. Bald. in l. 2. C. de setu. fug. ita, & in illo, qui fideiussores dat.

25 Quintò, † sicut cõfessio debiti nuda, & sine causa verum debitum probat. l. Lucius. 88. §. quisquis mihi hæres erit. ff. de leg. 2. Afflict. de iure proth. §. 5. nu. 12. sic, & in casu isto, & multo magis.

26 Sexto, † vti qui rem aliquam emit eam uenditoris esse fatetur glos. in l. 1. ff. de public. Neguss. de pign. in 8. part. memb. 3. nu. 10. ita qui fideiussores dat.

Et hæc sunt indubitata, quando 27 † dans fideiussores deliberatè se, & suos fideiussores præstat & animo do- 28 nandi, obligandiq; hoc facit † volun- 29 tarius, & non coactus, nec † errans, 30 nec ad effectum † euitandi creditoris petulantiam, & importunitatem: 31 † ut etiam si patrem soluerit, vtpotè 32 † si reiteratos fideiussores præstiterit: nam in omnibus istis casibus absque scrupulo ipsum se debitorem fateri, & contractum approbare pro quo fideiussores dat inquit Ant. Hering. d. tract. de fid. cap. 5. num. 158. & 172. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus seruitutis non datur.*
2 *Fictio fictionis non conceditur.*
3 *Præsumptio præsumptionis non permittitur.*
4 *Retorsio retorsionis in materia iniuriarum denegatur.*
5 *Testes reprobatorij reprobatoriorum non admittuntur.*
6 *Vsuræ vsurarum à lege damnantur.*
7 *Accessio accessionis à iure respuitur. Item commodum commodi.*
8 *Reconuentio reconuentionis, non elargitur. Item officium officij, lucrum lucri, superioritatis superioritas.*
9 *Pœnas pœnarum lex abhorret.*
10 *Fructus ex fructibus, effitio iudicis debitis non debentur.*
11 *Iura in finitatem, & perpetuitatem detestantur.*
12 *Fideiussor fideiussoris datur.*
13 *Releuatores fideiussores fideiussorum sunt.*
14 *Fideiussor primus dicitur principalis,*

lis, alter accessorius.

15 *Primus fideiussor, quando alium fideiussorem dat; tunc datur fideiussor fideiussoris.*

16 *Secundus fideiussor dicitur subalternus, vicarius succedaneus, & subrogatus.*

17 *Succedaneus fideiussor datur, quando de primo fideiussore fidem non habemus, tò quia inops, & non soluendo factus fuerit.*

18 *Fideiussor fideiussoris indistinctè datur, vt etiam.*

19 *Pignus pignoris.*

20 *Curator curatoris.*

21 *Census census.*

22 *Nominator nominatoris, vt & pariter.*

23 *Interesse interesse.*

Fideiussor fideiussoris datur.

CAP. V.

1 ET † si seruitus seruitutis non de-
2 tur: † nec fictio fictionis: minus-
3 que præsumptio † præsumptionis se-
cundum Anguis. cons. 36. num. 5. in
4 materia contractuum, † ut etiam in materia iniuriarum non conceditur, retorquutio retorquutionis. Ant. Heringer. de fid. c. 4. num. 50. & habetur in l. fin. ff. quod quisque iur. & in ma-
5 teria testium † testes reprobatorij reprobatoriorum non admittuntur. ca. ueniés el tertio. de testi. Portius Imolens. cõs. 209 nu. 7. & in materia usu-
6 rarum: † usuræ ex usuris non dantur, l. fin. C. de usur. l. improbũ. C. ex quibus caus. infam. irrog. l. secundus creditor. in fin. C. de pign. l. si non sortẽ, in princ. ff. de conditione indebiti. Afflict. decis. 261. nu. 3. Vinc. Hondad. cons. 50. nu. 28. & 40. uol. 1. Rot. diuers. in impress. decis. 315. nu. 8. in 2. par. & latè de hoc diximus in nostro
7 tract. de usur. † Minusque conceditur accessio accessionis. l. hæres. in §. 1. ff. de petit. hæred. l. 1. ff. de magistrat. cõuenient. l. 1. C. de usur. fisc. lib. 10. glo. in l. fin. C. de usur. rei iud. glo. & Bald. in l. neque eorum. ff. de usur. Peregr. de iure fisc. lib 6. tit. de debitore fisci. 7. nu 31 nec commodum commodi. l. 2. §. si indemnitas. ff. de adminis-
8 trat. rerum ad ciuit. pertin. † vt nec reconuentio reconuentionis. l. iusiurandũ. in §. ait Prætor, vbi nor. omnes. ff. de iureiur. vt pariter, nec officium officij, lucrumque lucri. Pereg. d. tract. de iure fisc. lib. 6. tit. 7. num. 30. cum seqq. vt nec similiter superioritas superioritatis. Bal. cons. 439. nu. 1. ver-
9 sic. 12. sic arguo. vol. 3. † Idem est in pœnis, in quibus nec pœnæ pœnarum permittuntur, vnde nec peti, nec exigi possunt. l. 1. C. de usur. fisc. lib. 10. Pereg. d. tract. de iure fisc. lib. 6. tit. 7. de debit. fisc. nu. 10. qui hoc dicit verum, non tantum in pœnis conuentionalibus, verum & in legalibus.

10 † Pari ratione hoc decidi tur in fructibus, & vsuris officio iudicis debitis, pro quibus nec fructus fructuum, nec vsuræ vsurarum debentur, vt tauit Pereg. d. tract. d. lib. 6. d. c. 7. nu. 32.

11 † Et ratio prædictorum est potissima, & præcipua assignatur: quia iura in finitatem, & perpetuitatem damnant, detestantur, & abhorrent. l. qui bona. in §. fi. ff. de damn. infect. l. apud Celsum. in §. Marcellus. ff. de dol. mali excepi. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens. l. minor. ff. de minor.

12 † Nihilominus quicquid sit in prædictis: tamen contrarium est in fideiussione, in qua fideiussor fideiussoris datur, & fideiussor pro fideiussore accipi potest. l. Græcè. §. fin. ff. eo. & l. si pluries. §. si fideiussor. ff. d. tit. de fid.

Bertaz. de clauſ. clauſula 39. gloſ. 1. num. 11. † Exemplum huius dicti ſit in releuatoribus, qui fideiuſſores datos indemnes conſeruare promittunt. d. l. ſi pluries. in §. fin. ff. de fideiuſſ. Bald. in d. l. Græcè. in §. fin. d. tit. Ceph. conſ. 437. nu. 5. in tertio. † & tali caſu primus fideiuſſor dicitur principalis alter acceſſorius. Bart. in d. l. Græcè. in § fi. ff. d. tit. de fideiuſſ. † Aliud exemplum ſit: quando primus fideiuſſor alium rurſum fideiuſſorē dat, qui fideiuſſor † ſubalternus, alius vicarius, ſuccedaneus, & ſubrogatus dicitur: † & hoc, quando non ſatis habemus fidem primo fideiuſſori, eo quia inops, & non ſoluendo effectus fuerit: nam cum tunc eidem alius ſuccedaneus datur, ille eo caſu fideiuſſor fideiuſſoris erit, vt per Anto. Hering. in ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 4. num. 48. † Immo indiſtinctè fideiuſſorem fideiuſſoris dari, & obligationi acceſſoriæ alterius poſſe accedere fideiuſſorem, vult text. in d. l. Græcè. in § fin. ff. eod. gloſ. in princ. inſtit. eo. & tradit Azzo. in ſum. C. eod. num. 2.

Et aduertēdum eſt: quod non tantū in materia fideiuſſionis à lege elargitur multiplicatio, ac ſuperfœtatio: verum etiam in multis alijs caſibus: † & primo in pignore: nam in eo pignus pignoris datur. l. Græcè. ff. de pignō. † Idem eſt in curatore, cui curator, alius ſubcurator à lege conceditur. l. ex facto. ff. de neg. geſt. † Similiter hoc idem in cenſu determinatur, in quo cēſus cenſum dari, inquit Vincent. Carroc. deciſ. 103. per totum. † & in nominatore, quod nominator nominatoris detur diſponit text. in l. 2. C. de peric. nom. lib. 11. Itidem idem ſancitur in intereſſe, in quo intereſſe intereſſe admitti admonent. Vincent. de Franc. deciſ. 248. num. 13. & 15. in 2. par. Rot. Ianuen. deciſ. Mercat. 87. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio, & promiſſio de fideiubendo differunt.*
2 *Promittens fideiubere nondum eſt fideiuſſor.*
3 *Verba, Promitto fideiubere tractum habent.*
4 *Tractus eſt ſpacium temporis, intra quòd aliquid commodè fieri, & explicari poteſt.*
5 *Tractus alio vocabulo ſpacium nuncupatur.*
6 *Tractatum vt plurimum ſequuntur actus, effectuatio, & concluſio.*
7 *Tractu durante licitum eſt deliberare, & pœnitere.*
8 *Venditio aliud eſt, aliud promiſſio de vendendo.*
9 *Donatio aliud eſt, aliud promiſſio de donando.*
10 *Agere aliud eſt, aliud velle agere.*
11 *Nuptias contrahere aliud eſt, aliud ad eas contrahendas ſe obligare.*
12 *Aliud eſt pecuniam mutuare, aliud ſe mutuaturum promittere.*

Aliud eſt fideiuſſio: Aliud promiſſio de fideiubendo.

CAP. VI.

1 FIdeiuſſio, & † promiſſio de fideiubendo inter ſe differunt: Nam
2 qui promittit fideiubere † nondum
3 eſt fideiuſſor cū iſte ſermo † tractum habeat. l. ſi quis 112. ff. de verb. oblig.
4 & tractus † ſit ſpacium temporis, intra quod aliquid commodè fieri, & explicari poſſit. l. mutus. §. fin. ff. de procurat. l. quoties. ff. de oper. lib. l.
5 quòd initio. ff. de reg. iur. Qui † tractus

ctus alia voce spacium nuncupatur. l. si quis filium. in §. stipulatio. ff. de collat. bon. & maximè cum † tractum, seu tractatum ipsum, vt plurimum sequatur actus, & conclusio. l. si peculium in §. fin. ff. de statu liber. l. quod dicimus. ff. de solutioni. † Quò fit, vt dum durat tractatus deliberare potest fideiussor, num fidem suam obligare velit. Bart. in l. singularia. ff. si certum petatur.

Ex præmissis resultat, Quod aliud † est venditio aliud promissio de vendendo. Matth. sing. 46. Dec. cons. 502. num. 8. Roland. cons. 69. per totum lib. 3. Hondad. cons. 52. num. 6. vol. 1. Boer. decis. 3. vt etiam aliud est donatio, aliud promissio de donando. Et aliud est agere, † aliud velle agere. l. amplius non peti. ff. rem rat. hab. † Itidem aliud est nuptias cõtrahere, aliud ad eas contrahendas se obligare. l. 1. & 6. ff. de rit. nup. l. si vxor in §. diui. ff. ad l. Iul. de adult. l. si legibus in princip. ff. de Episcop. aud. Vt similiter aliud † est pecuniam mutuam dare, aliud se daturum promittere. l. si pœnam. ff. de verbor. oblig. Tiraq. de retract. conuentio. ad fin. tit. num. 42. & 54. iunctis alijs relatis ab Anton. Heting. de fideiuss. c. 3. num. 10. cum sequentibus.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVL. I.

De Fideiussoribus circa diuersa.

SECTIONIS TERTIÆ.

SVMMARIVM.

1 *Reos debendi se plures constituentes: quorum vnus verè recipit pecuniam, alter non; qui recipit pecuniā reputatur principalis, alter verò fideiussor.*

2 *Principalis censetur is, ad quem peruenit vtilitas contractus.*

3 *Isque prius excutiendus est, & maximè si fideiussor instat cum suis sumptibus excuti.*

4 *Rei debendi si plures constituantur, is, qui pecuniam recipit, dicitur fideiussor in rem suam, & recognoscendo bonam fidem principalis censetur.*

5 *Fallit, quando se vt principales principaliter, & in solidum obligarunt.*

6 *Rei debendi, si plures constituuntur, is, qui pecuniam recipit non dicitur principalis, quando alter interuenit animo nouandi.*

7 *Rei debendi, si plures constituuntur, vt vnus eorum censeatur principalis: alter verò fideiussor, hoc habet locum quoad excussionem: secus quo ad alia. Intellige, etiam quando commodè potest experiri contra principalem, & eum, qui pecuniam recepit. nu. 9.*

8. *Reorum duorum debendi vterque principalis censetur, quando sunt pro parte obligati.*

10 *Rei plures debendi, quando omnes sūt, vt principales principaliter, & insolidum obligati, licet aliàs pecunia peruenerit ad alterum tantum, nihilominus omnes rei debendi censendi sunt.*

11 *Principalis censetur is, qui prius est nominatus, quando alter non apparet, ad quem pecunia peruenerit.*

12 *Licet (secundum Cast.) censeatur pecunia inter eos diuisa.*

Recipiens pecunias censetur principalis, alter verò vt fideiussor, quando ut duo rei debendi obligantur.

CAP. I.

1 IN hac materia vera, & communis est conclusio illa, † quod ex receptione pecuniæ, quis diudicatur principalis, alter uero ut fideiussor, quando ut duo rei debendi obligantur. Cast. cons. 410. aliàs 409. considerandæ sunt. in princ. lib. 1. Antonius

tonius de Butri. consil. 38. in princip. uers. quinimo. & cons. 41. in princ. ubi Apostill. Rom. cons. 114. num. 3. ubi Addent. in uerbo principalis. Mars. rub. eo. q. 1. nu. 65. & q. 57. num. 370. Boer. decis. 255. nu. 5. dum inquiunt: quod hoc respectu ille talis, qui pecunias recipit, debet prius discuti. Ruin. cons. 580. nu. 5. uol. 3. Ceph. cons. 220. num. 17. uol. 2. Gabri. de fideiuss. concl. 2. benè Simon. de Pret. consil. 153. nu. 25. l. iraq. qui aliòs refert de tract. lig. §. 3. gl. 11. nu. 8. † nam ille, ad quem peruenit utilitas contractus dicitur principalis: alter uerò fideiussor; quicquid in contrarium uerbis actum sit. l. sed Iulianus. in princ. & in §. non solum uersic. nè si duos, & ibi gloss. ad Maced. Soc. cons. 244. col. fin. in 2. par. Barb. cons. 6. c. 2. uol. 3. Cremon. sing. 34. in eodem instrumento. Addentes ad Bart. in l. Marcellus. ff. eo. in litiera E, Marsil. sing. secundo, si pluries. uers. scias tamen. † Et est agendum contra eum, ad quē utilitas peruenit, si fideiussor instar ipsum suis sumptibus excut. planè Annania cons. 60. ubi Bolog. in add. Angel. Arrer. noster. in §. 1 instit. de duobus reis. Et talis fideiussor, qui pecuniam recipit dicitur fideiussor in rem suam, & ille est, qui recognoscit bonā fidem, & ad quem peruenit pecunia: nam ipse censetur principalis, & fideiussor in rem suam, alter uerò fideiussor. glo. in l. & hæredi. in §. in his. in uerbo proficier. ubi Cast. nu. 1. & 4. & Alex. circa princ. ff. de pact. Hier. Gab. cons. 63. nu. 1. 10. & 11. cum seq uol. 2. Ror. diuers. in impress. decis. 112. nu. 1. par. 1. & decis. 153. nu. 6. par. 2. & uideatur ad ista nouissimè Card. Mant. de tacit. & ambig. fideiuss. cōuent. lib. 16. tit. 1. qui sint propriè fideiussores.

num. 3. par. 2. dum inquit: quod is, ad quem peruenit commodum obligationis, dicitur debitor principalis, alter verò, qui non percipit commodū, fideiussor, etiam quod alio nomine appelletur.

† Contrarium voluerunt. Rom. d. cons. 114. & Socin. cons. 71. nu. 5. vol. 3. quorum dicta procedunt, quando ambo, vt principales, principaliter, & in solidum obligantur.

Tenendo primam, eam nonnullis modis limita.

Primo, † quando alter ex reis debēdi interuenit animo nouandi. Alexan. cons. 32. in causa executionis. nn. 10. & 11. libi q. Gabri. de fideiuss. concl. 2. nu. 7. nam qui animo nouandi promittit, non fideiussor, sed correus, & principalis dicitur. Alex. d. cons. 32. nu. 10. & 11.

Lim. 2. quo ad exceptionem discussionis procedere prædicta: secus verò est quo ad alia: nam in alijs, quo ad creditorem non habetur loco fideiussoris. Roman. d. cons. 114. Arier. cons. 33. col. 3. Aym. cons. 91. num. 4. Gabr. d. concl. 2. nu. 8.

Lim. tertio, † quando omnes sunt in solidum obligati: secus si pro parte. Ruin. cons. 19. nu. 9. in quarto.

Lim. quarto, † quando potest commodè contra principalem, vel illum, qui totam pecuniam recepit, experiri: nam tunc ille reus, qui pecuniam non accepit, iudicatur, vt fideiussor, & potest allegare beneficium excussionis, & quod prius excutiatur principalis, & ille, qui pecuniam recepit: & in istis terminis procedit commune dictum supra firmatum: aliàs secus est, quando ille, qui pecuniam recepit est notoriè non soluendo: quia tunc ambo, vt principales, & rei debendi di-

diiudicantur. Gabr. loco præcitato. num. 10.

10 Limit. quinto, † quando ille, qui pecuniam non recepit, esset obligatus, vt principalis, principaliter, & in solidum: quia tali casu ambo, vt rei debendi censendi sunt. Gabr. vbi supra. nu. 11. & diximus nu. 5. & 8.

11 Sed † quid si duæ obligationes sunt in contractu: & non appareat quis receperit pecuniam? volunt doct. quod prius nominatus censeatur principalis: alter verò fideiussor. Alex. consil. 66. nu. 6. lib. 4.

12 † Cæterum Castr. d. cons. 410. aliàs 409. consideranda. nu. 1. vers. si vero. vol. 1. dicit, quod præsumitur inter eos diuisa pecunia, prout in duobus reis debendi. ad quæ videantur, quæ ponit Aym. cons. 77. & cons. 91. quæ valdè conferunt pro huius difficultatis resolutione.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an possit solutum à principali debitore repetere ex sola creditoris confessione de recepto. articulus est valdè controuersus.*

2 *Fideiussor non repetit ex sola creditoris confessione de recepto: secundum aliquos.*

Contraria tamen verior, & receptior opinio est. num. 4.

3 *Confessio de recepto non inducit obligationē, nisi quo ad ipsos contrahentes.*

5 *Confessione creditoris facta fideiussori de recepto præcluditur omnis via agendi, & excipiendi contra principalem.*

6 *Fideiussor non potest solutum repetere à principali ex sola creditoris confessione, quando probaretur pecuniam non fuisse solutam.*

7 *Fideiussor ex sola creditoris confessione de recepto non agit contra principalem nisi sit factum publicum instrumentum: secus si per appocham, nisi hæc sit à publico notario subscripta.*

8 *Fideiussor repetit ex sola creditoris confessione, quando est sibi facta acceptilatio.*

9 *Fideiussor potest solutum repetere à principali ex sola creditoris confessione de recepto: quando est renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, & tempora sunt lapsa.*

10 *Confessio de recepto facta à creditore nihil operatur quoad tertium, sed dumtaxat quo ad ipsos contrahentes.*

11 *Confessio principalis an noceat fideiussori remissiuè.*

Fideiussor an repetat solutum ex sola creditoris confessione.

CAP. II.

1 ARticulus iste, † An sola creditoris confessio sufficiat ad hoc, vt fideiussor possit à reo principali solutum repetere, est valdè controuersus.

2 Nam pro negatiua: † quod non sit satis sola creditoris confessio, & quod fideiussor docens de solutione per instrumentum confessionis tantum nō possit agere contra debitorem principalem, nisi doceat de vera, reali, & effectuali solutione; tenent glos. in verbo solutionis, in l. duobus in §. à fideiussore. vbi Bart. num. 3. ff. de iureiur. idem Bart. in l. & per iusiurandum in §. pen. nu. 5. in fi. ff. de acceptil. & in l. cum filiusfamil. in fi. princ. ff. de verb. obl. & in l. reos. in 5. col. ff. de duobus reis. Fulgos. in d. l. duobus Rom. in l. prædia. nu. 1. ff. de acq. poss. Cyn. in l. si quando. C. vnde vi. Castr. cons. 396. quæritur, quos refert, & sequitur Marsil. in rub. ff. ex. q. 35. num. 165. licet post modum contrarium firmādo teneat.

teneat, Viui. lib. 2. commun. opin. opinio. 113. & hanc partem etiam firmarunt Alex. consil. 37. nu. 7. volum. 3. cons. 132. num. 6. volum. 4. & cons. 97. num. 7. volum. 7. Ias. in d. l. duobus num. 5. Mol. in repertorio in verbo fideiussor si vult agere, & melius in verbo procurator habens mandatum ad recipiendum Lanfr. centur. 4. decis. 305. Tiraquell. de vtroq. retract. glos. 4. §. 6. nu. 12. & §. 1. glo. 14. num. 84. Mascard. de probat. concl. 361. nu. 31. in prima part. & 783. in secunda part. & ratio est secundum præfatos; quia debet constare de reali solutione, & non per creditoris confessionem: cum aliud sit numeratio, aliud cõfessio de numerato, & recepto. Et maximè, quia confessio de recepto non inducit obligationem quoad tertium, sed benè quoad ipsos contrahentes.

4 Contrarium. † Quod imò sola creditoris confessio sufficiat: & sic quod fideiussor habens quietantiam à creditore, possit agere contra debitorem principalem, allegatur tex. in l. in contractibus. in §. sed quoniam. C. de non num. pecun. & tenet Castr. in d. §. à fideiussore aliàs incipit, quòd si reus nu. 2. vers. ego habui de facto Florentiæ. cons. 64. nu. 1. in nou. & 397. quæritur in antiquis. Barr. cons. 160. incipient Titius, vbi add. volum. 1. Alex. cons. 25. vol. 2. & cons. 90. nu 3. vol. 3. & in d. l. duobus, vbi Salicet. Rom. & Ias. nu. 8. qui dicit communem, idem Ias. in §. item si quis iurauerit, num. 8. inst. de act. Felyn. in cap. si cautio. nu. 89. ad fin. de fid. instr. Ruin. cons. 147. num. 14. lib. 1. Cephal. consil. 101. nu. 35. volum. 1. & 541. nu. 14. volum. 4. Roland. qui dicit magis communem consil. 17. num. 9. volum. 1. Affict. decis. 91. num. 3. & 94. num. 3. vbi, & ipse testatur hanc communem opinionem esse. Ror. Ian. Mercat. decis. 58. num. 3. Ioseph. Lud. decis. Perus. 67. num. 8. in prima part. Tiraq. de ipsa-cta. lig. §. 1. glos. 18. num. 84. Mascard. de probat. concl. 373. part. 1. & d. concl. 783. num. 3. par. 4. & hanc communem opinionem profitetur Bertaz. de claus. claus. 43. glos. 6. num. 1. vbi eam optimis rationibus comprobat. Marsil. rubr. eo. quæst. 15. nu. 265. Vestric. contraria tamen opinio, qui hanc opinionem veriorem, & magis communem fatetur, & huius pronunciati optimam rationem reddit, † inquiens per talem confessionem præcludi omnem actionem agendi creditori cõtra principalem debitorem. Et pro hac 5 opinione vltra allegatos, videantur Magon. decis. Flor. 94. nu. 25. Duen. reg. 449. ampl. 4. Carrocc. de excuss. bon. 10. quæst. 10. q. principalis. nu. 21. & in tract. de iur. decis. quæst. 3. 14. q. principali. num. 4. Carp. ad Stat. Mediol. part. 1. cap. 413. num. 4. Franc. de fideiuss. c. 5. num. 519. & 520. Eman. Suarez commun. opin. litera F. num. 164. Panzerol. cons. 108. nu. 15. Bello. cons. 75. num. 6. Dec. cons. 393. col. 1. Alban. ad Bart. in d. l. in duobus in §. à fideiussore Faceb. lib. 8. controuer. iur. cap. 68. vers. fundamentum est. Ant. Hering. cap. 20. §. 1. num. 51. de fideiuss.

Tenendo igitur hãc vltimam partem, quæ est magis communis ex authoritatibus præcitatis, quæ maioribus, & numero, & pondere doctoribus est fulcita; Eam nonnullis modis limito.

Limit. † igitur primò, quando creditor assumpsit onus probandi pecuniam non fuisse versam, & verè hoc probauerit, gl. & dd. in l. in contracti- 6

bus.

bus. C. de nō num. pec. Ias. in d. l. duobus reis, nu. 8. de iureiur.

7 Limit. secundò, † quando talis confessio fieret in publico instrumento: secus si hoc constaret aliàs: puta per appocham, vel alio modo non sic pleno, & concludenti, vt per instrumentum. Ias. in d. l. duobus nu. 8. versic. limita tamen Rol. d. consil. 17. num. 9. Alex. in d. l. duobus versic. quòd autē reus, nu. 12. de iureiur. Magon. d. decis. 91. num. 25. qui dicit, quod sufficit, quòd probetur solutiō per instrumenta publica, vel appocham manu notarij subscriptam, & in istis terminis loquuntur forsan doctores tenentes contrariam sententiam.

8 Limit. tertiò, † quando in instrumento adesset etiam acceptilatio. aliàs non. Ias. in d. l. duobus, num. 8. versic. limita tamen communem.

9 Limit. quartò, † quando solenniter non est renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, vel tempora sunt lapsa. Felyn. in d. cap. si cautio. nu. 89. Mascard. de probat. d. conclus. 361. nu. 31. in prima part.

10 Limit. quintò, † quoad ipsos contrahentes: secus uerò quoad tertiū: nā confessio de recepto non inducit obligationem quoad tertium. Alex. cons. 37. uiso dicto instrumento. nu. 4. uol. 3. Ruin. cons. 147. nu. 13. uol. 1.

11 Sed an confessio principalis noceat fideiussori, uideatur Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 18. nu. 38. Surd. decis. 218. Ror. Ian. Cartar. in executi. decis. 71. ubi latè, & diximus in sect. 9. cap. 17. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non est testis idoneus in causa sui principalis.*

2 *Fideiussor non potest esse testis in causa, in qua fideiussit contra debitoris creditorem pro quo fideiussit.*

3 *Fideiussoris interest, vt debitor liberetur, ne litibus vexetur.*

4 *Fideiussoris, quando de commodo tractatur, tunc nec pro principali debitore, nec pro confideiussore testis esse potest.*

5 *Fideiussor pro suo interesse non est testis idoneus pro suo principali.*

6 *Fideiussor non tantum non potest esse testis pro suo principali: uerum etiam nec iudex aut arbiter.*

7 *Fideiussor quando se obligat ut principalis, principaliter & in solidum, & renunciauit beneficijs de fideiussoribus, tunc nec etiam potest esse testis pro suo principali.*

8 *Fideiussor, qui iurauit in sua obligatione fideiussoria, etiam non potest pro principali testimonium ferre.*

9 *Fideiussor non potest esse testis inter creditorem, & debitorem.*

10 *Debitor principalis non potest esse testis pro fideiussore suo.*

11 *Fideiussor, quando dicit se non fideiussisse, uel animo donandi fideiussisse: tunc debitor principalis pro eo testis esse potest.*

12 *Correus pro correo testificari nō potest.*

13 *Fideiussor, qui se principalem facit, pro debitore principali testis idoneus non reputatur: secus si tantum in solidum obligatus.*

14 *Fideiussor potest esse testis in causa sui principalis, quando principalis est nobilis, dives, & soluendo, ita quod fideiussor ex fideiussione nullum damnum sentire possit.*

15 *Fideiussor, etiam quod eius principalis sit dives, & soluendo, nihilominus testis idoneus pro eo non est.*

16 *Fideiussor pro fideiussore testis esse non prohibetur.*

17 *Confideiussores omnes, quando ut prin-*

cipales

cipales fuerunt adhibiti, & ex fideiussione aliquod commodum sentiunt, tunc testes inter se esse nequeunt. 3

Fideiussor an possit esse testis pro suo principali confideiussore, & inter creditorem, & debitorem. 4

CAP. III.

ADmodum intricata est ista quæstio: An fideiussor possit esse testis propter varias distinctiones, & diuersos casus, quos in ea explicanda recensent Doctores. 5

1 Nam primò † pro regula firmant: Quod fideiussor, non est testis idoneus in causa sui Principalis, fuit dictum Specul. in tit. de test. in §. 1. vers. quid de fideiussore. nu. 88. vbi Ioan. And. in add. Felyn. in c. insuper, num. 15. de testi. & in suo repertorio ad lecturas in verbo fideiussor. Alex. cons. 78. Redemptoris nostri. col. 1. versic. & ideo. vol. 1. & cons. 176. nu. 3. lib. 7. Pratic. Papien. in forma lib. opposit. contra testes versic. in facto. num. 5. Din. Ang. Imo. Castr. & Arret. in l. fideiussor in §. fin. ff. de leg. 1. Luc. de Penna in l. quicunque num. 4. 5. & 6. C. de fund. patrimon. lib. 11. Guid. Pap. sing. 306. nu. 6. Alberig. de test. §. expedita nu. 23. Aufred. de reprob. test. num. 45. Mars. rub eo. q. 69. num. 381. Mascard. d. probat. conclus. 781. num. 2. in 2. par. & concl. 1357. nu. 23. in 3. part. Tiraq. in tract. tes. inter alios acta vers. ité Prælatus in causa, Eman. Suarez. in suo thesaur. comm. opin. litera T. num. 121. cum alijs congestis per Farin. in prax. crimin. de oppositis contra personas testium. lib. 2. tit. 6. quæst. 60. illatione 14. † qui dicit quod 2 fideiussor non potest esse testis in causa in qua fideiussit, contra debitoris creditorem, pro quo fideiussit, vt ibi nu. 368. & seqq. & in specie nu. 381. & ratio est † quia interest ipsius, vt debitor liberetur, ne litibus ipse vexetur l. quia poterat. ff. ad Trebel. c. 2. de arbit. † quando enim fideiussoris commodum versatur in causa, de qua agitur: tunc testis esse non potest, nec pro principali debitore, nec pro confideiussore Milis. in suo repertorio in verbo testis. testificari non potest: Nam fideiussor pro suo interesse non est testis idoneus pro suo principali. Alex. consil. 154. num. 4. in 5. & consil. 176. num. 3. in septimo. Ias. in l. si cui legetur. in §. si Titio. num. 15. ff. de leg. 1. & in l. dictantibus. num. 8. C. de testam. Vtui. commun. opi. opin. 987. vers. testis. Anch. regi. q. famil. 32. nu. 1. & infra. Carp. ad Stat. Mediol. c. 90. num. 59. par. 1. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 5. num. 602.

Ampl. vt nō tantum fideiussor non possit esse testis in causa sui principalis debitoris: † verumetiam nec iudex, aut arbiter. Bart. in d. l. si cui legetur. in d. §. si Titio. vbi Alexan. nu. 10. Ias. num. 16. & 17. Mascar. d. conclus. 784. 6

7 Ampl. secundo, † etiam quod fideiussor se obligauerit, vt principalis principaliter, & in solidum: & renunciauerit beneficijs de fideiussoribus, quia tunc nō potest esse testis pro principali in illa causa. Anch. reg. d. q. famil. 32. num. 9. qui num. 12. dicit hoc 8 idem † esse, etiam quando fideiussor iurauit: nam cum tali casu, vt duo rei debendi iudicētur, vnus pro alio non est idoneus testis. Anch. q. famil. regul. 37. num. 6. lib. 2.

9 Ampl. tertio, † vt etiam non possit esse testis inter creditorem, & debitorem. Castr. in d. §. si Titio. num. 4.

Ampl.

10 Ampl. quarto, vt nec è cõtra principalis debitor possit esse testis pro fideiussore. Monticul. de testi. in verbo pro creditore; vel fideiussori. num. 2. Farin. in d. prax. crim. tit. de oppos. contra person. test. q. 60. ill. 14. nu. 369. qui num. 371. dicit hanc ampliatio-
11 nem † in duobus casibus non procedere: & quãdo fideiussor dicit se non fideiussisse, vel nulliter fideiussisse: vt etiam quãdo fideiussit animo donandi: quia tali casu debitor pro fideiussore testificari potest, quia hæc eius testificatio nihil ei prodest.

12 Ampl. quinto, † in correo debendi, qui pro altero correo non potest esse testis. Crott. de test. nu. 180. qui hanc opinionem. veriorem dicit Camp. d.
13 tract. de test. reg. 75. † quo fit, vt fideiussor, qui se principalem constituit eodem modo dijudicetur. Anch. d. q. fam. 32. num. 9. & 10. in 1. par. qui dicit secus esse, si ambo non essent obligati principaliter, sed in solidũ, quia tunc bene vnus pro altero testificari potest, & aduertimus supra in secunda ampliatione.

14 Lim. primò, † vt prædicta non procedant, quãdo principalis est soluendo, quia tunc cum non agatur de interesse fideiussoris, cum nullum ex tali fideiussione interesse pati posset; certè tali casu fideiussor idoneus erit. Mascard. d. conclus. 784 nu. 2. Roncagal. in l. reos. in princ. num. 50. cum seqq. ff. de duobus reis Magon. decis. Floren. 12. num. 7. cum decidit, quod quãdo certum est fideiussorem ex tali fideiussione aliquod damnum pati non posse, quod tũc eius depositio habetur pro bon. Anch. reg. d. q. fam. 32. nu. 4. dum cauit, quod quando principalis fideiussoris est nobilis, & dives, quod tunc fideiussor pro eo est testis idoneus, & sub nu. 5. subdit rationem, quia testi fide digno habenti aliquod interesse etiam credendum est, vt per eundem Anch. quæst. fam. 24. num. 17. lib. 3.

15 † Contrarium, quod immo, quando principalis est soluendo, nobilis, & dives fideiussor pro ipso nõ possit esse testis, aserit Farinac. in d. sua prax. crim. tit. de oppos. contra person. testi. q. 60. num. 376. vbi eam rationem huius dicti allegat: quia semper interest fideiussoris cum ei melius sit non soluere, quàm solutum repetere, qui ex multis per eum congestis, dicit hãc opinionem communem, & veram.

16 Lim. secundo, † in confideiussore; nam fideiussor pro confideiussore, testis esse non prohibetur. Socin. in l. si quis ità col. fin. ff. de rebus dub. Alex. cons. 68. col. 1. prope finem. Hieron. Gig. cons. 28. num. 19. & maximè ad effectum probandi, quod non intercesserunt, vt principales: secus verò, quod nõ fuerint principales pro consequẽdo excussionis beneficio, ità Iaf. in d. §. si Titio. nu. 18. Alex. in d. l. dictantibus. nu. 13. vbi Iaf. nu. 10. Cyn. & Abb. num. 1. Bal. nu. 2. Salyc. nu. 3. Corn. nu. 12. Viu. comm. opin. opinio. 986. Anch. d. q. 32. num. 3. Fab. in § Legatarijs. in fin. vbi Tob. num. 5. inst. de testam. Alfred. de reprob. test. num. 45. Campeg. de testi. reg. 73. in secũda fallentia. Tiraq. res inter alios acta, vers. & vnus fideiussor. Lamber. de contract. glos. 12. num. 14. Mascar. d. concl. 784. num. 4.

17 Sublimita: quando ambo, vt principales fuerunt adhibiti, vt etiã quod confideiussor aliquod eommodũ sentiret, & alter confideiussor damnum. Farinac. d. q. 60. num. 384. Magn. Decis. Florent. 12. num. 7. Carroci. de exe-

cuis.

cuss. 60. par. 3. quæst. 10. Anch. reg. q. 37. lib. 3. Mascard. d. conclus. 784. num. 4. Ant. Hering. tract. de fideiuss. c. 29. num. 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, an, & quando dicatur laudans, affirmans, approbans, & persuadens.*
2 *Fideiussor non censetur laudans, quando simpliciter laudat, quia sit solitus amicos laudare.*
3 *Fideiussor censetur laudans affirmans, & approbans, quando requisitus doli, & lucri faciendi causa tales laudationes, affirmationes, & approbationes facit.*
4 *Fideiussor dicitur, & vti fideiussor obligatur laudans, affirmans, & approbans aliquem pro idoneo.*
5 *Et hoc quando dolosè id egerit.*
6 *Iudex recipiens fideiussorem minus idoneum, tenetur parti ad interesse.*
7 *Cautela ad hoc, vt iudex recipiendo fideiussores, non teneatur parti ad interesse.*
8 *Fideiussor, an, & quãdo censeatur persuadens alicui, vt alteri credat.*
9 *Approbans, & persuadens alicui, vt alteri credat, tenetur actione mandati, si ille est idoneus, sin autem actione de dolo.*
10 *Sententia approbatoria fideiussoris an requirat partis citationem.*
11 *A sententia arbitri, & approbatoris datur appellatio.*
12 *Notarius recipiens fideiussorem minus idoneum, tenetur de proprio.*
13 *Dummodo sit fideiussor iudicij.*
14 *Quando teneatur iudex quando notarius, & quando approbator remissiuè.*
15 *Notarius recipiens fideiussorem non idoneum tenetur ad interesse fisco, pupillo, & reipublicæ.*
16 *Idem est quoad priuatas personas.*
17 *Notarij recipientes fideiussores absq; approbatione in prouincijs Vmbriæ, & Marchiæ Anconitanæ, si non sunt idonei, tenentur de suo.*
18 *Notarius recipiens fideiussorem non idoneum, tenetur de proprio, nisi hoc faciat iudicis mandato.*
19 *Idem quando principalis est soluendo, & multum diues.*
20 *Idem quando notarius recepisset fideiussorem non idoneum in præsentia partis non reclamantis expressè, vel tacitè.*
21 *Idem quando notarius recipit fideiussores cum approbatione.*
22 *Idem quãdo tempore fideiussionis præstitæ fideiussor soluendo erat, licet demum fuerit effectus non soluendo.*
23 *Fideiussores plures pro alio fideiubentes dicuntur ad inuicem approbatores, & laudatores vnus pro altero: vnde vnus pro alio non existente soluendo, tenetur in solidum.*

An laudans, persuadens, affirmans, & approbans aliquem, vt sufficientem, bonum, securum, & idoneum fideiussorem, fideiussor dici possit: & vti fideiussor teneatur: si approbatus, non sit idoneus.

CAP. IV.

1 DVm quętunt doctores, † An laudans, persuadens, affirmans, & approbans aliquem pro sufficienti bono, securo, & idoneo fideiussore: fideiussor dici queat, & vti fideiussor obligetur? † Distinguunt. Quod aut talis laudator, persuasor affirmator, & approbator simpliciter approbat, ex suo capite affirmat, & laudat: quia solitus est laudare amicos, & tunc ex dicta simplici laudatione, affirmatio-

ne, & approbatione non tenetur. Aut,
3 † & secundo dolo, & lucri faciendi causa talis affirmator, laudator, & approbator requisitus ratione sui officij, vti à publico deputatus, tales affirmationes laudationes, & approbationes facit. Et tunc cum solemniter, appensatè, & deliberatè tales affirmationes faciat; loco fideiussoris habetur, & vti fideiussor in subsidiū obligatur. Bald. in l. cum ostendimus, in §. fideiussores. num. 3. ff. de fideiuss. tut. † vbi vult
4 affirmatorem dici fideiussorem, & vti fideiussorem teneri, quando affirmat aliquem idoneum: quia ex hoc videtur illum approbare: & subdit, quod quis caueat sean notari pro nominatore, vel approbatore fideiussorū Cameræ Principis, vel eius fisci: quia tunc tenebitur. Et hoc idem firmant Cast. in l. si vero. num. 3. ff. qui satisd. cogan. & in l. si quis stipulatus in §. si quis ita stipulatus. nu. 1. circa fin. ff. de verbor. obligat. Ias. in d. l. si vero, in §. qui pro rei. num. 2. d. tit. qui satisd. cogant. Ceph. cons. 437. num. 20. & 34. volum. 3. Odd. de restit. in integ. parte 1. quæst. 48. nu. 64. 69. & 72. art. 8. qui dicit, quomodo debeat intelligi. d. l. cum ostendimus in d. §. fideiussores. Bene Ioseph. Lud. decis. Luc. 33.
5 num. 4. & 5. vbi vult, † quod simplices laudatores non obligentur ex eorum laudatione, nisi dolosè hoc egerint, vel nisi sit consuetudo. Et reddit rationem: quia nemo non approbando non vult contrahere inimicitias in præsentia maxime partis, & improbare personam, aut facultates alicuius. Hoc idem ponit Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. de cõduct. & empt. gabell. & retum fisc. num. 38. qui hoc extẽdit ad eum, qui nominat aliquem in iudicio in fideiussorem pro idoneo, & hæc omnia etiam firmat Marsil. in rub. de fideiuss. quæst. 17. nu. 34. dum
6 ait. Quod † iudex recipiens fideiussorem minus idoneum tenetur parti aduersę ad interesse. Et subdit dans cautelam
7 † quod ad hoc vt iudex ad tale interesse non teneatur opus est, quod faciat fideiussorem approbare ab approbatoribus ciuitatis, quos dicit cõmuniter in quolibet loco adesse, & deputari. Et quòd approbator dicatur alter fideiussor, & teneatur sicut approbatus dicit Alex. in d. l. si verò, in §. qui pro rei. num. 4. ff. qui satisda. cog. vbi Fulg. in princ Ias. num. 2.

8 Sed † maior difficultas stat in persuadente aliquid alicui, vt credat alteri: an & ipse sit fideiussor & vt fideiussor obligetur? in quo dicas: quod
9 si approbatus, & persuasus est idoneus: persuasor dicitur approbator, & tenetur actione mandati. Si vero non est idoneus, & eum non idoneum sciebat, tenetur actione de dolo, ita text. in l. si remunerandi. in §. si tibi. ff. ad Maced.

10 Et an sententia † approbatoria fideiussorum lata per arbitros, & approbatores communis requirat partis citationem; Videantur Rom. consil. 72. qui dicit quod sic. Peregrin. de iure fisc. lib. 6. tit. quinto, nu. 39. dum firmat ex l. arbitrio. ff. qui satisda. cogant. aliàs iudicis declaratoriam nullam esse.

11 Et quòd † à sententia arbitri, & approbatoris approbantis aliquem pro fideiussore idoneo detur appellatio, est tex. in d. l. arbitro. ff. qui satisd. cog.

12 Sed quid in actuarijs, † & notarijs capientibus fideiussores, an illis non soluendo existẽtibus ipsi teneantur de suo? text. in l. 1. ff. de magistr. conueniend. videtur determinare, quod sic:

&

& ita etiam decidit Vincen. de Franc. decis. 480. num. 3. in 3. par. nouissimè Seraph. decis. 576. num. 6. par. 1. benè Prosp. Farin. in sua prax. crimin. tit. de delict. & pœn. q. 24. nu. 83. & melius in d. prax. tit. de carc. & carcer. q. 33. nu. 83. cum seq. vbi admonet, quod fideiussor receptus per notarium, si nō est
13 idoneus, notarius tenetur de suo, † qui declarat, & restringit promissa ad fideiussorē iudicij: secus verò esse vult si sit fideiussor contractus: & subdit,
14 † quando teneatur iudex, quando notarius, & quando approbator. Hoc idem tradidit Ioseph. Ludouic. d. decis. 33. per totum. vbi ad longum disputat: an, & quando, & quomodo, & in quibus casibus notarius recipiēs fideiussores minus idoneos, teneatur de suo, si illi fideiussores non sunt soluendo, quibusque casibus excusetur notarius, licet fideiussores illi recepti à notario non sint soluendo, vbi sub
15 num. 1. dicit firmans regulam, † Notarium recipientem fideiussores minus idoneos teneri ad interesse fisco, pupillo & Reipublicæ. & sub num. 2.
16 † hoc extendit ad priuatas personas.
17 & num. 9. & 11. addit. † quod in prouincijs Vmbriæ, & Marchiæ Anconitanæ notarij recipientes fideiussores absque approbatione tenentur eorum rischo, periculo, & fortuna, & de eorum proprio, in euentum, quod fideiussores non sint idonei, & soluendo. Quod tamen multis modis limitat, vt etiam adnotat Prosper. Farinac. in locis præcitatis.

18 Et primo, † quando Notarius de mandato iudicis id facit: nam tali casu mandatum iudicis excusat notariū, vt non teneatur. Ioseph. Ludouic. dicta decis. 33. num. decimotertio. Prospet. Farinac. in dicta sua prax. titulo de carcer. & carcerat. quæstione 33. num. 90.

19 Secundo, † quando principalis debitor est soluendo, & multum diues, & sufficit in proposito, quod eius patrimonium tantum valeat, quantum est quantitas promissa. Ioseph. Lud. d. decis. 33. num. 14. & 15. Farinac. dicta q. 33. num. 91.

20 Tertio, † quod notarius recepisset fideiussorem minus idoneum in præsentia partis non reclamantis. Ioseph. Ludou. d. decis. 33. num. 16. Farin. d. q. 33. num. 92. qui dicit satis esse non tantum expressum, verumetiam tacitum consensum partium.

21 Quarto, † quando notarius recepit fideiussores cum approbatore. Farin. loco præcitato. num. 89.

22 Quinto, † quando erat soluendo fideiussor tempore fideiussionis præstitæ, licet ex post fuerit effectus nō soluendo. Farinac. d. q. 33. nu. 93. & aduerte ad prædicta, quia sunt contingibilia, & praticabilia.

23 Notandum etiam est vnum in proposito, quod fideiussores plures, quādo fideiubent pro aliquo dicuntur inuicē approbatores, & laudatores vnus pro altero: quò fit, quod si vnus nō est soluēdo, alij teneantur in solidum pro eo, vti fideiussores illius. l. fi. ff. de constit. pec. l. si plures. vbi Bart. & Alber. ff. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non obligatur pacto nudo, sed est opus stipulatio.*

2 *Fideiussor non obligatur per nuncium, vel epistolam, sed debet esse præsens.*

3 *Fideiussor ex sola præsentia obligatur, si in iudicio patitur se vti fideiussorem describi.*

4 *Fideiussor quare non obligatur absque stipulatione.*

5 *Pactum nudum non obligat, neque est efficax, nisi fiat in contractibus nominatis.*

6 *Pactum nudum non informatur per contractum cum alio celebratum.*

7 *Fideiussor pacto nudo non obligatur etiam de iure Canonico.*

8 *Fideiussor non obligatur absque stipulatione etiam de iure militari, & inter milites.*

9 *Æquitas, non rigor seruatur inter milites.*

10 *Fideiussoria obligatio nō requirit stipulationem, quando est ad pias causas.*

11 *Idem fauore dotis.*

12 *Idem quando reipublicæ fit.*

13 *Fideiussoria obligatio tacita stipulationem non requirit.*

14 *Fideiussor absque stipulatione obligatur in omnibus casibus, in quibus stipulatio absque solemnitate verborum inducitur.*

15 *Fideiussio pro delicto confessato, & habente assistentiam rei iudicatæ non requirit stipulationem.*

16 *Fideiussor obligatur absque stipulatione, quando talis fideiussio habet relationem ad aliam fideiussionem.*

17 *Fideiussor etiam absque stipulatione obligatur, quando se patitur in actis describi pro fideiussore.*

18 *Fideiussio, quæ fit in iudicio stipulationem non requirit, quia calor iudicij supplet etiam si sit pupillus, ecclesia vel fiscus. num. 19.*

20 *Contrarium tamen tenet Boerius.*

21 *Fideiussoria obligatio stipulationem non requirit in curijs mercatorum.*

22 *Epistola, vel obligatio fideiussoria scripta, & creditori transmissa, & à creditore acceptata, in qua sit insertum iuramentum promissorium; cum vim stipulationis habeant, fideiussionem efficacem inducunt.*

23 *Iuramentum supplet defectum præsentiæ.*

24 *Subscribens se animo fideiubendi efficaciter obligatur.*

25 *Approbatio omnis vim confessionis habet.*

26 *Procurator notarius, & syndicus pro suis principalis absentibus fideiubentes eos efficaciter obligant.*

27 *Fideiussio absque stipulatione sustinetur in vim constituti.*

28 *Fideiussor in dubio censetur, quod cum stipulatione se obligauerit.*

29 *Fideiussoria obligatio strictè interpretatur propter stipulationem: & verbis eius firmiter inhærendum est.*

30 *Fideiussoris verba in dubio contra stipulatorem interpretantur.*

31 *Fideiussio non extenditur de casu ad casum.*

Fideiussio ad sui essentiam requirit stipulationem.

CAP. V.

1 IN hac materia satis vulgaris est conclusio illa: † quod fideiussor non obligatur pacto nudo, sed exigitur expressa, vel tacita stipulatio. l. Blanditus. C. de fideiuss. l. 5. §. satis acceptio, & l. sciendum, ff. de verborum obligat. §. fin. inst. eo. l. si hæreditatem. ibi præsens, quis interrogatus respondeat. ff. mand. l. 2. §. penult. ibi. verbis obligationis expressum erat. ff de admin. rerum ad ciui. pert. l. omnes. §. in hac. C. de Epis. & cler. In tantum, quod nec per epistolā, nec inter absentes contrahitur. Bald. cons. 180. nu. 1. vol. 1 Vtil. ad Aff. dec. 339. nu. 1. Gram. cons. 66. num. 23. Ias. in d. §. satis acceptio. nu. 2. in 1. no. & in d. l. scien-

sciendum. nu.2. cum seqq. & in l. iu- 4
risgentium. in §. quinimò. in 5. lim. ff.
de pactis. Catel. Cotta in suis memor. 5
in verbo fideiussor. Alsan. in suis col-
lectaneis in d.l. Blanditus. num. mi- 21
hi 154. Alex. cons. 60. viso titulo. nu. 1.
lib. 6. Ceph. cons. 603. nu. 1. cum seqq.
vol. 4. Mascard. de probat. concl. 781.
nu. 1. in 2. par. eruditissimus Menoch. 1
de præsumpt. præsumptio. 132. nu. 5.
par. 1. lib. 3. Din. cons. 16. in princ. di-
ligenter considerata. Deci. consil. 93.
num. 3. vers. secundo præmitto. nouis-
simè Mantic. de tacit. & ambig. in 2.
par. lib. 16. titu. de tacit. & ambig. fi-
deiuss. conuenti. titulo quinto, qui-
bus modis fideiuss. astricti esse intelli- 6
gantur.

2 Fideiussio enim ad hoc, vt valeat, 8
vel fideiussor ex ipsa teneatur, debet
in ea intervenire stipulatio. Alexan. d.
cons. 60. num. 1. vol. 6. Ferret. resp. 49. 7
num. 2. Afflict. d. decis. 39. nu. 1. Me-
noch. cons. 212. nu. 4. lib. 3. Crott. in l.
sciendum. nu. 7. ff. de ver. oblig. Asin.
in tract. de execut. c. 2. num. 3. Valent.
Franc. de fid. c. 1. nu. 7. Rota Ian. Cas-
tar. execut. 51. num. 20. Ant. Hering.
de fideiuss. cap. 1. nu. 2. vel saltem de-
bere esse præsens fideiussor, vel patiens 1
se vti fideiussorem describi: alias fa-
cta per nuncium, vel epistolam non
valet. l. cùm ostendimus. in §. fin. ff de
fideiuss. tut. vbi disponitur, quod præ-
sentia simplex in iudicio, absq; vocis
expressione habet vim stipulationis.

3 † Certum est enim, quod offerens
in fideiussorem præsentem, & tacen-
tem talis fideiussor ex sola præsentia
efficaciter obligatur. Card. in Clem. 1.
in 3 oppositione, & q. 1. de procurat.
Castr. in d.l. sciendum, num. 3. qui di-
cit hoc speciale in iudicijs. vbi Alex.
num. 19. Ias. num. 37.

† Et ratio est secundum Fabr. in ru-
bric. inst. eo. nu. 3. vers. & aduerte hic
causam: † quia in contractibus nomi- 8
natis, quis tantum efficaciter obliga- 9
tur per pactum, & non in alijs. Mo-
do, quando fideiussor intervenit in
contractibus nominatis: ipse nõ con-
trahit contractum nominatũ sed prin-
cipalis: ideo cum sua promissio nõ sit
contractus nominatus sed nuda, nisi 1
adderetur stipulatio efficaciter nõ ob-
ligaretur. quod & bene deducunt Ias.
in l. lecta. num. 28. vers. decimo, & vl-
timo prædicta regula fallit. ff. si cert. 11
pet. Ceph. cons. 437. nu. 17. vol. 3. dum 1
volunt, quod hoc ideo sit: quia con-
tractus † principalis nõ est factus cum
fideiussore, sed inter ipsos principales
contrahentes: vnde pactum nudum
non debet informari per contractum
principalem cum alio celebratum.

Ampliatur † prædicta conclusio, 7
quod fideiussio sine stipulatione non
subsistat: vt non tantum procedat de
iure ciuili, verum etiam de iure Ca-
nonico in fideiussione requiritur sti-
pulatio. Felyn. in cap. 1. nu. 14. de pact.
qui dicit in hoc ius ciuile non reperi- 11
ri correctum: & addit, quod hoc re-
spectu fideiussor pacto nudo ad pias
causas non obligatur, idem asserit Ias.
in l. 5. in §. satis acceptio nume. 2. & in
l. sciendum, num. 3. ff. de verborum
obligat. idem in d.l. lecta. num. 28. ff.
si cert. petat. Bald. in cap. 1. colum. pe-
nult. versic. pactum nudum, de pac. 1
tenen. Diaz. reg. 239. Cotta in dd. suis
memor. in verbo fideiussor. quò fit, vt
fideiussor præsens, & tacens, & per
priuatam scripturam pacto nudo, &
pollicitatione aliquid promittens etiã
de iure Canonico nõ obligatur. Grat.
resp. 53. num. 15. volum. 1. Magon.
decis. Florent. 57. num. 66. Mantic.

d.tract. de tacit. & ambig. pact. lib. 16. tit. 1. num. 16.

8 Ampl. secundo, † vt etiam procedat
9 inter minores: nã † licet inter eos æquitas seruanda sit, & non iuris rigor, nihilominus ipsi fideiubẽdo fideiussionem cum stipulatione cõficere tenentur. Bald. cons. 180. num. 1. libr. 3.

Limitantur modo prædicta in tribus
10 casibus. Primo † in fideiussione ad pias causas, licet contrarium supra per nos fuerit dictum in prima ampliatione. Tiraquel. de pia causa privil.
11 lega. 10. & 11. Secundo † in fideiussione
12 dotis. Tertiò † in fideiussione facta reipublicæ in quibus etiam fideiussio sine stipulatione valet. Bald. in l. fin. C. ad Vellejan. Rom. in auth. si militer col. 6. vers. 4. Cardon. Falcid. Iason. in d. l. 3. in §. satisacceptio. num. 1. ff. de verb. oblig. Felyn. in c. 1. de treg. & pac. & in c. 1. num. 14. de pact. Corn. in memo. in verbo fideiussor nõ obligatur. Tiraq. de pia causa. privileg. 1101. Mãn. d. tract. de tacit. & ambig. p. 2. lib. 6. tit. 5. nu. 11. & 12. Ant. Hering. de fideiuss. c. 11. num. 108.
13 Limit. secundo † in fideiussione tacita: nam in ipsa non esse necessariam stipulationem admonent Bartol. in d. Auth. de fideiussoribus in rubr. nu. 7. & in d. §. satis acceptio. num. 1. vbi Iaſ. num. 2. in fin. Mantic. d. tit. 5. num. 9. & posuimus supra in 1. p. sect. 3. q. 27. in præludijs.
14 Lim. tertiò, † in omnibus casibus, in quibus inducitur stipulatio absque præcedenti interrogatione, & subsequenti responsione, de quibus per Barr. in l. 1. nu. 1. vbi Iaſ. num. 5. ff. de verb. Bald. cons. 309. decreto magistrali in primo lib. 5.
15 Limit. quarto, † quando fideiussio fit pro debito confessato, & habente assistentiam rei iudicatæ: nam tũc datur executio ex remedio legis etiam absque stipulatione. Castr. consil. 52. num. 4. vers. sed ad primam lib. 2.
16 Limit. quinto, † in fideiussione relationem ad aliam cum stipulatione contractam. Rip. in Lait. Prætor. in §. si iuder. ff. de re iudicata.
17 Limit. sexto, † quãdo fideiussor patitur nomen suum poni, & describi in actis curiæ à Notario pro fideiussore alicuius, & in continenti non contradicit, licet expressè non dicat, promitto, & fideiubeo. Barr. in l. cum ostendimus, id §. fin. ff. de fid. tut. vbi Ruin. num. 11. Ang. de Maleficijs in gl. pro quibus Anton. fideiussit, num. 12. Alberig. de testi. in rub. qui test non cog. test. num. 119.
18 Et † quod quando fideiussio fit in iudicio valeat absque stipulatione, & hoc quia calor iudicij hoc operatur, tenent Iaſ. in l. pacta nouissima col. 3. num. 8. in 3. not. C. de pact. vbi dicit, quod acta in iudicio præsumuntur rite, recte, ac solemniter facta. Alex. in l. 2. id §. fin. in fin. ff. sol. matr. nam tali casu haberur, ac si stipulatio interuenisset. Capra. reg. 58. nu. 18. & ista re-
19 gula, † quod qui patitur se describi pro fideiussore in actis curiæ obligetur: procedit etiam quod sint ecclesia, pupillus, & fiscus. Bald. in d. l. cum ostendimus in §. fin. qui hoc limitat, nisi fuerit iudici protestatum. Gerard. sing. 52.
20 Contrariũ † tamen tenuerunt Bal. & alij in d. l. Blandinus. Circa dum inquit debere interuenire verba. Boer. decis. 314. nu. 5. vers. sed contra Bar. Viui. comm. opin. opin. 292. dum. firmãt, quod in iudicio vltra præsentiam, & taciturnitatẽ etiam fideiussoris expressus consensus requiritur.

Limit.

21 Limit. septimo, in curijs Mercatorum, in quibus de apicibus iuris non licet disputare, quo fit, vt etiam nudo pacto conueniri possint. Mantic. dicto cap 5. num. 13.

22 Lim. octauo, † si Epistolæ, vel obligationi fideiussoriæ scriptæ ad creditorem transmissæ, & ab eo acceptatæ iuramẽtum promissorium inseratur. Trraq. de retract. §. 1. glos. 7. num. 47. Rot. Ian. decis. 40. nu. 1. & 2. Cotnaz. decis. Lucens. 94. num. 11. & ratio est,

23 † quia tali casu iuramentum supplet defectum præsentiæ. Alex. Ias. & alij, in l. stipulatio ista in §. alteri. ff. de verbor. oblig. Alex. cons. 31. colum. penul. lib. 6. Tessaur. decis. 76. num. 8.

24 Lim. nono, † in subscriptione, quæ animo fideiubendi fit: nam per eam inducit obligationem fideiussoriam facit. l. si non subscripsisti. C. de admin. tut. l. si pater tuus. C. de fideiuss.

25 nam omnis † approbatio vim confessionis habet. Bero. cons. 32. nu. 4. lib. 3. Corn. decis. Luc. 52. num. 5. Ant. Hering. de fideiuss. cap. 11. nu. 101.

26 Lim. decimo, † in procuratore, notario, ac syndico ad fideiubẽdum specialiter constitutis, qui pro eorũ principalibus absentibus rectè fideiubẽt, vt diximus infra sect. 4. c. 25. in fin.

27 † Et perpendatur vnum in proposito, quod quando fideiussio formatur sine stipulatione, licet non valeat, vt fideiussio, subsistetur tamen, vt constituta. Alex. cons. 91. circa princip. nu. 3. cum seq. lib. 4. Ant. Hering. de fideiuss. c. 11. nu. 154. qui nu. 159. dicit vt fideiussionem valere.

28 Etiam aliud aduertatur, † quod in dubio fideiussio præsumitur facta cũ stipulatione, l. sciendum. ff. de verbor. oblig. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 132. nu. 5. lib. 3. in 1. par. Mascard. de probat. concl. 781. nu. 1. cum seqq. in 1. part. vbi hoc dictum quatuor modis limitat.

29 † Ex hac conclusione consequens est: quod fideiussio strictè intelligi debeat propter stipulationẽ in ea interpositam, & sic quòd tenor stipulationis sit inspiciendus. l. si quis ità. in §. Stichum. & l. si ità fuero. in §. Grisogonus. ff. de verb. obligat. Surd. de alim. tit. 9. q. 3. nu. 72. quod enim verbis stipulationis nõ est expressum non censetur comprehensum. l. quicquid astringendæ. d. tit. de verb. oblig. l. fideiussores magistratuum. in princ. & in §. 1. ff. de fideiuss.

Sed quid si verba stipulationis ambigua sint?

30 † Dic quod tali casu contra stipulatorem sunt interpretanda: imputet enim sibi si legem non apertius dixerit. l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid astringendæ in prin. & l. stipulatio ita habere. in §. in stipulationibus. ff. de verb. oblig. Ang. cons. 67. num. 3. Alciat. cons. 5. num. 9. & seqq. lib 8. tom. 3. Petr. de Vbald. de duobus fratri. par. 8. num. 4. licet Moder. de probat. d. concl. 781. num. 1. par. 2. firmentin dubio stipulationem præsumi per d. l. sciendum. ff. de verb. oblig. ex multis, quos allegant, & adduximus supra num. 28.

31 † Ex hoc etiam resultat, quod fideiussio non extenditur, & de vno ad alium casum non porrigitur, vt id fusius explicauimus infra sect. 5. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor absque verbis non obligatur, & quæ sunt verba apta ad fideiussionem introducendam, ac contrahendam.*

2 *Fideiussio inducitur, si dictum sit, Titium fideiuss sse, & promisisse.*

3 *Item si dictum sit, fideiubeo, volo, cupio, affirmo, & dico.*

4 *Fideiussio inducta censetur ex eo, quod dictum sit, periculo meo crede, vel bene credis.*

5 *Item: si dictum sit, super me, vel periculo meo, habebis fidem.*

6 *Fideiussio inducitur per hæc verba, Facito te securum pro tali.*

Fideiussoria obligatio verbis contrahitur: & eam multis modis, & verbis contrahi explicatur.

CAP. VI.

1 EXpeditum † est in iure, fideiussionem verbis contrahi. l. Blanditus. C. eod. & diximus supra proximè: & quoniam hoc multis modis, & sub diuersa verborum forma fieri potest; ideo modos diuersos, quos inuenimus sparsim in diuersis locis positos hic colligemus.

2 Primo enim, si dicitur Titium promisisse; & fideiussisse, est inducta fideiussio. §. fin. inst. eo. de fideiuss.

3 Idem si scriptum sit, fideiubeo, volo, cupio, affirmo, dico: nam & ista verba sufficientia ad conflandam fideiussionem, volunt text. in l. Græcè. in princ. ff. eod. & in § penul inst. eo.

4 Tertio, si dicatur, vel scribatur alicui; periculo meo crede, vel bene credis, etiam est inducta fideiussio. l. si verò non remunerandi. in §. si quis mandauerit. ff. mand.

5 Quarto, si proferuntur ista verba, super me, seu periculo meo habebis fidem, pariter fideiussio est inducta. Bart. in l. Lucius. post princ. ff. eodem. Rip. in rub. ff. de pign. num. 5.

6 Quinto † idem, si dicatur, facio te securum pro tali. Imo. in l. delegare. ff. de nouat. Alex. cons. 174. nu. 9. in 7.

Multas alias insuper formulas fideiubendi recenset Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 11. num. 117. & 118. cum seqq.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

MISCELLANEA FIDEIVSSIONVM: & de Fideiussionibus circa diuersa.

SECTIONIS QVARTÆ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor agit actione mandati contra principalem pro debito, expensis, & interesse.*
2 *Actio mãdati competit fideiussori contra principalem, siue ipse roget, siue mandet, siue alijs verbis imperet aliquem pro se promittere.*
3 *Cautela adhibenda in stipulanda fideiussoria obligatione.*
4 *Fideiussor in dubio censetur habere mandatum à principali ad soluendum debitum.*
5 *Fideiussor censetur habere mandatum à principali ad soluendum, etiamsi absque mandato promittat.*
6 *Fideiussor ex sola præsentia, & taciturnitate obligatur efficaciter; etiam quod mandatum non præcedat.*
7 *Fideiussori promittenti pro absente non competit actio mandati, sed negociorum gestorum.*
8 *Fideiussor agit actione mandati, vel negociorum gestorum; etiamsi promittat pro ignorante: secus si pro inuito.*
9 *Fideiussor quibus casibus obligetur absque mandato remissiuè.*
10 *Fideiussori pro soluti repetitione datur contra principalem debitorem via executiua.*
11 *Fideiussori, quando eidem fuerunt cessa iura, competit actio hypothecaria.*
12 *Quis pro alio fideiubere potest, etiam quod promissor ignoret.*
13 *Qui non prohibet posse interuenire, mandare videtur.*
14 *Debitore fideiubere prohibente si est, si fideiussum, tunc contra eum nec actio mandati negociorum gestorum, nec utilis competit, & fideiussor ab omni repetendi iure cadit.*
15 *Prohibitio ne aliquid fiat, operatur etiam quod illud vtiliter factũ fuerit.*

Fideiussori competit actio mandati.

CAP. I.

1 FIdeiussor † potest agere actione mandati, & negociorum gestorum contra debitorẽ ad recuperãdum debitum vna cum expensis damnis, & interesse. l. si re-

mune-

munerandi, in § qui passus. l. qui fide, & l. ex mandato, in §. 1. ff. mand. l. si fideiussor 6. C. eod §. penul. instit. eod. l. si procuratorem, in §. mandati vbi gl. & Bart. ff. mand. l. si quis alicui, in §. impendia. ff. mand. glos. & omnes in cap. 2. extra eod. Bart. in l. potest. nu. 1. ff. eo. Socin. iun. cons. 27 nu. 13. & infra. vol. 2. & cons. 131. num. 19. cum seqq. vol. 3. Becci. cons 52. vol. 1. nu. 2. Magon. decis. Lucens. 92. num. 14.

2 Principalis enim † tenetur ipsi fideiussori actione mandati, siue roget, siue mander, siue alijs verbis eundem sensum importantibus obtineat aliquem pro ea promittere.

3 Et ideo † in stipulanda obligatione fideiussoria solent fideiussores, & cauti tabelliones pro eis dicere eius precibus intercessione iussu, mandato, & instantia. vt aduertit Specul. de fideiuss per totū Arret. de fideiuss. in prin. num. 2. Marc. rub. eo. num. 3.

4 Et † ratio premissorum est: quia in dubio fideiussor dicitur habere mandatum à principali ad soluendum debitum eius, pro quo fideiussit l. inter causas, in §. præterea ff. mand. Iaso. in l. indebita. in princ. ff. de condi. indeb. Becci. d. cons. 52. num. 2.

5 Extende † etiam quòd fideiussor sine mādato promittat. Exemplum sit: quando fideiussor est præsens, & pater sē vti fideiussorem describit & debitor pariter passus fuit in sui præsentia ipsum pro se fideiubere. d. l. si remunerandi. in §. si passus, & d. l. qui fide. ff. mand. l. tutor in §. fi. ff. eod.

6 Debitor, enim † qui offert in fideiussorem præsentem, & tacentem, talis fideiussor ex sola patientia, & taciturnitate efficaciter obligatur; etiam quòd mandatum preces, iussus, & instantia nō præcedant. Card. in Clem. i. in 3. opp. & in prima quæst. de procurat. Cass. in l. sciēdum. nu. 3. vbi Alex. num. 39. Ias. num. 37. de verb. obliga. Bened. Capr. reg. 56 num. 18. Magon. decis. Flor. 57. num. 66. & posuimus supra in hac secunda par. sect 3. cap. 5. lim. 3. vbi hoc latissimè comprobauimus: secus † tamen se habent præmissa, si pro absente spondeat: quia tali casu habet actionem negociorum gestorum l. ex mandato. ff. mand. 7

8 Extende † secundo etiā, quod principalis debitor non fuerit passus: sed ignorans, modo non inuitus, nec contradicens. glos. in d. l. qui fide. in verbo conuenire in fin. cum glos. seq. vbi Salyc. circa medium. ff. mand. & faciunt l. mandatum. C. de neg. gest. & l. si necessarius, in §. si pignori. ff. de pignor. act.

9 Dantur etiam alij casus, in quibus datur terminus iste fideiussio, cui nullo modo præcedit mandatum, quos supra retulimus in part. 1. principali, in prælud. in 1. sect. in 4. præmisso. in 1. 2. & 3. signif.

10 Vnum † tamen in proposito tenementi: quod quando fideiussor, qui soluit agit contra debitorē habet executionem paratam, & via executiua agere potest. Rebuff. de litt. ob. art. 6. gl. 3. nu. 33. Carp. ad Stat. Med. c. 42. num. 138. in fin. vers. septimus est casus, par. 1.

11 Etiam aduerte, † quòd fideiussori soluenti, quando eidem fuerunt cessa iura competit hypothecaria. Petr. Caball. cons 161. nu. 34. cum seqq.

12 Non omitto † etiam vnum adnotare. Quod quisque pro alio fideiubere potest etiam, quod promissor ignorer. l. fideiubere. ff. eod. l. si mandato. in §. 1. cum l. seq. ff. mand. Et ratio est:

13 † quia qui non prohibet pro se interueni-

uenire, mãdare videtur l. semper ff. de reg. iur. l. si remunerandi, in §. si passus. ff. mandati, & l. qui patitur. d. tit.
14 † quod secus est, si quis fideiusserit pro debitore præsente, & fideiubere vetante: quia tali casu nec mandati actio, nec negociorũ gestorum competit fideiussori, imò nec vtilis datur: sed fideiussor ab omni actione recuperandi debitum excluditur. l. si pro
15 te. ff. mand. Prohibitio † enim ne negotia gerantur tantam vim habet, vt etiam ijs vtiliter gestis nec actio vtilis competat l. fin. vbi glos. Bart. Bald. & Saly. C. de neg. gestis Cattocc. de excuss. bon. par 2. q. 22. nu. 3. cum seqq. Asin. de execut. § 7. cap. 165. nu. 1. adde quę adnotauimus hac ead. sect. cap. 25. & cap. 39. nu. 49. vers. 16. & c. 12. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio aliquando remedium subsidiarium dicitur.*

2 *Fideiussione subuenitur creditori, quando debitor incipit bona sua dilapidare, & ideo subsidiaria dicitur.*

3 *Fideiussio subsidiaria etiam est ea, quando datur fideiussor in euentum, quod principalis non soluerit.*

4 *Fideiussio adinuenta fuit ad hoc, vt per eam magis creditoribus sit cõsultum.*

Fideiussio nonnunquam est remedium subsidiarium.

CAP. II.

1 FIdeiussio aliquando † auxiliũ extraordinarium, & subsidiarium dicitur. Et maxime quando creditori
2 alia via non est consultum: † eo quia debitor redditur suspectus: cum incipiat bona sua dilapidare, & teneatur aliquid dare, vel restituere: tunc enim in subsidium eidem per cautionẽ subuenitur. Bald. in l. pars. 48. la seconda,
3 num. 21. ff. de iud. † datur, & alia fideiussio, quæ & ipsa subsidiarium præsidium nuncupatur, quæ est quando fideiussor datur in defectũ, quod principalis non soluerit, de qua egimus, in prima par. sectio. 3. in prælud. c. 16.
4 † Regulariter autẽ fideiussio fuit adinuenta, & præstatur, vt creditor sit magis securus in sui crediti cõsequutione. l. 1 § si autem. ff. de act. & oblig. inst. eò. in princ. vbi Port. num. 2. Nicas. num. 3. & latè id explicauimus supra in prima par. sect. 1. in prælud. c. 7.

SVMMARIVM.

1 *Debitores non cogũtur fideiussores præstare, nisi conditionem suam deteriorauerint.*

2 *Debitor, qui valdè conditionem suam deterioranit, cogitur creditori fideiussores præstare.*

Fideiussio non est præstanda ab eo, qui conditionem suam non deteriorauit.

CAP. III.

1 ILle, † qui conditionem suam non deteriorauit, fideiussorem præstare astringi non debet l. si ab arbitro. 10. in fi. ff. qui satisd. cog. vbi Cast. num. 7. Felyn. in c. quoad consultationem in 5. & 6. col. de re iud. Ias. instit. de actio. in princ. in fin. 12. col. nu 87. & 88. & in l. quæ de legato in 4. col. num. 17. ff. de leg. 1. Abb. in c. propter sterilitatem. nn. 9. locat. Alex. in l. qui bona. in §. de illo num. 2. ff. de damn. infect. Castrens. cons. 4. vers. 3. quæritur vol. 1. Brug. decis. Fiuiz. 1. nu. 19.
2 qui alios citat: Secus † si quis valdè cõditionem suam deteriorauerit: nam

tali

tali casu ad cauendum astringi potest. Bald. in l. si pro ea. in 1. col. C. mand. & in l. mulier. in 1. col. vers. & hoc C. de spons. Barbat. cons. 70. col. 14. & seqq. vol. 3. diximus supra in 1. par. principali sect. 3. in prælud. c. 1. 3. & 48.

SVMMARIVM.

1 *Satisdedisse semel sufficit, si enim semel est satisdatum, satisfactum dicitur.*
2 *Satisdationes plures præstare nemo cogitur.*
3 *Cautiones superfluæ non sunt dandæ.*
4 *Nisi prima fideiussio sufficiens non esset.*

Ad bis satisdandum, quis arctari non debet.

CAP. IV.

1 PRo vniuersali conclusione tenendum est, nō tantum in ciuilibus, verum & in criminalibus sufficere, si semel sit satisdatum, seu fideiussum. Sebast. Medic. de reg. iur. reg. 4. num. 39. par. 1. Surd. cons. 8. nu. 9. Ant. Hering. tract. de fideiuss. c. 13. num. 4. vbi de ratione.

2 Nam astringi, † quis ad iterato satisdandum non potest. l. si arbitro. ff. qui satisd. cog. l. si quis à quo. in §. semel. ff. vt in poss. leg. vbi si semel satisdatum fuit, non est necesse rursus cauere, etiam si opponatur fideiussores

3 egenos datos fuisse. † Superfluæ enim cautiones præstandæ non sunt. l. non cogendum. in §. fin. ff. de procur. l. hæc stipulatio. in §. diuus. ff. vt legat. nom. caue. bene Tiraq. in l. boues. in §. hoc sermone. num. 19. ff. de verb. sign.

4 Declara, & intellige, † quando prima satisdatio est sufficiens, & valida, aliàs secus. l. quoties. ff. qui satisd. cog. diximus supra in 1. par. principali. sectio. 1. in prælud. in tertio præmisso. alia etiam adnotabimus infra sect. 7. de fid. idoneo, & non idoneo.

SVMMARIVM.

1 *Debitor nunquam cogitur satisdare, vbi timor est vanus.*
2 *Obligationem ex obligatione lex respuit.*
3 *Cautio superflua valet, & tenet, quamuis de iure præstanda non esset.*

Fideiussione superflua, quis grauandus non est.

CAP. V.

1 VBi fideiussio † est superuacanea, & vbi est vanus timor, ibi ad satisdandum quis astringi non potest, nec superflua cautione onerari. l. hæc stipulatio. in §. fi. alias diuus. ff. vt leg. nom. cau. Bartol. in l. qui bona. in §. si quis. ff. de dam. infect. Cast. cons. 207. visis omnibus col. 1. in fin. lib. 1. Tiraq. de retract. lig. §. 6. gl. vnica. nu. 1. Vinc. de Franc. decis. 311. nu. 5. par. 2.

2 † Non enim debemus obligationes ex obligationibus facere. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. l. dedi in prin. & l. mulier cum not. ff. de cond. ob caus. Bart. in l. 3. §. nunc de effectu. ff. de liberat. legat. † est tamen notandum, quod fideiussio superfluò, & ex abundanti

3 præstita committitur, licet de iure nō esset præstāda. Surd. decis. 260. nu. 19. & diximus in hac ead. sect. c. 7.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio de iudicio sisti in causis summarijs non præstatur.*
2 *Etiam si reus immobilia non possideat.*
3 *Satisdatio de iudicio sisti, non præstatur generaliter in omnibus causis, in quibus lis non contestatur.*

Satis-

Satisdatio in causis summarijs non est necessaria.

CAP. VI.

1 IN † causis summarijs satisdatio nõ requiritur. Ang. in l. Iulianus propè fin. ff. qui satisd. cog. Socin. reg. 59. cauete in vltima fallentia relati à Cephal. cons. 213. num. 19. vol. 2. Marsil. in rubr. eo. q. 32. nu. 142. dum firmat, quod in causis summarijs, in quibus peruenitur ad sententiam absque litis contestatione, non requiritur satisdatio de iudicio sisti † etiam quod reus
2 non possideat stabilia. Et † ideo extende, vt hoc non tantũ verum sit in omnibus causis summarijs, verum etiam in omnibus alijs causis, in quibus deuenitur ad sententiam absq; litis contestatione; quia in ijs non requiritur satisdatio de iudicio sisti, etiam quod
3 reus non possideat stabilia. Marsil. in d. rub. de fideiuss. d. q. 32. d. nu. 342. vers. limita etiam prædictam regulam.

SVMMARIVM.

1 *Cautio superflua præstita an, & quando ex ea agi possit.*
2 *Cautio superflua nõ committitur, quando fuit ignoranter præstita, nisi errans erraſſet in iure. num. 3.*
4 *Cautio præstita ab eo, qui errauit in iure, vel scienter, tenet, etiam si non fuisset præstanda.*
5 *Cuius per errorem dati repetitio est, eiusdem scienter dati donatio est.*

Cautio, quæ non debet præstari, quando fuit præstita: an ex ea agi possit.

CAP. VII.

1 DVbitant Doctores, † an fideiussio, quæ danda non est, si præstatur, an ex ea agi possit? Bartol. in l. qui hæres etat. num. 5 ff. famil. erciscund. videtur concludere quod sic: sed demum se remittit ad Dyn. distinguentem in l. si patronus. ff. de donatio. & Bald. in l. si ex legat. num. 1.
2 ff. de leg. 1. qui firmant, † quod talis fideiussio nihil operatur, & quod ex ea agi non potest, & præsertim, quando ignoranter fit, †
3 & errans in præstatione dictæ cautionis, non errauit
4 in iure, sed in facto: secus † verò si scienter, & in iure errauit, quia tunc sibi præiudicat, & talis cautio tenet, & in istis terminis debent intelligi. Bartol. in d. l. si patronus. num. 1. ff. de donat. Surd. decisione 260. num. 19. qui dicit cautionem superfluam, & ex abundanti præstitam committi, licet de iure præstanda non esset. Cuius
5 enim per errorem dati repetitio est, eiusdem cõsultò dati donatio est. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. diximus supra cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Cautionem vbique quis præstare tenetur, si eidem non opponitur, valet processus, quia per progressum ad vlteriora, videtur eidem renunciatum.*
2 *Cautio debita ex dispositione legis, statuti, rescripti, testatoris, vel pacti intelligitur si petatur.*
3 *Rescriptum dilationem concedens, quæ cõcessa intelligitur si fideiussores præstentur, intelligitur parte petente.*
4 *Statutum ordinans satisdationem dari, intelligitur parte instante, ac petente.*
5 *Fideiussor bene potest esse non vltroneus, sed non morosus.*
6 *Cautio vsusfructuarij de vtendo, & fruendo, si per proprietarium petita non fuerit, tacitè censetur remissa.*
7 *Lex, vel statutum præcipientia aliquid fieri,*

fieri, intelliguntur parte petente.

8 *Cautio à principio non petita, amplius concedi non debet.*

9 *Satisdationem præstare, species contumeliæ dicitur.*

10 *Lex, vel statutum cautionem præstari ordinantia, intelliguntur parte petente. Etiam quod verba sint valdè præcisa.*

11 *Idem si apponantur verba ipso iure.*

12 *Statutum mandãs aliquid fieri ipso iure, intelligitur tamen parte petente.*

13 *Statutum requirens aliquid fieri præfixo aliquo die, intelligitur si petatur, quod fiat.*

Contrarium tamen firmatur. num. 15.

14 *Statutum mandans aliquid fieri tempore actus, non requirit, quod petatur fieri, etiam quod statutum simpliciter dicat aliquid fieri, puta fideiussionem præstandam esse.*

15 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*

16 *Dispositio continens diem certam, & præfinitam pro eius effectuatione non est necessaria petitio.*

17 *Dies interpellat pro homine.*

18 *Qualitas, quæ certo tempore interuenire debet, si post tempus interueniat, nihil actum esse dicitur.*

19 *Statutum mandans aliquid fieri statim exequitur etiã parte non petente.*

20 *Dictio statim facit cessare omnem dilationem.*

21 *Dispositio, quando aliquid exigit in fauorem vtriusque partis, tunc petitio non est necessaria.*

22 *Idem quando actus requirit aliquid geminatè, & iterato fieri.*

23 *Quando lex, vel statutum mandant prius, & ante omnia fideiussionem præstandam esse, tunc non est necessaria petitio.*

24 *Quando reus est relaxandus à carceribus, tunc cautio dãda est, etiam quod non petatur.*

25 *Quando quis ab arresto se liberari petit, satisdare debet, etiam non requisitus.*

26 *Multa, parte non opponente, cõceduntur, quæ aliàs non permitterentur.*

Fideiussorem, si quis dare tenetur lege canone, vel statuto sic dictantibus, intelligitur, si hoc opponatur à patte, & petatur.

CAP. VIII.

1 FIdeiussorem, † si aliquis præstare obligatus est: si eidem non opponatur, valet processus: nã per progressum ad vlteriora, cum non fuerit oppositum, & petitum per eum, ad cuius fauorem cautio præstãda est, videtur tacitè tali auxilio, & beneficio renunciatum. Boer. decisio. 124.

2 num. 31. † nam si fideiussorem aliquis præstare tenetur eo, quia lege, canone, ratione, statuto, consuetudine, pacto, dispositione testatoris, vel Principis iussu sic ordinetur, tunc semper intelligitur, si talis cautio petatur à parte aliàs nõ petita in tempore, censetur remissa, allegatur glos. in l. vniuersa. C. de precib. imp. offer. vbi vult,

3 † quod licet rescripta dilationem cõcedentia sint intelligenda, si debitores satisdederint. Tamẽ hoc procedit parte petente, & non aliter. ita Bart. Bald.

4 & Cast. ibidem, qui inferunt † ad statutum, mandans fideiussorem præstari, vt intelligatur parte instante, opponente, & petente. Nam non est opus,

5 † quod debitor vltranea voluntate ad cautionem præstandam se offerat, sed satis est, si petenti creditori morã non faciat. l. 1. §. non exigit. ff. vt in pos. leg. l. si quis filium. in §. stipulatio. ff. de coll.

coll. bon. l. peto. in §. fin. ff. de leg. secundo. Iaſ. in d. l. vniuerſa. num. 2. 3. & 4. C. de precibus imp. offer. Andr. Gail. obſer. 46.

Hoc idem comprobatur, per tex. in l. peto. in §. fratre, ibi, ſi cautio nõ fuerit deſiderata. ff. de leg. 2. vbi Caſtr. hoc in terminis aduertit cautionẽ non eſſe præſtandam, niſi parte inſtante, & requirente.

6 Hinc eſt, quod ſi vſusfructuario per proprietarium, & hæredem non fuerit petita cautio de vtẽdo, & fruendo arbitrio boni viri, & reſtituenda re proprietario finito vſufructu, cẽſetur tacitè remiſſa, vt diximus ſupra in 1. p. c. 36. de cautione vſusfructuarius.

7 Et ratio † prędictorum illa aſſignatur: nam quando lex, Canon. vel ſtatutũ mandant aliquid fieri, illud ſemper intelligitur parte petente. l. 2. §. quod ait Prætor, & l. ſi quis filium. in §. ſtipulatio. ff. de coll. bo. l. 1. ff. vt leg. nom. cauc. c. 1. de ſent. excomm. in 6. c. 1. de ſepul. in 6. l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Rip. & cæteri alij. ff. de damn. infect.

8 Et facit: † nam cautio à principio non petita, non debet cõcedi. l. 4 ff. de damn. infect. l. illicitas. §. veritas. ff. de
9 offic. præſid. vbi Bart. † ſatisdare enim contumelia eſt. l. teſtamento. in fin. ff. de teſtam. tut.

Et hanc opinionem, quod requiratur partis petitio, tenent Alex. cõſ. 96. in princ. vol. 4 Fely. in c. ſin autem, de reſcrip. Iaſ. qui infinitos cõgerit. in d. l. vniuerſa. Dec. in c. licet cauſam. col. 9. de reſcrip. Rip. in l. 4. in § hoc autem iudicium. nu. 5. ff. de damn. infect. qui loquitur in ſtatuto. Ruin. conſ. 43. nu. 3. volum. 2. Marſil. in rub. de fideiuſs. nu. 145. vbi id multis exemplis comprobat: & quod fideiuſſio præſtanda ad formam legis, Canonis, vel ſtatuti habeat locum, ſi fuerit petita in exordijs litis à reo conuento ſuppoſito; videatur in numeros congetens Horat. Carpan. ad Stat. Mediol. c. 44. nu. 11. vol. 1. qui num. 13. dicit hæc procedere, etiam quod ſtatutũ, vel lex progrederentur vltetius annullando actus.

10 Ampliar. † etiam quòd verba legis, & ſtatuti ſint neceſſitatiua, & præciſa; nam nihilominus cautio peti debet Bartol. in l. admonendi in fin. ff. de iureiurand.

11 Ampliat. ſecundo † etiam quod in diſpoſitione ſint appoſita illa verba ipſo iure: Nam talibus verbis non attentis petitio eſt neceſſaria. gl. in l. ſcimus. C. de inoffi. teſtam. & in l. ſi conſtat. C. de compenſ. † Nam omnis diſpoſitio mandãs aliquid ipſo iure fieri, interpretatur dummodo petatur. gl. in l. 2. vbi omnes. C. de iure emph. Rip. in d. §. hoc iudicium, num. 8. omnia enim iura dicentia aliquid ipſo iure fieri intelliguntur ſequuta petitione, & declaratione. Iaſ. in l. ſi quis maior. num. 15. C. de tranſact. Sutd. deciſ. 25. num. 8. 9. & 10.

13 Ampliat. tertio, † etiam quod ſit præfixa, & determinata certa dies ad aliquid faciẽdum, nam ſemper intelligitur, ſi petatur, quod fiat. Butti. & Abb. in c. venerabilis de jud. Abb. in cap. fin. de reſcrip. Caſt. Alex. & Iaſ. in l. properandum. C. de iud. Rip. in d. §. hoc autem iudicium. nu. 9. qui exemplificat in termino à lege iudici præfixo, & ſic in diſpoſitione legis. Socin. reg. 299. qui dicit communem, & ita in pratica ſeruari. Et hanc opinionem, quod requiratur inſtantia, petitio, & requiſitio, tenet Natt. conſ. 685. per totum, qui reſpondet ad verba præciſa, & clauſulam ipſo iure.

Limit.

14 Limit.primò, † quando per legem aut statutum mandatur, quod illud fiat tempore actus, nam tali casu non requiritur petitio glos.in cap.vt circa in verbo præstito de elect.in 6.& in c. cupientes. §.si vero d.tit. Socin. d.re-
15 gul.299.nu.4.& maximè † cum qualitas adiecta verbo, semper intelligatur secundum tempus verbi. l. in delictis.§ si extraneus. ff.de noxalibus.l. 1.§.tutoris. ff. quod iuss. l.Titius. vbi Bart. ff.de testam. milit. Immo etiam satis est, quod statutum simpliciter mandet fideiussionem præstãdam esse: quia tunc est præstãda etiam quod pars non petat. Ias.consil.191. per totum volum.1.Bero.q.famil.82.& 79. Surd.decis.57.per totum Ant.Heringer. tract.de fideiuss.cap.6.num.31.

16 Limit.secundo, † quando in dispositione hominis adest dies certa, &
17 præfixa. Nam † dies pro homine interpellat. l.magnam. C. de commitr. & contrah. stip.gl.in l.cum patronus. ff de bon.lib. glos. in l.si mora. ff. sol. matt. Bart.in l.fin.in §.fin.ff.quorum bonorum. Socin.de reg.reg.299.nu-
18 mero 4. † nam qualitas, quæ certo tempore interuenire debet, si non interuenit eo tempore, sed ex post, nihil actum esse dicitur Bal.in l.1.nu.2. C.de testamen. Ruin.consil.29. num. 10.volum.1.

19 Limit. tertio, † quando apponitur
20 dictio statim, quę facit, vt † cesset omnis dilatio. glos.in §.1. in Auth.de incest. nupt.Bartol.in l.1. ff.iud.sol.Ias. cons.191 num.5. vol.2.

21 Limit. quarto, † quando aliquid exigitur ad fauorem vtriusque partis: nam tunc non est necessaria petitio. l. stipulatio.§.1. ff.de nou.oper.nunciat. glos.in c. statutum in verbo committatur de rescript. in 6.Bartol. & alij in l.Prætorait, in §.si quis patatus. ff.de nou.oper.nunciat. Bero.quæst. famil. 82.num.3.

22 Limit. quinto, † quando in dispositione geminatur, & reiteratur, quod aliquid fiat. glos. in clem.1. in verbo exigere, vbi omnes de testam. Socin. d.reg.299. in 2 lim.

23 Limit. sexto, quando † lex vel statutũ loquũtur per verba, quod prius, & ante omnia fideiubeat: nam tali casu ad actionem consequendam debet hæc cautio omnino à principio præstari à petagere volente, aliàs actus, & processus non tenent ad l. Mutianæ, vbi Bald.& alij.ff.de cond.& demonstrat.& dicit Carpan.ad Stat Mediol. par.1.c.44. num.14. qui num.16. videtur ab hoc dissentire, quia, inquit, non est de forma iudicij, sed de præambulis, & præparatorijs, tali casu huiusmodi cautio.

24 Limit. septimo, † quando reus re-
25 laxandus est à carceribus. † Vt etiam quando ab arresto se liberari petit: quia tunc, etiam quod non petarur cautio, præstanda est. Ant.Hering.de fid.cap.6.num.30.

26 Ex præmissis resultat.† Quod multa parte non opponente concedantur, quæ aliàs non concederentur, benè Menoch.de recuper. poss. num.164. remed.1.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio, non potest peti post litis contestationem.*

2 *Satisdatio potest peti, etiam sequuta litis contestatione, quando talis exceptio supernenit post litis cõtestationẽ.*

3 *Hoc tamen, nisi talis exceptio possit per viam agendi in alio iudicio refricari.*

4 *Satisdatio præstatur etiam post litem conte-*

contestatam, quando litis contestatio fuit nulla.

5 *Idem quando superuenit noua causa.*

6 *Item quando vnico actu, & lis contestatur, & satisdatio petitur.*

7 *Paria sunt aliquid fieri ante litem contestatam, vel post incontinenti.*

Ad satisdandum quis astringi non potest post litem contestatam.

CAP. IX.

1 SAtisdatio lite † cõtestata peti non potest. Alexan. in l. de die, in §. si seruus sub num. 2. ff. qui satisda. cog. Ias. in l. vniuersa in 1. col. num. 3. C. de precibus imper. offer. Idem Ias. in l. 1. num. 3. versic. sed contra istum intellectum. ff. de in lit. iur.

2 Limit. primo, † quando talis exceptio superuenit lite contestata not. in

3 l. 2. C. de consort. eiusd. lit. † & hoc nisi dicta exceptio sit talis naturæ, vt possit in alio iudicio, per viam agendi reiteratis: quia tali casu post litem cõtestatam superueniens opponi non potest. Innoc. in cap. 2. & in cap. fin. de ordin. cognati.

4 Limit. secundo, † quando talis litis contestatio esset nulla Fely. in c. illud in 3. col. nu. 5. vers. dum subdit Abb. præscripti Ias. in l. fideiussor. in §. 1. ff. qui satisd. cog.

5 Limit. tertio, † quando ex noua causa petitur. Iason. in dicta l. 1. ff. de in lit. iur.

6 Limit. quarto, † quando lis contestatur, & statim, & incontinenti, vnicoq; contextu satisdatio petitur. l. quidam, in testamento. ff. de pecul. leg. Alex. cons. 57. num. 4. & 5. vol. 1. & cons. 96. num. 1. vers. Item respondeo volum. 4. Felyn. in c. cum M. Ferrarien. in 17. col. nu. 25. circa medium de constit. in c. Monasteria in 3. & 4. colum. de re iud. in c. vnico in 3. & 4. colum. de lit. contest. Ias. in l. nam, & postea in §. si petitor colum. 3. num. 6. vers. adde bene faciens de iureiuran.

7 † dum vult, quod paria sint aliquid fieri ante litem cõtestatam, vel in continenti, post idem Iason. l. si ita in prima colum. num. 9. ff. de leg. 1. & in l. 2. §. prius in 3. colum. ff. de vulg. & pupill. Alex. cons. 112. vers. non obstat, etiam si dicatur. volum. 5. sub num. 3. circa medium. Huc conferunt quæ posuimus in sectione 6. cap. 3. limit. 36. num. 95.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de non fideiubendo, An teneat, & num. 5.*

2 *Iuramentum de non fideiubendo, non tenet, posita maxima proximi necessitate. Est enim contra Charitatem.*

3 *Idem cessante tali proximi necessitate secundum Felyn.*

4 *Fideiussio licet non sit de præcepto, est tamen de consilio.*

5 *Iuramentum de non fideiubendo, regulariter tenet, nisi stante proximi necessitate, & temporalis, & spiritualis vitæ.*

6 *Vnusquisque tenetur proximum diligere.*

7 *Fideiubens iuramento de non fideiubendo contrauenient, licet mortaliter non peccet, tamen venialem culpam non euadit, secundum nonnullos.*

8 *Constituto in extrema necessitate, si quis fideiubendo non subueniat, cum contra charitatem, & ius Canonicum faciat, mortaliter peccat, secundum cæteros alios.*

Iuramentum de non fideiubendo stante maxima proximi necessitate non seruandum.

CAP. X.

1 IVramentum † de non fideiubendo, posita maxima proximi necessitate, non est seruandum, vti illicitum, † & fontem pietatis exhauriens. Io. And & Domi. in c. fi. de foro competenti in sexto. Archidiac. in c. non est contra 22.q.1. Oldrad. consil.90. quidam iurauit. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iureiur. super rubrica, bona additio ad decis. Capell. Tolos. 130. in littera A. Andrea Sicul. in c. si verò, el primo, de iureiur. vbi Felyn.
3 in 3. col. num. 6. qui † dicit hoc etiam procedere cessante maxima necessitate, quia quis potest non obstante iuramento fideiubere, & subdit rationem.
4 † nã licet fideiussio non sit de præcepto, est in de consilio. Est enim opus ex pietate faciendum propter Deum, & amorẽ proximi. Regulariter enim
5 † iuramẽtum factum per aliquem de non fideiubendo est licitum etiam in clerico, nisi (vt dixi) reus esset in tanta necessitate constitutus, quod vita temporalis, & spiritualis sua alias periclitaretur. Add. ad Alexan. in l. fi. in verbo authoritas. ff. qui satisd. cogan. Mars. in rub. eo. q. 28. nu. 204. Oldra. d. consil. 90. & iuramentum illud obligatorium esse, fideiussoremque ex fideiussione per eum præstita astrictũ, & obligatum non intelligi excepto si in extrema necessitate quis fuerit cõstitutus, ità quod ei subueniri nõ possit, nisi præstita dicta fideiussione, ea
6 præcipua ratio allegatur: † quia vnusquisque tenetur proximum diligere cap. proximos. de pœnit. distinct. 2. nec quisquam potest seipsum ab hac pietate, & necessitate subtrahere. Abbas in cap. si verò. num. secundo, de iureiur.
7 † & si fideiubet, licet mortaliter non peccet, tamen venialem culpam non euadit, vt per Mantic. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 16. de tacit. & ambig. fid. conuent. tit. 3. si quis iurauerit. nu. 1. Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 1. num. 67. † qui absolutè tenet istum talem peccare: cum secundum debitum charitatis, & ius Canonicum proximo in necessitate posito subuenire teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Minor fideiubens pro alio cum iuramento, an, & quando excludatur à remedio restitutionis in integrum.*
2 *Minor fideiubens cum iuramento non potest petere restitutionem in integrum.*
3 *Nisi dolo creditoris fuerit inductus ad fideiubendum.*
4 *Minor fideiubens cum iuramento restituitur, quando ex tali fideiussione veniret enormissimè læsus, vt quia pro paupere fideiussit, vt hoc per absolutionem à iuramento.*
5 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

Fideiussio à minore cum iuramento præstita, an operetur, vt virtute dicti iuramenti restitutionem in integrum petere non possit.

CAP. XI.

LIcet regulariter minor 25. annis (iuramento circũscripto) de iure cõmuni non obligetur. l. ait prætor. in §. nõ solum, vbi gl & Bal. ff. de minor. l. si Titius. ff. de fid. & ratio est, quia fideiussio iactura est. Peregr. de-
1 cis. Par. 8. nu. 1. † tamen eum cum iuramen-

ramento fideiubendo pro alio astringi posse, & maxime ad effectũ, vt beneficio restitutionis in integrũ iuuari non possit ponit Illustris. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. par. 2. lib. 16. de tacit. & ambig. fideiuss. conuent. tit. 4. vbi † ex auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. & cap. 2. de pact. in sexto firmat eum efficaciter, & inuiolabiliter teneri ad iuramenti obseruantiam, & sic nullo modo in integrum restitui posse, qui num. 2. in fin. † vult hoc non habere locũ, quando minor dolo, malo consilio, & animo, & suasionibus creditoris fuit inductus ad fideiubendum, & fideiussit pro debitore † inope, & sic ex tali fideiussione veniret enormissimè lęsus, & in totum, quia tunc debet in integrum restitui, prius per cũ petita absolutione à iuramento. Et hoc ne † iuramentum sit vinculum iniquitatis. c. quanto de iureiur. & c. 1. de iureiur. lib. 6. & hoc idem tenuerunt vltra Mantic. Corn. cons. 288. colum. 7. 8. & 9. volum. 3. & consil. 166. & 189. in princ. Decis. cons. 180. & 349. col. 3. Socin. iun. cons. 144. num. 24. in princ. Patis. cons. 75. in 3. Ceph. post alios consil. 207. vol. 2. nu. 74 in terminis de fideiussione iurata. Socin. iun. cons. 47. in quarto. Gram. decis. 12. Peregr. decis. Par. 8. num. 9. & 112. num. 20. vide quę diximus infra in sectio. 9. cap. 19.

Quid sit tacitè consenserit. num. 6.

3 *Protestatio de non fideiubendo nihil operatur creditore dissentiente.*

4 *Protestatio nihil operatur, vbi ex interuallo sit actus protestationi contrarius.*

5 *Protestatio non essi it, quando per illum eidem contradicitur, cui dicta protestatio præiudicialis est.*

6 *Tacitt. & expressi par est virtus.*

7 *Protestatio de non fideiubendo Iudici facta pro accusato; an impediat obligationem si deinde fideiubeat.*

8 *Protestatio de se non obligando impedit ortum obligationis, si postea contrahit; nisi debitor consentiat.*

9 *Non idem si creditor non consenserit.*

10 *Protestatio contraria facto nihil operatur.*

11 *Quod maxime procedit, quando expressa in protestatione sunt contra naturam actus.*

12 *Protestatio ingredientis monasterium de restituendis sibi bonis, non vitiat ingressum, sed potius vitiatur.*

13 *Protestatio contraria facto quando dicatur.*

14 *Protestatio contraria facto dicitur, si dictum sit, contestor litem non animo contestandi, vel adeo hæreditatem animo non adeundi.*

15 *Protestatio tũ demum operatur, quando actus dependet à voluntate protestantis.*

16 *Protestatio nihil operatur, quando actus in contrarium gestus dependet, à voluntate alterius: nisi alter expressè consentiat.*

17 *Fideiussor si creditori denunciat, antequam numeret debitori non soluendo effecto, nec ei pecuniam tradat, non tenetur, si creditor hac denunciatione attenta credat.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiubens contra protestationem factam de non fideiubendo: an, & quando obligetur.*

2 *Fideiubens contra protestationem de non fideiubendo non obligatur quando creditor tali protestationi consentit.*

Protestatio facta iudici, quod quis non vult fideiubere, si demum fideiubet: an eius fideiussio nulla sit.

CAP. XII.

1 DVbium præcedentibus non dissimile erit in hac materia apud Doct. si quis protestatus fuerit, si pro Titio fideiuberet, se non habere animum obligandi, & postea fideiusserit: an obligetur? & † videntur communiter nostrates firmare eũ non obligari: Dyn. Bart. & DD. in l. si quis in princ. ff. de leg. 3. Iaſ. in l. qui aliena. §. Celſus. num 47. cum ſeqq. ff. de acq. hæred. gloſ. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. vbi hoc not. Barto. Alex. Bald. & Angel. Specul. de fideiuſſ. §. 1. verſic. quod ſi fideiuſſor prius. Marſ. rub. eo. num. 162. cum ſeqq. Gerard. ſing. 52. incip. nota quod pulchrè. Rom. ſing. 12. Arnon. problem. 32. Ant. Hering. de fid. c. 20. §. 35. num. 8. quod ſibi locum vendicare volunt, quando proteſtationi creditor conſentit. gloſ. in l. non ſolum in §. morte. vbi Bart. num. 22. ff. de no. oper. nunciat. & in d. l. pacta. in ſecunda lectura. num. 6. † Secus verò eſſe firmant, ſi creditor proteſtationi non conſentit: nam tali caſu volunt fideiuſſorem obligari: ea potiſſimum ratione moti: † quia per actum contrarium, qui ex interuallo ſequitur, cẽſetur à proteſtatione, receſſum, omnes in cap. cum M. Ferrar. de conſti. cap. ſolicitudinem de app. l. cum in plures. §. locator. horret. ff. loc. & eõd. Bart. in l. qui in aliena. §. Celſus. nũ. 5. ff. de acquiren. hæred. & in d. §. morte. num. 22. cum ſequentib. & in l. pacta nouiſſima. num. ſexto, vbi Alex. num. 4. Cuit. conſ. num. 19. C. de pact. Iaſ. in d. §. Celſus. nu. 47. cum ſeqq. & in d. §. morte. num. 18.

5 Huic rationi adde etiam aliã, quia omnis proteſtatio ceſſat, quandõ eidẽ per illum cõtradicitur, cui dicta proteſtatio præiudicialis eſt, vt per Ant. Heringer. de fid. c. 20. §. 34. nu. 6.

6 † Sed an in propoſito ſatis ſit tacitus conſenſus: & videtur, quod ſic cum taciti, & expreſſi eadem ſit virtus. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

7 Hinc ſumpta occaſione, dubitant Doct. an fideiuſſor, qui promiſit fideiubere pro accuſato: ſi antequam fideiubeat proteſtetur iudici, ſalua eius reuerentia, quod ſi ipſum recipit in fideiuſſorem: quod non intendit ſe teneri de tali fideiuſſione, & poſtea fideiuſſit, an pro tali fideiuſſione teneatur, & conueniri poſſit? & fuit deciſum eum non poſſe: quia non habebat animum ſe obligandi per dictam l. qui in aliena, in §. Celſus. ff. de acq. poſſ. Ang. in l. mora. nu. 4. ff. de vſur. hoc idẽ tenere videtur. Iaſ. in d. l. qui in aliena. §. Celſus. num. 47. verſ. vltra ſcribentes. ff. de acquir. hæred. qui à principio mouendo hanc quæſtionem firmare videtur, quòd ſic: licet poſtmodum ibidem dicat dictam opinionem rationi conſonam non eſſe, ſed illam ſequitur, quia eſt opinio Angeli, quæ (ſecundum ipſum) in pratica magna eſt; tamen ex rationibus per eum allegatis non credit, eam eſſe veram: & in ſpecie ex doctrina Bar. in l. ſolũ. in §. morte. in prima ſpecie proteſtationis. ff. de nou. oper. nuncia. vbi vult, quod ſi ego fui proteſtatus, quod ſi fideiuberé apud te pro Titio: quod non facio animo obligandi: ſi conſentis, & ego poſtea intercedo, certè non obligor, per gloſſ. Magiſtralem. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. Petr. Gerard. ſingul. 52. Arno. 32. † Sed ſi tu non conſentis, & ego poſtea ſimpli-

cter intercedo: cum faciam actũ contrarium protestationi videor, à protestatione recedere, & me obligo; eaque ad id comprobandum, ratione vtitur:
10 † quia protestationes, & reseruationes contrariæ facto non releuant. d.l. cum in plures. §. locator. horrei. ff. locat. d.c. sollicitudinem. de app. c. cum M. Ferrariensis. de constit. malè enim sibi ius reseruat, qui in totum illud eneruat, vt in dictis locis. not. & datur exemplum de officiali, qui furem suspendi fecerat, saluo iure suo, vt per Bertaz. de claus. claus. 14. gl. 2. num. 3. adde prædictis. Ruin. cons. 116. num. 10. lib. 2. Bero. cons. 3. nu. 25. Gozad. cons. 38. num. 12. vers. non obstat se-
11 cundum: † quod vel maximè dicas esse verũ, quando protestationes fuit contra substantiam, actus, & eidem aduersantur: nam tali casu nullatenus
12 suffragantur. † Exemplum assignatur in emphyteuta, vel vassallo, vendentibus rem emphyteuticam cum clausula saluo honore Domini, vel saluo iure Domini: nam nihilominus caducitatem non euitant, sed in commissum incidunt, cum faciant protestationem contrariam facto, vt per Bertazz. d. tract. de clausul. clausul. 14. glos. 2. nu. 2. Aliud etiam exemplum: sit in Monacho Monasterium, ingrediente, & sibi bona reseruante: nam talis protestatio, & reseruatio, tanquam contra substantiam actus professionis paupertatis, vitiatur, & remanet professio pura. glos. & alij in Auth. ingressi. vbi Ias. num. 30. & 37.
13 C. de Sacr. Eccles. ijs: † & facit quod circa præmissa aduertit Cephal. cons. 222. nu. 12. vol. 2. dum firmat protestationem, tunc dici cõtrariam facto, quando merè, & concludenter facto
14 contra dicit: † puta, si dicatur, contestor litem non animo contestandi, vel adeo hæreditatem non animo adeundi: secus si dicatur, renuncio liti, saluo iure meo: nam tunc censetur tantum renunciatum instantiæ, vel si dicatur respondeo, nõ animo litem contestandi: nam ista non est protestatio contraria facto. Ang. in l. iurisgentiũ. §. quod ferè. ff. de pact. Dec. in c. sollicitudinem. num. 10. de appell. Protestatio enim præcedens, reddit actum sequentem protestationi contrarium, ipso iure nullum independentibus à mera voluntate protestantis iuribus supra allegatis: & ista omni prorsus hæsitatione carent, quando protestatio contraria facto fit te amplius non integra: nam eam tunc non releuare, notant Felyn. in c. cum M. Ferrarien. nu. 54. de consti. Vasch. controuers. illust. nu. 1. cap. 80. Menoch. cons. 370. nume. 5. Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 20. § 34. nu. 12. & in hoc articulo, cum tali distinctione pertranseas, quibus adde Mars. in rubr. eod. q. 21. num. 162. cum seq. vbi ad longum de hac difficultate loquitur. & q. 28. nu. 203. & facit ad præmissorum robur, quia protestatio facta ad tollendã futuram obligationem, quæ fit sine cõsensu alterius, cum quo postea contrahitur, non valet dicta l. cum in plures. §. locator horrei. l. si debitor. in §. 1 ff. quibus mod. pign. sol. Birt. dicta l. qui in aliena. in §. fin. nu. 5. ff. de acquir. hæred. & in l. non solum. §. morte. num. 21. & 23. ff. de nou. oper. nunciar. Illustrissimus Mantiça de tacit. & ambiguis. in 2. par. lib. 16. de tacit. & amb. fideiuss. conuenti. tit. 7. si quis protestatus sit se non habere animum obligandi, & postea fideiubeat: an obstrictus intelligatur. qui nu. 3. vers. sic. sed ego puto sic distinguens, resol-

15 uit hanc quæstionē, quod aut † actus pendet à voluntate protestantis, & tūc
16 fideiussor non obligatur, † aut alterius, vt est fideiussio, & tunc alter debet consentire, & non sufficit tacitus consensus, ad impediendam obligationem, quando sequitur ex interuallo, siue verba protestationis sint simplicia, siue tempus futurū respiciant, & sic fideiussor in dicto casu intelligitur obligatus, quia iudex, apud quē fideiussit, expressè non consentit protestationi. Alex. in d. l. pacta nouissima. num. 4. ità Mantica in dicto loco. Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 20. §. 34. qui num. 13. istud dictum limi-
17 tat: † quando vnà cum protestatione concurrit denunciatio per fideiussionem creditori factam, ne debitori pecuniam soluat, eò quia sit factus non soluendo, & creditor, non attenta hac denunciatione, & protestatione, nihilominus soluat: nam tali casu vult talem protestationem fideiussori suffragari ex multis, quos allegat, & posuimus supra hac eadem sect. in c. 1. in fin. & infra c. 39. num. 54.

SVMMARIVM.

1 *Cautio vbicunque ambigitur, an præstari debeat, in arbitrio iudicis relinquitur.*

2 *Cautio nunquam præstari debet absque iusta causa, quæ autem sit iusta causa iudicis arbitrio remittitur.*

Quando est dubium, an cautioni locus sit: tunc totum hoc arbitrio Iudicis remittitur.

CAP. XIII.

1 VBi ambigitur, An cautio sit præstanda: Iudicis arbitrio, hoc decidendum committitur. Surd. decis. 279. num. 1. Menoch. de arbit. iud.
2 lib. 2. cent. 2. cas. 40. vbi dicit. † Quod cautio, non est præstāda sine iusta causa, & quæ sit iusta causa: religioni, & arbitrio iudicantis remittitur. diximus in hac eadem sectio. c. 44.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem dare obligatus, illum in loco, & de loco celebrati contractus præstare tenetur.*

2 *Et quid in iudicialibus.*

Fideiussorem dare obligatus, illum de loco celebrari contractus præstare tenetur.

CAP. XIIII.

1 FIdeiussorem dare promittens: illum de loco promissionis, & celebrati contractus, deque hominibus illius loci promisisse intelligitur, ac præstare tenetur gl. ordinaria in l. neque femina: in verbo non potest. ff. de procur. Bartol. & Ang. per illum tex. in l. si fideiussor in §. si necessaria. vbi Alex. num. 3. Ias. num. 2. 3. & 8 ff. qui satisd. cogantur Roman. cons. 62. num. 7. Bal. in l. 2. C. per quas person. nobis acquir. & in c. coram extra. de off. deleg. Pet. Raué. sing. 99. Eman. Suarez. in com. opin. in littera F. nu. 157. Franc. de fideiuss. c. 4. conclus. 2. num. 48. Bertaz. de claus. clausula 39. glos. 2. num. 3. Alex. consil. 37. col. 1. vol. 1. Marc. in rub. eod. de fideiuss. q. 34 num. 227. & 262. & in l de minore. in §. plurimum. num. 32. de quæst. Rol. cons. 58. num 8. & 19. vol. 1. Viu. lib. 2. comm. opin. opin. 116. Afflict. ad constit. reg. in 2. par. rubr. 10. num. 6. Clar. in prax. crimin. §. fin. quæst. 46. versic. pone quod. Boeri. decis. 99. col. fin. Carpan. ad Stat. Mediol. cap. 44.

num.

2 num.22.& 3.nu 77. par.1. † & in iudicialibus fideiussor debet præstari in loco iudicij. & si carceratus eum ibidem nō reperit, & offerat se illum daturum in alio loco, non debet aliter relaxari, nisi offerat in alio loco supposito iurisdictioni, & potestati eius Principis, vt per Prosp.Farinac.in sua prax.crimin.tit.de carc.& carc.quæst. 33.num.42.

SVMMARIVM.

1. *Fideiusor non liberatur mortuo debitore principali.*
2. *Fideiussoria obligatio semel iam orta, & commissa, non demum extinguitur principali persona extincta.*
3. *Fideiussoria obligatio, mortuo principali debitore committenda, per mortem principalis finitur.*
4. *Fideiussio de soluendo, quicquid facto calculo debere apparebit, si debitor adhuc debito non declarato, decesserit finitur, & resoluitur.*
5. *Fideiussio de iudicio sisti, & stando iuri per mortem principalis rei extinguitur.*
6. *Fideiussio de iudicatum soluendo non extinguitur per mortem principalis rei.*
7. *Fideiubens aliquem facturum, & curaturum liberatur mortuo eo, qui facere debebat.*
8. *Fideiussio conditionalis factis computis, & prius constito principalem debitorem esse, conditione deficiente nulla est.*
9. *Fideiussio prius factis computis, ac cōstito principalem debitorem esse, in vita debitoris adimplenda est.*
10. *Fideiussio sub conditione non arctat, nisi conditione adimpleta.*

Mortuo principali debitore adhuc fideiussor remanet obligatus.

CAP. XV.

1 DEfuncto principali † reo debendi eiusdem fideiussor non liberatur, & maximè quando obligatio fi-
2 deiussoria † est commissa antequam principalis persona extingueretur. Nā tunc eo mortuo remanet obligatio fideiussoria. l.hactenus. vbi Bart. ff. de const. pec. idem Bart. in l.si sine. ff.de
3 adminis. tuto. secus, † vero est, si fideiussoris obligatio esset committenda mortuo principali debitore: nam tunc eo mortuo liberatur fideiussor. Bart. vbi supra. Mars. in rubr. de fideiuss. quæst. 20. nu. 155. cum seqq. Ang. in l. sancimus. C. eo. Arret. in tract. de maleficijs vers. pro quibus.

4 Hinc est, † quod si quis fideiubet pro alio, quicquid facto calculo, talē debere apparebit soluere, si debitor nondum declarato debito: & facto calculo moriatur, fideiussor liberatur. Castr. in l. qui Romæ in §. Augerius, vbi Alex. & alij. ff. de verb. oblig. Soc. cons. 24. col. 3. vol. 3. Ias. in l. petens. nu. 11. C. de pac. idem Ias. in d. §. Augerius vbi dicit communem.

5 Etiam secundo, † infertur quod fideiubens pro aliquo de iudicio sisti, vel stando iuri simpliciter, mortuo illo pro quo, quis fideiussit, obligatio fideiussoria extinguitur. l. si decesse-
6 rit, ff. qui satisd. cog. vbi Ias. nu. 3. † secus si addatur, & de iudicatū soluendo, quia tunc talis obligatio fideiussoria ad hæredes transit. l. si verò vbi Alex. Ias. & alij, ff. qui satisd. cog.

7 Item, & tertio infertur, † quod fideiubens, quis aliquem facturum, & curaturum, mortuo eo liberatur fideiussor. Mars. il. in rubr. eod. quæst. 20.

num.155. Abb. consil. 90. circa primum, col.2.

8 Et ratio præmissorum est: † quia fideiussio facta conditionaliter valet, factis prius computis, & constito illum pro quo fideiubebat fore debitorem, est nulla deficiente conditione,

9 † quæ debet adimpleri in vita dicti debitoris in totum. signanter per Alban.cons 735.num.1. & 2. cum cons. seq. in tertio. Costa de ratione ratæ. q 19.num.10.vbi dicit,quod fideiussio, sub † conditione non arctat, nisi

10 conditione adimpleta.

SVMMARIVM.

1 *Fideiusore defuncto: an, & quãdo alter in locum ipsius, subrogari debeat.*

2 *Fideiusore defuncto debet alter in eius locum subrogari, quando fideiussio est prætoria: secus si sit conuentionalis.*

3 *Obligatus dare certam personam in fideiussorem, eo mortuo tenetur alium dare, & maxime quãdo moritur antequam fideiubeat, & debitor in fideiubendo morosus fuerit.*

Fideiussore defuncto: an, & quando alius in locum ipsis subrogandus veniat.

CAP. XVI.

1 FIdeiussore mortuo: † quæro: an alius in eius locum subrogandus veniat? tex. in † is à quo in §. fin. ff. vt in posl.leg. videtur determinare: quod non, quod, & melius dicit text. in l. si ab arbitro. §. qui ex causa. ff. qui satisd.

2 cog. † tu verò dicas, quod quando est, fideiussio prætoria, seu iudicialis, mortuo vno ex fideiussoribus, vel propter aduersam fortunam effecto non soluendo, tenetur quis iterato cauere: licet secus sit in fideiussione cõtractus, ita Vinc. de Franc. decis. 480. num. 5. par. 2. ex multis quos allegat.

3 Aduerte tamen, quod † obligatus dare aliquem in fideiussorem eo mortuo tenetur, alium dare; maxime quãdo est promissum præstare certã personam in fideiussorem, & ipse moriatur, antequam fideiubeat, & adsit mora in dicto fideiussore dando, quia tũc eo mortuo tenetur, alium æquè idoneum dare, l. quod autem in §. si quis autem, ff. de constit. pec. Afflict. super consti. regni. rub. 73. de feriis. nu. 56. lib. 1. Carp. ad Stat. Med. c. 46. nu. 27. par. 1. qui dicit hoc secus esse, quando iam datus postea moritur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoria obligatio de sui natura, transit ad hæredes, & successores. Etiam quod sit pœnata. num. 3.*

2 *Fideiussoria obligatio semper in instrumento, & obligationem inest, virtualiter.*

4 *Fideiussoria obligatio non tantum est, transitoria ad hæredes in contractibus: verum etiam in delictis.*

5 *Fideiussoria obligatio simpliciter facta pro maleficio morte extinguitur.*

6 *Nisi in ea sit apposita pœna: quia tunc ad hæredes transit.*

7 *Fideiussoria obligatio non transit, ad hæredes: quando obligatio de sui natura non est transitoria.*

8 *Fideiussor succedens reo principali non tenetur vt fideiussor, sed vt principalis.*

9 *Fideiussoria obligatio non transit ad hæredes, quando fit pro maleficio simpliciter.*

10 *Nisi fideiussor obligauerit se, & suos hæredes, & successores.*

11 *Vt etiam nisi fideiussor ad pœnam exiterit.*

12 Fi-

12 *Fideiusoria obligatio non transit, ad successorem Prælati: quia non est eius hæres.*

13 *Fideiusoria obligatio facta à Prælato nomine ecclesiæ cum solemnitatibus, & in euidentem ecclesiæ vtilitatem, non tantum ipsum: verum etiam eius in Ecclesia successorem ligat.*

14 *Contractus si est vtilis Ecclesiæ, & desunt solemnitates, stat in optione Prælati, an velit contractum valere.*

15 *Fideiussio in diem, vel sub conditione ipsis pendentibus, si moritur fideiussor, non transit ad hæredes.*

16 *Fideiussoris persona, quando in fideiussione tantum est contemplata, tunc fideiussio non transit ad hæredes.*

17 *Fideiusio quoad substantiam fideiussionis mortuo fideiussore ad hæredes non transit: secus quo ad effectum.*

18 *Quãdo in fideiussione est dictum, quod non transeat, tunc fideiussio non est transibilis ad hæredes.*

19 *Fideiussio euictionis non est transitoria ad hæredes. Quod quomodo procedat ibidem explicatur.*

20 *Mitius agitur cum fideiussoris hærede, quam cum fideiussore.*

21 *Mitius agitur, cum fideiussore, quam cum principali.*

22 *Fideiussoris hæres debilius obligatus dicitur: quia accessoriè, & ex facto alterius.*

23 *Contrahens in dubio pro se, & hæredibus contrahere præsumitur, & asserens contrarium, illud probare debet: maximè ex parte promittentis.*

24 *Obligatio quælibet est magis ad hæredes transitoria ex parte promittentis, quam ex parte stipulantis.*

25 *Contrahens pro se, & hæredibus contrahere præsumitur, etiamsi nulla hæredum mentio facta sit.*

26 *Idem etiam, si apponatur dictio taxatiua tantum.*

27 *Expressio nominis hæredis multum operatur remissiuè.*

28 *Hæredis appellatione veniunt hæredes hæredum, & etiam vlteriores.*

Fideiussio an, & quando sit ad hæredes transitoria.

CAP. XVII.

1 NE dum fideiussor tenetur ex fideiussione: sed etiam sine alia expressione, si decedat, relinquit obligatos suos hęredes. Obligatio enim fideiussoria regulariter ad hæredes, & successores ipsius fideiussoris transit. l. fideiussoris. C. eod. l. 4. in fin. ff. eod. §. fideiussor instit. eod. vbi Fab. Ang. Ozer. & Bald. nu. 1. Marsil. sing. 159. Roland. consil. 58. nu. 1. 5. & 6. vol. 1. Nam hæres fideiussoris vti fideiussor obligatur. l. potest accipi ff. eod. notatur in l. ex contractibus, & in l. ex depositi. ff. de act. & oblig. Decian. consil. 72. num. 7. in 2.

2 Et ratio deducitur: † quia obligatio fideiussoria semper virtualiter inest in instrumento. Ias. in l. 2. §. item si in facto. num. 1. ff de verb. oblig. Negusant. de pigne. in 4. part. principali. num. 20. cum seqq.

3 Extende † vt etiam istud sit verum in omni fideiussione pœnata: nam, &
4 ipsa ad hæredes transit. † Fideiussoria enim obligatio non tantum quem relinquit obligatum in contractibus: verum etiam in delictis. l. si seruum, in §. nunc videamus. ff. de verb. oblig. l. 3. in §. 1. & l. 4. & l. si à colono. in §. 1. ff. de fideiuss. l. fideiussoris. C. eo. Prosper. Farinac. in sua prax. crim. tit. de carc. & carc. q. 34. num. 12.

5 † Et licet contrarium videatur tenere gl. in d. §. fideiussor inst. eo. Bossi. de carcer. fid. committ. nu. 64. Decian. d. cons.

d.conſ.72.num.7.lib.2.relati à Farinac.in loco præcitato: vbi volunt fi-
5 deiuſſionem † pro maleficio factam morte extingui, nec ad hæredes tranſire. Tamen hoc eorum dictum debet intelligi, quando quis ſimpliciter fi-
6 deiuſſit pro tali maleficio; † ſecus verò ſi in fideiuſſionis obligatione in euentum contrauentionis eſt adiecta certa pęna: quia tunc dicta fideiuſſio pęnata ad hæredes tranſit, vt per Farinac.d.quæſt.34.num.14 & dicemus infra in 3.limit.

7 Limit.primo, † niſi obligatio de ſui natura eſſet intranſibilis ad hæredes, l.iniuriatum.ff.de iniurijs. Batt. in l.poteſt.4. in §.fideiuſſor. ff.eod.

8 Lim.ſecundo, † quando fideiuſſor ſucceſſit reo principali: quia tunc extinguitur fideiuſſoria obligatio,& fideiuſſor incipit teneri principali obligatione.l. fideiuſſores. C. de fideiuſſ. Io.Franc. Ozer. in d.§.fideiuſſor. nu. 1.inſt.eo. & diximus ſect.10.c.14.

9 Lim.tertio,† quando fideiuſſio fuit ſimpliciter facta pro maleficio, & delicto: quia talis fideiuſſio cum morte fideiuſſoris extinguatur, ad eius hæredes tranſire non poteſt. gl. Arret. & alij in d.§. fideiuſſor, vbi Ozer.nu.2. Hypollit.d. ſing.159. Decia. d.conſ. 72.nu 7. Angel. de Malef. in gloſ.pro quibus, & quolibet eorum quæſt.penult. Bertaz. de clauſulis clauſula 39. gl.6.nu.2. qui ponit, quid dicendum ſit, quando fideiuſſor deceſſit ante cõdemnationem rei: hoc idem concludũr Rol.d.conſ.58.nu.5. Card. Mantic.de tacit.& ambig.par.2.lib.16. tit. 20.num.5.qui ex multis, quos allegat firmat, quod concluſio ſupra poſita procedit in cauſis ciuilibus, ea ratione ductus: quia morte rei crimen extinguitur. Decia.d.conſ.72.nu,7.

Sed hodie pratici tabelliones, & actuarij in ſtipulandis fideiuſſionibus
10 † non tantum obligant fideiuſſorem principalem promittentem, verum etiam omnes,& quoſcunque eius hęredes,& ſucceſſores, vt refert Farin.in dicta quæſt.34.num.15. & hoc modo ſecundum eum ceſſant tot difficultates.

Sublim. nihilominus hanc limita-
11 tionem, † quando fideiuſſor non tantũ pro maleficio ſe obligaſſet, verum etiam ad certam pœnam: nam licet dicta fideiuſſio, quo ad delictum non tranſeat ad hæredes, tamen quo ad pęnam benè tranſit. Angel.Ozer.& alij. in d.§.fideiuſſor. inſtit.eod. Matſil.d. ſing.159.num.2.Rol.d.conſ.58.nu.5. vol.1.Mant.d.tit.20.nu.6.& diximus ſupra in prima ampliatione.

12 Limit. quarto, † in fideiuſſore ſucceſſoris Prælati. Et ratio eſt, quia ſucceſſor Prælati non eſt dicto Prælato ſuo anteceſſori hæres. Hoſtienſ. in c.
13 potuit.eodem: † nam ad hoc, vt ſucceſſor Prælati pro Prælato ſuo anteceſſore vti hæres conueniri poſſit tria concurrere debent. Et quod contractus, & obligatio fiat nomine Eccleſiæ: & quod interueniant ſolemnia: & quod contractus ſit vtilis Eccleſię. Angel.conſ.245. Gemin.conſ.17. nu. 9.Bald.in l.emptorẽ.nu.5.locat.Abb. in c.1.in primo not.nu.3.de præbend. Alex conſ.160.nu.4.vol.6.Cald.conſil.1.locat. Nam interuenientibus iſtis Prælatum ſucceſſoriẽ in beneficio obligati, tenuerunt Rot.diuerſorum in impreſſ.deciſ.225.par.3.lib.2. Hond. conſ.31.num.42. vol.2. Rodoan. de rebus Eccleſ. non alienand. rubr. 20.
14 num. 193. qui addunt, † quod licet contractus ſit vtilis Eccleſiæ, tamen ſi deſunt ſolemnitates ſtat in optione

Præ

Prælati, an velit contractum valere.

15 Limit. quinto, † in fideiusore dato diem, vel sub conditione: nam si interim pendentibus die, vel conditione moritur, euanescit eius fideiussio. l. quod autem. in §. sed & si quis. vers. quod si ante decesserit. ff. de const. pecun. l. vnica. C. si post creatio. quis decess. lib. 10. l. contractus. C. de fid. inst. l. fin. C. de procur.

16 Lim. sexto, † attenta persona fideiussoris: nam eo mortuo (cum mors omnia soluat) extinguitur eius fideiussio in eius persona fundata, & eius contemplatione facta. Ant. Hering. de
17 fid. c. 20. num. 17. dum vult † hoc verum esse, quo ad substantiam fideiussoriæ obligationis: licet (secundum ipsum) hoc secus sit quo ad effectum: secundum quem obligatio fideiussoria transit in hæredem fideiussoris.

18 Lim. septimo: † quando in instrumento fideiussionis dictum, & in specie prospectum, & cautum est, quod solus fideiusor, & non eius hæres teneatur. l. si vnus. in §. pacta. ff. de pact. l. si necessarius. in §. de vendendo. ff. de pig. Ant. Hering. d. tract. d. cap. 20. num. 38. cum seqq.

19 Lim. octauo, † in fideiusore euictionis: nam eius hæres non tenetur. l. fin. C de euict. Abb. cons. 90. col. 1. Caball. de euict. § 5. num. 2. vers. tertio limita. Bero. in c. si quis presbyterorum. nu. 46. de reb. eccle. non alien. Hond. cons. 3. nu 72.

Quod intelligo, quatenus ex sua persona dominiū non vendicet, quod est, quando non obstat exceptio ipsius rei venditæ, & traditę, licet ipsa obstiriisset suo antecessori l. exceptiones. C. de euict. & extat totus titulus. ff. de except. rei vend. & trad. Secus si fideiusserit ad id, quod interest rem euictam non esse: nam tali casu conueniri poterit. l. si in vēditione. & l. euicta. ff. de euict. d. l. fin. in fin. C. de euict.

20 Et scias, † quod cum hærede fideiusoris mitius agitur, quam cum ipso fideiusore, & mitius cōuenitur. Bal. in l. si traditio. nu. 13. C. de act. empt. Ceph. cons. 393. num. 55. vol. 3. Ma-
21 gon. decis. Lucens. 92. nu. 6. † vt etiam semper mitius agitur cum fideiussore, quam cum ipso reo principali: &
22 ratio, † quia hæredes fideiusoris debilius obligantur, quia accessoriè, & ex facto alterius tenentur. d. l. qui in alterius. cum not. ff. de reg. iur. Ceph. d. cons. 393. num. 5.

Et vt huius materiæ dilucidior cognitio habeatur, sciendum est: quod
23 omnis † contrahens pro se, & suis hæredib. contrahere præsumitur, in tantum, quod ille, qui dicit contrarium, tenetur illud iustificare. l. si pactum. ff. de probat. Bart. in l. si sic. la seconda. ff de verb. obligat. Alex. cons. 13. prospectis. colum. 3. lib. 5. & præsertim ex
24 parte promittentis: omnis † enim obligatio est magis transitoria ad hæredes ex parte promittentis, quā ex parte stipulantis. Bart. in l. 4. in §. Cato. in fin. in penult. quæst. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 18. antedictis col. fin. lib. 5. repetitio in cons. 118. lib. 6.

25 Declara, & intellige etiā quod † de hæredibus nulla mentio facta sit. l. stipulatio ista. in prin. & ibi omnes. ff. de verb. oblig. Specul. in §. 1. de oblig. & solut. ver. sequitur in præmissis. nu. 3. Alex. d. cons. 18. col. pen.

26 Declara, † etiam quod apponatur taxariua 1m̄, vel aliud verbum idem importans. Bart. & alij in l. si seruus. la seconda ff. de condit. furti. Bertazz. de claus. clausula 12. glos. 4. num. 1. qui
27 nu. 2. inquit † expressionem nominis mul-

multum opetari. Et addit ista verba suos hæredes non protrahi ad hæredum bona: subdens nu. 3. † Hęredum appellatione venire hæredes hæredũ, & alios vlteriores successores.

28

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem præstare non tenetur, qui securitatem promittit.*
2 *Nisi separato instrumento obligauerit, & postea iterum promiserit securum facere?*
3 *Idem, nisi promiserit plenè, & idoneæ securum facere.*
4 *Idem, nisi esset forensis, ita quod posset suspicari de eius fuga.*
5 *Securitas quid sit, & quid securitatem promittere remissiuè.*
6 *Securitatem promittere importat, vt nulla exceptio iuris, & facti obijciatur stipulanti.*

Qui promisit securitatem fideiussores date non tenetur.

CAP. XVIII.

1 ILle, qui aliquem teddere securum promisit, ad fideiussores præstandos astringi non potest. Bald. in l. 1. nu. 4. vbi Iaſ. in 2. & 3. col. nu. 7. vers. breuiter in contrarium. ff. qui satisda. cog. & in l. Prætor ait, in §. deinde, in 2. col. num. 6. ff. de nou. oper. nunciat. Bart. in l. illicitas, in § ne potentiores, num. 3. cum seq. ff. de off. præsid. Petr. Rauen. sing. 201. declarando, vt ibi per eum Horat. Carp. ad Statut. Mediol. c. 44. num. 50. par. 1.

2 Limit. primo, quando se obligauit, quis primo instrumẽto, & postea iterum promittat facere securum: quia ne verba reddantur superflua, & elusoria ista secũda promissio de fideiussione intelligẽda est. Iaſ. in d. l. 1. nu. 7.

3 Limit. secundo, nisi quis promisisset, plenè, & idoneè quem securum facere. Iaſ. in d. loco.

4 Limit. tertio, † quando promittens est foręsis, ita quod verisimiliter posset dubitari de eius fuga. Iaſ. in d. l. 1. vbi ponit notabilem distinctionem.

5 Quid autem sit securitas: & securitatem promittere ponunt. Bart. in d. §. ne potentiores. num. 3. Bal. in l. 1. C. de nauic. lib. 11. vbi vult, quod securitas concessa pro eundo, censeatur etiam pro redeundo. Corsett. in suis sing. in singulari, in verbo securus, qui ponit

6 † ad quid teneatur promittens facere securum, & inquit dictam promissionem importare, vt nulla exceptio, & nihil aliud contra istum talem obijci possit. Guid. Pap. sing. 811. qui recensset, sedes huius materiæ, & loca vbi tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non potest fideiussorem conuenire, quando habet pignus.*
2 *Nisi de facili vendi non possit pignus.*
3 *Creditor potest pignus vendere, & si non reperitur, emptor, sibi in solutum adiudicatur.*
4 *Fideiussor antequam molestetur, debet pignus distrahi.*
5 *Fideiussorem recipiens pignori renunciare dicitur.*
6 *Obligatus dare fideiussorem, non potest dare pignus, & obligatus ad vnum fideiussorem præstandum, non potest astringi ad dandos duos. Vt etiã obligatus ad dandum certum pignus, non liberatur dando aliud æquè idoneum.*

Creditor habens pignus, non potest conuenire fideiussorem: & de fideiussore cum pignore accepto.

CAP. XIX.

1 CReditor habens pignus non potest conuenire fideiussorem gl. in

in Auth. si quis igitur in verbo summat. de fideiussor Bald. in l. inter eos.

2 §. creditor. ff. eo. & † maximè quando de facili vendi potest: aliàs secus. Anchar. in c. peruenit extra. eod. Cyn. in

3 Auth. præsente. C. eod. † Nam pignus debet vendi. & si non repetitur emptor, debet existimari, & adiudicari in solutum creditori Card. in d. c. peruenit, vbi Imo. & Barb. num. 10. Vitali. de Camb. de clauſ. clausula fi. nu. 2. in fin. Bart. in Authen. de fideiuſſ. in

4 rub. nu. 14. vbi dicit. † Quod secundum hodierna tempora, & iura debet prius pignus vendi, antequam deueniatur ad fideiussorem.

5 Sed quid † si quis accipit fideiussorem loco pignoris? dic quod videtur pignori renunciare. Bald. in l. cum colono. ff. quibus mod. pig. vel hypoth. soluatur.

6 Aduerte tamen: † quod obligatus fideiussorem dare, non potest dare pignus, & obligatus dare vnum fideiussorem, non potest cogi ad dandum duos: vt etiam obligatus dare certum pignus nõ liberatur, si dat aliud æquè idoneum. Surd. decis. 174. num. 30. & 31. alia diximus in sect. 7. cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem dare promittens, si sit dines, hypothecando bona sua satisfacit, sibique cautio remittitur, nisi fideiussio esset iurata, vel in instrumento quarantigiæ. & num 9.*

Contrarium. num. 5. & 6.

2 *Debitor fideiussorem præstare non tenetur, quando suus fideiussor, dines, idoneus, & soluendo est.*

3 *Paria sunt per fideiussores, vel per hypothecam bonorum cauere.*

4 *Promittens dare pignora, si est dines, obligando bona sua liberatur.*

7 *Officialis, qui ex forma statuti fideiussorem dare tenetur de consuetudine, non liberatur obligando bona sua, etiam quod sit dines.*

8 *Debitor fideiussores, & pignora si dare promisit, debet vtrumque facere.*

9 *Fideiussores dare promittens, obligando bona sua non liberatur, quãdo eius obligatio est confessionata, quarantigiata, iurata, & solemni stipulatione vallata, & ità quotidie praticatur.*

10 *Creditor non debet esse onerosus, difficilis, & cerebrosus, & debitor nimis delicatus.*

11 *Qui bene vult soluere patitur, etiam se bene obligari.*

Obligatus fideiussores dare, si locuples est hypothecando bona sua adimplet.

CAP. XX.

1 FIdeiussorem † præstare obligatus, si dines est, hypothecando bona sua satisfacit: eidemque ex hoc cautio remittitur: nam vbi quis est soluendo, non tenetur fideiussores præstare: qui enim ditissimus est, recusare potest fideiussores dare: sed satis est cautio cum generali hypotheca bonorũ. l. quicunque, la seconda, vbi hoc not. Io. de Plat. Bal. Bar. & alij. C. de fund. patrim. lib. 11. l. 1. §. si magistratus. ff. de magistrat. conueni. l. 1 ff. de custod. reorum. l. filio. in fin. ff. vt legat. nom. cau. l. omnes. vbi Bald. C de Episc. & Cler. & in l. ex his prædijs. C. de euict. quos refert Surd. decis. 195. nu. 3. qui nu. 13. multos contrariam opinionem sequentes allegat. & quod ille, qui ad fideiussores dandos astringi potest, si est dines, obligando, & hypothecando bona sua adimpleat, vltra allega-

tos

tos hoc idem firmarunt. Socin.& Ias. in l.1.ff.qui satisd.cogantur. Deci. in l.plus cautionis,in fi.ff.de reg.iur. Felyn.in c.ad nostram num.10.ff.de iureiur.& in c.ad hæc.de senten.excom. Matt.in rub.eo.num.18.178.& 179. Bart.in l.priuatè. C.de Munileg. lib. 10.Rom.cons.67.viso themate.nu.4. vers.3.hoc ipsum Cast.in d.l.1.vbi Ias. nu.16. ff.qui satisd.cog. qui num.20. dicit hanc eandem opinionem communem esse, & eam sepiè fundamentis comprobat Alex. sibi contrarius cons.37. viso, & opportunè discusso lib.2. sub num.15. Affl.&.decis.178. etiam maximè si immobilia possidet. l.fundum .in princ. ff.qui satisd. cog. & etiã quod bona essent extra locum iudici, vt etiã quod lege, & statuto fideiussoria cautio requireretur. Quintil.Mandos.de monit.quæst.8.num.4.

2 † Et quod fideiussorem præstare non teneatur,qui sine fideiussore idoneus, & soluendo est,dicit Bar.in l.illicitas. in §.ne potentiores. num.4.vbi etiam omnes.ff.de officio præsid. Salyc.in l. denunciamus.num.2.C.de his,qui ad Eccles.confug. Catel.Cor. in suis memor. in verbo cautio cum fideiussione. Cæsar. Contard. in l.vnica.nu.16. q.23. C.si à moment. poss. fuerit app. Alciat.in l.satisdationis.61.num.3.ff. de verb.sign. Hondad.cõs.30 nu.33. vol.1.Planch.in epitome delict.cap.1. num.2. lib.1. Hercul.de caut. de non offend. c.4. num.4. Vulp.de promiss. de non offend.c.76.num.1.nouissimè Anto.Hering.in suo tract.de fideiuss. qui alios refert,& dicit hanc communem opinionem in c.5. num. 11. nam

3 quando debitor est diues,† Paria sunt per fideiussores, vel per hypothecam bonorum cauere.l.1.§.an pignorib.ff. de coll.bo. Alba.cõs.115.nu.14.lib.2.

4 Hoc idem est:† si iste talis sit obligatus dare pignora, & sit diues, nam & tali casu obligãdo, & hypothecando omnia sua bona satisfacit.gl.fin.in d.l.1.ff.qui satisd.cogant. Deci.in d l. plus cautionis.

5 Contrarium,† quod imò etiam diues,& immobilia possidens,si dare fideiussores sit obligatus, eos omninò dare teneatur, nec obligando, & hypothecando bona, adimpleat, voluerũt Alex.in l.1.ff.qui satisd.cog. idem Alex.vbi etiam Arret.in l.diuortio.in § interdum.ff.solut.matr.Ias.in d.l.1. nu.16.ff.qui satisd.cogan. Eman.Suarez.comm.opin.in littera F.opin.154. Rip.in rubr.ff.de damn. infect. nu.9. Clar.in prax in §.fi.q.47.num.5.vers. sed quæro. Vulp. de promiss.de non offend. d.q.76. num.2. Surd.d.decis. 295.num.13.Farin.in sua prax.de variis,& diuers.crim.quæst.107.nu.44. Ant.Hering.in suo tract. de fideiuss. cap.5.num 9.& 11.qui dicit hanc opinionem in puncto iuris veriorem esse, eamque multis viuidis rationibus cõprobat respondendo ad fundamenta, quæ pro communi opinione ponderantur.

6 Tenendo primam opinionem, quæ (vt dixi) communis est: Eam limites

7 non procedere in officialibus,† qui ex forma statutorum in principio officij cauere tenentur. Nam licet sint diuites, tamen de consuetudine à tali fideiussione non liberantur.Viui.lib.2. comm.opin. opin.117.

8 Imò † debitores ad fideiussionem teneri, quando etiam pignorum dationem promiserunt firmant. Alex.& Arret. in d.l.diuortio.in §.interdum. ff. solut. matr. idem Arret. in l.si quis stipulatus.in §.fin. ff.de verb.obligat. Al.x.in d.l.1.ff.qui satisd.cog.n.6. bi

Ias.

Ias.num.2.Rip.in d.rubr.ff.de damn. infect.num.8.& in l.2.in §.mutui dario, nu.22.vbi Alciat.nu.10.ff.si cert. pet.Cagno.in d.l.plus cautionis num. 7.ff.de reg.iur.qui dicit reos non tantũ ad fideiussores dandos astringi posse,quando etiam pignora dare promiserunt: verum etiam,quando fideiussores dare tenentur ex cõtractu,& hominis prouisione Negusant. de pign. in 5.part.principali, num.3. & ita vi-
9 detur esse stylus, † & consuetudo, & ita seruat praxis passim: & maximè quando promissio est confessionata, quarantigiata, iurata, & solemni stipulatione vallata, quæ omnia præcisè obligant ad explicita, & factum,& ratio est: quia semper censentur obligata,obpignorata,& hypothecata bona per obligationem debitoris: ideo creditor etiam vltra dictam hypothecam magis cautus redditur ex fideiussoribus datis.Cæterum prædicta pro-
10 cedunt,& sunt vera quatenus † creditor onerosus, difficilis, & cerebrosus non sit: & debitor nimis delicatus. l. si seruos.in §.fi.ff.de pign.actio. Martin.Monterius.decis.Aragon.13.nu. 6. vers. & ideo debitorem delicatum:
11 † quia,qui bene vult soluere,patitur, etiam se bene obligari.

Multa alia ad limitationem præcedentium posuimus infra sect.7.cap 4. vbi enumerauimus casus, in quibus etiam dives satisdare obligatus est.

SVMMARIVM.

1 *Cauere, qui tenetur ad effectum aliquid consequendi satis est, quod fideiussores offerat.*
2 *Carceratus offerendo fideiussores, relaxatur.*
3 *Nisi incarcerato sit imponenda pœna sanguinis.*

Obligatus fideiussores dare ad effectum aliquid consequendi,offerendo cautionem,adimplet.

CAP. XXI.

1 VBi quis † tenetur cauere ad hoc, vt aliquid cõsequatur, satis est quod fideiussorem offerat. Alex. in l. de pupillo in §.si is cui.ff.de nou.oper.
2 nunc. sub num.2. † & ideo si carceratus offert fideiussores, & aduersarius non comparet, iudex potest fideiussores recipere,& reum relaxare. Cast.in l. eum pro quo quis nu.2. ff. de in ius vocan. & maximè, quando non infligitur pœna sanguinis: † fideiussoribus
3 enim relaxatur reus, vbi non imponitur pœna corporis.Marsil.cons.75.nu. 1.lib.1.qui dicit communem,& dicimus supra in prælud. in 1.par. sectio. 2.cap.3.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor tenetur, ad totale ipsius creditoris interesse.*
2 *Fideiussor ad casum fortuitum, non tenetur, nisi dolosus sit.*
3 *Fideiussor datus ad expensas litis, non tenetur,si instantia fuerit pronunciata deserta.*

Fideiussor ad omne lucrum, & interesse tenetur.

CAP. XXII.

1 FIdeiussor tenetur ad damnum emergens, lucrum cessans,& omne totale interesse.Bal.in l.ea lege, nu. 2.ff.locati. Philip. in cap. fin. de foro
2 competenti lib.6.† Ad casum autem fortuitum nõ tenetur nisi dolosus sit. Alex.cons.57.quoniam in quæst.nu.4. vers.confirmo. lib.1. & latè diximus supra in 1.par. super cautione de iudi-

cio

cio sisti, euictionis indemnitatis. c. 25. num. 36. & in 2. part. in conclusione, fideiussionem, non extendi. c. 2. tit. de fideiuss. circa diuersa sect. 5. & in prin. c. fideiussor datus, ad sortem, an censeatur datus ad fructus dicto tit. d. sectio. 5. † & scias, quod fideiussor, datus ad expensas, in causa reficiendas inter litigantes, non tenetur si sit pronunciata instantia peremptа. Bal. consil. 106. in 2. par. sub num. 1.

3

SVMMARIVM.

1 *Creditor cogitur fideiussorem promissum dimittere, & alium æquè idoneum accipere.*

2 *Nisi, iam datus esset: tunc enim alium accipere, etiam magis idoneum astringi non potest.*

In fideiussore dando adhuc re integra variatio permittitur.

CAP. XXIII.

1 FIdeiussorē semel promissum creditor dimittere, & aliū idoneum accipere cogi potest. Mars. in rub. eod. nu. 215. Ant. Gomes. de contract. c. 13. num. 2. Arri. Pinell. in l. 2. par. cap. 1. num. 23. C. de rescind. vend.

2 Sed si fideiussor iā datus sit: illum libetare creditor non cogitur, etiam si alius magis idoneus offeratur. Ias. in l. debitorum. nu. 5. C. de pact. vbi Alciat. Cagnol. in l. plus cautionis, num. 17. ff. de reg. iur. & diximus inf. in 10. sect. cap. 5. num. 6. & 7.

SVMMARIVM.

1 *Debitor summæ illiquidæ dando fideiussores per creditorem molestari non potest.*

2 *Debitor residui illiquidi fideiussores offerendo, recipitur.*

3 *Mora in illiquidis, & prolixam calculationem requirentibus cessat.*

4 *Debitor pro debito illiquido, etiā verbalem cautionem offerens auditur. Et maximè quando agitur de damno euitando: secus si de lucro captando. num. 5.*

Quando debitum est illiquidum, tunc satisdatio sufficit quod præstetur.

CAP. XXIV.

1 SI † reperitur quis debitor in summa illiquida; tunc promittendo, & fideiussores dando adimplet, in tantum quod non sequuta liquidatione per creditorem molestari non potest. Alex. cons. 24. num. 9. lib. 4. qui dicit;

2 quod † residui non liquidi, fideiussorem offerri sufficit. Ruin. cons. 84. nu. 17. in prin. quando enim debitum non est liquidū satisdare sufficit. Rot. Ian. Mercat. decis. 177. num. 5. & ratio huius dicti illa assignatur. Quia † mora

3 in illiquidis, & prolixam calculationem requirentibus cessat. Bal. in l. acceptā in 6. opinione nu. 19. C. de vsur. Afflict. decis. 209. vbi Vrsill. Rimin. iun. cons. 52. nu. 6. 7. quæst. 21. & 53.

4 cum seqq. vol. 1. Immo † quando debitum est illiquidum, & debitor offert, pro dicto debito illiquido cautionem etiam verbalem, auditur maxime quādo agitur de damno euitando: secus si de lucro captando. l. fideiussor euictionis. ff. de dol. mal. Bal. in l. & si post tres. nu. 29. ff. si quis caut. Bolog. in l. si insulam, num. 86. ff. de verb. oblig. Negus. de pign. in 2. part. in 3. memb. 5. part. principalis, nu. 1. & seqq. Benintend. decis. 77. num. 7. cum alijs de quibus per Anton. Hering. de fideiuss. cap. 5. num. 380. & c. 11. num. 489. Alia vide supra in 1.

5

parte

parte principali in prælud. sectio. 3. cap 6. aliàs 15.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio facta reo, ac promissore absente valet, & tenet.*
2 *Intellige si notarius pro eo acceptet, & recipiat.*
3 *Intellige etiam creditoris sequuta ratificatione.*
4 *Procurator constitui an possit ad fideiubendum pro alio.*
5 *Procurator ad hoc specialiter constitutus, notarius ad id expressè requisitus, nec non, & sindicus ad id deputatus pro eorum principalibus rectè fideiubent.*

Pro absente, & ignorante quis fideiubere potest.

CAP. XXV.

1 FIdeiussio pro absente, † & ignorante facta valet. l. fideiubere. ff. 2 co. l. ex mandato. §. 1. ff. mandati. † notatio tamen pro eo acceptante, stipulante, & recipiente, vt est consuetudo, vt per Bart. in rubr. ff. iud. sol. numero 3. in fin.

3 Declara tamẽ, † & intellige sequuta acceptatione creditoris: cum ante reuocari possit, necnon ratificatione eius, qui fideiussoriæ obligationi suppositus fuit. Alciat. resp. 112. num. 1. tom. 3. lib. 8.

4 Cæterum præmissis † aduertasi videtur, quod in fortioribus terminis voluit. Bald. consil. 47. num 8. vol. 3. dum per l. Titianus. ff. quod cum eo. & per l. in personam. ff. de pact. firmat. quod ad fideiubendum pro alio prohibitum est procuratorem constituere.

5 Verùm dicas, † Quod procurator specialiter constitutus, vt etiam notarius expressè ad id requisitus, necnon & sindicus alicuius cõmunitatis pro eorum principalibus benè fideiubet. Tiraquel. de constit. par. 3. limit. 30. num. 23. Tessaur. decis. 70. numero 2. Anton. Hetinger. de fid. cap. 11. num. 90. diximus supra hac eadem sectio. 4. cap. 1. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Præstatio fideiussoris idonei vim solutionis habet.*
2 *Creditor, quando contentatur de fideiussore, tunc fideiubendo quis soluere dicitur.*
Modo fideiussor animo nouandi accipiatur: secus si accessorie. num. 4.
3 *Delegatio, nouatio, transfusio, & accollatio vim solutionis habet.*
5 *Fideiussio est solutionis securitas.*
6 *Fideiussio vice solutionis est.*
7 *Obligatus soluere, auditur offerens cautionem de soluendo, concurrentibus magna, & idonea causa, & qualitate rei, & personæ.*

Fideiussio pro solutione habetur.

CAP. XXVI.

1 FIdeiussio, & datio † fideiussoris, vel pignoris, volente sic creditore vim solutionis habẽt. l. satisfactio. 52. vbi gl. ff. de solutio. ita Bart. communiter approbatus in l. rescripto, in §. 1. in 2. not. ff. de mun. & honor. vbi vult, quod præstatio fideiussorũ idoneorũ pro solutione habeatur, & per dictum text. dicit istũ esse casum specialem ibidem Bald. in l. fin. C. ad l. Falcid. dum firmat, quod paria sunt promittere, & soluere. Et subdit ibi-
2 dem, † quod si creditor contentatur de fideiussore, quod tunc satisdare

est soluere. Vigi. decisio. 210. num. 7. lib. 2. qui dicit, hæc procedere, quando nomen debitoris datur pro decem
3 creditori: quia tunc videtur facta solutio, & delegatio, & nouatio inducta esse censetur, vt etiam quando (vt dixi) creditor de fideiussore contentatur: nam etiam talis consensus vim solutionis habet, & videtur facta accollatio, & transfusio debiti de vna
4 persona in aliam. † Secus si accessoriè fideiussor accipitur: nam tunc fide-
5 iussores dare non est soluere: † sed fideiussio est solutionis securitas, l. 1. ff. qui satisd. cog. quod perpetuo tene
6 menti. Et quod fideiussio † sit vice solutionis est tex. in l. fi. in §. fi. ff. si cert. pet. & in l. rescripto. in § planè. ff. quibus mod. pig. vel hypot. solu. vbi Bartol. idem Bart. in l. statu liberos, in §. si qui acceperit. ff. de stat. lib. & in l. itē §. qui paratus. ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. Alexan. in l. solutionis. ff. de solutionibus. Magon. decis. Florent. 57. num. 3.

7 Obligatus enim † soluere auditur offerens cautionem de soluendo, concurrentibus maximè magna, & idonea causa, & qualitate rei, & personę. glos. & Ang. in l fin. in §. ait prætor. ff. de re iud. Lanfranc. Balb. decis. 438. Hieron. à Laurentijs decis. Auinio. 5. num. 1. Anton. Heringer. de fid. cap. 15. num. 58.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor regulariter præstandus est in causa reconuentionis, & num. 4.*
2 *Nihilominus ex circunstantijs; puta vt fraudibus occurratur hoc totum iudicis arbitrio remittitur.*
3 *Malitijs hominum per iudicem est obuiandum.*

An in causa reconuentionis fideiussio præstanda sit.

CAP. XXVII.

1 QVando sumus † in mutuis petitionibus, & in iudicio reconuentionis: dubitant Doctores: an in tali iudicio fideiussio præstanda veniat. Et licet tex. in l. 1. C. de satisd. & etiam tex. in §. penul. insti. d. tit. de satisd. videantur determinate, quod sic: nihilominus omnes in vnū
2 conueniunt, quod † hoc totum iudicis arbitrio relinquitur. l. cum non facile. ff. si cui plus, quam per l. Falcid. vbi hoc not. † & maximè quando videret iudex, istud in fraudē fieri, cum malitijs hominum sit obuiandum. l.
4 in fundo. ff. de rei vend. † secus autem esset, quando nullæ concurrerent circunstantiæ, per quas iudex moueri posset ad non cogendum quem ad fideiussores præstandos: quia tunc in iudicio reconuentionis fideiussio præstanda venit d. l. 1. C. qui satisd. cog. d. §. penul. inst. de satisd. vbi disponitur, quod reo reconuenienti fideiussio in causa reconuentionis præstanda sit: vt hæc omnia aduertit. Vinc. de Franc. decis. 311. nu. 4. in 2. par.

SVMMARIVM.

1 *Debitor suspectus de fuga, dando fideiussorem liberatur.*
2 *Debitor suspectus, per satisdationem liberatur, modo non sit condemnatus.*
3 *Debitor suspectus, & condemnatus, debet satisdare de soluendo statim, vel saltem intra legitima tempora.*
4 *Debitor suspectus de fuga dicitur, qui allegat sarcinolas pro fuga arripienda.*
5 *Item qui blanditijs, & dolo induxit credi-*

creditorem ad credendum: cum non esset soluendo.

6 *Debitor suspectus potest vbicumque detineri: etiam si ibi forum non sortiatur.*

7 *Debitor suspectus quis dicatur ad effectum obtinendæ capturæ, & quæ requirantur ad capturam remissiuè.*

8 *Debitor suspectus quis dicatur ad effectum obtinendi mandatum suspicionis fugæ.*

Suspectus de fuga cauere debet.

CAP. XXVIII.

1 DE fuga suspectus, † captus, & incarceratus ad effectum, se liberandi à carceribus, satisdare tenetur. Angel. in l. sciendum in 1 colum. versic. si autem vsusfructus, ff. qui satisd. cogan. Cephal. consil. 113. num. 18. volum. 2. cæterum istud dictum non est ita simpliciter verum. Ideo 2 vtatis in eo hac distinctione, quod † si suspectus, de fuga non est condemnatus, satis est, quod det pignora, vel fideiussores, de stando, vel parendo iu- 3 ri: † si autem est cõdemnatus per sententiam; tunc debet satisdare, de soluendo statim, vel intra statuta tempora. Boer. consil. 10. volum 3. Purpurat. consil. 20. num. 5. vol. 1. Curt. Sen. de sequestr. quæst. 14. Bugni. Caual. decis. Fiuiz. 1. num. 39. par. 1. & quando non sumus in condemnatione, & exequutione: sed in suspecto de fuga, adhuc non condemnato: tunc contra eum agi debet via ordinaria, & dato pignore, vel cautione præstita de stando iuri relaxari debet. Negusan. de pignor. in 8. parte membr. 3. numero 27. versic. ex prædictis. Bug. dicta decis. prima, num. 19. & ita praticatur.

4 † In proposito autem vnum notandum est, quod suspectus de fuga dicitur ille, qui colligit sarcinulas pro fu- 5 ga arripienda † quique dolo, vel blanditijs induxit creditorem ad credendum, qui non erat soluendo creditore ignorante. Caecialup. de debit. suspect. quæst. 1. principali Brug. d. decis. 1. num. 38.

6 Etiam † scias, quod debitor verè suspectus de fuga, si transit per aliquem locum potest ibidem allegari suspectus, & detineri cum mercibus, & mulis, licet ibi non sortiatur forum, ad hoc, vt det fideiussorem de stando iuri in curia, & foro suo. Caballin. Milleloq. 645. in 2. par. Brugn. 7 d. decis. 1. nu. 13. † & quis dicatur debitor suspectus, & quæ requirantur ad capturam, ponunt Alex. consil. 84. num. 8. lib. 3. Rimin. iun. consil. 402. 8 num. 12. vol. 4. † & etiam qui dicatur suspectus de fuga ad effectum obtinendi mandatum suspicionis fugæ, videantur Ias. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Rip. in l. soluto matri. nu. 56. & 57. ff. solut. matri. & multa alia diximus supra in prima par. sectio. 3. in prælud. cap. 47.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio tollit sequestrum, & sequestri, ac capturæ medela dicitur, nisi fiat ad effectum, vt debitor soluat.*

2 *Fideiussio loco sequestri subrogatur, limit. tamen vt ibi.*

3 *Fideiussio de mero iure non tollit sequestrum, nisi ex praxi totius Italiæ.*

4 *Sequestrum tollitur per satisdationem de stando iuri, & iudicatum soluendo.*

5 *Fideiussio de stando iuri, expirat per sententiæ prolationem, etiam quod promiserit totics, quotics. nu 6.*

7 *Fideiussio liberat carceratum pro suspicione fugæ.*

Fideiussio tollit sequestrum.

CAP. XXXI.

1 REgulariter Fideiussio præstita sequestrum reuocat. Cautio enim medela, sequestri, & capturæ dicitur. l. si fideiussor. in §. fin. ff. qui satisd. cog. l. Senatus. ff. de off. præsid. c. 2. de sequestr. poss. & fruct. Bart. in l. litib. C. de agric. & cens. lib. 11. Cyn. & Bald. & alij in l. vnica. C. de prohib. sequest. Socin. in l. fideiussor in §. satisdatum. ff. qui satisd. cogan. Abb. in c. dilectus. num. 19. de sequest. poss. & fruct. Nart. cons. 189. in fin. volum. 2. Octaui. Vestri. in prax. lib. 7. c. 2. nu 9. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 51. per totum. Brug. Caual. decis. Fiuiz. 1. nu. 11. & decis. 3. nu. 22. & 23. par. 1. Ant. Hering. tract. de fideiuss. c. 15. nu. 21. qui num. 28. dicit fideiussorem, tunc non esse medelam arrestationis, & sequestri: quando arrestatio, & sequestrum fiunt ad effectum, vt debitor non satisdet, sed soluat: tunc enim per solam satisdationem reuocatur. Prati. Papi. de forma sequest. nu. 5. vers. deinde quæritur. Alfred. Balb. decis. 240. incip. sequestrum. in tertia centuria.

2 & ratio est, †quia cautio loco sequestri subrogatur. Cæsar. de Graff. de fideiuss. decis. 3. nu. 5. & licet de stricto iure simplex cautio non sufficiat pro reuocatione sequestri. Ias. in l. fideiussor. in §. fin. ff. qui satisd. cog. †

3 Tamen ex generali pratica totius Italiæ sequestra omnia reuocãtur cum simplici cautione, de stando iuri, & iudicatum soluendo. Ioseph. Ludou. de-

4 cis. Lucens. 51. num. 4. & 5. † Ad effectum enim reuocãdi sequestrum, debitor fideiussorem præstare tenetur de stando iuri, & de se repræsentãdo. Bar. in l. ait Prætor. in §. si debitor. ff. quæ in fraud. cred. Caccialup. de debit. suspect. q. 9. num. 2. quæ †

5 fideiussio per prolationem sententiæ expirat l. Græcè. §. post litem. ff. eo. Cotr. in suis memor. in verbo fideiussor de iudiciò sisti: etiam †

6 quod promisisset toties, quoties. Cumi. super rit. Sicil. rit. 44. nu. 11. & diximus supra in 1. par. dum egimus de cautione de iudicio sisti.

7 † Et ideo fideiussione præstita capius pro suspecto relaxatur. Roman. cons. 241. spectabiles nu. 12. 13.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, an & quando possit de bonis principalis satisfacere.*

2 *Fideiussor de bonis debitoris, soluit penes ipsum existentibus.*

3 *Fideiussor pauper potest de bonis debitoris venditis debitum extinguere, etiam absque mandato, ne in carceribus detrudatur,*

4 *Fideiussor carceratus pro ære alieno sui principalis, etiam quod nondum soluerit, potest tamen petere compelli debitorem ad eum liberandum à carceribus, vel ad præstandum interesse.*

Fideiussori propter impotentiam, & paupertatem licitum est bona debitoris vendere, eò inscio, & inconsultò, & creditori satisfacere.

CAP. XXX.

1 QVando †fideiussor est condemnatus, & est egenus, & pauper, permittitur ipsi alienare bona debitoris ipso inscio, & incõsultò, & satisfacere creditoribus, licet de aliquo mãdato ad vendendũ non constet. Mars. in rub. eo. q. 54. nu. 364. & cons. crim. 10. nu. 40. Rolan. cons. 87. nu 47. vol. 2. Alciat. resp. 39. num. 3.

2 to. 2. lib. 6. qui dicit, †quod in duobus

tan-

tãtum casibus licet fideiussori de bonis debitoris soluere, quando scilicet bona debitoris, sunt penes fideiussorem, & quando fideiussor non est soluendo.† Nam fideiussor pauper à creditore conuentus, & vocatus in iudicio potest soluere de bonis principalis stante paupertate sua, impossibilitate, difficultate, ac impotentia solutionis de suo proprio, ne in carceribus marcescat, & in eis perpetuò detineatur. Bart. per illum tex. in l. si Procuratorem. §. si ignorantes. ff. mand. Angel. in auth. vt omnis obed. iud, Bal. in c. hi qui testium, in fin. vbi etiam Felyn. de rest. Bart. vbi etiàm Bal. in Authen. qua in Prouincia. num. 17. vers. vltimo verò quęro. C. vbi de crim. sg. oport. Visi. lib. 2. commun. opin. opinio. 114. Paris. conf. 104. nu. 8. vol. 3. Eman. Suarez. in commun. opin. littera F, num. 148. qui communem dicit Ant. Hering. de fideiuss. c. 27. par. 4. nu. 103. Beriaz. de clausula, clausula 43. glos. 7. nu. 1. Horat. Carp. constar. Mediol. par. 1. c. 413. nu. 52. Paris. de probat. lib. 1. c. 54. nu. 56.

4 Pari ratione † fideiussor carceratus pro ęre alieno sui principalis, licet nõdum soluerit, potest petere compelli debitorem ad eum liberandum à carceribus, vel ad præstandum interesse. Bal. in l. 2. num. 6. C. Mand. Ant. Hering. d. c. 27. num. 104.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor etiam vt principalis obligatus, non potest conueniri, nisi doceatur de obligatione principali.*

2 *Fideiussor potest conueniri, etiam quod non doceat de principali obligatione, modo sit enunciata in instrumento fideiussionis vnà cum eius summa.*

Tract. de Fideiussoribus.

Fideiussor conuentus, potest allegare, vt ostendatur principalis obligatio.

CAP. XXXI.

1 FIdeiussor etiam, † vt principalis principaliter, & in solidum obligatus, & ad soluendum condemnatus in executione potest se opponere allegando, quod virtute suæ obligationis conueniri nõ potest, nisi prius doceatur de obligatione sui principalis. Bal. in l. si nomen. num. 2. versic. secundo noto. ff. de hæred. vel act. vend. Alex. in l. sciendum. ff. de verborum oblig. sub num. 10. 1

2 Lim. † quando in instrumento fideiussionis facta est mentio principalis obligationis, & de eius quantitate. Ang. vbi etiam Arret. nu. 17. vers. & pro vltima quæstione, in d. l. sciẽdum, idem Ang. in auth. vt sponsal. larg. §. & hoc insuper num. 4. Bald. consil. 261. nu. 7. lib. 1. Quando enim in instrumento fideiussionis enunciatur principalis obligatio: tũc fideiussor si conuenitur à principali creditore, non potest ipsum repellere opponẽdo, & excipiendo, quod exhibeatur principalis obligatio. Bald. & Angel. in dicta l. sciendum. Ias. in Auth. si quis in aliquo, col. pen. vers. hinc infertur. C. de eden. Gallec. de obligatione camerali. quæst. 5. parte 3. num. 1. versic. verbi gratia petitur executio contra fideiussorem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor Clerici non fortitur forum Ecclesiasticum.*

2 *Exceptio declaratoria competens principali non suffragatur eius fideiussori, & ipsi non prodest.*

3 *Priuilegium fori in Clerico, & perso-*

nale, & vltra eius personam, non extenditur.

Fideiussor per Clericum, datus coram Iudice seculari conueniri debet.

CAP. XXXII.

1 FIdeiussor † laicus, qui est fideiussor Clerici non remittitur ad iudicem ecclesiasticũ. fuit originale dictum Speeul. in tit. de cõpet. iud. adit. §. 1. vers. sed pone nu. 26. quod, & tenuerunt. Bald. in l. vnica. nu. 10. C. de priuil. dot. Guid. Pap. decis. 562. nu. 6.

2 Afflict. decis. 206. num. 1. † exceptio enim declinatoria fori cõpetens principali, quia clericus non suffragatur eius fideiussori. Ang. in l. si reus. ff. iud. solut. Afflict. d. decis. 206. nu. 2. Marsil. rub. eod. q. 42. nu. 311. Baueri. in suis sing. in verbo cautio, nu. 6. qui nu. 7. vult, quod fideiussio data, à Clerico in foro seculari nõ valet: cum ibi conueniri non possit. Roman. sing. 633. qui ait hoc dictum indubitatum esse. Vinc. de Franc. decis. 400. nu. 4. par. 2. benè Caballinus de euict. §. 3. quæst. 7.

3 num 132. † qui dicit hoc esse ex eo, quia in clerico priuilegium, & beneficium fori, est personale, & ideo eiusdem clerici personam egredi non potest. Et notant Doct. vbi plenè hanc materiam pertractant, in l. venditor 49. ff. de iudicijs.

Contrarium tamen dicit seruari in sua praxi Archiepiscopali Neapolitana Marcus Antonius Ianuensis in sua Archiep. Curiæ Neap. cap. 13. pro qua opinione, & cõsuetudine adducit tex. in c. ex rescripto, de iureiur. vbi laicus fideiussor clerici conuenitur coram Episcopo: cæterum aduerte illud esse virtute iuramenti in fideiussione ibidem specialiter præstiti.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio quæ stricti iuris est in curijs mercatorum non attenditur.*
2 *Libris mercatorum non creditur si dicant Titium puta fideiussisse.*
3 *Beneficium excussionis inter mercatores non seruatur.*
4 *Libro mercatoris fides non datur in non pertinentibus ad artem mercaturæ.*

Fideiussio in curijs mercatorum non attenditur.

CAP. XXXIII.

1 FIdeiussio (cum strictè, & ad iuris v rigorem intelligatur ob stipulationem in ea interpositam) non est de pertinentibus ad artem mercaturæ: cum in curijs mercatorum procedatur de bono, & æquo, propter præcipuam, & eximiam mercatorũ fidem, & de veritate, & æquitate reiectis subtilitatibus iuris communis: & secundum fideiussionem, quæ fit media stipulatione, attenditur iuris rigor. l. Blanditus. C. eo. Ias. in §. item si quis. nu. 78. in 4. limitatione instit. de act. Curt. sen. cons. 6. nu. 1. vers. secundo, quod Capell. Tolos. decis. 197. nu. 3. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 8. & q. 51. num. 358. Alban. cons. 95. nu. 4.

2 & 577. nu. 9. qui † dicit hoc respectu non esse credendum mercatorum libris quatenus contineant fideiussionem. & facit in l. si quis. in §. rationẽ. ff. de edend. & firmant hoc idem Ias. cons. 103. nu. 5. vol. 1. Tess. decis. 166.

3 num. 7. qui † dicit beneficium discussionis in curijs mercatorum non seruaturi, & quod libris mercatorum nõ credatur quatenus fideiussionẽ contineant benè confert illud vulgatũ pro-

4 nunciatum. † Quod libris mercatorum

rum non creditur in non pertinentibus ad artem mercaturæ. Quod fuit originale dictum Ioan. And. in add. ad Specul. in tit. de inst. edict. §. nunc dicēdum. in additione super verbo priuatorum. in 1. col. circa mediū. quem referunt, & sequuntur Bal. cons. 277. num. 1. vol. 1. & in l. quamuis, & in l. fideiussor in §. quædam ff mād. Rom. cons. 104. num. 3. vers. hoc autem esse verū Arret. cons. 44. in proposita consultatione nu. 2. versic. est etiam in casu nostro Alex. cons. 113. vbi Nait. in add. lib. 7. Lis. in l. age cum Geminiano. num 2. ibi per Consules mercatorum. C. de transact & in l fin. nu. 168. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. admonēdi. num. 123. vbi Rip. num. 114. ff. de iureiur. idem Lis. cons. 103. nu. 5. & 6. vol. 1. Dec. in c. post cessionem. nu. 39. exita, de prob. & in d. l. age cum Geminiano col. 2. & cōs. 40. viso themate, num. 3. Felyn. in c. cum ordinem, col. 5. vers. & dicit Ludouicus de testipt. & in cap. si quādo col. 1. de offic. deleg. & in c. cęterum post num. 8. de iud. & in d. c. post cessionem. nu. 4. & in c. 2. num. 26. de fid. instru. Aym. cons. 3. nu. 15. & de antiq. tempo. par. 1. §. videamus, nu. 8. Rimin. cons. 15. nu. 12. 279. num. 1. 297. & 301. nu. 3. Rol. cons. 92. nu. 8. 9. & 12. volum. 3. Ofasch. decis. Pedam. 72. nu. 10. Menoch. de arb. cent. 2. cas. 91. nu. 23. & Ceph. cons. 374. num. 8. vol. 3. Surd. cons. 453. in fin. lib. 3. Viui. com. opin. opin. 806. nu. 5. qui dicit communem Marsil. de fideiuss. num. 183. & sing. 560. Ioseph. Lud. comm. concl. conclus. 29. vers. 7. requiritur. Stracch. de merc. tit. quomodo proced. sit in causa mercat. num. 40.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem debitorem potest exequi contra fideiussorem iudicij sine nouo processu.*

2 *Nisi fideiussor iudicij esset inefficaciter obligatus.*

3 *Sententia lata contra principalem, non exequitur contra fideiussorem iudicij: quando fuit lata in contumaciam vt etiam, quando continet fideiussoris liberationem.*

4 *Sententia lata cōtra principalem, contractus non exequitur contra eius fideiussorem sine nouis processus, & sententia, in tantum, quod etiam non operatur, vt fideiussor cōtractus possit via executiua conueniri: sed benè via ordinaria contra eum procedendum est, eodem modo, ac si lata non esset.*

5 *Sententia lata cōtra principalem contractus eius fideiussionem non afficit etiam in vim probationis.*

6 *Sententia lata contra vnum ex pluribus reis debendi potest exequi contra alios etiam non citatos pro rata.*

7 *Sententia lata contra principalem debitorem cōtractus potest exequi contra eius fideiussorem, quando fideiussio est vallata instrumento, quarantigiato, verbis multum pragnantibus, clausula constituti, pactis executiuis, & alijs.*

8 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo absque nouo processu.*

9 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra Fideiussorem, quando fideiussor semel comparendo, & contradicendo in iudicio se principalem, & aduersarium constituerit.*

10 *Idem quando sciuit causam agitari, & se non opposuit, & tacuit.*

11 *Sententia lata cõtra principalem contractus licet non noceat eius fideiussori tamen non est idem è contra.*

12 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra eius fideiussorem etiam absque nouo processu fauore fisci.*

13 *Sententia inter alios lata, alijs non prgiudicat.*

14 *Sententia inter alios lata ad hoc, vt alijs præiudicet requiritur, quod tertius litis motæ scientiam habuerit, & se non opposuerit, & saltem pro proclama, & edictum generale fuerit citatus.*

15 *Sententia inter alios lata certis alijs non præiudicat, quoad actionem, vel exceptionem pariendam: secus quoad possessionem.*

16 *Sententia concernens causam status, & conditionis personæ lata quo ad vnum omnibus alijs præiudicat.*

17 *Modo in ea adfuerit legitimus contradictor, & fuerit viriliter defensa.*

18 *Regula quod sententia inter alios lata alijs tertijs, & extraneis non præiudicat multis modis ampliatur, & limitatur, de quibus ibi fusius agitur.*

Sententia lata contra principalem: an possit executioni demandari contra fideiussorem absque nouo processu.

CAP. XXXIV.

1 SEntentia lata † cõtra principalem potest executioni contra fideiussorem iudicij absque nouis actis, & processu demandari. l. fin. vbi omnes per illũ tex. C. de vsur. rei iud. Arret. in §. fin. inst. de satisd. Bart. in l. 1. nu. 1. & 2. ff. iud. sol. Alberig. in tract. stat. par. 3. q. 25. Bero. decis. 277. nu. 4. Rebaff. de lib. oblat. art. 5. glos. 9. num. 8. Hercul. in tract. de caut. de nõ offend. cap. 29. nu. 6. Natt. cons. 345. num. 2. vol. 2. Viui. decis. 210. nu 2. & 3. Cosi. cons. 153. nu. 6. in 2. part. Cum. consil. 32. in princ. Gabr. cons. 43. nu. 33. 45.

2 & 46. in prin. qui hoc limitat, † quando iste fideiussor iudicij non esset efficaciter obligatus: quia tũc requiruntur nouus processus, & noua sententia.

3 Immo secũdum † Cuman. d. cons. 32. vltra casum supra proximè relatũ, dantur etiam tres alij casus, in quibus requiruntur, & nouus processus, & sententia. Primus est in fideiussore conuentionali, & ex contractu. Secundus, quando sententia fuit lata in contumaciam. Tertius, quando continet fideiussoris liberationem.

Et circa primum casum. Quod fideiussores contractus, qui in ius vocati non fuerint actis, actitatis, & processu principalis debitoris non lędantur: sed requirantur nouus processus, & sententia vltra allegatos, etiam hoc tenuerunt. Imo. in cap. peruenit extra. eod. Ang. in §. pen. inst. eo. Rip. in l. is apud quem. nu. 34. C. de eden. qui dicit hæc vera quoad factum; sed non quoad effectum facti, & executionis. Anch. cons. 35. apud intelligentes nu. 1. vers. sicut nec semẽtia Egid. cons. 3. per totum, & nu. 11. Guid. Pap. decis. 26. & 215. num. 9. & cons. 212. circa dubia ad fin. Arret. cons. 78. in causa. Corn. cons. 211. quanquam, col. 3. nu. 6. vol. 6. Castr. cons. 236. visis suprà dictis in prin. lib. 1. Barlar. cons. 203. per totum, & præcipuè. num. 4. & 5. 15. vol. 2. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 72. nu. 12. & melius 158. nu. 67. vbi multa aduertit notatu digna ad saturitatem Ioan. Baptista Asin. in sua

prax.iud.§.32.cap.2.ampl.22.num.2. nouissime Io. Baptista Costa de ratio. ratæ.q.222.nu.1. & infra, & vltra relatos etiam hoc firmarunt. Bal.in l.libera. C.de sent.& interlocut.om.iud. Matant. in Specul. par.6. de authoritate laudato, vbi Ferr. Foller.in addit. num.6. Caball.de euict.§ 3.num.138. Franc.tract.de fideiuss.cap.3.nu.136. & 137. Bald.in l.fin. nu.9. C.de vsur. rei iud. qui dicunt, quod de interesse fideiussoris poterit cognosci, summariè in executione dictæ sententiæ, & quod fideiussor poterit coram executore ex persona sua opponere contra sentétiam omnes exceptiones peremptorias, & ostendere se non esse obligatum.ad quæ etiam videatur. Anto. Hering.in suo tract. de fideiuss. c.27. par.5.nu.53. & quod fideiussor, contractus non possit conueniri sine nouo processu,id etiam ponunt Magon. decis.Flor.94.nu.16. idem decis. Lucens.92. num.2. Mascard.de probat. concl.707.par.2.num.2. qui loquitur in sententia excussionis inter creditorem, & debitorem, quod non noceat fideiussori. Card. Tusc.prati. conclus. tom.3.concl.311.& 325.num.9. Bertazzol.declaus.clausula 43.§.8.nu.1. bene Hieron. Gabr.d.cons.43.nu.33. vol.1.qui dicit, quod nõ nocet quoad totale præiudicium, sed benè quoad quale quale: & subdit, vt in hoc non noceat, quod possit contra eum executiuè procedi, sed benè ordinariè

4 † potest contra eum agi actione ex stipulatu,& opus est noua sententia: qui num.34. ait hanc veriorem, & magis communem sententiã,& addit vnum

5 valdè notandum non nocere † etiam in vim probationis.

Ampl. primo, vt non tantum, sit opus nouis processu, & sententia, verumetiam quod in processu fabricando cõtra fideiussorem procedatur via ordinatia Gabr. d. cons.43 num.33. volum.1.

Ampl.secundo,quod adeò processus factus nõ valeat, nec fideiussorem afficiat, vt etiam non subsistineatur in vim probationis.Gabr.d.cons.nu.34.

6 Liui.primo,† in sententia lata contra vnum ex pluribus correis,quę potest mandari executioni pro rata contra omnes nõ citatos. Castr.cons.236. num.1.vol.1. Costa de rat. rat. quæst. 222.num.7.

7 Lim.secundo, † quando fideiussio esset apposita in instrumento quarantigiato,& habente executionem paratam: vt etiam quando verba dispositionis essent multum pręgnantia cum clausula constituti, pactis executiuis, & alijs. Cost.d.q.222.nu.8.

8 Lim.tertio, vt hæc non procedant in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, nam ipsi sunt obnoxij executioni sententiæ absque nouo processu, & sententia glos. in l.fin. in verbo persoluere. C.de vsur. rei iudicatæ, vbi Cy.& Bald.Bar.& cæteri,in l.1.ff.iud.sol. Natt.cons.126. Alex. in l.sæpe.nu.16. ff.de re iud. Guid.Pap. decis.212.in fi. Cagn.in l.nullum crimen. in §. nemo alienæ. num.2. ff.de reg.iur. Clar.in prax.§.fin.q.95.nu.1. in fi Bero.cons.202.num.4.lib.3.Rot. Ian.execut.Cartar.119.nu.2. Corp.ad Stat.Mediol.par.1.c.72.nu.12.Tiraq. tract. res inter alios acta, versic. & id quidem Io.Bernardi. Muscatel. à Ciuitate Plebis in sua praxi fideiussoria, par.1. modo 12.nu.21. & seqq. Asin. in sua prax. iud.§ 32.cap.2.ampl.22. num.1.

9 Limit. quarto. † si fideiussor semel compatendo, & contradicendo se in

iudicio

iudicio aduersarium constituerit. l. si per lusanc. in §. 1. ff. de app. Bald. in l. duobus. in §. quod reus. ff de iureiur. Alex. cons. 154. vers. hoc idem, vol. 2. Eman. Suarez. in Thesaur. commun. opin. in littera F. num. 169.

10 † Plus, id etiam est verum, quando fideiussor sciuit causam agitari, & se non opposuit, sed tacuit. Bellam. dicto cons. 3. num. 3. cum seq. Io. Baptista Costa de ratih. ratæ. d. q. 222. nu. 9. Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 27. par. 5. num. 33.

11 † Sed prædicta non procedunt è contra: quia sententia lata contra fideiussorem potest demandari executioni contra principalem absque nouo processu, etiam quod principalis non fuerit citatus. aduertunt omnes in l. cum vendente. C. vbi causæ fiscales. & docet Asin. in d. sua prax. iud. §. 31. c. 2. ampl. 22. vers. aduertit autem nu. 9. qui dicit id indubitatum, quando fideiussor non est soluendo. Castr. cons. 132. in causa quæ vertitur in fin. lib. 2. qui loquitur in fideiussore illius, qui se debitorem cõfessus fuerit. Ruin. cons. 98. quæritur. nu. 1. vol. 5. Bertaz. d. tract. de claus. clausula 43. glos. 8. num. 2. Io. de Amic. cons. 34. nu. 2. & firmat Hier. Gabr. cons. 176.

12 nu. 5. vol. 2. † Qui addit hæc non procedere in fideiussore fisci: quia ad instantiam fisci condemnato principali fit executio contra fideiussorem absq; alio. quod etiam nota pro limitatione ad conclusionem istã supra firmatam, quod sententia lata contra principalem non noceat fideiussori.

Multa alia in proposito posuimus infra in hac secunda par. sect. 9. c. 15. vbi vide.

Et vt dilucidius, & plenus materia ista declarata veniat, firmanda est in

13 proposito conclusio: † quod regulariter sententia inter alios lata alijs non præiudicat. Regula, res inter alios acta, & tenet Port. Imolens. consil. 28. nu. 20. & cons. 172. nu. 26. Osasch. decis. Pedam. 157. nu. 7. vbi nu 9. & 10.

14 inquit, † quod sententia inter alios lata, ad hoc vt faciat ius quo ad alios, & omnibus præiudicet, requiritur, quod tertius litis motæ scientiam habuerit, & se non opposuerit, & quod

15 per proclama saltẽ fuerit citatus, † & ideo sententia inter alios lata certis alijs non præiudicat quo ad actionem, vel exceptionem pariendã: secus quo ad possessionem. Bellam. decis. 711.

16 nu. 2. † & hoc etiam est verum in sententia concernente causam status, & conditionis personæ: nam & ipsa (licet lata cõtra vnum omnibus nocear, l. ingenuum. ff. de stat. hom.) nihilo-

17 minus hoc nõ procedit, † quando non adfuit legitimus contradictor, & sic quando causa non fuerit viriliter defensa. Sententia enim concernens statum, & conditionem personæ, quando non est lata cum legitimo contradictore, tunc lata quo ad vnum non præiudicat alijs. Birr. in d. l. ingenuũ. & in l. de ætate. nu. 19. ff. de minor. signanter. Alex. cons. 21. num. 2. vol. 1. Castr. in l. Papinianus. in §. si ex causa. nu. 4. ff. de inoff. test. & in l. nõ solum. §. si status. nu. 5. ff. de procur. qui dicit illum legitimum contradictorem esse, quem principaliter negotium tangit. bene Vincen. de Franc. decis. 523. num. 13. cum seq. Mohed. decis. 8. de sent. & re iud. dum inquit, quod sententia lata inter quosdam nõ facit ius quo ad alios; nisi ipsi fuerint citati, & litis scientiam habuerint. Bellam. decis. 688. nũ. 1. dum ait, quod sententia absque legitimo defensore nõ præiudicat

dicat illis, ad quos legitima defensio spectat.

18 Hæc conclusio, † quod sententia contra vnum lata, alijs non præiudicet multis modis exẽplificari potest.

Primo, quando sententia fertur cõtra vnum ex pluribus diuiduis: nam tunc lata contra vnum non infert prę-iudicium alijs. l. nõ idcirco. ff. de iud. quando enim pluries cõueniuntur super re diuidua, potest contra aliquos ex ipsis sententia ferri, & quo ad alios non. Capic. decis. 8. num. 2. Gabr. consil. 56. nu. 1. & per totum lib. 2. & ideo sententia absolutoria lata pro vna parte diuidua, non inducit absolutionem in reliquis partibus. Capell. Tolos. q. 179 num. 1. quod secus est in connexis, vnitis, & indiuiduis, in quib. sententia lata pro, & contra vnum facit ius, & prodest, & nocet alteri. Aym. cons. 232. num. 2.

Secundo, quando est lata contra vnum ex hæredibus: nam tunc non præiudicat cohæredi, etiam scienti litem moram. Osasch. decis. Pedamon. 157. num. 18.

Tertio, in sententia lata contra hæredem, quæ nõ nocet substituto. Osasch. decis. 157. num. 19. Thesaur. decis. 194. nu. 5. & maximè, quando non est citatus: quicquid in cõtrarium firmauerit Alex. cõs. 123. nu. 3. lib. 5. vbi vult, quod sententia lata contra institutum noceat substituto.

Quarto in sententia lata, circa primum extremum, quæ non operatur circa secundum Bellam. decisio. 743. num. 5.

Quinto, in sententia absque legitimo defensore lata, quæ non præiudicat illis ad quos legitima defensio spectat. Bellam. decis. 688. num. 1.

Sexto, in sententia lata contra colonum, vel alium meo nomine naturaliter possidentem, quæ non præiudicat mihi ciuiliter possidenti. Ias. cons. 186. num. 4. vol. 4.

Septimo, id etiam exemplificari potest in sententia contra vnum lata, quæ non præiudicat alijs habentibus ius diuersum, licet indiuisum. Ias. dicto cons. 186. num 6. in 4.

Limit. tamen hæc conclusio multis modis, & primo in sententia lata contra rectorem Ecclesiæ, quæ etiam prę-iudicat eius successori. Aym. cons. 10. num. 8.

Limit. secundo, in sententia lata in fauorem directi domini: nam in consequẽtia etiam prodest domino habenti vtile dominium. Aym. cõs. 206. num. 5. vt etiam in sententia lata contra vasallum de feudo, quæ nocet domino siuè sciat, siuè ignoret. Aflict. decis. 396. nu. 5. & 6. & 380. nu. 5. dũ vult, quod sententia lata contra emphyteutã super seruitute, directo domino, & proprietario præiudicet, etiã eo non sciente, nec citato. Imò sententia lata contra vasallũ præiudicat successoribus in feudo. Osasch. decis. Pedam. 157. nu. 1. & 8. plus sententia lata cõtra emphyteutam, vel alium potest exequutioni demandari contra eũ in quem alienatio facta fuerit, etiam si longissimo tẽpore possederit. Boer. decis. 75. num. 1. & 182. num. 48. cum sequentibus.

Limit. tertio, in sententia lata pro vno socio, quæ prodest omnibus quãdo est eadem causa defensionis omnium. Aym. cons. 106. nu. 7.

Limit. quarto, in sentẽtia lata contra B. quæ potest mandari executioni contra D. quando Dom. lite pendente possidere cępit. Port. Imol. cons. 172. num. 20.

Limit.

Limit. quinto, in sententia, quæ mortuo reo post litem contestatam, & de crimine conuicto, vel confesso, potest ferri in personam procuratoris domini litis effecti, & maxime quando imponitur pœna pecuniaria. Osasc. decis. 149.

Limit. sexto, in sententia lata contra hęredem, quę nocet legatarijs. Alexand. cons. 126. num. 3. lib. 1.

Limit. septimo, in sentētia lata contra defunctū, quæ præiudicat successori etiam non citato. Osasch. d. decis. 157. num 6. licet sub num. 9. & 10. videatur tenere contrarium. Ruin. consil. 128. num. 17. vol. 2.

Limit. octauo, in sententia lata contra venditorem, quæ nocet emptori. Capic. decis. 128. nu 6. 7. & 8. qui dicit hoc fallere in alienationibus necessarijs. Vt etiam in sententia lata contra primum emptorem, quæ potest executioni mandari contra secundum Osasch. decis. Pedam. 64. num. 1.

Limit. nono, in sententia lata contra authorem ante translationem, quę etiam nocet singulari successori. Capic. decis. 203.

Limit. decimo, in sententia lata super re prohibita alienari, quę non tantum nocet prohibito; verum etiam fideicommissario. Osasch. d. decis. 157. num. 2. & 14.

Limit. vndecimo, in sententia lata contra matrem, quæ nocet filio. Bellam. decis. 677. num. 3.

Limit. duodecimo, in sententia lata contra vnum ad fauorem bursæ publicæ, quæ potest executioni demandari contra tertium, Ias. cons. 111. nu. 22. volum. 2.

Lim. decimotertio, in sententia lata in causa status, quæ lata ad fauorē, & contra vnum prodest, & præiudicat alijs. d. l. ingenuum. ff. de stat. homin. vbi omnes. Ruin. cons. 171. num. 13. in prine. Ias. cons. 98. num. 12. & 24. volum. 4.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor omni obligationi accedere potest, siue re, siue litteris, siue verbis, siue consensu contracta sit.*
2 *Fideiussor accedit obligationi naturali tantum, item & ciuili tantum.*
3 *Fideiussor officio iudicis accedere potest.*
4 *Fideiussor accessorie obligationi, etiam accedit.*
5 *Fideiussor pro seruo, & pupillo obligatur, nisi lex in totum annullet actum.*
6 *Fideiussor soluere cogitur, quamuis contra principalem debitorem non haberet regressum.*
7 *Fideiussor non obligatur vbi lex actum annullat, vt puta ob formam, & solemnitatem non seruatam.*
8 *Fideiussor potest accedere obligationi à delicto prouenienti, licet non pro delicto ipso.*

Fideiussor omni obligatione accedere, etiam accessoriè, & etiam officio iudicis potest.

CAP. XXXV.

1 FIdeiussor † omni obligationi ac-
cedere potest, siue re, siue litteris,
2 siue verbis, siue consensu contractæ sint, & † siue sit naturalis obligatio, siue ciuilis tantum, siue diuidua, siue indiuidua: certi, vel incerti sit obligatio. §. 1. instit. eo. de fideiuss. vbi Arret. & alij omnes. l. 1. l. quid enim. l. Græcè. §. 1. & §. generaliter. & l. fideiussor. in §. fideiussor. ff. eo. de fideiuss. imò & obligationi ad antidora accedere potest. Franc. Port. in l. 1. cum ibi not. ff. de fideiuss. Bertach. in reper. in verbo fide-

3 fideiussor, quib. causis accedat. † Accedit etiam officio iudicis: nã si principalis officio iudicis tantum, tenetur, fideiussor eidem accedere potest. Bar. in l. Marcellus. num. 4. ff. eo. Cast. in l. 1. eod. tit. Arret. in d. §. 1 num. 2. Imo. & Alex. in l. 1. nu. 25. ff. de leg. 1.

4 Guid. Pap. q. 570. num. 5. † Immo, & obligationi accessoriæ alterius, potest accedere fideiussor, & sic fideiussor fideiussoris dari potest. d. l. Græcè in §. fin. glos. in d. princip. inst. & Azzo. in sua summa. C. eod. nu. 2. Amplius

5 pro seruo, & pupillo, fideiussor intercedere põt. l. 2. l. si à Reo § adeo. ff.

6 eo. † & tali casu fideiussor ad soluẽdũ stringi potest licet principalis nõ possit exigi, vel quia fideiussor non haberet regressum. Azz. & Arret. vbi sup.

7 astringi pariter potest fideiussor, nisi lex in totum actum annullaret, pupilli, vel minoris, puta non seruata certa solemnitate. l. qui contra l. si quis, & l. cum lex cum l. sequenti. ff. eodem. Azz. in d. summ. num. secundo, in fin. Corn. consil. 249. num. 5. in tertio, & cons. 214. num. 12. in secundo, & 121. num. 7. in 4.

8 Similiter fideiussor potest obligari, & accedere ad obligationẽ ortum habentem, à delicto licet non pro delicto ipso. l. si à reo. §. fin. ff. eo. alia adde vt in seqq. cap. ad notauimus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor, etiam naturali tantum obligationi accedere potest.*

2 *Item naturali, & ciuili simul iunctis.*

3 *Fideiussor potest accedere officio Iudicis tam nobili, quam mercenario.*

4 *Fideiussor accedit pro eo, qui est restitutus, modo ex mera gratia, restitutus non sit.*

5 *Fideiussor accedens naturali obligationi efficaciter obligatur propter stipulationem, quæ in fideiussione interuenit.*

Fideiussio naturali tantum, naturali, & ciuili simul officio iudicis Nobili, & Mercenario accedere potest.

CAP. XXXVI.

1 FIdeiussor naturali obligationi accedere potest. l. creditorem. ff. ad Maced. l. fideiussor obligari in § fideiussor, & l. Marcellus. ff. eo. §. 1, vers. & nec illud. Inst. eo. Castr. in l. 1. num. 1. cum seqq. ff. eo. Ceph. cons. 437. nu. 6. volum. 3. Ror. Florent. Magon. 137.

2 nu. 12. † Idem potest accedere naturali, & ciuili simul.

3 † Item officio Iudicis Nobili, & Mercenario. Bart. in d. l. Marcellus. num. 4 & in l. cum quis in §. si quis. ff. de solut, & in l. 1. ff. eo. & in l. si cui, num. 1. C. de non numer. pec. August. Bero. cons. 48. num. 53. volum. 1. qui dicit tali casu, largè fideiussionem esse. Surd. de alimentis. tit. 3. quæst. 4. num. 7.

4 Item potest accedere fideiussor pro eo, qui est restitutus ex mera iustitia, licet secus sit in illo, qui est restitutus ex mera gratia, & misericordia secundum Bart. in d. l. cum quis in §. si quis. num. 2. ff. de solut.

5 Sed † an fideiussor, qui naturali tantum obligationi tenetur, possit allegare dispositionem, l. iurisgentium. in §. igitur nuda, ff. de pact. in quo dicas, quod principalis tantum huiusmodi exceptionem habet, fideiussor autem non: quia per stipulationem, quæ in fideiussione interuenit efficaciter obligatur. l. Blanditus. C. eod.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor accedit obligationi, tam dandi, quam faciendi.*
2 *Fideiussor in obligationibus facti pœnam promittere non potest.*
3 *Fideiussor, an & quando possit promittere factum alienum remissiuè.*
4 *Fideiussor accedens obligationi, continenti factum alienum non obligatur regulariter, vide sub num. 9.*
5 *Intelligitur tamen, quod fideiusserit omni meliori modo: & ideo censetur promisisse se facturum, & curaturum; vnde saltem ad interesse tenebitur.*
6 *Fideiussor pro facto alieno, si non curat tenebitur ad interesse.*
7 *Obligatio ad interesse succedit in obligationibus facti.*
8 *Fideiussor pro facto alieno, tenetur ad interesse si principalis non adimplet.*
9 *Fideiussor promittens factum propriũ: puta quod impetrabit consensum obligatur.*
10 *Fideiussor pro facto alieno, obligari potest ad interesse.*
11 *Fideiubens pro facto alieno negatiuo efficaciter obligatur ob fauorem publicum: puta, quod bannitus non intrabit in territorium.*

Fideiussor obligationibus dandi, & faciendi, & facto alieno, quando obligetur.

CAP. XXXVII.

1 LIcet † fideiussor possit accedere obligationibus dandi, & faciendi. Bart. in l. inter artifices. nu. 2. ff. de solut. Castr. in l. nemo est. num. 3. ff. de duob. reis, & in l. si quis pro eo. nu. 2. ff. eod. Ias. in l. si ità stipulatus essem. 2 nu. 4. ff. de verb. oblig. † Tamen in obligationibus facti, in quibus fideiussor ex sua mora teneri non potest, pœnam promittere nequit. Bart. in l. si qui. nu. 13. ff. eod. † 3 & quando fideiussor promittens factum alienum obligetur, & quando non, videantur. Bar. in d. l. si quis pro eo. num. 2. ff. eod. qui dicit eum teneri, quando principalis est obligatus, aliàs secus. Paris. consil. 110. num. 78. vol. 1.

4 In quo constituas conclusionem, quod fideiussor accedens obligationi continenti factum alienum regulariter non obligatur, & talis fideiussio non valet. l. sicut. ff. eo. §. si quis instit. de inutil. stipul.

5 Cæterum aduertendum est, † quod fideiubens pro alieno facto, dicitur fideiubere omni meliori modo, & promittere se facturum, & curaturum. 6 † & ideo licet præcisè ad factum non non teneatur, tamen si nõ curat tenebitur ad interesse: † 7 cum in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse. Bart. Castr. & alij in l. si quis pro eo. ff. eo. idem Bart. in l. 4. in §. Cato in 11. oppositione. ff de verb. oblig. & notant omnes in l. quoties qui. d. tit. † 8 nam cum debitor principalis ad factum teneatur, si dat fideiussorem, & factum nõ adimplet, fideiussor tenetur ad interesse. Arret. in l. in illa stipulatione. num. 3 ff. de verbor. oblig. Alex. in l. si insulam. nu. 42. d. tit. Ias. in l. non amplius. in §. fin. nu. 15. ff. de leg. 1. Dec. in l. certi cõditio. nu. 7. ff. si cert. pet. licet contrariũ in hoc teneant. Dec. in l. quod te. ff. si cert. pet. & consil. 2. qui loquitur, quando agitur ad pœnam, quæ nunquam incurritur, nisi quis interpellatus fuerit, & in mora constitutus; secus si ad interesse. Soci. consil. 133. col. 1. lib. 1. Gozad. cons. 27. col. 3. nu. 10. Aym. signanter cons. 64. num.

num.1. versic. puto breuiter concludendum.

Igitur tenendo primam opinionē, quod fideiubens pro facto alieno non obligetur ad factum, eam multis modis limita.

9 Primo igitur lim.† quando fideiussor promisit pro facto: puta, quod impetrabit consensum, quia tunc fideiussor obligatur. Bart. & alij in l. cum filiusfam. in §. 1. ff. de verb obli. Abb. in c. ex rescripto, de iureiur. vbi Felyn. num. 17. & 18.

10 Lim. secundo, † quando obligatio principalis esset de faciendo, & fideiussoris ad interesse. l. stipulatus, vbi Bar. Cast. & alij. ff. eod. Bart. & cæteri, in d. l. cum filiusfam. in §. 1.

11 Lim. tertio, quando continet factū alienum negatiuum: puta, quod bannitus non intrabit territorium, & hoc ob fauorem publicum. Ang. cons. 63. nobilis miles.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor soluens, pro principali dicitur actiones, & nomen debitoris emere.*

2 *Fideiussor in ipsa solutione potest officio iudicis cogere principalem creditorem, vt sibi actiones cedat.*

3 *Fideiussor soluens à principali repetit, etiam quod indebitum soluerit.*

Etiam si obligatio principalis, & fideiussoris sint nullæ. num. 5.

4 *Fideiussor repetit solutum, etiam indebitum, modo dolo suo non fuerit condemnatus.*

5 *Fideiussor bona fide soluens, etiā quod coactus, indebitumque, & principali obligatione existente nulla soluerit, nihilominus liberè à principali debitore repetere potest.*

6 *Fideiussor succedens principali debitori, non gaudet beneficio legis, & inuentarij, sed totum soluere cogitur.*

7 *Beneficium non debet in alterius præiudicium redundare.*

8 *Fideiussor mortuo principali sine hærede, tenetur soluere creditori de æquitate, de iuris autem rigore hæreditati iacenti.*

9 *Fideiussor promittens soluere sine aliqua exceptione, intelligitur de leui, & friuola: secus de iusta, & relenanti.*

10 *Fideiussor soluens, creditor creditoris, non liberatur ipso iure, sed ope exceptionis repetita à debitore.*

11 *Idem si soluat adiecto solutioni.*

12 *Solutioni adiunctus, quis dicatur.*

13 *Fideiussor cedendo, & delegando debitorem suum, etiam inopem repetit à principali debitore.*

14 *Solutio si sit vera, vel imaginaria, puta acceptilatio, delegatio, compensatio, oblatio, obsignatio, & depositio ad effectum consequendi beneficium repetitionis non refert.*

15 *Fideiussor à creditore liberatus: an, & quando repetat à principali.*

16 *Fideiussor pro reo principali summariè, & executiuè exactus, eodem modo ad repetendum solutum contra reum principalem agere potest.*

De fideiussore soluente, & ex solutione liberationem consequente, & solutum repetente.

CAP. XXXVIII.

1 PRimo scias,† quod fideiussor soluens, videtur actiones, & nomen debitoris emisse. l. cum is. ff. de solut. Vinc. de Franc. decis. 55. nu. 12.

2 in 1. par. † & ideo fideiussor in actu solutionis, potest officio iudicis, vel conditione indebiti cogere principalem

lem creditorem, vt sibi actiones cedat. Barr. in l. cum is. num. 1. & 3. ff. eo. & nor. in l. Modestinus. ff. de solut. & posuimus in hac 2. par. in sect. 6. c. 5.

3 Amplius aduertendum est, † quod fideiussor repetit, quod pro debitore, vel cõfideiussore sui soluit, & sic soluens potest agere cõtra principalem, etiam quod indebitum soluerit, si fecit quicquid potuit, ne condemnaretur, vel cogeretur soluere. l. indebitam, ff. de cond. indeb. l. indebitam. C. de fideiuss. Bald. in l. venditor. in §. soler. ff. de hæred. vel act. vend. † nam

4 satis est, quod fuerit coactus, aut condemnatus absque dolo suo, & totum istud negotium principaliter pertinet ad debitorem. Abb. cons. 60. quoniam satis abundè. col. 1. lib. 1. Mars. in rub. de fideiuss. q. 24. & allegatur tex. in l. exceptiones. ff. de excepti. fideiussor

5 enim † vbicunque bona fide soluit, & sine dolo, & coactè, etiam quod indebitum soluat: & etiam quod fidèiussio, & principalis obligatio essent nullæ; liberè repetit solutum à principali debitore sine exceptione. Et ratio est, quia coactus, & sine dolo soluit. Mar sil. d. q. 24. nu. 186. Afflict. decis. 149. Viui. decisio. 210. numero 5. in secunda parte.

6 Vlterius adnotandum est, † quod quando fideiussor succedit suo debitori principali, quod tunc beneficio legis, & inuentarij vti non potest, sed omnino soluere tenetur. l. si ei, cui dãnatur. ff. mãd. l. hæres. §. fi. ff. eod. Bart. in l. generaliter. ff. eod. & in l. stichum in §. quod vulgo. ff. de solut. Alex. in l. scimus, in §. in computatione. nu 11. C. de iur. dot. Bal. in l. si vxor. num. 2. C. de bon. auth. iud. possid. Castr. in l. si mandato meo, cum l. seq. ff. eo. om-

7 nes in l. debitori. C. de pact. † & hoc

n

-ne beneficium fideiussoris in alterius præiudicium verteretur. l. nec auus. C. de mancip. lib.

8 Item aitendendum † venit, quod quando quis est fideiussor debitoris, qui sine hærede decessit: si desijt esse spes additionis, tenetur soluere de æquitate creditori principali, & de rigore hæreditati iacenti. Barr. in l. Stichum, nu 6. ff. de solut.

9 Insuper † fideiussor promittes soluere sine aliqua exceptione nõ intelligitur de iusta, sed de leui, & friuola. Felyn. in c. causam quæ num. 22. versic. non obstan. ibi similiter dicit de rescript. diximus in fia in hac 2. par. sectio. 6 cap. 7.

10 Postremo sciendum est, † quod fideiussor si soluit creditori creditoris, licet non liberetur ipso iure, tamen liberatur ope exceptionis, & repetit, à principali debitore, cum pro eo vtile negocium gerat Bart. in l. solutum. in §. solutum, num. 2. ff. de pigne. acti. & in l. si opera. ff. de dol. excepti. Socin. ser. cons. 65. num. 5. volum. 4. qui ponit pulcram distinctionem. & videantur Afflict. decis. 150. num. 25. Natt. cons. 143. nu. 4. volum. 3. Corn. cons. 257. nu. 7. volum. 3. qui loquitur de solutione facta per debitorem debitoris, creditori creditoris, quando creditor non habet ratam dictam solutionem.

11 Idem est si fideiussor soluit adiuncto: nam, & tali casu repetit, à principali debitore. Bart. in l. si ita stipula-

12 tus, num. 1. ff. de solutio: † solutioni autem adiectus dicitur ille, cui solutio facienda est. Rot. Ian. decisio. 54. numero 4.

13 Imò † fideiussor, etiam repetit licet non verè, & realiter soluat: modo debitorem suum, etiã inopem creditori cedat,

cedat, & delegat. l. qui debitorem, ff. de fideiuss.

14 Nihil † enim refert solutio sit ne vera, vel imaginaria, vt acceptilatio, delegatio, compensatio, oblatio, obsignatio, & depositio, nam vtrobique fideiussori repetitio competit. l. idemque in §. fin. & l. si ei. & l. si verò. ff. mand. Arr. Pin. in l. 1. in 3. par. nu. 61. C. de bon. mater. Hippol. Marsil. rubr. eod. num. 312.

15 Addo alium casum, in quo fideiussor etiam tepetit, & est quando gratis à creditore liberetur intuitu, respectu, & contemplatione ipsius fideiussoris: puta, quia creditor condonauit debitum ipsi fideiussori ex causa donationis, & remunerationis. l. idem quod in §. fi. ff. mand. secus verò erit, si creditor fideiussorem simpliciter, & nullo expresso titulo, vel causa liberaret: quia tunc fideiussor non repetit. l. si verò non remunerandi in princ ff. eod. Marsil. rubr. eo. quæst. 43. num. 312. vbi distinguendo resoluit hunc casum. alia vide infra in cap. sequen. num. 45.

16 Non omitto † etiam vnum adnotate. Quod si fideiussor pro reo principali summariè, & executiuè fuerit exactus, quod eodem modo ei aduersus debitorem ius paratę executionis, ad consequendum, & solutum repetendum competit Bald. in l. fi. §. 1. nu. 3. C. de vsur. rei iud. Ang. in l. cum eorum num. 3. C. de sent. & interlocut. omn. iudic. Ant. Heringer. de fid. cap. 26. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor in multis casibus solutum, à principali non repetit.*

2 *Fideiussor nimis velox ad soluendum non repetit, debet enim in soluendo esse sagax.*

3 *Fideiussor malè soluens omni penitus actione est destitutus.*

4 *Fideiussor debet se defendere, & opponere, exceptiones suo principali competentes: aliàs non repetit.*

5 *Fideiussor, qui omisit se defendere, & deducere exceptiones principali suo competens, dicitur esse in culpa, & dolo: & ideo non repetit.*

6 *In dolo versari videtur, qui opportunis remedijs non vtitur.*

7 *Fideiussor soluēs vsuras, à lege vetitas, nec excipiens vsuras ex omni iure non deberi, eas nequaquam repetit.*

8 *Fideiussor nullo modo repetit solutum, à principali, quando non opposuit exceptionem necessariam, & manifestam.*

9 *Fideiussor omittens exceptionem: quæ sit de apicib. iuris, repetit, à suo principali exbursatum per eum.*

10 *Fideiussor non tenetur excipere de ijs, quæ sunt de apicibus iuris, sed tātum ea allegare debet, quæ veritatem, & substantiam facti respiciunt.*

11 *Fideiussor quando principalis super meritis causæ non fouet bonum ius: non potest dare de nullitate actorum, & processus.*

12 *Temerarium est super re liquida, & clarè debita litigare.*

13 *Fideiussor ad allegandas exceptiones turpitudinis, & pudoris: puta quod solutio sit facta rebelli, potenti, & excommunicato, non tenetur.*

14 *Item nec ad exceptiones in quarum allegatione periculum immineret.*

15 *Fideiussor omittens opponere exceptiones vigore statuti, aut obseruantiæ irrationabilis repetit.*

16 *Fideiussor repetit vsuras solutas per eum priuilegiato de facto nec tene-*

tur talem exceptionem opponere.

17 Fideiussor omittens opponere exceptiones sui principalis, non repetit solutum nisi ignorans hoc fecisset.

18 Fideiussor præsumitur ignorare pactum de non petendo, & liberationem suo principali factam.

19 Fideiussor omittens exceptionem procuratoriam, & excussionis non factæ à principali repetit.

20 Paupertatis exceptio an fideiussorem, qui appellare omiserit, excuset.

21 Fideiussor nimis affectate solués, à principali non repetit.

22 Item nec quando sponte soluit, vel debitum offert.

23 Fideiussor soluens, ex contractu, & iudicio nullo scienter, non repetit.

24 Fideiussor iniustè condemnatus, non appellans non repetit.

25 Secus si iustè, quia tunc appellare non tenetur: aliàs perdit sumptus litis.

26 Fideiussor condemnatus ex sua culpa, puta, quia omisit allegare exceptiones, vel quia conduxit aduocatum ignarum, aut iudicium prouocauit non repetit.

27 Fideiussor an repetat, quando litē reo non denunciauit, vel se defendere, & appellare omisit, cum num. seqq.

28 Emptor quid facere debeat, vt possit agere de euictione contra venditorem remissuè.

29 Fideiussori datur dilatio, ad denunciādum principali, vt ab eo instruatur.

30 Fideiussor soluens, tenetur id principali denunciare ad hoc, ne iterato soluere cogatur.

31 Fideiussor tenetur appellare, & appellationem prosequi.

32 Fideiussor, qui soluit, nec denunciauit principali potest solutum repetere, quia habet, ad id mandatum à principali, & num. 33.

34 Fideiussor soluens debitum non liquidatum viuente debitore, sed post eius mortem non repetit.

35 Item neque quando per eum de veritate negotij non fuit disputatum, nec factum, quantum in eo erat ne condemnaretur.

36 Fideiussor pro nō ciuiliter obligato soluens non repetit.

37 Multo minus, si principalis nulla obligatione tenebatur, quia Monacus furiosus, seruus prodigus, & alia similis persona sit.

38 Fideiussor soluens debitum, non repetit, quando principalis obligatio erat ipso iure nulla.

39 Fideiussor non repetit à principali, qui exceptione fauorabili se tueri potest.

40 Fideiussor non soluens iustam causam repetit expensas litis iniustæ.

41 Item nec expensas pro carceratione factas.

42 Fideiussor tenetur, si pecuniam non habet, eam recipere ad vsuras damno principalis, nisi esset solitus fœnerari.

43 Fideiussor non repetit à principali expensas litis, nisi simus de dubio, an lis iusta, vel iniusta esset.

44 Item nisi sit fideiussor de iudicatum soluendo, & in iudicio obtineat, quia tunc repetit.

45 Fideiussor, an, & quando possit repetere debitum per creditorem remissum.

46 Fideiussor acceptilatione liberatus, non repetit à principali.

47 Fideiussor hæres existens ex dispositione testatoris soluens à principali non repetit.

48 Fideiussor existens ex ordinatione testatoris videtur iussus, quod non repetat.

49 Secus in contractibus.

50 Fide-

50 *Fideiusor soluēs vsuras illicitas eas non repetit, nisi habeat ad id mandatum à suo principali.*

51 *Fideiusor ob contumaciam mulctatus, multam à principali non repetit.*

52 *Fideiusor antequam soluat, non potest repetere.*

53 *Idem si soluat ante tempus, nam non repetit, nisi in tempore.*

54 *Fideiusor soluens inuito principali, & contra eius denunciationem solutum non repetit.*

55 *Idem nec quando soluit sine cessione iurium.*

56 *Idem nec quando sciuit causam, ex qua resultabat eius liberatio, & habebat eiusdem promptas probationes.*

57 *Fideiusor culpa sua condemnatus, & exactus non repetit à principali debitore.*

58 *Fideiusor, quibus casibus vltra prædictos non repetat solutum à principali debitore, remissiuè.*

59 *Fideiusor per iniuriam iudicis exactus an repetat.*

Quid si fuerit exactus fideiusor iuris ordine non seruato nu. 61.

60 *Fideiusor per iniuriam iudicis exactus, quando dicatur.*

62 *Fideiusor non tantum sortem, verum etiam damna, interesse, ac expensas quæ pertulit, repetit.*

63 *Et quid de expensis in mandato executiuo factis, etiam quod in eis debitor minus impendere potuisset.*

64 *Idem in impensis in lite peragenda factis.*

65 *Etiam quod fideiusor eas lite pendente petat.*

66 *Damna, expensæ, & interesse prius liquidanda, quam exequenda.*

67 *Fideiusor, qui iniustè, & temere litigauit, & succumbit, expensas non repetit.*

68 *Idem si de non iure suo notoriè non appareret.*

69 *Fideiusor vsuras à lege vetitas non repetit, permissas repetit.*

70 *Declara tantum tribus modis.*

De fideiussore solutum non repetente.

CAP. XXXIX.

1 MVlti dantur casus, † in quibus fideiussor soluendo creditori à principali debitore nō repetit, quos hic sigillatim enumerabimus.

2 Primus igitur casus sit, † quando fideiussor est nimis procliuis ad soluendum: nam fideiussor debet esse in soluendo circumspectus, cōsideratus, & cautus; aliàs nō repeti. l. ex mandato. & l. mandati. ff. mand. Bart. in l. exceptione. ff. de fideiuss. nu. 10. & in l. si fideiussor. in princ. ff. mand. Dec. in l. quod quis ex culpa, nu. 3. ff. de reg. iu. Bello. cons. 75. nu. 18. cum alijs relatis per Magon. decis. Luc. 92. nu. 7. & 8. & Flor. 30. nu. 7. qui dicit, quod fideiussor non debet properè soluere.

3 Fideiussor enim malè soluens, omni penitus actione est destitutus. l. inter causa. §. mandato tuo. ff. mand.

4 Hinc est, quod si fideiussit soluit, & se non defendit, & ante solutionem omittat allegare honestas exceptiones principali suo competentes, vt sunt exceptio doli, non numeratæ pecuniæ, pacti cōuenti, in suam personam concepti, transactionis, & similes, si sciebat reo, & sibi cōperere, cadit à commodo repetitionis: † & ratio est, quia

5 ob talem omissionem dicitur esse in

6 dolo, & culpa † in dolo enim versari videtur, qui opportunis remedijs non vtitur. l. si fideiussor, in princ. ff. mandati. l. fin. in §. illud. vers. summa ope. C. de temp. appell. l. à sententia. ff. de

appell. Ozer. in §. si quid. nu. 3. in fin. instit. eo. l. si pro ea. vbi glos. in verbo appellatione. C. de fideiuss. Bald. consil. 396. nu. 4. lib. 2. Angel. cons. 177. num. 3. Franc. Marc. quæst. 582. par. 1. Aym. cons. 97. num. 7. & consil. 371. num. 3. versic. neque mutat Rot. Ian. decisio. 28. num. 8. & 9. Guid. Panz. consil 16. num. 10. Magon. decis. Floren. 30. num. 1. idem Magon. d. decis. Lucens. 92. num. 7. 8. 19. 66. & 69. fideiussor enim non repetit, à principali debitore: quando passus fuit condemnationem, non opponendo exceptiones principali suo competentes.

7 Abb. consil. 82. in fin. lib. 1. † & ideo fideiussor non repetit vsuras, à lege vetitas per eum solutas, ad quas fuit condemnatus: si non opposuit, & allegauit exceptionem, quod vsuræ non essent de iure debitæ. glos. in cap. peruenit. eo. Alexand. consil. 57. in princ. lib. 1. Bartol. consil. 82. in princ. circa

8 fin. †. & maxime vbicunque exceptio competens, est necessaria, & manifesta, & non fuit opposita per fideiussorem: nam tali casu eidem non datur repetitio contra principalem, & præsertim quoad damna, & interesse. l. si fideiussor cõuentus. ff. mandati. Bart. in l. in rer quos in fin. princ. ff. de dam. infect. Bald. in l. si mandauero. §. quidem. ff. mand.

9 Limit. tamen, & intellige prædicta in exceptionibus ordinarijs: secus tamen est in illis exceptionibus, quæ sunt de apicibus iuris, quas si fideiussor allegare omittit, per hoc non perdit beneficium repetitionis. l. si fideiussor, in §. quædam. ff. mandati. glos. in l. emptor. ff. de euict. Afflict. decis. 43. nu. 3. Rota Ian. Mercat. decis. 28.

10 num. 8. & 9. † fideiussor enim non tenetur excipere quæ sunt de apicibus iuris: sed tantum illa, quæ factum, veritatem, ac substantiam facti respiciunt. Bald. in l. si pro ea, num. 13. C.

11 mand. † & ideo si principalis debitor nõ fouet bonum ius, in meritis, ac negocio principali fideiussor non debet allegare nullitatẽ processus, ita quod allegata per eum ipsi non suffragatur. Aym. cons. 179. num. 6.

12 Temerarium † enim est super re liquida, & clarè debita, quæque nulla tergiuersatione celari potest litigare, & contendere; non agnoscendo bonam fidem. l. quoties. §. nec vtique. ff. de administr. tut. Roland. cons. 6. numero 48. lib. 1. Rota Auinion. Laur. 111. num. 8.

13 Limit. secundo † in exceptionibus pudoris, & turpitudinis, quas fideiussor allegare non tenetur: Puta si fideiussor soluit rebelli potenti, & excom-

14 municato. † Quod etiam extende in allegatione exceptionis, quæ esset periculum allatura. Abb. consil. 60. numero 3. lib. 1.

15 Limit. tertio, † in fideiussore soluente vigore statuti, vel obseruantiæ irrationabilis, nam fideiussor talia allegare non tenetur. Alexand. cons. 8. lib. 6 num. 2.

16 Limit. quarto, † in fideiussore soluente vsuras priuilegiato de facto. Nam etiam talem exceptionem allegare non potest. Alexand. consil. 57. nu. 3. vol. 1. & d. cons. 8. nu. 3. vol. 6.

17 Limit. quinto, † & intellige prædicta, quando fideiussor sciebat exceptionem principali suo competere, & eam non allegauit: secus si ignorabat. l. si fideiussor in §. si cum debitor. ff. mandati l. si. Procurator. §. ignorante d. tit. Abb. d. cõs. 60. & 82. li. 1. Ma-

18 go. d. decis. Lucens. 92. nu. 37. Et † in dubio fideiussor præsumitur ignorare pactum

pactum de non petendo, & liberationem suo principali factam. l. verius. ff. de probationibus, & in proposito, vide multa alia, quæ posuimus infra cap. 11 exceptio, & nullitas, quę competunt principali, & suffragantur fideiussori. sect. 9. in hac 2. par.

19 Limit. sexto, † in exceptione procuratoria, etiam excussionis non factæ. Bertaz. de clauſ. clausula 43. gloſ. 2. num. 4.

20 Lim. septimo, † in exceptione paupertatis competente fideiussori: puta, quia stante tali exceptione impotentiæ omiserit appellare: nam excusatur. l. 8. §. fin. ff. mand. & l. 4. & l. si pro ea. C. mand. Cum hoc tamen, quod fideiussor id suo principali denuncier. Boer. deciſ. 247. num. 14. Alfan. in collect. num. 569. Anton. Hering. de fid. c. 26 nu. 15. qui dicit, quod licet paupertas excuſet fideiussorem à prosequutione appellationis, tamen eum non excusat, quod saltem viua voce appellare non debeat, ex allegatis per eum.

21 Hinc, & secundo fit, † quod si fideiussor nimis affectè soluit à principali debitore non repetit. Bart. in l. fideiussoribus. nu. 3. ff. eo. Abb. consil. 82. nu. 11. in 1 par. Prax. Pap. in form. lib. contra plures reos debendi verſic. intercesserunt, & fideiusserunt.

22 Hinc, & tertio confert, † quod si fideiussor soluit sponte, vel offert debitum, quod similiter non repetit. Bart. in d. l. fideiussoribus. nu. 3. Afflict. deciſ. 149. num. 4. omnes in l. creditor. ff. de soluti.

23 Secundus est casus, † quando fideiussor soluit ex contractu, & iudicio nullo, & hoc scienter facit: nam tunc non repetit. Afflict. decisione 149. num. 4.

24 Tertius casus sit: † quando fideiussor fuit iniustè, & indebitè condemnatus, & exactus, & non appellauit, &

25 soluit: nam non repetit: secus si † iustè condemnatus fuit, etiam quod nō appellaret: quia non tenetur appellare, & si appellat sumptus huius perdit. Bart. in l. exceptione. nu. 10. ff. eod. Afflict. deciſ. 49. nu. 1. & 3. vbi Vtill. in add. Pariſ. deciſ. 71. num. 31. vol. 4. Fideiussor enim tantum appellare debet, si sibi sit facta iniuria, & si modo sibi cōstet de iniustitia. l. si pro ea, vbi Bal. C. mandati, sub nu. 2. Io. And. ad Speculi. in tit. de iud. in 4. par. §. specialia, in add. incip. dicit Ioannes, & habetur in l. si procuratores. §. ignorantes. ff. mand.

26 † idem est in fideiussore, qui sua culpa condemnatus fuit: nam si soluit, à principali debitore non repetit. Lexceptione. vbi Bart. & cæteri. ff. eo. Rim. ſen. conſ. 679. num. 1. in tertio. Rot. Ian. Merc. decisio. 200. num. 8. Exempla huius vltimi casus assignātur multa: puta in eo, qui ineptam exceptionem opposuit, vel non opposuit, vel non conduxit aduocatum, vel conduxit ignarum, vel iudicem reuocauit.

27 Quartus est casus, † quando fideiussor non denunciauit, ac intimauit litem, non se defendit, nec appellauit: nam si præmissa non adimplet, sed soluit, non repetit. Alexand. consil. 63. ad fin. lib. 6. & signanter conſ. 117. num. tertio, lib. 7. qui loquitur

28 in emptore, & † enumerat multa, quæ facere debet ad hoc, vt à venditore recuperare possit soluta, & euictionis beneficio fruatur. Deci. de fideiussore loquens consil. 74. Afflict. dicta decisio 49. num. 1. & per totum. Bartol. in l. si Procuratorem. in §. si igno-

ignorantes. num.3. ff.mandati. & in auth.qua in Prouincia.nu.7. C.vbi de
29 etim. ag. oport. dum inquit, † quod fideiussori datur dilatio, vt denunciet domino ad hoc, vt ab eo instruatur. Fideiussor enim tenetur denunciare reo, & debitori principali, vt veniat ad eum defendēdum, & iudicium in se suscipiendum. Ias. in l. si cum pro-
30 curatori, num.5. ff.de re iud. † Fideiussor enim soluens, id notificare reo debet: ne fortè ipse iterato solueret, quod per debitorem iā solutum fuisset. l. si fideiussor. §. si cum debitor. ff. mandati: quod dictum est, fideiussorē teneri debitori principali intimare, ac denunciare antequā soluat, procedit, quando principalis debitor potuisset aliquam iustam defensionē allegare: aliàs fideiussor non cadit à repetitionis commodo. Caball. qui de emptore loquitur in tract. de euictio. §.3.nu.96. Aym. cons.179.nu.6. citatio enim, intimatio, ac denunciatio, tunc non sunt necessaria, quando pars etiam quod fuisset citata, & præsens non potuisset actum impedire, nec ei iustè contradicere, eò quia nullam habebat defensionem. Gabr. qui innumeros congerit. de cirat. conclus. 1.
31 num.348. Item fideiussor † non tantum tenetur intimare, & denunciare, verum etiam defendere, & appellare, & appellationem prosequi: aliàs non repetit. Bart. in l. à sententia nu.2. ff. de appel. vbi vult, quod fideiussor potest appellare à sententia contra principalem lata, licet ei non faciat præiudicium. Afflict. d.decisio.49. vbi Vrsil. Alex. d.cons.117. num.3. lib.7. Ver. d.cons.74. Rot. Im. decis.28.num.15. & 16. & quod fideiussor, qui soluendo non certiorauit principalem debitorem cadat à commodo repetitionis, allegatur, text. in l. fideiussor. in fin. principij, ff.mand.
32 Contrarium tamen, † quod non sit necessaria denunciatio, & intimatio, & quod fideiussor soluens, etiam non facta intimatione debeat nihilominus indemnis à principali conseruari, est text. in l. emptorem. ff. de act. empt. & ponit doctè, & ad longum. Alexan. d.
33 cons.63. ad fi. lib.6. & ratio est, † quia intimatio non est necessaria respectu principalis, cum præcedat mādatum, quod satis est. l. itemque. §. fideiussores. ff mand. Abb. cons.60. per totum. lib.1.
34 Quintus casus est: † quando non fuit liquidatum, & calculatum debitum viuente debitore: sed post eius mortem. Patis. cons.121. num.3. in 4. & posuimus supra cap.15. hac eadem
35 sect. Item † quando per fideiussorem de veritate negocij, & causæ disputatum non fuit. Vt etiam quando non fuit petitū, vt exhibeatur debiti principalis instrumēium, vt pariter quando fideiussor non fecit, quātum in eo erat ne condemnaretur. Nam in omnibus istis casibus si soluit, à beneficio repetitionis cadit. Rot. Ian. d.decisio. 28.nu.8. & 9. Afflic. d.decis.49.nu.2. Rot. Lucens. d.decis.92.
36 Sextus: † quando fideiussor soluit pro illo, qui se ciuiliter obligari non poterat; nam tali casu non habet regressum. Bart. in l. Marcellus. num.5.
37 ff.eo. & tanto magis † quādo fideiussor soluit pro reo, & debitore principali, qui se nullo modo obligari potest. Puta, quia Monachus, filiusfamilias, seruus, furiosus, mente captus, prodigus, minor, mulier, & aliæ simi-
38 les personæ † & sic quando principalis obligatio est nulla: nam tunc fideiussor soluens non repetit Corn. consil.214.

39 fil.214.num.12. in 2.par. Alex.cons. 66.nu.5.vol.4. dum vult quod quando prouisio succurrens, principali est fauorabilis, vt mulieri Velleianum, tunc fideiussor soluens, non habet regressum, etiam quod interceſſerit animo donãdi, vel alio modo. bene Ctor. cons.135.num.29.30. & 39.vol.1. & cons.195.nu.16.vol.2. & diximus supra in secundo casu, & infra sectio.8. per totum.

40 Septimus casus est: Quando fideiussor non fouebat iustam causam, & voluit litigare: ideo, quia temerè litigauit cũ illo, ad cuius fauorem fideiussit, fuitque ad expensas condemnatus, nam non poterit illas, à reo principali pro quo fideiussit, repetere: nã fideiussor debet soluere, & ita mandatum habet, & nõ litigare, aliàs regressum non habet. Paris.cons.104.nu.1. 4. & 11. vol.3. & cons.171.num.31. vol.4. Batt.cons.82.nu.3. lib.1. quia dicit hoc indistinctè verum: inquiens quod fideiussor nõ debet litigare, sed soluere: & hoc respectu expensas fa-
41 ctas in litigando nõ repetit, † & nu.4. hoc extendit ad expensas factas, pro
42 carceratione: † & addit quòd si pro solutione facienda, non haber pecunias, eas damno principalis debitoris debet ad vsuras recipere; quod vult non procedere, quando fideiussor est solitus fenerari: quia tali casu præsumitur, quod à se ipso recipiat, vt firmat Afflict.decis.91.num.11.

Declara prædicta, si notoriè appa-
43 ret de non iure ipsius † fideiussoris: nam tunc expensas, non repetit: secus, si fumus in dubio; quia tali casu recuperat expensas: imò in casu dubio tenetur Reus illas fideiussori submini-strare. Bertaz.de clauſ.clausula.43. glos.2.num.7.

Secũdo prædicta declara, non pro-
44 cedere † in fideiussore de iudicatum soluendo: nam cum ipse non teneatur defendere, si iudiciũ suscipit, & succumbit, expensas non recuperat: secus si obtineat. l.iam tamen.§. in hac stipulatione.ff.iud.solui.

45 Octauo fideiussor gratis libetatus, à creditore, à principali debitore non repetit. Marsil. de fideiuss. quæst.43. num.312. qui distinguendo, inquit, quod si creditor dictum fideiussorem liberauit gratis donando, ipsique remittendo debitum ex meta, & pura donatione, & tunc non repetit: aliàs secus si ex causa remunerationis hoc faciat.

46 Nono † fideiussor acceptilatione libetatus, licet ad reum, & debitorem principalem dicta liberatio non porrigatur, & sit quoad eum, ac si verè soluisset: nihilominus à reo principali non repetit. Batr. in l. & pet iusiurandum in §. qui ita nu.5. ff. de acceptil. huc conferunt, quæ diximus supra in cap. præcedenti, num.14. declarando, & exemplificando, distinguendoque vt ibi latius dicitur.

47 Decimo † hæres fideiussor factus in testamento soluens ex dispositione testatoris, à principali debitore non repetit l. si fideiussor. ff. de leg.1. vbi Ias.nu.5. Viui. decis.210. lib.2.nu.4. & facit l.tribus.ff.de vsufr. earum rerum, quæ vsu consumuntur, & dicemus in sequenti casu.

48 Vndecimo: † quãdo testator mandat, vt hæres eius fideiubeat: Nam si tali casu: soluere compellitur, solutum non repetit, quia in vltima voluntate
49 censetur iussus, vt nõ repetat, † quod secus est inter viuos. Alex. consil.58. habita nu.13. vers. & in notabile lib. 3. Bald. in l. tribus hæredibus, num.2.

in 2.nor.ff.de vsufruct.earum rerum, quæ vsu consum. qui dicit hoc esse ex eo: quia fideiubet ex necessitate, & mandato testatoris. Iaſ. in l. quod dictum in 5.nor. num.10. versic. adde. Idem esse. ff.de pact. idem in l. indebitam in 1. not. ff.de condit. indebit. & in l.si fideiussor. ff.de leg.1. Angel. cons 278. punctus est. Gerard. sing. 85.num.2.

50 Duodecimo † fideiussor soluēs vsuras illicitas, & à iure vetitas à principali debitore non repetit. Alex. consil.57.in 1.vol. quod venit repetitum in cons 220.volum.2 nisi ex permissu principalis talem solutionem faciat. Alex.cons.221.vol.2.

51 Decimotertio : † fideiussor mulctatus pro sua contumacia, mulctam solutam vna,cum sorte, & alijs nō repetit. Bart.cons.82. punctus quæstionis.nu.3.in fin.vers. & eadem ratione lib.1. Idem est si pro soluenda mulcta dictus fideiussor passus fuerit alia dāna,quę etiam repetere non potest. Bar. d.cons.82.num.3.

52 Decimoquarto † fideiussor ante solutionem non potest agere ad repetitionem. Bald. in l.si pro ea. num.9. C. mand.nam requiritur, quod de solutione constet.

53 Decimoquinto, † fideiussor soluens ante tempus non repetit, nisi tempore adueniente. Bald.in d.l.si pro ea.nu.4. & est textus, qui hoc ad litteram ponit, in l.si fideiussor.32.ff.eod.

54 Decimosexto † fideiussor soluens contempta denunciatione sibi, à debitore facta, & spreta protestatione, ne solueret sibi imputet, si à commodo repetitionis cadat. l. ait. §.si quis. ff.de his, quæ in fraud.credit. Pileus. quæst.31. Magon.decisio. Floren.30. num.11. Seraph. in nouiss. decis.1046. num.7.in secunda par. in vna Romana depositi.

55 Decimoseptimo, † fideiussor soluens, sine cessione iurium, à principali debitore non repetit. l.cum aliter vbi glos. Bart. & Bald.C.eo. Roncag. in l.reos. in princ.num.54. & 55.ff.de 94 duob.reis. Magon.decis.Flor.94. nu. 11. & habetur in l.Modestinus. ff.de solutio. adnotauimus infra in hac 2. par.sect.6. cap.5.

56 Decimooctauo, † fideiussor nō potest repetere solutum, si causam scisuit, ex qua resultabat sua liberatio, & habebat probationes ad illam probādam, & hoc non fecit. Rot. diuers. in impress.decis.113.nu.12.par.1.

57 Decimonono, † fideiussor culpa sua exactus non recuperat à principali debitore. Rot. Ian. Mercat. decisione 28. numero 8. diximus supra in tertio casu.

58 Multos alios casus,† per quos fideiussor soluendo non repetit recenset Oze.in §.si quid nu.3.in fin.inst.eo.

59 Quæst. † sed quid si per iudicis iniuriam fideiussor fuerit exactus an à debitore repetat? tex.in l.exceptione. ff.eo. Paris.cons.104.lib.3. Dec. cons. 37.nu.4. Rip.resp.82.nu.3. Tiraq.de retract.lig.in præfacti.nu.75. videtur firmare, quod non: ex eo præcipuè: quia iniuria videtur facta fideiussori, & non debitori.

In contrarium tamen, quod immo repetat allegatur.l.si sine,in §.cum autem.ff.de re.iur. hab.& aduertunt Caballin.de euict.cap.5.num.8.& 9.Anton.Heringer.de fideiuss.cap.26. numero 24.& 25.

Et hoc secundum ipsum ibidem. nu.45. cum seqq.& in specie. nu.51. videtur esse absque scrupulo, quando debitori fideiussor indemnitatem pro-

promisit nam licet iniuria facta fideiussori reputetur casus fortuitus: cum iudicis imprudentia, & sententia iniusta inter casus fortuitos connumerentur. c. fin. extra. de empt. & vendit. vbi Abb. & Andr. Sicul. Caballin. de cuict. §. 5. num. 7. & 8. Ioa. Lop. in c. per vestras de donat. inter vir. & vx. c. 66. num. 3. Afflict. super constitut. Regn. Rubr. 82. cap. 1. num. 4. lib. 1. Sebast. Medic. de casi. fortui. par. 2. quæst. 12. nu. 2 & casum fortuitum debitor fideiussori refundere nō teneatur: cum nullum humanum consilium illum præuidere possit. l. 2. §. si eo temp. ff. de adminis. rerum ad ciuit. pertin. l. quæ fortuitis. C. de pign. act. l. verum. §. 5. ff. de minor. Tamen, quia ex sua promissione debitor ad tale damnum astringi potest, ideo ex hoc solum ad talem casum fortuitum dictus debitor tenebitur: & maximè, quia casuū fortuitorū præstatio pacto suscipi potest. d. l. quæ fortuitis. l. 5. §. nunc videndum. ff. commod. glos. in cap. 1. in verbo leuissima extra eod. Et maximè, quia cautio de indemnitate omnia damna comprehendit, quæ quoquomodo fideiussori obuenire possent, vt per Bertaz. de clauſ. clausula 43. glos. 2. num. 1.

60 Dicitur autem † fideiussor exactus per iudicis iniuriam, quando per iudicis errorē, stultitiam, imprudētiam, turpitudinem, seu sordes fuerit exactus, vt etiam si pēr gratiam, ambitionem, iram, odium, necnon si id contigerit contra legis, vel constitutionis
61 dispositionem, † vt pariter si id factum fuerit iuris ordine non seruato, sed de facto, puta quia fideiussor per præceptum pœnale fuerit coactus ad soluendum Ant. Hering. de fid. c. 26. num. 32. 33. 34.

62 Sed an † fideiussor damna, & interesse, necnon & sumptus, quæ pertulit à debitore recuperare, & repetere possit? & pro affirmatiua respōdent. Canon. in c. peruenit extra eo. & in c. fi. de foro competenti. gl. & doct. in l. Titius. ff. de procur. Bal. in l. constitutionibus. C. de vsur. Abb. cōs. 60. quoniam satis. Paris. cons. 104. nu. 12. volum. 3. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 20. lim. 6. num. 11. Matsil. rub. 20. num. 193. Bello. cons. 75 num. 4. Bertaz. de clauſ. clausula 43. glos. 1. nu. 1. & gl. 2. nu. 1. Summa Ang. in verbo fideiussor. nu. 15. Valent. Franc. tract. de fid. c. 5. num. 508.

63 Et de expensis in mandato executiue, quod fideiussor eas repetere possit à principali debitore, etiam quod ipse principalis debitor minus expendere potuisset, iura sunt clara, tex. in l. si quis, in §. impendia. in l. si mandatum. in §. si fideiussor. & in l. si is qui. ff. mand.

64 Idem est † in expensis in lite peragenda factis: nam etiam ipsas fideiussori à debitore repetere licet. l. si mādato meo. in §. si fideiussor. & l. 4. & l. si contra. C. eo. l. Titius, ff. de procur. Bart. cons. 80. punctus quæstionis. col. 1. Franch. March. q. 1062. par. 1.

65 † quæ expensarum repetitio ipsi fideiussori, etiam lite pendente licita est. l. si remunerandi in §. fi. ff. mand. Bart. in l. exceptione. ff. eod. Rueta. sing. 57. nu. 4. Franc. Marc. quæst. 383. p. 1. & q. 293. num. 5. par. 2.

Quę intellige, & declara procedere.

66 † Primo vt prius damna, & interesse liquidentur, quā executioni demandentur. Bal. cons. 393. vol. 2. Boer. decis. 52. nu. 8. Sebast. Med. de casib. fortuit. p. 1. q. 11. nu. 57. Io. Bernard. Mascat. in sua prax. fideiuss. p. 1. mod. 15.

Se-

67 Secundo, † quando fideiussor temerè litigasset cum illo, cui fideiussit, & succubuit, fuitq; ad expensas condemnatus: nam tali casu eum beneficio repetitionis carere, docet Paris.d. cons.104. num.1. cum seqq. vol.3.& cons.171. nu.33. volum.4. Bertaz. de claus.d.clausula 43.gl.2.nu.2.& 7.

68 Tertio, † quando notoriè apparet de non iure fideiussoris: secus si simus in dubio. Bertazz. loco præcitato, & aduertimus supra.

Sed quid in vsuris, an eas fideiussori à debitore repetere permissũ sit? In cuius quæstionis resolutione di-

69 stingue, † quod aut fideiussor soluit vsuras à iure vetitas, & non repetit. Alberic.in l.quod quis. ff. de reg.iur. Alex.cons.219.quoniam.vol.2. Deci. in d.l. quod quis damnum. nu.3. ff.de reg.iur. vbi Cag.nu.3. & diximus supra.nu.45. aliàs si à iure saltem, vt licitum interesse concederentur.

Declara tamen, & intellige hoc in trib.casibus sibi locum non vẽdicare.

70 Primò, † quando fideiussor medio iramento vsuras soluere promisit. c. debitores. de iureiur. glos.in c.peruenit. in verbo indemnem, extra eod. Alex.d.cons.57.in prin.in vers. & hoc quia præsupponitur.vol.1.Sum.Ang. in verbo fideiussor. num.15.

Secundo, quando fideiussor conuentus allegaret statutum in loco viigens, quod non possit opponi de vsurarii prauitate, quia tali casu est idem, ac si de iure fideiussor soluisset. Ant. Hering.de fid.c.26. num.92.

Tertiò, quando de facto vsuras soluere coactus fuisset: nam tali casu est idem, ac si de iure soluisset. Alberig. in l.cunctos populos. col.fin.vers.ego hanc q.C.de Sacros.Eccl Hostien. & Imol.in c.2.eo. Alex.cons.107.colum. pen.lib.1.Dec.cons.456.nu.2.& 487. par.2. Ruin. cons.146. num.2. vol.1. Curt.Iun.cons.102.nu.3.vol.2.Aym. cons.869.nu.3.par.1.Bertaz. de claus. clausula 43.glos.2.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussori qualis concedatur dilatio ad perquirendum reum principalem absentem, hoc totum iudicis arbitrio committitur.*

2 *Fideiussori à iure conceditur dilatio sex mensium ad repræsentandum reum principalem absentem, illumque perquirendum, sed in pratica non seruatur.*

Fideiussori allegantí principalem adesse, quod tempus concedatur ad dictum principalem perquirendum, certiorandumque.

CAP. XL.

1 QVando † principalis est absens, & fideiussor ignorat, in quo loco sit: dubitant Doctores, quod tempus concedi debeat ipsi fideiussori ad principalem certiorandũ, & perquirendum? Et concludunt hoc totum iudicis arbitrio cõmittendum esse. Menoch.de arbit.iud.cent.1.lib. 2.cas.30.nu.5. Iul.Clar.in prax.crim. §.fin.q.47.vers.sed hic quæro. qui ex l.sancimus. C.de fideiuss. dicit per il-

2 lum text.† fideiussori ad reum repræsentandum concedi tempus sex mensium, sed demum subdit, quod dispositio illius legis in pratica non seruatur: cum omnes fideiussores (secundum eum) recipiantur ad repræsentandum reum ad omne iudicis mandatum, & toties quoties: & multum conferunt ad præmissa, quæ põnunt Bart.in Auth. qua in prouincia. nu.6. & 7.

& 7. C. vbi de crim. agi oport. & diximus supra proximè. cap. 39. cas. 4 nu. 29. & in 1. par. principali. sectio. 2. in prælud. c. 3. num. 22.

SVMMARIVM.

1 *Duo rei promittendi, an, & quando censeantur inter se fideiubere: multæ distinctiones dantur, & ex ijs bene examinatur, & resoluitur hæc conclusio satis implicitè à DD. pertractata.*

Duo rei promittendi, an tacitè inter se fideiubere censeantur.

CAP. XLI.

IN hac quæstione parum sibi ipsis constant scribentes: nam vt aduertit gl. in l. vir vxori. in §. fin. in verbo intercessionem factam. ff. ad S. C. Velleian. fuit in hoc magna dissensio inter Io. & Martinum glossatores antiquos, & Bart. in l. reos in princ. sub num. 1. ff. de duobus reis. dum admonet quod & olim, & hodie in hoc articulo doctores fuerunt varij, & hunc passum difficilem, obscurum, & arduum nominat in d. l. reos. Ang. nu 1. Cast. num. 4. & bene Bald. cons. 198. num. 11. lib. 1. & vltra relatos hanc quæstionem pulchrè declarant Gabr. de fideiuss. concluf. 2. Bertaz. de clauf. instr. clausula 39. glos. 7. num. 4. & 5. Vincen. Carrocc. de excuss. bon. 1. q. 2. quæst. principalis. nu. 14. 15. & seqq. Natt. cons. 261. num. 3.

Aliqui enim existimarunt, vt fuit Ioannes glossator antiquus in d. l. vir vxori. in d. §. fin. in d. glos. in verbo intercessionem. ff. ad S. C. Velleia. quod duo rei debendi ad inuicem non intelligantur fideiubere, nisi hoc nominatim sit actum. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 4. num. 4. qui alios refert. Ea potissimũ ratione adductus, quia fideiussio stipulationem ad sui essentiam requirit. l. Blanditus. C. de fideiuss. l. 5. §. satis acceptio. ff. de verbor. oblig. l. hæreditatem in § 1. ff mand. quæ cum in casu isto non interueniat: Merito si isti duo rei fideiubere non intelligantur.

Ad quã rationem facilis est responsio cum in fideiussione expressa sit necessaria stipulatio: secus in tacita, & subintellecta qualis videtur esse ista l. cum ostendimus, in §. fi. ff. de fideiuss. tut. vltra, quod illud est verum in fideiussione vera, & non in impropria, quæ est ista, de qua agitur.

Multis alijs rationibus hanc suam opinionem comprobat Io. in d. glo. in verb. interceſſionem, quas aliter non refero.

Contrariam opinionem, quod duo rei promittendi censeantur inter se fideiubere ex plurib. corroborat Martinus, alter antiquus glos. in d. glos. & ponunt Bartol. & alij in d. l. reos. ff. de duobus reis.

Cæterum doctores videntes istum articulum ita perplexum, dubium, ac difficilem: Pro eius resolutione varijs distinctionibus vtuntur. videantur glos. in l. Vranius, in verbo in solidum. ff. eo. glo. etiam in l. 2. in verbo iuuare. C. de duobus reis quæ, & ipsa pro huius difficultatis resolutione multos casus facit, vt etiam aduertit alia gl. in auth. de duobus reis, in prin. in verbo si quis enim alterna.

Igitur in hac hæsitatione prima illa distinctione vtuntur doctores, supra relati. Quod quando vtilitas contractus ad vtrumque reum peruenit, quod tali casu alter pro altero fideiubere censetur: quatenus soluit, & si

soluit

soluit eatenus repetere potest, quatenus vltra ratam suã soluit. Secus verò si commoditas contractus ad alterum tantum peruenit: tunc ille non videtur pro altero intercessisse: neque si soluit potest ab eo repetere.

Alia, & secunda distinctio, quæ datur in proposito ea est. Nam an duo rei debendi inter se fideiubere dicantur duo casus sunt considerandi. Vnus est respectu creditoris: alius verò respectu actionis, quæ inter eos competit, respectu creditoris duo correi inter se fideiussisse creduntur in duobus casibus tantum.

Primus est, quando sic fuit actum, & expressum. l. reos ff. de duob. reis.

Secundo quando est color quæsitus. l. sed Iulianus. in §. 1. ff. ad Maced. Arret. cons. 33. num. 8. Socin. cons. 71. post princ. vers. & in primis dico vol. 3. quidam isto colore quæsito loquêtes ponunt hoc verũ, quando fieret fraus legi: eo quia interuenit persona, quæ de iure se obligare non potest: in alijs verò casibus duo rei debendi respectu creditoris inter se fideiussisse non censentur.

Secus verò, quando non tractatur de præiudicio creditoris: sed tantum de interesse correorum inter se: quia tunc duo rei videntur inter se ad inuicem fideiubere: ita quod si alter eorum solidum soluat potest ab altero partem repetere: tanquam pro eo fideiussorio nomine soluerit: quod intellige in tribus casibus.

Primò quando rei sunt obligati ex causa onerosa, puta ex mutuo: & tunc quatenus pecunia ad alterum peruenerit: eatenus actione mandati, vel negociorum gestorum repetere potest. l. idem. §. fideiussores mandati. §. pen. instit. eod.

Secundo, quando duo rei sunt obligati ex causa lucratiua: eo quia sunt socij omnium bonorum, vel alicuius obligationis, ac negociationis: nam si quis soluit totum pro rata socij, actione pro socio potest solutum repetere Bart. in d. l. reos. ff. de duobus reis, & notãt omnes in l. si duo. ff. si quis caut.

Tertio quando ex causa lucratiua, & non sunt socij: sed est actum, vt sint fideiussores, & tunc si alter totum soluit, partem repetit. d. l. reos. in princ. ff. de duobus reis.

Istis tribus casibus exceptis, si sunt duo rei debendi obligati ex causa lucratiua, & vnus totum soluat, ab altero ratam socio tangentem non repetit. l. in l. Falcidia. ff. ad l. Falcid. Castr. in d. l. reos. nu. 4. Fulgos. in l. vir vxori. in §. fin. num. 8. Castr. numero 5. ff. ad Velleian.

Quatenus verò attinet ad actionẽ dandam: & sic sumus in secundo capite huius distinctionis: dicas: quod aut isti duo rei debendi sunt constituti ex causa lucratiua: & tunc intelliguntur fideiussisse: alias non d. l. in l. Falcidia. ff. ad l. Falcid. Bar. in d. l. reos. ff. de duobus reis, & diximus supra proximè.

Aut ex causa onerosa, & tunc eatenus censentur fideiussisse, quatenus negotium ad alterum pertinet d. l. vir vxori. in §. fin. ff. ad Velleian. vbi not. l. si pro parte, in §. 1. ff. de in rem vers. l. sed Iulianus. in §. item si duos. ff. ad Maced. Bart. in l. duob. in §. vbi duo, nu. 8 ff. de duobus reis. Ang. & Imo. in dicta l. reos.

Et tali casu, quãdo censentur inter se fideiussisse vnus pro altero non potest conueniri, nisi altero excusso. in §. 1. in Auth. de fideiuss. auth. præsente vbi Bart. dicit.

Ex

Ex præcedētibus resultat vnum in hac materia verissimum, & indubitatum. Quod duo rei debendi intelliguntur inuicem fideiubere: quando causa obligationis ad vtrunque pertinet: & si alterum tantum tangit, ille, qui non sentit commodum non videtur fideiubere: sed bene correus ad quem negotium pertinet. Bart. in d.l. reos. in princ. num. 1. de duobus reis. Bald. in l. 1. num. 4. C. de duobus reis. Fulg. in d.l. vir vxori. in §. fi. nu. 8. vbi Cost. num. 5. ad Velleia. Ang. & Imol. in d.l. reos.

Quò fit, quod si causa est cōmunis, & alter totum debitum soluit, partem repetit. d.l. 1. C. de duobus reis.

Sed quid si causa obligationis ad vnum tantùm spectat, & alter totum debitum soluit, totum ab eo repetit, ad quem causa obligationis spectat. Corne. qui dicit hanc cōmunem opinionem esse, cons. 316. nu. 2. vers. tamen his non obstantibus vol. 4.

Ex hoc infertur. Quod si quis promiserit dotem pro filia sua, & alius æquè se principaliter obligauerit, & totum debitum soluerit, totum debitum à patre repetit: cum solius patris munus sit dotare filiam. l. qui liberos. ff. de rit. nup. l. fin. C. de dot. promiss. l. obligamur. in §. lege, cum glos. ff. de act. & oblig.

Et cum ista tacita fideiussio verbis, & stipulatione careat: cum (vt dictum est) duo rei debendi tacitè fideiubere censeantur inter se, & mutua fideiussio inter ipsos intelligatur, sequitur quòd isti correi ad inuicē non sint verè, & propriè fideiussores, sed ficte, & largè. Roncag. in d.l. reos. nu. 14. ff. de duobus Caball. cons. 61. nu. 57. diximus supra in 1. par. sect. 1. in prælud. c. 9. num. 22. vers. 4. exemplum sit.

Amplius non omitto aduertere in proposito, quod attēto effectu, & exequutione obligationis inspecta, duo rei videntur ad inuicem inter se fideiubere. Et ratio est; quia solidū à singulis exigi potest: quod nihil aliud est, quam teneri alterum pro altero. Rom. cons. 114. vbi Mandos. in add. Natt. cons. 51. num. 8. & cons. 52. nu. 3. & consil. 261. num. tertio. Martin. Monter. decis. Regni Arag. 4. numero 26. versic. primis duobus casibus quos, & alios refert, & sequitur Anton. Hering. suo tract. de fideiuss. cap. 4. num. 6. & 7.

SVMMARIVM.

1 *Fideiubere quis potest pro duobus reis.*
2 *Immo pro vno reo, & pro tota quantitate.*

Fideiussor quis esse potest pro duobus correis, & etiam pro vno tantum, & pro tota rata.

CAP. XLII.

1 FIdeiubere quis pro duobus reis potest. l. hæres §. eum tu. ff. eod.
2 Imo, & pro vno correo, tantū, † & pro tota quantitate, quis obligari, & fideiubere potest. l. cum duo, & l. duos reos in princ. ff. de duobus reis.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor legitimus defensor dicitur.*
2 *Item, & necessarius defensor.*

Fideiussor est legitimus defensor.

CAP. XLIII.

1 FIdeiussor, quod legitimus defensor dicatur, ponit Bart. in l. idemque in §. generaliter, num. 2. in secundo, not. vbi etiam hoc idē alij notant.
2 ff. mandati † & necessariū defensorem appel-

appellat. Gabriel. consil. 34. num. 6. volum. 2.

Fideiussio in quibus casibus præstanda veniat, & in quibus non. hoc totum Iudicis arbitrio committitur.

CAP. XLIV.

FIdeiussione, an quis grauandus sit nec nè hoc totũ iudicis arbitrio remittitur: qui secundum casuum diuersitatem, & circũstantias factorum id terminet, ac decidat. Tiraq. de retract. consanguin. §. 1. glos. 18. nu. 45. & 46. Surd. de alimen. tit. 3. quæst. 3. num. 31. in fin. diximus supra cap. 13. hac cad. sect.

Argumentari licet de fideiussione ad pignus, & hypothecam.

CAP. XLV.

ARgumentationẽ in iure bonam esse de fideiussione ad pignus, & hypothecam passim firmãt nostrates. faciunt. l. si legati. in fin. ff. de pignor. l. 2. ff. qui pot. in pignor. hab. scribunt Negus. de pign. in 4. memb. 2. par. num. 56. Bursat. cons. 103. num. 17. vol. 1. Ant. Quetta. cons. 54. nu. 4. vers. confirmatur. Ias. in l. 1. ad fin. ff. de leg. 1. & aduertit Surd. de alim. tit. 3. quæst. 4. num. 6.

Et quod fideiussio pignus, & hypotheca æquo iure procedant est tex. in l. fideiussor in §. fi. ff. de constit. pec. vbi hoc notat Ang. & ita ratiocinantur Tiraq. de ll. connub. in verbo contracter gl. 5. num. 119. Alex. cons. 63. in fin. volum. 5. Alban. cons. 93. nu. 13. Ant. Hering. de fid. c. 18. num. 66.

Fideiussio non est offerenda non petenti: sed sufficit moram petenti non facere.

CAP. XLVI.

CAutio non petenti offerenda non est: benè verum est: quod si petatur: quod petenti mora fieri non debet. l. 2. §. quod ait prætor. ff. quorum bon. l. 1. §. non exigit prætor in fi. ff. vt in poss. leg. l. si quis filium, §. stipulatio. ff. de coll. bon. Surd. de alim. tit. 7. q. 19. num. 15. & diximus supra hac cad. sect. c. 8. num. 5.

Fideiussor debitum ex fideiussione contractum legans, obligat eius hæredem, ad illud persoluendum.

CAP. XLVII.

FIdeiussor si legat, quod debet pro alio, quo ad ipsum debitorem, tale legatum valet: nam potest agi actione, ex testamento, qua cogat testatoris hæredem, vt creditori legatum soluat, & eum liberet, idẽ quando expressè fideiussor creditori legauit debitum. l. si cui legetur. §. fi. & l. si fideiussor. ff. de leg. 1. Ciass. recept. sent. §. legatum quæst. 17. qui. num. 2. hoc limitat, quando fideiussor, in suo testamento generaliter iussit omnia sua debita solui.

An, & quando pater possit, & censeatur pro filio fideiubere.

CAP. XLVIII.

DVo sunt videnda, primo an pater possit pro filio fideiubere, secundo dato, quod possit, an & quando pro filio fideiussisse præsumatur.

Circa

Circa primum dicas: quod regulariter pater potest pro filio fideiubere, & obligari: etiam in casibus, in quibus pro ipso est obligatus de in rem verso, vel quod iussu. Bal. in l. si mandator. C. quod cũ eo. & in l. in eum. §. tabernæ. ff. de instit. & ideo pater potest fideiubere pro dote nurui restituenda. Bartol. in l. si constante. in §. quoties. ff. sol. matrim. Alex. in l. quavis. ff. de solut.

Circa secundum cõstituas conclusionem: quod regulariter pater tenetur, tamquam fideiussor pro filio. l. quoties, vbi Bart. ff. ad municip. l. cum filius, in princ. ff. de verb. oblig. l. tria. ff. de excusat. tut. pater enim in dubio, censetur fideiussor filij, l. 1. C. de decurio. lib. 10. Bal. in l. 1. in 2. colum. in verbo, quæro testator. C. communia de legat. in l. 1. in 3. col. C. ne fil. pro patr. & in auth. sed cum testator in fin. C. ad leg. Falcid. & maxime quando ex sua solutione filius liberatur à pœna. Bald. in l. 1. ad fin. C. ne fil. pro patre. Immo pater cõsentiens filio litiganti, ad soluendum cõdemnato, censetur quasi fideiussor, & habet tãtum tempus ad soluẽdum de peculio profectitio, & aduentitio, quantum habet filius condemnatus. Bald. in l. sancimus, in §. fi. in 2. col. C. de vsu. rei iud. licet idem Bald. contrarium videatur sentire in l. fi. in §. necessitatem, in vltima col. vers. quæro numquid cõsensus. C. de bon. quę lib. & tali casu pater censetur pro filio fideiussisse, tantum, quantum est in peculio, & non vltra. l. qui iurasse in §. 2. ff. de iureiur. Bart. in l. cum filius in princ. in 1. colum. ff. de verb. oblig. Bal. in Auth. ex testamento. col. pen. vers. 15. C. de collati. Plus quando pater tenetur de peculio cum censeatur fideiussor contractus, & iudicij pro filio, executionem non euadit. Bart. in l. si filio la seconda. ff. sol. matr. in 2. col. adde, quod quando pater est legitimus fideiussor filij, tunc tenetur tantum de peculio, & non in solidum. Bart. in l. filius. ff. de tut. & rat. distrah. qui vult quod tunc, quando pater est legitimus filij fideiussor, liberatur à fideiussione, filio sui iuris effecto. Præmissa non procedunt in nonnullis casibus, & primo in delictis, in quibus pater non dicitur fideiussor filij: secus in quasi delictis: puta quando filius est in officio, quia pater pro eo tenetur de peculio. Bald. in Auth. sed cum testatore ad fin. C. ad l. Falcid. & in l. 1. C. communia deleg.

Aduertendum tamen est, quod pater fideiubendo pro filio cõtrahente, non dicitur cõsentire ad effectum statuti, quod contractus filij non valeat sine consensu patris. Bald. in l. exceptione, in fi. C. de euict. licet secus sit, quando fideiubet pro filio in iudicio, quia tunc videtur præstare cõsensum, & legitimare personam filij. Bald. ad Spec. in tit. de reo. vers. si pater.

Amplius in proposito adnotãdum, quod pater fideiussor pro filio, nõ potest conueniri, nisi prius excusso filio, nisi, quando negocium principaliter pertineret ad patrem, vt etiam quando pater in solidum, cum filio teneretur. l. si tria. ff. excus. tut. vt de his omnibus videri potest Firmanus in suo repertorio, in verbo pater fideiussor filij, per totum.

Dispositio arctans ad fideiussores dandos, quos non comprehendat, & quod forensem non liget.

CAP. XLIX.

SI Canon, Lex, Statutum, vel aliqua alia dispositio ordinant fideiusso-

iussorem præstari, in ijs forensis, & non suppositus, modo diues, & non suspectus, non comprehenditur: Eius enim nudæ cautioni in hoc credendū, & standum est. Ang. in l. cui non facilè. ff. si cui plus quam. l. Falcid. Alex. cons. 37. nu. 15. vbi Add. in littera D, vol. 2. & in l. diuortio, in § interdum, nu. 2. ff. solut. matrim. vbi Ias. num. 10. & 11. Ias. in l. 1. num. 16. ff. qui satisd. cogan. Carpa. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 44. num. 41. qui hoc extendit ad forensem probatæ vitæ, & possidentem immobilia, licet hoc vltimū non firmet. Immo forensis, & non suppositus, quod indistinctè ad fideiussorem dandum astringi nequeat: sed quod satis sit, vt per eum præstetur; iuratoria cautio. ponit Asin. in sua praxi. iudic. § 32. cap. 33.

Fideiussor non suppositus, an, & quando recipi possit.

CAP. L.

SI quis reus conuentus in iudicio, ex forma legis, vel statuti, fideiussorem dare tenetur de iure cōmuni, potest dare fideiussorem, etiam nō suppositum. l. si fideiussor. in §. si necessaria, vbi not. ff. qui satisd. cogan. Alex. in l. de die, in §. tutor. d. tit. secus si velit suscipere defensionem rei conuenti, nam tali casu debet dare fideiussorem de loco, & suppositū 10. Fab. in §. fin. num. 9. instit. de satisd. Cautela tamen est ad hoc, vt fideiussor non suppositus recipiatur, & recusari nequeat, quod fori priuilegio renunciet, vt not. in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit, & in l. fideiussor, in princ. vbi Ias. num. 1. ff. qui satisd. cogan. Rebuff. de exec. sent. art. 1. gl. 16. num. 44. quod cum hoc moderamine intellige, modo forensis iste habeat bona in iurisdictione illa, & non aliter. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. c. 53. num. 3. & infra. His adde, quæ posuimus infra sect. 7. cap. 3. nu. 11. & hic ead. sect. cap. 14.

SVMMARIVM.

1 *Spei expectatio vana, & fallacissima: & dicitur somnium vigilantium.*
2 *Quod non est in re, si est in spe, rumpi potest.*
3 *Spes ad aliquam rem, non est sufficiens ad agendum ad eam.*
4 *Spes vera, & propria est, quæ est fundata de præsenti.*
5 *Spes filij succedendi patri, non est habenda in consideratione.*
6 *Spe id, quod est, idem est, ac si re esset.*
7 *Spei non reprobatæ appellatione, venit etiam res.*
8 *Spes pro veritate habetur.*
9 *Spes potest deduci in pactum, & contractum.*
10 *Spes in contractibus conditionalibus transit ad hæredes: secus in legatis, & vltimis voluntatibus.*
11 *Spes ex contractu conditionali de præsenti consideratur.*
12 *Spes in vltimis voluntatibus non transmittitur ad hæredes, & supra numero 10.*
13 *Spes fideicommissi conditionalis, non transmittitur ad hæredes.*
14 *Idem in substituto, & substituto.*
15 *Præmortuo maximè fideicommissario ante grauatum.*
16 *Spes succedendi in fideicommisso, est ius quærendum.*
17 *Spes probabilis, & cōsiderabilis transmittitur ad hæredes.*
18 *De spe probabili, & considerabili idem iudicatur, quod de re.*

19 Spes

19 *Spes probabilis iuri quæsito adæquatur.*

20 *Producitque actionem.*

21 *Spes probabilis non interest, an à casu, an verò à voluntate procedat.*

22 *Spes probabilis est illa, quam lex fouet.*

23 *Spes fideicommissarij iuuente gradato probabilis dicitur.*

24 *Spes, & dubius euentus, quem quis habet in re vendi potest, licet nihil inde sequatur.*

25 *Emptio valet, siue fundetur in re, siue in spe.*

26 *Spes in contractu venditionis venit.*

27 *Iactus retis, captus missuum, auium, & piscium vendi potest, vt etiam cuiuslibet alterius dubij euentus.*

28 *Emens iactum retium, & captum missilium piscium, & auium non subijcitur dispositioni l. 2. C. de rescind. vendit. secus verò habita iactione communis valoris iactus.*

29 *Idem in emente agrum, in quo fuerit repertus Thesaurus.*

30 *Fructus futuri, & incerti uendi possunt soluendo precium tempore contractus absque reatu, & in cursu usurarum.*

31 *Spes certa sufficit ad hoc, vt quis ad cauendum astringi possit.*

32 *Spei in materia multa remissiue.*

Spes sola sufficit ad hoc, vt quis ad cauendum astringi possit.

CAP. LI.

1 ET si spei † exceptio vana sit, & dicatur fallacissima, & somnium vigilantium, secundum Ioseph. Lud.
2 decis. Lucens. 25. nu. 86. & 87. † & illud, quod non est in re, si tamen est in spe rumpi possit. Alex. in l. si à primo. & in l. si posthumus. vtrobique nu. 2. ff. de lib. & posth. † vt etiam quod spes ad aliquam rem non sit sufficiens ad agendum ad ipsam rem, secundũ Abb.
3 in c. cum super quæst. nu. 6. de concess. prębendæ: † vt patet, quia spes vera, & propria est, quæ est fundata de præsenti. Bart. in l. post emancipationem, in §. 1 ff. de lib. cau. & in l. fin.
4 C. de pact. dum hoc respectu firmat,
5 † quod spes succedendi patri, non sit habenda in consideratione. Nihilominus † spe id, quod habetur, proinde est, ac si re esset. Bart. in l. posthumi. in § licet autem. num. 3. ff. de iniust. tutor. vnde fit, quod appellatione
7 † spei nõ reprobatæ veniat etiam res. Alex. in l. is potest. nu. 6 ff. de acquir.
8 hæred. & quod † spes pro veritate habeatur. Bar. in l. Gallus. in §. uidendũ. num. 2. uers. ista induco in argumentum ff. de lib & posth. benè Iaf. in d. l.
9 is potest. nu. 56. Et hoc respectu † spes potest deduci in pactum. Bart. in l. de quæstione. num. 3. & 4. C. de pact. Socin. iun. cons. 40. num. 15. uol. 4. Deci.
10 cons. 440. num. 12. Similiter † spes in contractibus, etiam conditionalibus transit ad hæredes, licet secus sit in legatis, & ultimis uoluntatibus. Card. in clem. fin. q. 16. de elect. Bart. in l. si filius 78. ff. de uerb. oblig. qui huius dicti rationem differentiæ assignat. Cag. in l. quę legata. 18. nu. 5. ff. de reg. iur. & faciunt l. si eum hæres. ff. quando dies legat. ced. l. si usus fructus in fin. ff. de cond. instit. §. conditionalis.
11 instit. de oblig. † nam spes ex contractu conditionali de præsenti consideratur. Bart. in l. post emancipationem. in §. illud. num. 2. ff. de lib. legat. Iaf. in l. quæ de legato. nu. 22. ff. de leg. 1.
12 & hac ratione, cum in ultimis † uo-
13 luntatib. spes nõ transmittatur, † spes fideicõmissi conditionis nõ transmittitur ad hęredes l. Lucius in §. Paulus,

vbi Bart. ff. de vulg. & pupil. substitu-
14 tione. † Minus transmittuntur spes
institutionis, & substitutionis. Castr.
15 consil. 138. viso puncto. † Præmor-
tuo maximè fideicómissario ante gra-
uatum Paris. consil. 37. num. 46. in se-
16 cundo, & ratio est: † quia spes succe-
dendi in fideicommisso est ius quæ-
rendum. Ceph. cons. 513. num. 19. in
quarto, & hæc tanto magis erunt in-
17 dubitata, quando † spes est probabi-
18 lis, & considerabilis, nam † de spe
probabili idem iudicatur quod de re.
Cephal. consil. 617. num. 126. vol. 5.
19 immo † iuri quæsito adæquatur idem
Cephal. consil. 318. nu. 77. volum. 3.
20 † & actionem producit. Cephal. con-
sil. 113 num. 29. in princ. quæ spes
21 † probabilis nihil interest vtrum à ca-
su, an vero à voluntate dependeat. Bal.
in l. in venditis, num. 4. & 7. C. de con-
trahend. empt. vbi, & Salyc. Hieron.
Gabriel. cons. 168. quæst. 5. num. 81.
22 vol. 1. & maxime cum spes † proba-
bilis illa dicatur, quam lex fouet, vt
admonet Bal. in d. l. is potest, num. 16.
ff. de acquiren. hæred. Alex. cons. 188.
num. 22. vol. 5. & consil. 5. nu. 9. lib. 7.
23 Qui † spem fideicommissi viuente
grauato probabilem appellat. ex præ-
missis resoluat, cum (vt dictum est)
spes in pactum, & contractum dedu-
24 ci possit: quod † spes, & dubius euen-
tus, quem quis habet in re vendi pos-
25 sit, licet nihil inde sequatur. † emptio
enim valet, siue fundatur in re, siue in
spe dubia, l. hæc emptio. vbi signan-
ter hoc notat Bald. ff. de contrahend.
26 empt. † spes enim in contractum ve-
nit venditionis l. si iactum. ff. de act.
empt. l. spem. C. loc. l. cum hæredem,
& l. nã hoc modo. ff. de hæred. vel act.
vend. Bartol. in l. cotem ferro. in §. qui
maximos nu. 8. & 9. ff. de pub. & ve-
ctig. Hieron. Gabr. dicto consil. 168.
nu. 81. quæst. 5. volum. 1. Osasch. de-
27 cis. Pedamon. 95. num. 3. & ideo † ia-
ctus retis, captus missilium, piscium,
& auium, vel cuiuslibet alterius dubij
euentus vendi potest, licèt sint quid
futurum, incertumque, & in spe con-
sistant vendi possunt: nam talis ven-
ditio sustinetur, d. l. nec emptio. & d.
l. si iactum: cum aliis supra allegatis,
28 † & hæc in tantum sunt vera, quod
emens iactum retis non subijcitur di-
spositioni, l. 2. C. de rescind. vend. nec
potest contra eum allegari læsio vltra
dimidiam, nisi venditor sit læsus ha-
bita ratione communis valoris ipsius
iactus, & spei, non autem piscium ca-
ptorum, vt ex Bart. Bal. Pantal. Cagn.
& aljs cõcludit Gabr. dicto cons. 168.
quæst. 3. num. 25. qui num. 26. tenet
29 idem esse in emente agrum, † in quo
repertus est thesaurus, cui inquit ipse
non obstat beneficium d. l. 2. C. de re-
scinden. vend. hinc demum fit, quod
30 † fructus futuri, & incerti vendi pos-
sunt soluendo pretium tempore con-
tractus etiam absque reatu, & in cur-
su vsurarum. Innoc. in cap. in ciuitate
de vsur. Castr. cons. 19. Gabr. d. cons.
168. quæst. 5. num. 68.

Ita, & in proposito nostro iurè sa-
31 citur, Quod † propter solam spem,
& præsertim quando est certa, quis ad
cauendum astringi possit: sicut pro-
pter rem. l. si vsusfructuarius mihi.
ff. vsusfruct. quemad. ca. Bar. in l. Gal-
lus. in § nunc videndum. num. 2. ff. de
32 lib. & posth. Deci. vbi multa † de spe
ponit resp. 17. nu. 45. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fragilitas in cautione valdè consi-*
derabilis est.

2 Cau-

2 *Cautio est rem penes se habere, quam tabulas cautionis.*
3 *Plus cautionis est in rem, quam in personam.*
4 *Melius est possidere, quam in personam experiri.*
5 *Tutius est habere rem, quam actionem ad rem.*
6 *Fragilitas in cautione inest.*
7 *In causis grauibus, & arduis, quis se cautionis fragilitati committere non debet.*
8 *Vbi imponitur pœna sanguinis cautio non recipitur.*

Imbecillitatis defectus in cautione multum notabilis est.

CAP. LII.

OMnes ferè Doctores firmant,
1 Quod † fragilitas in cautione multũ considerabilis reperitur. Nam
2 † satius est suam rem sibi saluam fore, quam tabulas cautionis habere, & illius incertum euentum spectare dicũt text. in l. suspectus. ff. de suspect. tut. l. pupilli. ff. quod fals. tut. auth. l. cogi. in §. si pater. in fi. ibi sub incerto cautionis. ff. ad Treb. l. qui ita institutus, in §. 1. ibi propter fragilitatem cautionis. ff. dicto tit. ad Treb. l. si cui legetur in §. fi. ff. de leg. 1. nam plus † cautionis est in rem, quam in personam. l.
4 plus cautionis. ff. de reg. iur. † & melius est possidere, quam in personam
5 experiri. l. 1. §. 1. ff. de superfici. † & tutius est habere rem, quam actionem ad rem aduersus alterũ. l. minus. ff. de reg. iur. l. si debitor. in fin. ff. de furt. §. furt. autem. inst. de oblig. quæ ex delict. nasc. & † quod fragilitas cautioni insit. docet Tiraq. qui hos citat de retract. lig. §. 1. gl. 18. num. 33.

Ex hac radice scaturit, quod in causis † grauibus, & arduis, quis se cautionis fragilitati committere compelli non potest: & maxime vbi periculum personæ vertitur, & ideo vbi imponitur † pœna capitis, & sanguinis cautio non recipitur, vt hæc omnia, & multa alia adnotauimus in hac 2. part. cap. 30. sect. 8.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus per sententiam, si non soluit, dat satisdando audiendus sit.*
2 *Satisdatio pro solutione habetur.*
3 *Soluere pecuniam, & promittere soluere parificantur.*
4 *Condemnatus per sentẽtiam ad soluendum non sat est, quod satisdet, sed tenetur verè, & effectualiter soluere, & num. 8.*
5 *Ad satisfaciendum sententiæ requiritur vera solutio, & non ficta, & per æquipollens, & num. 9.*
6 *Sententia est stricti iuris.*
7 *Obligationes ex obligationibus, & lites ex litibus lex abhorret, ne detur progressus in infinitum.*
10 *Satisdare est improprè, fictè, & largo modo soluere.*
11 *Satisdare, & soluere idem sunt creditore consentiente.*
12 *Idem quando subest magna causa.*
13 *Idem quando lex disponeret, quod sufficeret satisdare.*

Condemnatus ad soluendum per sententiam an adimpleat satisdando.

CAP. LIII.

QVærunt Doctores. † An condemnatus per iudicis sententiam ad soluendum: si non vult soluere; sed satisdare paratus sit: audiendus veniat?

Et quod dando fideiussores sit admittendus.

Primo uidetur suadere illa regula.

2 † Quod satisdatio pro solutione habetur, & nim solutionis habeat. l. satisdatio. ff. de solut. l. solutionis: ff. de uerb sign. l. Paulus. §. 1. ff. de lib. causa. l. tale pactum, in §. 1. ff. de pact. qui bus in locis dicitur iudicatũ soluere, qui iudicatis satisfacit, & diximus supra hac eadem sectio. cap. 26.

3 Secundo id uidetur † probare tex. in l. si mulier. ff. ad S. C. Velleian. quo in loco soluere pecuniam, & eam expromittere parificantur.

4 In contrarium. † Quod immo condemnatus ad soluendum dando fideiussores non adimpleat: sed requiratur, quod in pecunia numerata soluat: multæ uiuidæ rationes, & iura id concludentia in medium circumferũtur.

5 Primò quia sententia dicit, quod soluat. Ergo requiritur uera, & realis solutio, & non ficta, & per æquipollens.

6 Et maximè eum † sententia sit stricti iuris, & strictissimè intelligenda. l. in sententijs. ff. de re iud. cap. 1. cum ibi not. de off. deleg. in 6. Socin. cons. 18. in 3. & consil. 37. num. 11. & 12. in quarto, dũ inquit, quod verba sententiæ debent intelligi ut iacent, etiam quod impropriarentur, & consil. 91. num. 11. & 112. num. 17. lib. 4. dum vult adeo sententiam stricti iuris esse, quod nullo modo ab eius forma recedendũ sit. Et quod sententia sit stricti iuris id asseruerunt Alex. cons. 83. num 3. 164. num. 2. vol. 2. 108. nu. 2. volum. 5. & 18. num. 3. in septimo. Socin. iun. consil. 105. num. 9. 122. nu. 41. & 181. nu. 67. vol. 2. & cons. 45. nu 22. vol. 4. Corn. cons. 346. nu. 3. in princ. & 217. nu. 7. in 2. Paris. cons. 5. num. 20. vol. 2. Grat. resp. 26. nu. 8. & 129. num. 36. vol. 2. & 139. nu. 18. vol. 1. sig quater Curt. iun. cons. 179. nu. 1. & 2. & adeò est stricti iuris sententia, ut ea tantum veniat expressa, ità quod ad alia referri non possit. Crott. consil. 262. num. 3. & 4. vol. 2. Immo sententia strictius interpretatur, quam transactio. Alex. cons. 11. num. 16. lib. 6.

7 Secundò, † quia si hoc admitteretur darentur obligationes ex obligationibus, & lites ex litibus, & sic progressus in infinitum, quod leges abhorrent. l. terminato. C. de fruct. & litis expens. l. minor. ff. de minor.

8 Tertiò faciunt. l. quod si non soluere. & l. si rem. 10. §. fin. ff. de pign. actio. vbi dicitur, quod ille, qui soluere non vult, sed alia ratione satisfacere paratus eò, eò quia fideiussores dare velit, quod hoc ei non prodest.

9 Quarto, † quia qui soluere tenetur, debet adimplere specificè. & non sufficit, quod det fideiussores. l. 4. §. ait Prætor. ff. de re iud. l. statu liberum in §. fi. ff. de statu lib. Negusant. de pign. in 4. membr. 5. par. num. 4. Hieron. de Laut. decis. Auinion. 104. nu. 5. Nam vbi requiritur solutio ibi non sufficit cautio. Seraph. decis. 57. in nouiss.

10 Et cũ hac † opin. pertranseas; & maximè, quia propriè, & verè satisdare non est soluere, sed impropriè, fictè, & in subsidiũ, & ideo dicitur, quod fideiussio pro solutione habetur, quod verbum, habetur denotat improprietatẽ. Ad tex. in l. si mulier. ff. ad Vellei. Rñdetur illud ibi ideo esse, quia est præsupponendus consensus, & volũtas creditoris, quo stante bene aliud pro alio solui potest. l. 2. §. mutui. ff. si cert. pet.

Hanc cõclusionem sic vt supra firmatam limita multis modis.

Primo

11 Primo limitatur (vt dictum est) volente, & expressè consentiente creditore: secus verò eo contradicente, nolente, & dissentiente. dicto §. mutui.

12 Limitatur secundo,† quando adest magna causa: nam tali casu soluere, & satisdare patificantur. arg. l. debitoribus. ff. de re iud. & l. 6 debitori. ff. de iud. Dec. in c. cum sit Romana. nu. 36. de app. Lanfr. decis. 438.

13 Limitatur tertio, nisi lex expressè disponeret, quod sufficeret satisdare. Bart. in l. item. in §. qui paratus. num. 2, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. tacit. contrah.

Multa alia posuimus hac eadem sectio. 4. supra cap. 26.

Susceptio litis vim fideiussionis habet.

CAP. LIIII.

SVsceptionem litis vim fideiussionis habere voluerunt Aflict. decis. 171. circa medium. Seraph. decis. 1243. num. 3. in 2. par. in nouiss. Fideiussor enim legitimus defensor dicitur. Bart. in §. generaliter. l. idemque in 2. not. ff. mand. Gabr. consil. 34. numero 6. vol. 2.

SVMMARIVM.

1 *Qui non præstitit fideiussiones pollicitas in contractu societatis officiorum, nõ potest lucrari pecunias per obitum eius, in cuius vita dictus contractus societatis est fundatus.*

2 *Quis non potest se iuuare eo instrumento, quod omittendo, vel committendo, vel contraueniendo expressè impugnauit.*

3 *Exceptio non implementi operatur, ut non adimplens priuetur omni beneficio, quod ex instrumento consecuturus non esset, eodem modo, ac si contractus factus non esset.*

4 *Exceptio non adimpleméti dicitur litis finitæ, & impedit litis ingressum.*

5 *Exceptio non implementi est adeo potens, ut semper, & quandocunque opponi possit, etiam quod à Statuto omnium exceptionum allegatio amoueretur.*

6 *Exceptio non implementi est adeo efficax, ut eam iudex ex officio supplere possit, etiam parte non opponente.*

Fideiussores in contractu societatis officiorum polliciti, & non præstiti operantur, vt recipiens pecunias, eas non lucretur, mortuo eo, in cuius vita dicta societas fundata erat.

CAP. LV.

1 SOcietatis † officiorum cõtractum iniens, in eoque se obligans præstare fideiussores, si ipsos non præstat, non lucratur pecunias per ipsum receptas mortuo illo, cum cuius vita societas contracta fuit; ita multories casus iste per Rotam Romanam resolutus fuit: nam sic fuit tentũ in vna Romana duorum Millium coram Seraphino 18. Decemb. 1573. & 19. Maij 1574. & iterum coram eodem in alia Romana societatis seu lotũ 100. 9. Iulij 1589. vt per eum Seraph. in nouiss. decis. 673. in 1. par. & alibi passim hoc idem fuit sequuta dicta Rota. Et ratio

2 est, exceptio nõ adimplementi: † nam non potest quis se iuuare eo contractu, quod omittendo, vel committendo, & eidem expressè contrauendo contenta in eo pto parte sua impugnauit. l. cum proponas. 1a secunda

C. de pact. vbi Cast. num. 3. Deci. nu. 9. Iulianus 14. in §. offerri. ff. de act. empt. l. quæro. 56. §. inter locatorem. ff. locat. l. ediles 25. §. in ordine. ff. de edilit. edict. l. si conueniat. ff depositi. l. si Titia. in §. Seia. ff. de verbotum obligat. cap. peruenit. el secondo, de iureiuran. Gabriel. de regul. iur. concluſ. 1. num. 32. Nam talis exceptio
3 † non adimplementi eſt tantæ virtutis, quod operatur, vt non adimplens, priuetur omni beneficio, quod ex inſtrumento conſecuturus eſſet, eodem modo, ac ſi contractus factus non eſſet. Bald in l. in ciuile. C. de rei vendic. Deci. in dicta l. cum proponas. in tertio not. Roland. conſil. 53. num. 17. cum ſequenti, & num. 32. & 33. volum. primo, & conſil. 69. num. 13. volum. 4. Natta. conſil. 60. num. primo, volum. 1. Immo † huiuſmodi exceptio dicitur litis finitæ impediens
4 eiuſdem litis ingreſſum. Iaſ. in §. actio num. num. 131. verſic. item aduerte inſtit. de act. Aymon. conſil. 127. numero 14. Rolan. dicto conſ. 69. nu. 13. volum. 4. & † eſt adeo potens hæc exceptio, vt ſemper, & quandocunque
5 opponi poſſit, etiam quod ſtatutum omnes exceptiones denegaret. Bartol. in l. 1. §. & parui. ff. quod vi, aut clam. Roman. conſ. 244. colum. 2. verſic. ſupereſt. Aym. conſil. 151. num. 10. Roland. dicto conſil. 53. num. 32. & 69. num. 14. Natt. conſil. 360. num. 10. volum. ſecundo. † Immo eſt ità efficax talis exceptio, vt iudex eam etiam
6 parte non opponente ſupplere poſſit. Cephal. conſ. 407. num. 20. in tertio. Aym. d. conſil. 151. num. 10. Rom. dicto conſil. 244. num. 5. Magon. deciſ. Lucenſ. 79. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſsores iuxta tenorem ſententiæ de ſoluendo præſtans appellationis renunciaſse non cenſetur.*

2 *Actum neceſsarium quis inuitus, & coactus faciens de cætero ſibi non præiudicat.*

3 *Factum contra voluntatem facientis, non imputatur facienti.*

4 *Actus, violenti, neceſſitatiuè, & coactè facti in futurum non obligant, nec facienti de cætero præiudicant.*

5 *Actus neceſſitatiuè, & coactè factus ad hoc, vt facienti in poſterum non præiudicet requiruntur duo, & quod iudex præcipiat, modo det, & iubeat, & quod pars ſe opponat, contradicat, & recuſet contenta in præcepto facere, & exequi.*

Fideiuſſores de ſoluendo præſtans, iuxta formam ſententiæ appellationi renunciaſſe non cenſetur.

CAP. LVI.

TItius fuit per iudicem in eius ſententia ad ſoluendum condemnatus, & inſimul fuit eidem iunctum onus, vt fideiuſſores de ſoluendo daret D. Titius iuxta tenorem dictæ ſentētiæ dictos fideiuſſores præſtitit. Dubitatur an per dictam dationem fideiuſſorum cenſeatur per eum appellationis beneficio eidem competenti renunciatum? Hanc quæſtionem ponit Seraph. in nouiſſ. deciſione 1168. num. 2. par. 2. & † reſoluit 1
dictæ appellationi nō cenſeri per eum renunciatum. Et ratio illius deciſionis illa credo, quod in propoſito conſiderari poſſit: quia Titius † talem fi-
2 deiuſſo-

deiussorum præstationem facit non voluntarius, sed inuitus, violentatus, coactus, & necessitatus: quo casu talis fideiussorum præstatio in nullo eidem præiudicialis esse poterit: 3 cum ea, quæ † fiunt contra, & præter voluntatem facientis non imputentur facienti. cap. 1. 2. & 3. 32. quæst. 5. 4 † Actus enim necessarij, violenti, ac coacti in futurum non obligant, nec facienti de cætero præiudicant. l. cura. circa principium, vers. nec si peruiam. ff. de mun. & hom. Rom. consil. 252. num. quinto. Cephal. consil. 154. numero 19. volum. 2. qui alios citat. Quod secus esset, quando Titius præstationem hanc fecisset absq; alio simpliciter, & voluntarius, & non coactus à mandato, præcepto, iussu, aº superioris ordine dederit dictos fideiussores, quia tali casu non credo applicari dicta in allegata decisione, & eum cadere à commodo dictæ appellationis. 5 Et ratio est, quia † ad hoc vt actus dationis fideiussorum non præiudicet Titio: opus est, quod iudicis præceptum præcedat, & sic quod Titius fuerit coactus ad dandos dictos fideiussores. Plus requiritur etiam quod Titius contradixerit, & recusauerit dictos fideiussores dare, & sic quod inuitus hoc fecerit. Ruin. cons. 147. nu. 4. & 16. vol. 1. Rot. Ian. Mercat. decis. 103. nu. 10. aliàs sibi eum præiudicare crederem, & sibi appellandi viam præcludi ex supradictis.

TRACTATVS
DE FIDEIVSSORIBVS
SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.
TITVLI.
De Fideiussoribus: circa diuersa:
SECTIONIS QVINTÆ

Fideiussor datus ad sortem, an censeatur datus ad fructus, vsuras, damna, expensas, interesse pœnas, augmenta, quæ veniunt ex mora, contumacia, vel inficiatione, & alias accessiones ad sortem.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor datus pro sorte, an ad fructus, vsuras, damna, expensas, interesse, & pœnas præstitus censeatur varius est articulus.*

2 *Fideiussor pro sorte se simpliciter, & indefinite obligans nõ tenetur ad fructus, damna, & interesse, nisi in specie, dicatur.*

Contrarium firmatur, nu. 4. ex communi cum distinctione de qua ibi.

3 *Fideiussio est stricti iuris propter stipulationem, & ideo non extenditur.*

5 *Fideiussor datus ad sortem non censetur datus ad fructus, damna, & interesse, quando restrinxit suam obligationem ad sortem, vel alio modo causa limitauit, & num. 9.*

6 *Fideiussor officialis Reipub. non tenetur ad pœnam delicti per dictum officialem patrati.*

7 *Fideiussor pro sorte non tenetur ad pœnam auctam, ex mora, contumacia, vel inficiatione principalis, & nu. 10.*

8 *Fideiussor tutoris nõ tenetur ad ea, quæ tutor debet ex iuramento in litem.*

11 *Fide ussor simpliciter datus: non tenetur ad vsuras, quæ veniunt officio iudicis mercenario: secus vero quoad illas, quæ veniunt officio iudicis mercenario deseruienti actioni intentatæ, & sic quæ veniunt iure contractus, & actionis: quia tunc etiam ad pœnam tenetur.*

Vt etiam ad illas vsuras, quæ ab actionibus stricti iuris sentiunt.

12 *Casus omissus pro omisso habetur in stipulationibus, quæ stricti iuris sunt.*

13 *Fideiussor etiam ad fructus, vsuras, damna, & interesse tenetur, quando eius obligatio est concepta in omnem causam.*

14 *Fideiussor ad sortem, etiam ad vsuras damna, & interesse tenetur, quando de eius mente constat, quod sic voluerit: etiam quod simus in actionibus stricti iuris.*

15 *Fideiussor accedens contractui, etiam censetur obligatus ad fructus, damna, & interesse.*

16 *Fideiussor, qui promissioni restituendi accessit tenetur ad fructus.*

17 *Fideiussor euictionis tenetur ad totale interesse.*

18 *Fideiubens pro Massario pignorum, vel alio Officiali tenetur ad damna, interesse, pœnas, & vsuras per eum in administratione sui officij commissa.*

19 *Arbitrium cadit in pœnis, damnis, & interesse.*

20 *Fideiussor numquam tenetur ad damnum prouenientes ex iniuria iudicis.*
Item nec ad pœnas legales, vt sunt, quæ ueniunt ex contumacia, infitiatione, & mora. num 21.

22 *Fideiussor licet usuras nõ teneatur soluere: tamen solutas repetit, etiam in foro conscientiæ.*
Et maximè quando cum consensu, coactione debitoris solucrit. num. 24.

23 *Fideiussor accipiens ad usuras pecunias pro ex soluendo ære alieno principalis debitoris, illas ab ipso repetit.*

24 *Fideiussor soluens usuras creditori sine obligatione, & consensu debitoris non repetit.*

Fideiussor datus ad sortem, An, & quando censeatur datus ad fructus, vsuras, damna, expensas interesse, pœnas, augumenta, & alias accessiones ad sortem.

CAP. I.

VArietas non leuis est inter Doctores in hac cõclusione. † Num fideiussor receptus pro sorte intelligatur, etiã pro fructibus, vsuris, expensis, damnis, interesse, pœnis, augmentis venientibus ex mora, contumacia, & 1

inficiatione, & alijs accessionibus ad sortem? Nam quod fideiussor indefinitè, ac simpliciter præstitus pro sorte non censeatur, obligatus pro fructibus, vsuris, damnis, expẽsis, interesse, & pœnis; nisi aliud expressè, & specificè dictum sit, & sic quod talis fideiussio hoc modo concepta tãrum ad sortem restringatur. faciunt tex. in l. quæro, vbi gl. ff. loc. l. fideiussores Magistratuũ. §. pro Aurelio. ff. eod. l. per tentionem. C. de vsur. gl. & Bal. in l. fideiussor 10. C. eod. & not. omnes in l. fi. ff. de eo, quod cert. loco. 2. Bald. Nouell. de dote par. 6. priuileg. 7. num. 4. Mars. in rubr. eod. quæst. 8. nu. 91. qui loquitur in pœna. Neguſ. de pignor. in 4. memb. 2. par. principalis. num. 47. 54. & 55. Rimin. sen. conſ. 308. nu. 5. vol. 2. plenè Alex. conſ. 34. volum. 2. vbi ad partes disputat Aleiat. resp. 5. nu. 12. lib. 8. tom. 3. & ratio est: † quia fideiussio (cum stipulationem requirat) est stricti iuris, & ideo vltra verba stipulationis extendi non potest. Alex. d. conſ. 34. in princ. Mars. d. rub. eo. num. 91. & 95. 3

Contrarium, quod imò † fideiussor simpliciter datus, nedum teneatur ad sortem, verum etiam ad damna, expensas, interesse. fructus, vsuras, pœnas, augmenta, & ad omnem causam obligationis sui principalis, iura de hoc clarà videntur. tex. in l. si postea ff. rem pup. fal. for. l. si quis pro eo. §. si nummos, & l. amissi. ff. eod. l. Lucius. ff. qui pot. in pig. hab. gl. & dd. in Lcẽtum capuæ. ff. de eo qui cert. loc. vbi Part. nu. 3. Ital. nu. 3. Alex. d conſ. 34. num. 5. vol. 2. Paris. conſ. 104. num. 12. vol. 3. qui dicit in fideiussione venire damna, & interesse, Mars. in rub. eod. quæst. 8. num. 91. dum vult fideiussorem ad augmentum pœnæ non tene- 4

ri, sed benè ad alias omnes accessiones, nouissimè Surd. de alimen. priuileg. 50. tit. 8. nu. 2. dum firmat, quod fideiussor simpliciter, & indefinitè obligatus tenetur, etiam pro vsuris nisi pro certa summa, & quantitate limitata promiserit. & bene hoc explicat. Aug. Bero. consil. 193. nu. 45. vol. 1. qui pro resolutione huius articuli vtitur hac distinctione. † Quod 5
aut fideiussor limitatè, & determinatè promisit puta pro sorte tantum, & tunc limitatio suos terminos nõ egreditur. Aut simpliciter, & tunc inquit ipse, quod licet in hoc varij fuerint Docto. tamen communis opinio est, quod fideiussor vltra sortem etiam ad vsuras, & interesse teneatur, siue dictum interesse debeatur per stipulationem, siue per officium iudicis. aut in omnem casum promisit fideiussor, & tunc absolutè ad omnia tenebitur, ad quæ principalis ipse Surd. d. tract. de alim. tit. 8. dicto priuil. 50. num. 2. & tit. 9. q. 31. nu. 73. cum seqq. Boer. decis. 314. num. 4. qui docet fideiussorem simpliciter datum teneri ad vsuras: cum (vt ipse inquit) semper in dubio fideiussor cẽseatur datus in omnem causam. Rom. sing. 550. Matsil. sub. eo. q. 8. num. 96.

Tenendo hanc secundam opinionem, quæ communis est. Quod fideiussor datus ad sortem intelligatur etiam datus ad fructus, vsuras, expensas, damna, interesse, & pœnas, eam limita multis modis.

6 Limit. igitur † primo loco, in fideiussore pro officiali Reipublicæ, qui non tenetur ad pœnam delicti, ac maleficij per officialem patrati. d. l. fideiussores magistratuum. ff. eo. in princ. Rom. cons. 607. in casu. col. 2. Alexan. cons. 34. in princ. lib. 2. nu. 2.

7 Limit. secundo, quando agitur de pœna aucta propter moram principalis, inficiationem, vel contumaciam: quia ad istam eius fideiussor nõ tenetur. Rom. cons. 270. pro decisione in fin. num. 7. & d. cons. 507. vbi addentes in verbo obligationem. Surd. decis. 212. num. 4. cum seqq. vbi num. 7. inquit, quod fideiussor videtur se obligare pro originali, & non pro accidentali debito.

8 Limit. tertio in ijs, † quæ veniunt virtute iuramenti in litem, ad quæ fideiussor astringi non potest. Et ideo licet fideiussor tutoris teneatur ad ea omnia, quæ ipsemet tutor; tamen non tenetur ad ea, quæ ipse tutor debet in vim iuramenti in litem. Castr. consil. 134. in causa, quæ vertitur. lib. 1.

9 Limit. quarto, † quando principalis, & eius fideiussor limitatè, & determinatè promiserunt puta pro sorte tantũ, vel pro certa, & præfinita summa, & sic quando limitarunt eorum obligationem: quia tunc ad fructus, vsuras, damna, expensas, interesse, & pœnas nullo modo tenentur. Surd. de alimen. d. priuileg. 50. num. 2. Bero. d. cons. 193. num. 45. vol. 1. & ideo, licet fideiussor euictionis ex natura contractus teneatur ad omnia damna, & interesse: tamen hoc secus est, quando se restringit ad restitutionem pretij, vel alias arctat suam obligationem. Castr. cons. 23. num. 1. vol. 1. Benint. decis. Bonon. 16. num. 4. & diximus supra, num. 4.

10 Limit. quinto, † in fideiussore, qui pro delinquẽte promisit soluere omnem pœnam: quia non tenetur ad pœnam auctam ex contumacia non soluentis. Puta ad duplum, vel quadruplum, si non soluerit infra certũ tempus. Bart. & Bald. post glos. in l. 1. ff. de

in

in lit.iurand.Bart.in l.centum capuæ. ff.de eo, quod cert.loc.idem Bart.in l. si qua pœna. ff.de his, qui sunt sui vel alien.iur.Surd.d.decis.212.num.4.& infra vbi vult fideiussoris obligationem non extendi ad accessoria principalis obligationis. Puta ad ea, quę creuerunt ob moram, contumaciam, & inficiationem. Boer.decis.314.nu.2. Cępoll.caut.127.

11 Limit. sexto, † & declara præmissa procedere in fideiussore simplici, qui non tenetur ad accessiones, & vsuras, quæ veniunt ex mero officio iudicis mercenatio: secus verò est quoad illas, quæ veniunt officio iudicis mercenario deseruienti actioni intentatæ, & sic quæ veniunt iure contractus, & actionis: quia tunc etiam ad pœnam tenetur: & maximè in actionibus bonæ fidei. Quod secus est in actionibus stricti iuris, quæ strictè sunt intelligendæ: & in quibus tales fructus,

12 & vsuræ non debentur: cum † in ijs omissum habeatur pro omisso. Bart.in d.l,centum capuæ num.3. vbi Ias. nu. 3.idem Bart. in l. Lucius in §. Paulus. nu.1. ff. ad municip. & de incol. & in l.si postea. num.1. ff.rem pup.fal.for. Bald.cons.119.num.9.lib.2.Bero.decis.314.num.1.cùm seqq. Alex.consil.34.nu.5.lib.2. Surd.dealim. tit.6. quæst.3.num.18.& tit.8.priuileg.50. num.2.& benè tit.9. quæst.31.nu.73. cum seqq.Castr. in d.l.quæro,num.2. ff.loc.Neguſ.de pignor.in 2.par. in 4. memb. num.56.Butsat.cons.103.nu. 13.volum.1.

Superius deductis addealios casus, in quibus fideiussor vltra sortē, etiam ad fructus, vsuras, damna, expensas, interesse, & pœnas tenetur.

13 Primus est. † Quando quis fideiubet in omnem causam: nam tunc venire fructus, vsuras, damna, expensas, & interesse: cauit Bart. in l.quæro. ff. loc. & in d. l. centum capuæ in princ. & num.7. vbi Fulg.col.3. Bald.in l.ea lege num.2. ff.loc. Andr. Fachin.controuers.iur.lib.7.cap.57. Augusſ. Bero.d.cons.193. nu.42. vol.1. dum inquit eum teneri etiam ad interesse lucri cessantis, & maximè in solito negociati, vt ibidem aduertit. num.44. & in dubio fideiussor videtur acceptus in omnem causam, quę oriri posset Fulgos.in d l.centum capuæ col.3. Surd.d.decis.212.num.8. Aym.cons. 272.num.2. & 5. Ant. Hering.de fid. cap.24. num.127. & 128. & dictum istud, quod in dubio fideiussor cēsetur acceptus in omnem causam, procedit, quando sumus in dispositione legis. Cagn.in l.1.num.9. ff.de regul. iur. Menoch.de præsumpt. præsump. 46. nu.31. lib.1. vt etiam quando sumus in materia fauorabili: secus in odiosa, qualis est materia vsuratum. Ant.Hering.de fideiuss.cap.24. num. 229. & 230.

14 Secundus est casus, † quando de mente fideiussoris cōstat, quod etiam ad fructus, vsuras, damna, & interesse se obligare voluerit. Alex. d.cons.34. nu.3.& 8.vol.2.cons.28.lib.1. & consil. 134. col. penul. vers. nedum dicta prima par. etiam, quod simus in contractibus stricti iuris. Alexan.d.cons. 34.num.7. lib.2.

15 Tertius est † in fideiussore accedēte contractui: nam,& ipse cēsetur obligatus ad fructus, vsuras, damna, expensas,& interesse. Bart.in l.solutum. §. si in sortem, nu.1. ff.de pig.actione, aduertimus supra in 6.limit.

16 Quartus.† Quando fideiussor promissioni restituendi accessit: Nam restituere qui promisit, tenetur etiam

ad

ad fructus, cũ verbum restituere plenariam restitutionem importet. l. videamus la seconda. §. in Fauiana. in fi. de vsur. Surd. d. decis. 212. nu. 11.

17 Quintus, † in fideiussore euictionis: quin secundum naturam contractus censetur obligatus ad fructus dãna, & interesse. diximus supra in 1. p. c. 26. de fideiussore euictionis, vbi firmauimus eum teneri ad omne, & totale interesse.

18 Sextus † in fideiubente pro Massario pignorum, vel alio Officiali: nam vltra sortẽ tenetur etiam ad fructus, vsuras, damna, expensas, interesse, pœnas: & alias accessiones, quæ officialis in officij administratione commisit. d. l. quæro. ff. locat. l. 1. ff. de in lit. iur. Bart. Ias. & alij in d. l. centum capuæ. ff. de eo, quod certo loco.

Notanda tamen sunt nonnulla in proposito.

19 Primo, quod damna, † pœnæ, & interesse, vt etiam alia huiusmodi, quæ in obligatione fideiussionis non sunt expressa, sunt arbitraria: & maximè quando certa pœna non est apposita, & interesse est inæstimabile. Cuman. consil. 32. numero 1. versic. tutius tamen est.

20 Secundo, † quod quando fideiussor tenetur ad fructus, damna, interesse, pœnas, & alia: tamen ad duo præcipuè non tenetur: nempè ad damnum proueniens ex iudicis iniuria: nã in obligationibus ad illud non videtur cogitatum. Bald. in l. si verò, alias si fine in §. cum autem nu. 2. ff. rem rat. hab. Se-

21 cundo ad pœnas † legales: nam fideiussio nullius est roboris, quando agitur de pœnis legalibus: vt sunt illæ, quæ veniunt ex contumacia, mora, iuramento in lite, & inficiatione. Bart. in l. 1. num. 4. ff. de in lit. iurand. & posuimus supra in 2. limit. vt etiam in quinta.

22 Postremo: † quod licet fideiussor de iure soluere vsuras non teneatur: tamen si illas soluit de facto, repetit à principali debitore. Alexan. cons. 57. num. 3. lib. 1. Decis. cons. 487. num 2. 665. nu. 4. & 686. nu. 6. Soci. iun. con-

33 sil. 122. nu. 4. vol. 2. † Imò fideiussor accipiens pecunias sub vsuris potest vsuras repetere à principali debitore, vt etiã illud plus, quod ex mora principalis debitoris soluerit. Abb. in c. 1. num. 6. de vsur. & in cap. conquestus num. 7. eo.

24 Secus verò est: † si fideiussor soluerit vsuras creditori sine obligatione, consensu debitoris, & coactione: quia tunc non repetit: Imputet enim sibi, si fecit, quod facere nõ debebat. Abb. in c. 2. eo. Sum. Armil. in verbo fideiussor num. 13. vbi dicit, quod si fideiussor soluit vsuras cum obligatione, & consensu debitoris, vt etiã coactus; quod etiam illicitas à debitore in conscientia repetere potest, diximus supra sect. 4. tit. de fideiuss. circa diuers. cap. 30. & 40.

Reliqua vide in conclusione seq.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio in vno casu ad alium non porrigitur.*

2 *Fideiussor non obligatur nisi quatenus est expressum.*

3 *Fideiussio propter stipulationem in ea interpositam strictam recipit interpretationem.*

4 *Fideiussio non recipit interpretationem extensiuam, sed benè declaratiuam.*

5 *Fideiussio facta in prima instantia, non extenditur ad secundam appellationis, sed expirat instantia perempta, vel appellatione interposita.*

6 Fi-

6 *Fideiussor in prima instantia non censetur repetitus in secunda tam in ciuilibus, quam in criminalibus, vbi de ratione.*

7 *Fideiussor in prima instantia non extenditur ad secundam, etiam si in prima instantia secuta fuerit sententia condemnatoria.*

8 *Actio iudicati non oritur ex prima sententia: sed ex secunda primam confirmante.*

9 *Fideiussor in prima contractu non tenetur ad secundum prorogatum, & renouatum.*

10 *Fideiussor in prima conductione non tenetur ad secundam expresè, vel tacitè renouatam, nisi ex nouo consensu.*

11 *Et quomodo hoc intelligatur, & procedat remissiuè.*

12 *Pacta, conuentiones, & obligationes in prima locatione repetita, & renouata etiam censentur in secunda exceptis fideiussione, & iuramento.*

13 *Fideiussores in compromisso à principio dati, in eius prorogatione repetiti non intelliguntur.*

14 *Fideiussor ad certum tempus, & diem, transactis illis tempore, & die liberatur.*

15 *Fideiussor officialis non tenetur de tempore, quo officialis in officio fuit confirmatus.*

16 *Fideiussor pro fructibus arboris, non tenetur ad fructus arboris renouatæ, vel alterius in eius locum suffectæ.*

17 *Fideiussor pro eo, qui semel fuit liberatus, de cætero si fuerit condemnatus non tenetur.*

18 *Fideiussor pro vulnere, ad mortem ex vulnere secutam non tenetur.*

19 *Fideiussor pro conductore rei tigalium ad vsuras nunquam tenetur.*

20 *Fideiussor pro expensis in casu succumbentiæ: non tenetur, quando causa fuit peremptæ.*

21 *Fideiussor, quod damnum non patieris, & fideiussor indemnitatis sunt diuersa: & ideo fideiussio facta in vno casu ad alium non porrigitur.*

22 *Verba in dubio contra stipulantem interpretantur.*

23 *Fideiussor, qui intercessit vsque in certam quantitatem: vltra non tenetur.*

24 *Fideiussor de repræsentando coram vno iudice repræsentare coram alijs non tenetur.*

25 *Fideiussio debet esse generalis in omni curia, quãdo quis satisdationem præstare obligatus est.*

26 *Fideiussor pro vno delicto pro alio non tenetur, etiam si alius iudex loco primi sit datus ad eamdem causam.*

27 *Fideiussio pro nepotibus suis ad filium fratris non extenditur, sed tantum ad descendentes ex filio.*

28 *Nepotes impropriè filij fratris dicuntur, propriè autẽ descendẽtes ex filio.*

29 *Fideiussio pro agnatis ad spurios agnatos non porrigitur.*

30 *Fideiussio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo coram vno iudice facta, ad alium non porrigitur.*

31 *Nisi nomen iudicis sit expressum.*

32 *Fideiussio de iudicio sisti fideiussionem de iudicatum soluendo non comprehendit.*

33 *Fideiussor pro expensis in vna causa, & coram vno iudice non extenditur ad expensas factas in alia causa, & coram alio iudice.*

34 *Fideiussor pro vna causa, pro alia non tenetur, etiam quod alia sit permixti generis. num. 35.*

36 *Fideiussio quando est restricta, & limitata ad certam causam extra illam, non porrigitur.*

37 Fide-

37 *Fideiussor pro aliqua arte, puta cambij, pro alia non tenetur: puta pro debitis extra talem artem, puta pro debitis lanæ, piperis.*

38 *Fideiussor capserij, non tenetur ad debita mercantilia extra talem artem.*

39 *Fideiussio restricta ad certum genus negociationis ad aliud non porrigitur.*

40 *Negociationis diuersæ, diuersi sunt fines, & diuersæ obligationes.*

41 *Fideiussio restricta ad certam personam, & certam causam exercitij, non porrigitur vltra personam, & exercitium.*

42 *Fideiussor videtur in dubio se restrinxisse ad eum casum, de quo verisimiliter fuit actum inter partes.*

43 *Fideiussor ad pecunias debitas exemptione mercium, non conuenitur pro pecunijs debitis ex cambijs, quamuis factis respectu pecuniæ debitæ ex tali emptione.*

44 *Fideiussor pro vno tempore, pro gestis alio tempore molestari non potest.*

45 *Fideiussor pro mercibus habendis, pro iam habitis non tenetur.*

46 *Alienandi facultas concessa ad iam alienata non porrigitur.*

47 *Fideiussor pro venditione certo modo, & forma faciendo liberatur si aliter fiat.*

48 *Fideiussor, quod carceratus non aufugiet non tenetur, si culpa iudicis aufugerit.*

49 *Fideiussor pro uno facto: illo mutato, uel alterato amplius non tenetur.*

50 *Laudum non potest quem fideiussorem constituere, & facere.*

51 *Fideiussor ex causa gabellæ non tenetur ad id, quod ex post se debere confessus fuit.*

52 *Fideiussor de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, ex alia causa non tenetur, etiã si in fine apponatur clausula, quod teneatur pro omnib. alijs.*

53 *Fideiussor non tenetur ad pœnam auctam per inficiationem.*

54 *Nisi id expressè promissum sit.*

55 *Fideiussor ad accessoria, ad principalem obligationem non tenetur.*

56 *Neque ad id, quod creuit ratione moræ, & contumaciæ.*

57 *Mora principalis fideiussoris obligationem non auget.*

58 *Interesse in actionibus bonæ fidei uenit officio iudicis nobilis.*

59 *Officium iudicis nobilis obligationem non præsupponit.*

60 *Fideiussor non tenetur ad interesse, quanti plurimi propter moram principalis.*

61 *Fideiussio de persona ad personam, aut de casu ad casum non extenditur.*

62 *Fideiussor liberatur rei, causæ aut actionis mutatione, uel uariatione.*

63 *Fideiussor pro eo, quod à Sempronio fuerit iudicatum liberatur, etiam quod ab huiusmodi sententia fuerit appellatum.*

64 *Fideiussor coram aliquo tribunali, & magistratu præstitus, illo mutato non amplius tenetur.*

65 *Iuramentum in litem propter dolum principalis non nocet fideiussori, sed tantum ipsi principali.*

66 *Fideiussor de repræsentando non tenetur ad pœnam nisi propter sui morã.*

67 *Difficultas excusat à mora.*

68 *Fideiussor obligatur rebus sic stãtibus.*

69 *Fideiussor de iudicio sisti liberatur, si principalis forum mutet.*

70 *Item si fideiussor propter aliquod crimen fuerit exbannitus.*

71 *Nisi dictus fideiussor causam dederit.*

72 *Fideiussor de iudicio sisti non tenetur ad pœnam, nisi post moram principalem repræsentet.*

73 *Fideiussor Castellani Arcis non tenetur*

tur de crimine per Castellanum commisso.

74 *Fideiussor datus in causa succumbentiæ non tenetur si pars obtineat ex desertione causæ.*

75 *Fideiussio in vno casu in connexis, vnitis, dependentibus, & individuis ad alium extenditur.*

76 *In connexis idem est iudicium.*

77 *Fideiussor dotis restituendæ tenetur etiam ad eius argumentum.*

78 *Fideiussio quod Castellanus arcem restituet extenditur etiam ad alia bona eiusdem arcis.*

79 *Fideiussio pro tutela extenditur etiam ad connexa ipsi tutelæ.*

80 *Fideiussor scholaris pro domo conducta tenetur etiam pro supellectili, & deterioratione.*

81 *Fideiussio de casu, ad casum extenditur ob verborum generalitatem, & prægnantiam.*

Nisi aliter ratio suadeat. num. 88.

82 *Fideiussio verbis generalibus concepta, & aptis comprehendere omnem casum extenditur etiam ad accessiones, & vsuras: hæc autem in iudicijs bonæfidei, & quando officio iudicis mercenario veniunt, secus in iudicijs stricti iuris. num. 83.*

84 *Fideiussio verbis generalibus concepta ad distractus etiam porrigitur.*

85 *Fideiussio propter verborum exuberãtiam augetur, aucta per ius accrescendi principali obligatione.*

86 *Fideiussio simpliciter, & indefinitè concepta in omnem causam facta censetur.*

87 *Fideiussio continens incertitudinem ad certitudinem reducitur.*

89 *Fideiussio concepta generaliter non extenditur, quando in ea adsunt verba restrictiua, vt etiam quando posit genus species enumeratur.*

90 *Fideiussio de casu ad casum extenditur in ijs, quæ veniunt ex natura principalis contractus.*

91 *Fideiussio extenditur de casu, ad casum vbi hoc colligi potest ex verisimili contrahentium mente.*

92 *Contractus omnes recipiunt interpretationem extensiuam ex verisimili contrahentium mente.*

93 *Etiam in ijs, quæ sunt stricti iuris.*

94 *Et etiam in mandato, quamuis eius fines diligenter custodiendi sint.*

95 *Fideiussio an etiam quando extenditur de casu, ad casum remissiuè.*

96 *Fideiussor accedens annuæ obligationi an teneatur ad ea, quæ gesta sunt intra annum, & post annum producunt effectum remissiuè.*

Fideiussio facta in vno casu non extenditur ad alium.

CAP. II.

1 FIdeiussio facta in vno casu non porrigitur; nec extenditur ad alium: nam fideiussionis natura est, vt eius effectus nunquam extendatur,

2 nisi quatenus se extendunt verba: † & ideo fideiussor non obligatur, nisi quantus est specificatum. Din. consil. 16. in princ. & per totum. Decia. cons. 72. num. 18. cum seqq. volum 2. plenè Petr. Surd decis. 212. in princ. Deci. cons. 107. col. fin. cons. 93. nu. 3. & in l. 2. nu. 53. C de eden. Rolan. cons. 58. nu. 20. vol. 1. Menoch. cons. 119. nu. 6. Alban cons. 151. nu. 14. qui hos, &

3 alios refert. Et ratio est, † quia fideiussio strictè intelligitur, & ipsius effectus non extenditur vltra eius verba ob stipulationem in ea interpositam, quæ cum sit stricti iuris non extenditur vltra formalitatem verborum, & præter casus veros, & expressos in ea.

Bald.

Bald.conſ.142.per totum.vol.5.Soci. ſen.conſ.62.num.5.in quarto. Natt. conſ.202.num.5.& 6.vol.1 Cephal. conſ.603 num.4.cum ſeq.vol.4. Deci. d.reſp.72.num.18.vol.2.Benintend. deciſ.16.num.5.Curt.iun.conſil.36. num.5.in 1.par.qui volunt: quod licet † fideiuſſio non recipiat interpretationem extenſiuam, nihilominus in ea admittitur interpretatio declaratiua, vt per Ceph.d.conſ.603. nu.338. Fideiuſſor enim non tenetur, niſi in caſu, in quo interceſſit. Soc.conſ.243. col.penul.lib.2.

5 1. Ex hoc infertur, quod † fideiuſſor ſimpliciter datus, & acceptus in prima inſtantia, & cauſa principali, non tenetur in ſecunda, & cauſa appellationis: cum ſint cauſæ diuerſæ. Fideiuſſio enim ſimpliciter data, & accepta in prima inſtantia: deſerta inſtantia, vel interpoſita appellatione expirat. l.cum apud. & l. cum quærebatur, in §. fin.ff.iud. ſol.l.non à iudice. in §.1.ff.de iudic.§.ſi vero.verſ.omnia dabit.inſtit.de ſatisd, gl.in.l.2. in verbo appellationi. C. de procurat. Grat. reſp.102.nu.5.lib.1. Viu.lib.1.com. opin.opin.95. Surd.d.deciſ.212.nu. 3.Ceph.conſ.661.nu.18.vol.5. Marſ. rubr.eo.q.10. num.108. & ſing.313. Dec.d.conſ.107.col.2.verſ.confirmatur hoc. Petr.de Rauen.ſing.376. Alciat. reſp.5. num.10. cum ſeqq.lib.5. Soci.iun.conſ.91.vol.4.Bero.q.famil. 76.num.2. Menoch.conſ.120.nu.10. vol.2.Clar.in prax.crimin. in §.fin.q. 46. nu.20. Anch.reg.quæſt.15. nu.1. Decian.conſ.19.num.172.& 173.volum.3. Vincent. de Franc. deciſ.108. 320.& 344. Muſcatell. in prax. fideiuſſoria par. 1. mod.12. num.6. Carp. ad Stat.Mediol. par.1.cap.44. nu.63. & cap.35.num.24.And.Facchi.lib.8. controuer. c.53. licet à prædictis diſſentiat Teſſaur. deciſ.202.nu.19.

6 Et quod fideiuſſor † in prima inſtantia non cenſeatur repetitus in ſecunda, ponunt Boer.deciſ.315. nu.1. Pariſ.conſ.171. num.30. lib.4. Cæſar de Graſſ. qui dicit articulum controuerſum deciſ.7. num.7. & 8. de fideiuſſ. Anton. Hering.de fid.c.20.num. 20. qui etiam hunc articulum difficilem, & dubitabilē dicit. Et ratio eſt, quia ſunt cauſæ diuerſæ cauſa principalis, & cauſa appellationis, & inter ſe valdè diſtant: non quidem diuerſitate materiæ antiquę. Vinc.de Franc.deciſ. 520.n.1. vbi ea eſſe eadem dicit, quoad merita cauſæ: ſed diuerſitate iudicij, & materiæ nouæ, & ratione iniquitatis ſententiæ: nam aliud eſt iudicium cauſæ principalis, & aliud cauſæ appellationis: & vtrobiq; alij ſunt iudices, & alia in pronunciando ſeruatur ratio.

7 Ampl. † vt hoc procedat non tantum ſi prima ſententia fuerit abſolutoria: verum etiam condemnatoria. Bart.in d.l.cum apud.num.4. vbi Angel.glo.& Cyn.in l.2. C.de procurat. Fab. & Arret. in §. ſin autem inſtit. de ſatisd.

8 Nam † non oritur actio iudicati ex prima ſententia: ſed ex ſententia actionis confirmatæ. Ideo imputetur actori, ſi reum in cauſa appellationis non petierit caueri. l. reos. in §. fin. C. de appellat.

9 Hinc, & ſecundò † infertur, quod fideiuſſor in primo contractu non tenetur ad ſecundum prorogatum, ac renouatum. & ideo fideiuſſor in pri-

10 ma conductione † non tenetur ad ſecundam expreſsè, vel tacitè renouatā: niſi rurſus conſenſum præſtiterit. l. ſi cum Hermes. C.locat. Bald.conſ.142. num.1.

num.1. vers.5. vol.5. Castr. in l.item quæritur, §. qui implectoranum. 3. ff. loc. Alexan. in l.si mora.num.19.ff.soluto matrim. Ceph.cons.603. num.7. & 9. & 42. vol.4. Marsil. in rubr. eod. quæst.9. num.97. signanter Tessaur. decis. Pedemont.202. num.11. bene Decia.consil.11.num.19.volum.1.& consil.72.num.12.& 13.qui num.45.

11 † declarat quomodo hoc procedat volum.2. Brug.decis.Fiuiz.44. num.78. & 82. Tiraq. in l.boues, in §. hoc sermone.num.130. ff. de verb. signif.

12 qui voluit, † quod pacta, conventiones, & obligationes, quæ consensu partium soluni fiunt, censeantur repetita, & contenta in locatione tacitè renouata, præterquam fideiussio, & iuramentum, in quibus repetitio, & extensio non cadit.

13 Hinc etiam fit, † quod fideiussores primi compromissi non comprehenduntur in prorogatione dicti compromissi nisi consenserint. Ballam. consil.9.num.34. nam intelligitur prorogatum quoad dictas partes, non quoad fideiussores. l. Labeo in fin. ff. de arbit. Gabr. cons.43.num.17. Ias. in l.1. num.18. C. de iud. Tiraq. in d.l.boues, in d.§.hoc sermone.num.130. Sebast. Medic. de reg. iur. reg. 4.nu.39. vers. fideiussor compromissi. Decia.d.resp. 72.& resp.19.nu.173.lib.3. Menoch. cons. 120. nu.39.lib.2. Carp. ad Stat. Mediol.p.1.c.120.

14 Hinc est, & tertio, quod fideiussor ad certum limitatum tempus, puta ad annum, elapso anno non tenetur amplius. Alberig. in tract. stat. in 2. part. quæst.143. & quæst.163. Alciat. resp. 24.num.3.tom.2.lib.7.& 73. num.1. tom.3.lib.8. Gram.cons.66. num.61. Rot. diuers. decis.567.num.secundo, in prima par. nam fideiubens ad certam diem, vltra non tenetur, sed transacto illo die liberatur. l.si cum Hermes. C. loc. l. Labeo in §. fin. ff. de arbit. & dicemus latius infra in illa conclus. fideiussor in quibus à fideiussione liberetur, sectio. 10 casu tertio in quinto exemplo, & c. 30. & benè ista prosequitur Illustris. Mantic. tract. de tacit. & ambig. par.2.lib.16.tit.12. per totum, & dicemus infra illatione 24.

15 Hinc, † & quarto fit, quod fideiussor potestatis non tenetur de tempore, quod fuit dictus potestas reformatus. Marsil. sub eo. quæst.8. nu.94. Vigil. decis.129.num.6.

16 Hinc, & quinto est, † quod qui fideiussit pro fructibus vnius arboris, non tenetur ad fructus arboris nouellæ renatæ, & in locum ipsius succrescentis, & substitutæ. Marsil. dicta quæstio.8. num.95.

17 Hinc etiã & sexto † infertur, quod fideiussor illius, qui fuit liberatus, & postea de nouo condemnatus, ad dictam nouam condemnationem eius fideiussio non extenditur. Marsil. d. rub.num.93. qui dicit ista ita de facili non obseruari.

18 Hinc, † & septimo infertur. Quod fideiussor pro vulnere, non tenetur pro morte, & pro famulo, quod non aufugiat, non tenebitur domino pro pecunia, quam ei subtraxit. Boss. in prax. crimin. titulo de fideiuss. carcer. num 55.

19 Infertur octauo, † quia obligatus pro conductione vectigalium nõ obligatur ad vsuras. Decian. consil.72. num.18.cum seqq. vol.2.

20 Infertur nono, † nã fideiussor pro actore circa expensas, si succumbat non habet locum pro expensis si instantia deseratur. Bald. consil.106. in-

cip. proponitur vol. 2. Marſ. ſing. 318. incip. diligenter. Matanc. in Specul. in 8. memb. 6. part. num. 17. Anch. q. famil 15. num. 6. lib. 2. Muſcatell. in prax. fideiuſſ. par. 1. modo 11. num. 2. Aſin. in praxi iudic. in princ. num. 19. Decia. dicto conſ. 72. num. 19. Surd. deciſ. 112. num. 2. & 3. Anton. Heringer. de fideiuſſ. c. 20. §. 10. num. 25.

21 Infertur decimo, † quod ſi quis fideiubēdo promittat, quod Titius non patietur damnum: per hoc non dicitur fideiuſſor indemnitatis: quia diuerſa ſunt, & ſtant iſta ſimul; & ſe cōpatiuntur, quod ego non velim te pati damnum, & non ſim obligatus ad te indemnem cōſeruandum: quia mihi diſplicet, quod damnum patiaris, & verba non concludunt pro neceſſe

22 † & in dubio contra ſtipulatorem fit interpretatio. l. veteribus. ff. de pact. & benè comprobat hoc dictum, Alexan. conſil. 199. viſo proceſſu lib. 7. num. 2. verſ. 1. quia aliud eſt dicere.

23 Infertur vndecimo, † quod fideiuſſor, qui interceſſit vſque ad certam quantitatem, non extenditur, vltra quantitatem expreſſam, & vltra eam non poteſt conueniri: licet principalis ſit obligatus in maiori quantitate. l. ſi vltra. C. de fideiuſſ. l. fideiuſſores magiſtratuum. in §. 1. vbi Bart. ff cod. Abb. conſ. 75. num. 2. lib. 2.

24 Infertur duodecimo, † quod obligatus repræſentare aliquem ſub pœna coram vno iudice non teneatur coram alio repræſentare. Cuma. conſ. 32. inculpatus. Bal. conſ. 142. quidam Odoxiſius circa medium. verſic. & hoc apparet lib. 5. vbi huius dicti rationem

25 aſſignat. † Scias tamen in propoſito, quod quando quis cauere obligatus eſt, fideiuſſio debet eſſe generalis in in omni curia, non autem reſtricta ad cutiam particularem. Caſtr. conſil. 360. aliàs 358. ſuper in fin. lib. 1.

26 Infertur decimotertio, † quod fideiuſſor pro vno delicto nō poteſt pro alio conueniri. Cuman. d. conſilio 32. etiam ſi alius iudex daretur loco primi ad eandem cauſam. Cald. conſ. 10. aliàs 124. de iud.

27 Infertur decimoquarto, † quod fideiuſſio præſtita pro nepotibus ſuis intelligitur de nepotibus propriè deſcendentibus, & non de filiaſtris;

28 qui largo † modo dicitur nepos. Dyn. conſ. 16. num. 8.

29 Infertur decimoquinto, † quod fideiuſſio pro agnatis, & conſanguineis vſque ad certum gradum non ſe extendit ad ſpurios in illo gradu. Dyn. d. conſ. 16. in fin.

30 Infertur decimoſexto, † quod fideiuſſio de iudicio ſiſti, & iudicatī ſoluendo non habet locum coram alio iudice, quam eo; coram quo præſtita eſt. Abb. conſ. 23. in princip. verſ. obſtat. lib. 1. Rom. conſ. 468. in caſu propoſito in verſic. in caſu, vbi Apoſtilla dat concordantias. Et hoc quando eſt expreſſum nomen iudicis, quia tunc nec tenetur fideiuſſor coram ſucceſſore in officio. Secus ſi nomen iudi-

31 cis non fuerit expreſſum. Abb. dicto conſ. 23. in fin. & latè hæc omnia proſequuti ſumus ſupra t. par. ſub c. de cautione de iudicio ſiſti.

32 Infertur, † & decimoſeptimo, quod fideiuſſio de iudicio ſiſti non extenditur ad fideiuſſionem de iudicatū ſoluendo, & hoc, vt fideiuſſor minus ſit obligatus quam ſit poſſibile, ob ſtipulationem, quæ interuenit in fideiuſſione, quæ eſt ſtricti iuris. Parīſ. conſ. 48. num. 23. lib. 1. Menoch. conſ. 212. num. 17.

33 Infertur decimooctauo, † quod fideiuſ-

deiussor de expensis reficiendis coram vno Iudice, & in vna instantia non porrigitur coram alio Iudice, & in alia instantia. Imo, consil. 89. in casu præmisso.

34 Infertur decimonono, † quod fideiussor pro vna causa non tenetur pro alia. l. non à iudice vbi glos. & Castr. ff. de iud. Rom. cons. 210. & 270. regulare hoc enim est, quod fideiussor obligatus pro vna causa non possit pro alia conueniri, & molestari. l. quæro in princ ff. loc. Bald. cons. 142. nu. 1. vers. 2. fideiussor lib. 5. Ias. in l. 3. num. 10.

35 C. de transact. etiam † quod alia causa sit permixti generis. Bald. cons. 142. vers. 5. Pet. de Vbal. de duobus fratribus. par 8. um. 41.

36 Et tanto magis, † quando fideiussio est restricta ad certam, & limitatam causam: nam extra illam non porrigitur Ias. in l. age. nu. 10. C. de transact. & in l. centum capuæ vers. quinta fuit. ff. de eo quod cert. loc. Bursat. consil. 193. num. 6. part. 2. Hond. consil. 50. num. 18. & 19. vol. 1. & consil. 111. num. 25. 26. & 27. Anchar. reg. quæst. 15. num. 13. & 14. lib. 2. Ferret. resp. 49. Felyn. in cap. cum ordinem. num. 6. de rescript. Roland. consil. 38. num. 20. volum. 1. Surd. decis. 212. num. 2. fideiussor enim non tenetur, quando variantur res, causa, & actio. Gerard. Mazol. consil. 96. nu. 30. Anton. Hetinger. tract. de fideiuss. c. 20. §. 26. num. 30.

37 Infertur vigesimo, † nam fideiussor pro aliqua arte, puta cambij, non dicitur fideiussor pro debitis lanæ, piperis, pannorum, ac similium extra artem cambij. Pet. de Vbald. de duobus fratribus in 8. par. in 4. quæst. Felyn. in c. cum ordinem. num. 12. de rescrip. Cast. cons. 185. ad medium col. 3. lib. 1. Bald. cons. 142. quidam Odotius lib. 5. & cons. 187. gentilitas lib. 4.

38 vbi vult. Quod † qui simpliciter fideiussit pro campserio, quod fideliter exercebit artem, suam si campsor efficitur fallitus, non tenebitur fideiussor ad debita mercantilia campserij extra illã artem, etiam si fecerit debitorem

39 in libro campserij. † Nam fideiussio restricta ad certum genus negociatio-

40 nis ad aliud nõ extenditur. Nam † diuersarum negociationum diuersi sunt fines, & diuersę obligationes. l. cuicũque, §. non tamen. ff. de inst. act. l. Titianus. ff. quod cum eo. Imò si sit alterius generis, ac permixti minus censetur inducta obligatio. l. Titiæ testatores. ff de leg. 1. l. hoc legatum. ff. de leg 3. Bald. d. cons. 142. num. 1.

41 Infertur vigesimoprimo † nam fideiussio restricta ad certã causam exercitij, & ad certam personam non extenditur extra causam, & personã expressam Bald. consil. 428. si fideiussor circa fi. vers. soluto lib. 2. & vide n. 36.

42 Infertur 22. † quia in dubio videtur fideiussor se restrinxisse ad eũ casum, de quo verisimiliter fuit actum inter partes, & non voluisse suam obligationem ampliare. Alex. cons. 158. col. pen. vers. & nedum. lib. 1 & cons. 239. col. 1. vers. præterea lib. 6. & cons. 58. col. 2. vers. accedit lib. 7. Deci. consil 389. col. fi. vers. potest responderi, & cons. 414 col. 2. propè fin.

43 Infertur 23. † quod fideiussor pro pecunijs debitis ex emptione mercium, non tenetur pro pecunijs, quas principalis debet ex cambijs, licet cãbia fuerint respectu debitoris ex emptionibus mercium. Ias. in l. age cum Geminiane numero decimo, C. de transact.

44 Infertur 24. † quod fideiussor pro

vno tempore nõ tenetur de gestis pto alio tempore, l. Lucius. la seconda. in §. Paulus. ff. de admin. tut.

45 Infertur 25. † quod fideiussor pro mercibus habendis, nõ obligatur pro iam habitis. Ang. in l. si verò non remunerandis in §. si post creditum. ff. mandati. Castr. in l. facta. num. 3. ff. de cond. & demonstr. idem in l. si quis. in §. inuitum. in fi. ff. de iniust. irrit. fact. testandum vult, † quod licentia concessa per dominum alienandi non extendatur ad iam alienata.

46

47 Infertur 26. † quod fideiussor obligatus, modo venditio fiat sub certus modis, & forma in obligatione expressi, non tenebitur, si venditio aliter fiat. Bartol. in l. stipulatus. vbi omnes. ff. eo.

48 Infertur 27. † nam fideiussor promittens, quod carceratus non aufugiet, nõ tenebitur, si culpa iudicis aufugit. Doct. in l. 2. §. similique modo. ff. si quis caut. Paris. de Put. de sindic. in verb. fideiussor. vers. subijcio. num. 3.

49 Infertur 28. † quia fideiussor pro vno facto, non obligatur, si factum mutetur, & alteretur. Mars. d. rub. de fideiuss. num. 143.

50 Infertur 29. † quod fideiussor pro Petro de omnibus, de quibus efficitur debitor Ioannis, non tenebitur, si per laudum ex post debitor Ioannis declaratur, quia laudum nõ potest afficere fideiussorem. Arret. consil. 28. Alex. in l. sæpè. ff. de re iud.

51 Infertur 30. † ad fideiussorem, qui promittit soluere omnem summã pro debitore, quã debeat ex causa gabellæ, quam exercet: nam non tenetur ad eam summam, quam ex post se debere confessus fuit. Bal. consil. 43. quidam fer. Cecchus lib. 5. per totum.

52 Infertur 31. † quod fideiussor pro vsufructuario, quod utetur, & fruetur arbitrio boni viri, nõ tenebitur ex alia causa, etiã quod adsit clausula in fine, quod teneatur pro omnib. alijs causis & gid. cõs. 3. n. 11. cũ seq. vers. tell pone.

53 Infertur 32. † quod fideiubens pro accusato, non tenetur ad pœnam, quæ creuit per infiationẽ. Butt in liquæro. ff. loc. Alex. & Isi. in l. 1. ff. de in lit. iur. Isi. in §. quadrupli. in 1. & 2. col. inst. de actio. Rom. cons. 507. Fel. in c. cum ordinem in 4. col. de rescrip.

54 Lim. tamen, † quando promissum est soluere pœnam, etiam per contumaciam, moram, & inficiationem. Isi. in d. § quadrupli.

55 Infertur 33. † quod fideiussor non teneatur ad ea, quę sunt accessoria principalis obligationis, & ideo si fideiussor promisit ad simplũ, & actio venit per inficiationẽ, fideiussor non tenetur. gl. in l. siue in duplũ. ff. qui satisd. cog. Surd. decis. 212. nu. 4. & 5. etiam quod negatio incidentem fiat.

56 Infertur 34. † quod fideiussor non tenetur ad id, quod creuit ratione moræ, vel contumacię: nam videtur fideiussor se obligare pro originali, & nõ pro incidenti debito. l. 1. ff. de in lit. iur. glos. in §. sequens. inst. de actio. vbi Arret. num. 3. Surd. d. decis. 212.

57 num. 7. † obligatio enim fideiussoris non augetur ex mora principalis debitoris. l. fideiussores magistratuũ, in princ. §. 1. & §. fin. ff. eo. leg. fin. de eo, quod cert. loc. Rom. cons. 507. nu. 1. vers. 2. obligatio. Beco. cons. 193. nu. 34. vers. aggredior lib. 1. fideiussor. n. ex mora principalis debitoris, non te-

58 netur ad interesse creditoris. † & ratio est, quia tale interesse venit officio iudicis nobili in actionibus bonæ fidei. l. quia tantumdem. ff. de negot. gest.

l. Lu-

l. Lucius Titius. ff. depositi. l. 4. C. de-
58 posit. † & quæ veniunt officio iudicis nobili, non dicuntur in obligatione. l. qui per collusionem, in fin. ff. de actio. empt. ideo fideiussor tantum pro sorte, & interesse, tenebitur, ad quod expressè deductum est in obligatione principalis debitoris, & pro eo duntaxat conueniri poterit. Bero. d. cons. 139. num. 38. nam ad hoc, vt fideiussor cõueniri possit, eiusdem mora requiritur. l. cenium capuæ, & l. fin. vbi Bart. ff. de eo, quod cert. loc.

60 Infertur 35. quod † fideiussor non tenetur ad valorem quanti plurimi; qui stante mora debitoris committitur. Surd. decis. 212. nu. 6.

61 Infertur 36. † quod in fideiussione persona extrinsecus non subintrat, & sic quod fideiussio non extenditur de persona ad personam, nec de casu ad casum. Magon. decis. Floren. 57. num. 20. & 21.

62 Infertur 37. † quod fideiussor non tenetur, quando variantur res, causa, vel actio. Rol. cons. 58. num. 18. vol. 1. Surd. decis. 112. num. 2.

63 11. Infertur 38. † quod si quis fideiussit se soluturum, quod à Sempronio fuerit iudicatum, non tenetur, si à sententia Sempronij fuerit appellatũ, licet idem à iudice in eius locum subrogato fuerit pronunciatum. l. cum apud Sempronium. ff. iud.

64 Infertur 39. † quod si quis fideiusserit coram aliquo tribunali, non intelligitur obligatus, si eius forma in aliquo sit alterata, & immutata; tam, & si idem iudex permanserit, vel si in locum ipsius alius successerit. Decian. cons. 19. nu. 123. lib. 3. Menoch. cons. 119. num. 10.

65 Infertur 40. † quod iuramentum in litem ex dolo principalis debitoris nõ nocet fideiussori, vti etiam nec hæredi principalis debitoris obest; sed tantum ipsi principali debitori, qui dolum commisit. l. is qui alio. & l fin. C. de in lit. iur. Bar. in l. in actionibus. num. 21. ff. de in litem iurand. Card. Mantic. de tacit. & ambig. p. 2. lib. 16. tit. 14. num. 7.

66 Infertur 41. † quod fideiussor de repræsentando, non intelligatur obligatus ad pœnã, nisi ab eo mora com-
67 mittatur. l. 2. §. fin. si qu s caut. † nam quando quis ad faciendum est astrictus, difficultas superueniẽs eum, excusat à mora. l. si vehenda. in § pen. ff. ad l. Rod. de iact. Bartol. in l. quod te. num. 14. ff. si cert. per.

68 Infertur 42. † quòd fideiussor intelligatur obligatus de reb. in eodem statu manẽtibus, & sic rebus sic stan-
69 tibus. † Vnde si quis promiserit aliquem sistere in iudicio; & is postea mutet conditionem, & statum, veluti si alterius fori fuerit effectus ad talem promissionem adimplendam astringi non potest. Card. in clem. 1. col. 3 vers. nono quæro de censi. Mars. in rub. eo.

70 nu. 142. † patiter, si quis promiserit aliquem repræsentare, & postea in eo aliquid noui contigerit, puta, quia de aliquo crimine fuerit accusatus, vel bannitus, fideiussor amplius non teneitur. Mars. d. rub. num. 150. & 151. Menoch. cons. 112. num. 25. & 246. num. 8. & infra, quæ ex Marsil. vbi in-
71 pra restringe, † nisi prædecessoris fideiussor causam dederit, & diximus supra latè in 1. p. dum egimus de cautione de repræsentando. cap. 3. nu. 26. cum seq.

72 Infertur 43. † quod si Titius promiserit in iudicio sistere, & non recedere absque iudicis licentia sub pœna, & fideiussores præstiterit, & de-

mum sine licentia iudicis recesserit, & fideiussores post moram eum repræsentarunt, pœna per eos non committitur, & maximè si facto repræsentando desijt stipulatoris interesse. l. si dua. in §. item si duo. ff. si quis cau. l. fin. §. & si reus in fin. iud. sol. l. vult in princ. ff. rem rat. hab. Rom. cons. 193. nu. 12. circa medium, vers. vltimo. idem probat Deci. in l. ex conuentione. nu. 1. & in fi. a C. de pactis.

73 Infertur 44. † quòd si Sempronius fideiusserit *pro* Castellano Arcis, talis eius fideiussio non porrigitur ad crimen, & vim bonorum raptorum per dictum Castellanum commissam. Et ratio est, quia talis fideiussio Reipublicè facta censetur, & non respectu priuatæ personæ Bald. in l. 1. in princ. ff. de magist. conuenien.

74 Infertur 45. † quòd fideiussor datus in causa succumbentiæ, non tenetur si pars obtineat ex desertione causæ. Bald. consil. 106. nu. 1. vol. 2. Ias. in l. naturaliter in §. nihil commune nu. 60. ff. de acquir. poss. Rebuff. tract. de expens. art. 1. gl. vnica. num. 51. & 52. Asini. in prax. iud. §. 32. nu. 16. & melius c. 1. num. 19. qui nu. 20. dicit hoc secus, quando causam pro controuersia iudiciali, seu exercitio litis caperemus. Cumi. super tit. mag. cur. c. 73. num. 24. Carp. ad stat. Mediol. par. 1. cap. 58. nu. 12. & ratio est: quia actor causam amisisse nõ dicitur per instantiæ desertionem: cum ea rursus monere possit. & l. post edictum in §. circumducto de iudicijs not. in l. arbitrio in §. dolo cuius. ff. de dolo. benè Decian. cons. 72. num. 19. vol. 2.

75 Limit. modo † prædicta conclusio, quod fideiussio nõ extendatur, vt non procedat in vnius individuis, dependentibus, & annexis ipsi obligationi

76 fideiussoriæ, cum vnitorum idem iudicium sit. l. eum qui ædes. ff. de vsucap. cum alijs.

77 Et ideò † si mulier stipulata sit sibi dotem reddi, deinde post annum contingat dictæ dotis augmentum, & de dote reddenda recepit fideiussores tenebuntur fideiussores ad dictũ augmentum, licet de eo nihil dictum sit. Bald. in l. etiam num. 8. C. de iure dotium.

78 Et hoc etiam respectu, † Castellanus, qui dedit fideiussorem de restituenda arce, eius obligatio extenditur ad alia bona vnita, & aucta arci. Burg. decis. Fluiz. 51. nu. 6. in 1. par.

79 Et hac pari de † causa fideiussio prestita pro tutela extenditur ad gesta extra tutelam: modo sint tutelæ annexa. Nam fideiussor datus pro certa administratione censetur obligatus pro omni actu connexo dictæ administrationi. Hyppol. de Marsil. in l. 1. in §. diuus Adrianus. numero 4. & 5. ff. de quæstio.

80 Ab hoc resultat, † vt fideiussor simpliciter intercedens pro scholari conductæ domus, censeatur non tantum intercessisse pro pensionibus domus, verum etiam pro supellectilibus, & masseritijs eiusdem, immo etiam pro deteriotatione domus. Roman. sing. 550 vbi add. Marsil. in b. quæst. 8. Surd. d. decis. 212. num. 9. & 10. & est glos. in l. amissi in §. fideiussores in verbo doris. ff. eo. Cepoll. caut. 126.

81 Limit. secundo, † quando fideiussio est concepta per verba generalia, vniuersalia, & multum prægnantia: puta, quia sit dictum ex quacunque causa, quomodocunque, & qualitercunque, vt etiam si sunt apposita verba apta ad comprehendendam omnem causam, & obligationem: quia tunc

fide-

fideiussio extenditur etiam ad casum in fideiussione verbis expressis nō appositum, & fideiussor est obligatus in omnem causam, quę ex numeratione, vel contractu, aut qualitate negocij nasci potest. l. si quis pro eo. in §. si nūmos, & l. si à colono. §. fi. ff. de fideiuss. l. centum capuę. ff. de eo quod cert. loc. Bald. cons. 482. punctus quidam, & cōs. 483. facti species, & 484. fideiussor in quantitate 485. quidam per supradictos, & 486. quia sermo. lib. 3. Aym. cōs. 45. nu. 6. & bene cons. 272. num. 11. & 5. Boer. decis. 314. num. 4. & decis. seqq. nu. 1. Surd. d. decis. 112. num. 8. dum in fortioribus terminis firmant, fideiussionem simpliciter, & indistinctè factā comprehendere omnem casum, & causam. † Et aduertatur, quod quando fideiussio est concepta verbis generalibus, & vniuersalibus aptis comprehendere omnem casum, tunc fideiussor tenetur ad accessiones, & vsuras, quæ veniūt etiam iudicis officio mercenatio secundum naturam actionis bonæ fidei, licet secus sit in actionibus stricti iuris. Bart. in l. centum capuæ, num. 6. col. 3. vers. vnde alij ff. de eo quod cert. loc. Alex. cons. 34. vers. 7. num. 5. circa medium ibi pro hoc bene facit vol. 2. Negus. de pign. part. 2. memb. 4. num. 56. Ias. d. l. quicquid astringendæ. nu. 2 ff. de verbor. oblig. Boer. decis. 314. num. 4. & decis. seq num. 1. † Plus dico, quod quando fideiussio est verbis generalibus concepta: tūc fideiussor etiam ad distractum tenetur. Puta si accesserit in contractu emptionis, & venditionis, & agatur redibitoria. l. latinus largus. ff. de ædil. ed. Bald. in l. si prædium. num. 19 C. de ædil. act. Alex. d. cons. 34. nu. 5. circa medium vers. pro hoc benè facit lib. 1. Bero. cons. 193. num. 46. vol. 1. In mortali casu † propter exuberantiam verborum fideiussionis, etiam fideiussoria obligatio augetur propter ius accrescendi: puta si quis ab vno ex hęredibus satis acceperit. l. pen. ff. vt leg. nom. cau.

Extende, vt ista non tantum procedant in fideiussione verbis generalibus, & vniuersalibus cōcepta, verum etiam in fideiussione simpliciter, indefinitè, & indistinctè concepta, nam & ipsa censetur facta in omnem causam Castil. cons. 29. num. 9. cum seqq. vers. cæterum.

Extende secūdo etiam † quod verba generalia continerent incertitudinem puta, quia dictum sit pro omni, & toto eo, quod factis calculis apparebit debitor: quia talia verba ad certitudinem reduci possunt. Decia. cons. 72. num. 11. & 12. lib. 2.

Declara tamen, † & intelligę prædicta, vt non procedant, quando cum generalitate verborum concurrunt, vel causa necessaria, vel cogitata, seu ratio: quia tali casu generalitas nihil operatur: sed ad expressa restringitur fideiussio. Bald. cons. 185. generalitas per totum lib. 4. & cons. 142 lib. 5.

Declara secundo, † & intelligę: quando in dispositione non adest aliqua dictio restrictiua: puta, quia dicatur secūdum formam, & tenorem, vel sequeretur species post genus. Bal. cons. 187 per totum lib. 4.

Limit. tertio, † in ijs, quæ sunt de natura obligationis: vnde fideiussor societatis, tenetur ad reddendas, rationesque consignandas, & reliqua, quæ sunt de natura societatis, licet de istis in fideiussione specificatio non fiat. Alex. cons. 34. lib. 2. Abb. consil. 23. videtur dictum Petrum, col. fin. vers. vlt. alia ratione lib. 1.

91 Limit. quarto, † quando ex verisimili mente contrahentium desumitur, quod fideiussores voluerint fideiussionem porrigi de casu ad casum, & sic ad illum casum extēdi, in quem verisimile est eos se voluisse obligare, licet talis casus non sit verbis expressus. Alex. cons. 34. num. 9. vers. fortificatur. lib. 2. Gabr. cons. 173. nu. 15. & 17 lib. 2.

92 Certum est enim, † quod fideiussoris obligatio recipit interpretationem, & extēsionem à verisimili contrahentium mēte, vt etiam est in omnibus alijs conuentionibus glo. communiter approbata in l. tale pactum,

93 ff. de pact. & stipulatio † licet sit stricti iuris, tamen ex verisimili contrahentium mente intelligentiam recipit. l. ita stipulatus. de ver. oblig. Alex.

94 d. cons. 34 num. 8. & 9. † vt etiam est in mandato, quod licet diligenter sit custodiendū l. diligenter. ff. mandati; tamen ex verisimili mandantis mente porrigitur de casu, ad casum. l. fin. §. fin. ff. mand. Alexand. d. cons. 34. nu. 9. lib. 2.

95 Et circa † hanc conclusionem vide multa alia per Gabr. de fideiuss. concl. 4. & per Illustrissimū Tuscum lib. 3. pratic. conclus. concl. 304. & nouissimè bene hęc omnia explicat Cardinalis Mantic. in suo tractatu de tacit. & ambig. conuenti. parte 2. lib. 16. tit. 14. qualis sit fideiussoris obligatio, & quomodo intelligatur. nu. 4. & posuimus supra in hac secunda par. sub c. fideiussio est accessoria ad principalem obligationem.

96 Iuxta prædicta dubitant DD. quid si fideiussor obligationi annuæ accesserit: an teneatur ad ea, quę gesta sunt intra annum, & post annum producūt effectum obligationis? Mantic. de tac. & ambig. par. 2. lib. 16. tit. 14. num. 17. dicit talem fideiussorē teneri, & maximè quādo aliàs dicta fideiussio elusoria redderetur, & inutilis. Vide, quia disputat ad partes.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an, & quando possit petere se eximi, & liberari, à fideiussione antequam soluat.*

2 *Fideiussor regulariter non potest petere se à principali liberari, à fideiussione ante debiti solutionem.*

3 *Et hoc maximè procedit in fideiussore indemnitatis.*

4 *Fideiussor potest pētere se liberari à fideiussione, quando iam fuerit cōdemnatus, licet adhuc non soluerit.*

5 *Fideiussor de proximo, ex euidenti condemnandus, potest petere se à fideiussione eximi.*

6 *Fideiussor post litem contestatam contra se potest petere se à fideiussione liberari.*

7 *Fideiussor molestatus, à creditore potest petere liberationem, à principali.*

8 *Idem quando aliter damnum, euitare non potest.*

9 *Idem ex lapsu temporis, si pęnam adiectam pertimesceret.*

10 *Fideiussor obligatus, ex actu, puta ex instrumento habente cōfessionem, iuramentum, stipulationem, quarantigiam, vel obligationem Cameralem, potest petere se statim, vel paulo post, non expectato solutionis tempore, à fideiussione eximi, & liberari, & est communis opinio.*

Idem in obligato per librum mercatoris, vel aliam priuatam scripturam habentem executionem paratam.

Idem in obligato per sententiam, quæ transiuit in iudicatum.

11 *Fideiussor obligatus ex actu habente paratam executionem pro condemnato habetur.*

12 *Contraria tamen opinio est verior, & æquior, & quotidie eam seruat communis pratica: quod fideiussor non prius possit petere se à fideiussione liberari, quam contra eum per creditorem fuerit petita executio, & sic sit intibus molestijs.*

13 *Fideiussor potest quandocumque liberationem, à principali petere, quando hoc inter eos conuentum est.*

14 *Item quando conuentum fuit, vt possit petere ante damnum passum.*

15 *Item quando habet relenatorem, quia potest agere contra eum antequam soluat.*

16 *Fideiussor potest liberationem petere vbicumque suggerit æquitas.*

17 *Fideiussor tutoris, qui malè cepit versari in administratione, potest petere durante tutela, sibi dari relenatorem, non tamen liberari, à fideiussione.*

18 *Fideiussor potest liberationem petere, quando principalis incipiat dissipare post fideiussionem.*

19 *Secus quando tempore fideiussionis dilapidabat.*

20 *Nisi fideiussor hoc ignoraret.*

21 *Vel etiam quando sciebat parum dilapidare.*

22 *Fideiussor an possit liberationem petere, quando principalis dilapidabat: sed postea rediit ad bonos mores.*

23 *Creditor nunquid possit cogi per fideiussorem ad agendum contra principalem bona dilapidantem.*

24 *Fideiussor liberationem petere potest, quando principalis passus est condemnationem, & in contumaciam fideiussor mittitur in possessionem bonorum ipsius principalis contumacis.*

25 *Fideiussor potest liberationem petere, quando iam obtulit, & deposuit.*

26 *Item quando fuit sibi legata liberatio.*

27 *Idem in fideiussore de iudicio sisti, qui, & ipse liberationem petere potest.*

28 *Fideiussor quando vult se absentare ex causa utili, vel necessaria potest petere se à fideiussione eximi.*

29 *Fideiussor ob inimicitias supernenientes inter principalé, & fideiussorem, ex causa tamen ipsius principalis potest liberationem petere.*

30 *Idem quandocunque principalis incipit conditionem suam deteriorare.*

31 *Fideiussor diù in carceribus detentus potest petere se à fideiussione eximi.*

33 *Fideiussor, qui diù stetit in obligatione, potest petere se liberari à fideiussione.*

33 *Fideiussor, qui diù stetit in obligatione, quando liberationem petere possit, & quando non remissiuè.*

34 *Fideiussor quando dicatur diù stetisse in obligatione.*

35 *Fideiussor diù stetisse in obligatione quando dicatur remittitur arbitrio iudicis.*

36 *Procurator fideiubens, & se obligans mandato domini potest exonerationem petere.*

37 *Fideiussor conditionalis, vel in diem non potest ante purificationem conditionis, & aduentum diei petere se à principali liberari.*

38 *Fideiussor tunc dicitur in obligatione stetisse, quando conuenire potest.*

39 *Fideiussor cuius ortus antequam euictio sequatur non dicitur tanquam diù in obligatione stetisse, ideo liberationem non petit.*

40 *Idem in fideiussore de dote restituenda constante matrimonio.*

41 *Idem in fideiussore tutoris non finita adhuc tutela.*

42 *Fideiussor conditionalis pendente conditione: & dotis constante matrimonio, vel tutoris durante tutela; An possit petere, vt interim ipsis succurratur de fideiussore indemnitatis, licet liberationem non petant. & maximè si causa suspicionis superueniat.*

43 *Fideiussor liberationem petere non potest absque consensu creditoris.*

44 *Creditor non cogitur vnum ab obligatione eximere; & fidem alterius sequi, etiam æq idonei.*

45 *Fideiussor iudi. ij non petit liberationē.*

46 *Fideiussor gratis liberatus an possit liberationem petere.*

47 *Item nec quando absque mandato se obligauit.*

48 *Fideiussor soluens non animo liberandi reum; sed prætextu cedendarum liberationem non petit.*

49 *Fideiussor pro restitutione dotis non petit liberationē constante matrimonio.*

50 *Cautela pro fideiussore vt possit petere à principali debitore se eximi, & liberari à fideiussione.*

Fideiussor non potest petere se eximi, ac liberari à fideiussione antequam soluat.

CAP. III.

1 COnclusio communis est: † quod fideiussor non potest agere actionis mandati contra principalem debitorem antequam soluat, vt releuetur, ac liberetur à fideiussione, vel vt alius loco sui constituatur. l. Lucius. ff. mand. l. si pro ea. C. d. tit. mandati. c. fin. extra eo. Mar. in tub. de fideiuss. q. 31. nu. 216. & q. 39. nu. 295. Aff. dec. 241. nu. 3. Gales. de obligatione Camerali, de perso. per. execut. num. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 41. cent. 1. Vincen. de Franc. dec. 414. num. 1. par. 2. qui multos congerit, pulchrè hæc omnia explicat Illustrissimus Mantic. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 16. tit. 22. † Fideiussor enim regulariter de iure communi non potest agere contra principalem, vt liberetur, & petere exonerationem statim promissione facta. dicta l. Lucius. vbi Alex. ad Bart. in add. magna. l. indebitum. C. de cond. indeb. instit. de fideiuss. in princ. Bal. in d. l. Lucius. Spec. tit. de actor. vers. item excipitur contra fideiussorem. Lucas Petrus de iudiciatia formula Capitolini fori. lib. 4. cap. 4. si fideiussor se eximi ab obligatione petat. num. 2. qui dicit statutum Romæ, contrariū determinans, exorbitare à iure communi. Carp. ad Stat. Mediol. cap. 413. à num. 19. vsque ad 34. Caball. cons. 12.

Hæc conclusio est indubitata in fideiussore indemnitatis, qui non potest agere priusquam soluat. Gales. d. tract. de person. per. exec. num. 5. vers. sed ego. 3

Ista conclusio multas patitur restrictiones.

4 Limit. enim primo, † quando fideiussor fuit iam condemnatus soluere, nam tūc etiam quod effectualiter non soluerit: tamen antequam soluat potest agere contra principalem, vt releuetur indemnis, & teneatur principalis, vel eum eximere à fideiussione, vel loco ipsius nouos fideiussores dare, vel pignora pro eius indemnitate. l. fideiussor pro venditore. ff. de fideiuss. Castr. cons. 144. viso supradicto. col. 2. in princ. lib. 1. Guid. Pap. dec. 117. num. 1. in tertio casu. Afflict. d. dec. 241. nu. 3. & facit. d. l. Lucius. d. l. si pro ea. & d. cap. fin. Surd. dec. 94. num. 4. Lucas Pet. in d. prax. Capituli

lib. 4.

lib.4. c.4. num.2. hoc idem etiam dicas esse in expromissore. gl.fin. in d.l. Lucius. Afflict. d.decis.241. num.3. Socin.d.reg.191.lim.3.

5 Lim.secundo, † quando fideiussor de proximo est condēnandus, vt etiam quando est in euidenti casu condemnationis: puta, quia sit in causa conclusum, vel sit instrumēto obligatus, l.quamuis indubitati. cum glos. C.de adulter. Bald. in l.si pro ea numero q. 14. versic. sexto quæro. vbi Siccard. num.7. C.mandat. Ias.in l.diuortio.§. interdum.nu.14.ff.sol.matrim. Hypol.de Marsi.d.rubr. eo. q.31. cas.13. num.216. Io.de Aron.sing.81. Fanuti.de momenti.temp.c.28.nu.19. cum seqq. vbi plura. Surd.d.decis.94 nu.4. Bertaz. de claus.clausula 43. gl.3. nu. 2. Baro, cons.183. nu.6. vol.3. Tiraq. de ll.connub. gl.2.nu.5. Emponiur.

6 Limit. tertio, † quando lis iam est contestata cum fideiussore. Castr. in d.l.si pro ea.nu.2. Ang. in d.l.1.nu.6. ff. iud. sol.

7 Lim.quarto, † quando fideiussor vexatur à creditore, quia etiam coram eodem iudice potest petere contra eum, vt conseruetur indemnis: nàm sufficiunt molestiæ creditorum factæ fideiussori, ad hoc vt fideiussor liberationem petere possit à debitore principali. Abb. in c.constitutus nu.1. & 2.extra eod. Ang.in l.1.in fin.ff.iud. sol. nam fideiussor molestatus à creditoribus potest cogere principalem per Ecclesiasticam definitionem, vt eum liberet. Abb.in dicto cap.constitutus. num.1.& 2.

8 Lim.quinto, † quādo aliàs fideiussor damnum euitare non potest: nam tali casu potest agere antequam solnat. Socin. & Imo. in capit. peruenit. nu.28.extra eo. Bart.in l.si vno.in §.si eum quidam.nu.3.in fi.ff.locat. Ruin. cons.85.num.5. vol.1.

9 Lim.sexto, † quando ex lapsu temporis timetur pœna adiecta, vel creditori debita: tali enim casu etiam fideiussor non soluens, potest agere contra principalem debitorem. Bald in d. l.si pro ea.num.8. & 12. vbi Siccard. num.6.

10 Lim. septimo † in fideiussore obligato ex instrumento cōfessionato, iurato, stipulatione, quarātigia, vel obligatione camerali vallato, & munito: liquido, & habente ex forma constitutionis, vt est instrumētum cum forma cameræ, vel statuti executionem paratam, prout habet præceptum quarantigiæ, secundum Bal. in l.fideiusso pro venditore cum add.ibi.ff.de fideiuss. Alex. cons.72.nu.6.vol.2. Mars. in rubr. eo. quæst.31. nu.216. & 293. q.38. Luc. Per. in sua prax. cap.lib.4. cap.4.num.2.vers.vel sexto, nisi fideiussor purè ex forma quarantigiæ, vel alia, quæ haberet executionē paratam obligatus esset ex instrumentis, quos allegat. Afflict.decis.241.num.3. in secundo dubio. Andr. Gail. pratic. obseruat.lib.2. obser.29. Surd.decis.94. num.5. qui loquitur de obligatione in form. Cam. Apost. benè Vinc.de Frāc. d.decis.414. num.2. par.2. nouissimè D.Petrus Caball. d. cons.12. nu.2. & infra, qui hoc dicit esse ex eo, quia pro condemnato habetur ille, cōtra quem parata est executio, & num.5. & 6 addit hoc idem esse, quando fideiussor est obligatus per librum mercatoris, vel per aliam scripturam priuatam, quæ ex forma statuti paratam executionem haberet.

Idem pariter est: quando fideiussor tenetur ex sententia soluere, quæ transitum fecit in rem iudicatam: &

in

In summa, quando fideiussor tenetur ex acta, qui habet executionem paratam: tũc potest petere exemptionem, & liberationem statim, vel paulò post tempus Bald. in d. l. si pro ea. num. 7. C. mand. Alex. d. cons. 72. nu. 6. lib. 2. Marsil. rubr. eod. q. 38. nu. 293. Suarez in l. post rem iudicatam. num. 14. ff. de re iud. Bart. & Alex in d. l. fideiussor. ff. de fideiuss. Surd. decis. 94. nu. 5. fideiussor enim obligatus per instrumentum contractum, statutum, sententiam, vel aliquid aliud simile habens executionem paratam: cum (vt dixi) pro condemnato habeatur, statim agere potest contra ipsum reum principalem, vt liberetur nõ expectato tempore solutionis. Bart. in d. l. si fideiussor. num. 1. ff. eodem. Bal. in d. l. si pro ea. nu. 3, & in l certum. C. familiæ ercisc. Alex. d. cons. 72. num 6. Socin. Fallen. reg. 148. in 2. lim. Guid. Pap. decis. 117. vbi add. Marsil. rub. eo. q. 31. nu. 216 qui dicit hoc idem esse si fideiussor foret obligatus ex scriptura, quæ ex forma statuti, haberet executionem paratam, vt supra diximus. Et ratio tenentium hanc opinionem (vt dixi) ea assignatur: quia tali
11 casu †iste fideiussor habetur pro condemnato, & potest confiteri, & agnoscere bonam fidem, nec sibi imputatur. Alex. d. cons. 72. visis. nu 6. lib. 2. Marsil. eo. d. q. 38. num. 293. appos. ad Alex. d. cons. 72. in verb. condemnatio Bart. & Alex. in l. fideiussor pro euictione. ff. eo. Iaso. in l. frater à fratre. nu. 21. ff. de cond. indeb.

12 Contrariũ †tamen voluerunt Angel. Imo. & Castr. in d. l. fideiussor pro euictione, vbi etiam hoc aduertit Salyc. add ad Alexan. d. cons. 72. num. 6. lib 2. Marsil. d. rub. eo. q. 38. num. 193. vbi vult requiri verã, & realem condemnationem, vel ad minus, quod sit petita executio, & ita dicunt in praxi seruari Iaso. in d. l. frater à fratre. nu. 21. ff. de condit. indeb. Petr. Caball. dicto cons. 12. nu. 8. & hanc sententiam esse valdè æquam, quod petita per creditorem contra fideiussorem executione, & non prius per d. fideiussorem, possit peti exemptio, & liberatio à fideiussione firmarunt Roderi. Suarez. in d. repetit. l. post rem iudicatã §. visum est, num. 8. & 11. qui hanc opinionem veriorem, & æquioré vocat. Gallesi. de oblig. in form. Cam. in 3. par. 2. quæst. in rubr. de person. per. execut. nu. 5. & multos alios sequentes hanc opinionem cumulat Horat. Carp. ad statuta Mediol. c. 413. nu. 25. par. 1.

Et qui hanc sententiam sectantur, adducuntur ad sic credendum: quia tempore præstitæ fideiussionis ferebat fideiussor posse incipi ab executione, & nihilominus fidem dedit de soluẽdo: vnde decipereiur debitor si statim ab eo posset molestari, ipso adhuc à creditore nõ molestato, & quod à modo adhuc nõ completo officio suo. Et sibi fideiussor imputet, si fideiussit pro debitore, cui fideiussio aliquid prodesse debet, quod nõ esset, si statim liberationẽ petere posset secundũ Bart. opinionẽ, & ideo secundũ Ang. Castr. Imo. & alios in d. l. fideiussor pro euictione requiritur, quod saltem contra fideiussorẽ sit petita executio, vt bene per Caball. d. cons. 12. nu. 1. cum alijs.

Declara igitur, & intellige prædicta, vt fideiussor possit petere exemptionem postquam creditor habet facultatem agendi, & non prius Bald. in l. cum notissimi in §. illud. C. de præscript. 30. vel 40. ann. & (vt dixi) petita per creditorem executione contra fideiussorem, & hæc est verior opinio,

&

& quotidie praticatur, & ab ea in iudicando, & consulendo non recedas, secundum Ang. Imol. & Castr. in d. l. fideiussor. ff. eod.

13 Limit. octauo, † quando inter principalem, & fideiussorem conuentum est, vt ipse fideiussor possit quandocunq; agere, & sic quando est expressè promissum, quod principalis debitor ad petitionem fideiussoris teneatur liberare. Bald. in d. l. si pro ea. nu. 16. Affl. & dicta decis. 241. num. 3. & super constit. regni. rubr. 12. de fideiuss. vers. nonus casus lib. 3. vbi dicit fideiussori esse concessum petere exonerationem, quando debitor ordinauit, quod statim fideiussor exoneraretur ab eius hærede. Mars. sub. co. q. 31. num. 216. Luc. Pet. in d. prax. capituli lib. 4. cap. 4. num. 2. vers. aus quatto, si hoc actum sit.

14 Limit. nono, † quando verba fideiussionis sunt ampla, & esset expressum, quod fideiussor posset agere ante damnum passum: quia tũc potest agere antequam soluat, & sic quando fuit facta promissio à principio de exonerando à fideiussione Socin. consil. 42. nu. 1, & per totum lib. 4. Rimin. cons. 187. nu. 1. lib. 1. Carpan. ad dicta statuta Mediol. c. 413. num. 27.

15 Limit. decimo, † quando dictus fideiussor haberet relevatorem: quia tunc potest agere contra dictum relevatorem antequam soluat. Socin. d. cons. 42. nu. 1. Rimin. d. cons. 187. nu. 1. Gallesi. de oblig. cam. tit. de person. pet. exeq. num. 5.

16 Limit. vndecimo, † quando aliqua suggerit æquitas; puta quia si fideiussor solueret, non haberet regressum contra alium, mortuo debitore, vel si debitor non esset soluendo, tunc enim bene liberationem petere potest, antequam soluat. Sicard. in d. l. si pro ea. num. 15.

17 Limit. duodecimo, † in fideiussore tutoris, qui malè cepit versari: nam licet non possit petere se eximi à fideiussione, durante tutela, vt infra dicemus, tamé bene potest petere sibi dari releuatorem indemnitatis. Bald. cons. 425. quæstio stat in hoc lib. 4. conseruatio enim debet fieri eo modo, quo potest. Bald. in d. l. si pro ea. num. 11. vers. nono quæritur.

18 Limit. decimotertio, † quando reus principalis male versatur, & cœpit post fideiussionem malè uti substantia sua, & bona sua dilapidare, & hoc fideiussor denunciauit creditori, & neglexit, nam tunc fideiussor potest agere, vt eximatur à fideiussione, vel quod alius loco sui constituatur. d. l. si pro ea. C. mandati Affict. d. decis. 241. num. 3. vers. quinto si cepit. Quod teneus est, si

19 † tempore fideiussionis dilapidabat, quia tunc imputandum est fideiussori, qui fideiussit. Abb. in cap. cum pro quo. num. 3. extra eo. Bald. in d. l. si pro ea num. 1. Ioan. Fab. in §. si quis autem num. 1. vbi Bellò. nu. 4. in fi. eod. Guid. Pap. d. decis. 117. num. 1. Affl. & dicta decis. 241. num. 3. in fin. Bald. cons. 315. num. 1. vol. 4. vbi pulchrè Mars. rubr. co. q. 31. nu. 216. Lucas Pet. in d. prax. cap. lib. 4. cap. 4. numero 2. vers. 5. si debitor bona tua dilapidet.

20 Declara tamen, † & intellige prædicta, quãdo fideiussor tempore fideiussionis probabiliter ignorauit debitorem non habere bona, vel esse dilapidatorem: quia tunc potest agere ad liberandum Castr. in d. l. si pro eo. nu. 7. vbi Sicard. num. 8.

21 Declara secundo, † quando principalis tempore fideiussionis parum dila-

lib.3.p.1.Port. Imo.cons.61.num.33. Afflict.d.decis.241.nu.3. Eug.cós.89. nu.40. Luc.Pet.in d.prax.c. lib.4.c.4. num.2.vers.aut dici, Menoch.de arb. iud.lib.2.cent.1.cas.41.nu 4. pro regula ponit. Socin.reg.191.fideiussor Carp.ad Stat.Mediol.c.413.num.21. par.1. Aluar. Valas. decis. Lusit.36. num.1.& 2.

Et quomodo possit petere dictam
33 † eximitionem, & liberationem à fideiussione ponunt Bald.in d.l.facere, num.6. Guid. Pap.d. decis.117. nu.1. Soc. super reg. reg 6. vbi facit regulã cum nouem fallentijs,in quibus fideiussor licet diù steterit,tamen non potest liberari à fideiussione.

Quomodo autem dicatur, ac intel-
34 ligatur † fideiussor diù stetisse in obligatione,& fideiussione, cum hoc nõ sit à lege decisum, variant scribentes, nam Guid. Pap.d.decis. 117. dicit hoc verbum diù debere intelligi de biennio, cum secundum ipsum biennium reputetur tempus,ac factũ antiquum, sed Bald.in d.l.si pro ea q.10.nu.18. C. mandati, inquit tempus decem anno-
35 rum dici tempus diuturnum. † Tu verò dicas,hoc totum arbitrarium esse, & iudicis arbitrio remitti d. l.Lucius ibi iudicem extimatur. ff. mand. gl.& DD. in c.fin.eo. Afflict. d.decis. 341.nu.3.Ruin.cons 187. nu.12.vol. 1.Soc.de reg.191.lim.3.Negus.de pignorib.in 1.par. principali, 3.memb. num.45.& 46. Cumi. super tit. Sicil. c.69.nu.2.& 3.Menoch.de arb. iudic. lib.2.cent.1.cas.41.nu 1.2.& 3.qui tãdem dicit hoc totum in iudicis arbitrio residere. Illustris.Mantic.de tac. & ambig. cõuent.p.2.lib.16.de tac. & ambig.fideiussor cõuent.tit.20. nu.2. dum ait,quod iudex hæc arbitrari debet ex cursu temporis, cõditione personatum, & ex ijs, quæ contrahentes conuenerint, si apparere possit, & ex alijs coniecturis.

36 Limit.23.† in procuratore se obligante, & fideiubente mandato domini, qui potest petere exonerationem, etiam quod diù in fideiussione nõ steterit. Socin.d.reg.191.lim 3.

Adnotandum tamen sunt nonnulli casus,in quib. fideiussori exemptio, & liberatio à fideiussione denegatur.

37 Primus casus sit † in fideiussione conditionali, & in diem, in qua, cum quis non dicatur stetisse in fideiussione,& obligatione, nisi aduenientibus die, & conditione, ante aduentũ diei, & conditionis liberationẽ petere non
38 potest: † nam ad hoc, vt quis dicatur stetisse in obligatione opus est, quod conueniri potuerit. Bald. in §. si quid autem col.2. inst.eo.

39 Exemplum † assignatur in fideiussore euictionis,qui non potest eximi à fideiussione licet, diù steterit in fideiussione nisi sequuta fuerit euictio. Batt.Bald.Alex.Castr.& alij in l.facere.ff.sol. matr. Bal.in l.si pro ea. nu.8. C. mandati, addentes ad Batt. in d.l. Lucius.in 1.add.ff.mandati.Cyn.in d. l.si pro ea. Caball.de euict.c.2. nu.19. Afflict.d.decis.241.nu.4.Mars.d.rub. de fideiuss. nu.226.in fin. Luc.Pet.in prax. iudic.cap.lib.4. cap.4.num.3.& ratio est, quia qui promittit de euictione, promittit de euictione futura, & ideo non dicitur diù stetisse in obligatione nisi postquam fuerit subsequuta euictio. Bart. in d.l. si pro ea. nu.8.& in l.1.nu.2.C.de fideiuss.min. & in §.si quid autem nu.1. inst.eo.

40 Idem pariter † est in fideiussore de dote restituenda. Beriaz. d. §.3. nu.4. Afflic.decis.241.diximus infra in hac 2.par.sect.8.c 49.num.50.

Aliud

41 Aliud † pariter exemplum traditur in fideiussione tutelę, quę & ipsa cum conditionalis sit, non facit fideiussorem obligatum, nisi finita tutela, & ideo cum fideiussor per prius non dicatur stetisse in obligatione, non mirum, si nō potest petere eximitionem, & liberationem à fideiussione durante tutela Doct. in d. l. facere. ff. solut. matr. Bald. cons. 225. in 4. Brun. in repertorio statutorum vers. 4. Afflict. d. decis. 241. num. 4.

42 Aduertendum † tamen est, quod fideiussor conditionalis interim pendente conditione potest petere præstari sibi fideiussores indemnitatis, & hoc si superuenit causa suspicionis, alias secus Alex. in add. ad Bart. in d. l. Lucius Bald. d. cons. 425. quæstio stat in hoc lib. 4. Coseruanda enim debet fieri eo modo, quo potest. Bal. in d. l. si pro ea. nume. 11. versic. nono quæro. C. mand.

Contrarium tenent Alex. in d. l. facere, num. 2. Bart. in l. si mandato meo in 2. not. ff. mand.

43 Secundus casus est, † quando in exemptione, ac liberatione fideiussoris requiritur consensus principalis creditoris: nam tunc non interueniente dicto consensu fideiussor liberationem petere non potest. Alex. in add. ad Bart in d. l. Lucius. Bal. in l. 1. in §. sed si quis in 2. lect. ff. de const. pec. qui dicit, quod † creditor non cogitur eximere vnum de obligatione, & fidem alterius æquè idonei sequi. Ang. in l. si mandato meo, in §. 1. ff. mand. & in l. vnde falsum. ff. de const. pec. Alex. in d. l. facere. nu. 2. ff. solu. matr.

45 Tertius casus † est in fideiussore iudicij, cui denegari eximitionem à fideiussione volunt. Bal. in d. l. si pro ea num. 4. & Mar. d. rub. q. 31. cas. 11. nu. 216. ea ratione moti, quia in ea pendente est executio, nam limitationes superpositæ procedunt in fideiussore contractus.

46 Quartus casus est; † quando fideiussor non soluit, sed gratis liberatus est Bald. in d. l. si pro ea. num. 6.

47 Quintus † quando fideiussor contraxit sine mandato, & sic se obligauit: nam tali casu eximitionem petere non potest. Mar. d. rub. num. 216.

48 Sextus casus est, † quando fideiussor soluit non animo liberandi reum, sed prætextu cedendarum: nam tali casu liberationem petere non potest Bald. in d. l. si pro ea. num. 9.

49 Septimus casus † sit in patre, qui fideiussit pro restitutione doris vxoris filij, qui non potest petere liberari à filio. Afflict. decis. 241. in 2. quęsito.

56 Ad tollendas autem omnes supradictas difficultates, Cautela optima datur, vt fideiussor in fideiussione pet eum præstita apponat ista verba; Vt ipse fideiussor possit agere ante solutionem faciendo cum reo pactum expressum, Quod reus teneatur quandocunque, & quoties per fideiussorem petitum fuerit ipsum ab obligatione eximere, & liberare. Ita Bertaz. in d. tract. de claus. claus. 43. glo. 3. nu. 3. & diximus sup. limit. 8. & 9.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

DE PRIVILEGIIS FIDEIVSSORVM, & triplici Fideiussorum Priuilegio.

Excussionis,
Diuisionis, &
Cedendarum.

SECTIONIS SEXTÆ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor triplex à iure priuilegium habet. Excussionis Epistolæ D. Adriani, & cedendarum.*
2 *Item habet, & aliud beneficium constitutionis de duobus reis nuncupatum.*

De triplici Fideiussorum beneficio.

CAP. I.

1 FIdeiussores à lege inter multa beneficia potissimũ triplex beneficium habẽt: Primũ dicitur excussionis, seu discussionis. Secundũ Epist. D. Adriani. Tertium Cedendatũ Bald. in l. si dubitet. nu. 2. ff. eo. qui inquit beneficium Epistolæ D. Adriani triplex esse. Marsil. in rubr. eo. num. 7. cum seq. Valentin. Franc. tract. de fideiuss. cap. 5. nu. 139. cum seq. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. cap 27. par. 1. num. 1. & infra, vbi de beneficio excussionis, & d. cap. 27. par. 2. vbi de beneficio diuisionis, vt etiam de beneficio cedendarum dicto cap. 27. par. 3. † additur, & quartum, quod dicitur beneficium constitutionis de duobus reis. Igitur quodlibet ipsorum specifice, & distinctè declarando explicabimus.

2

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor habet à iure beneficium, vt prius principalis excutiatur.*
2 *Nisi principalis debitor sit absens.*
3 *Fideiussor principali existente absente, potest petere terminum ad certiorandum dictum debitorem principalem ad finem, vt ipse prius excutiatur.*
4 *Absens in proposito dicitur, qui in loco iudicij, vel domicilij non possidet bona.*

De Beneficio excussionis.

CAP. II.

1 PRimum igitur † beneficium discussionis est, per quod fideiussori à iure priuilegiũ conceditur, vt prius discutiatur debitor, quam ipse fideiussor, vt in §. si quis igitur in Authent. de fideiuss. ex quo desumitur. auth præsente. C. eo. istud beneficium
2 intelligitur, vt prius discutiatur, debitor principalis, si est præsens: si autem fideiussor conueniri potest: nisi
3 † petat sibi terminum assignari apud iudicem ad certiorandum debitorem principalem, & instando ipse fideiussor apud eum ad comparẽdum in iudicio in eoque se defendendum, & sic quod ipse prius excutiatur: quo tempore elapso fideiussor cõpelli potest, cessis sibi prius à creditore principali iuribus, soluere, & creditori ipso satisfacere. §. nõ solum in auth. de fideiuss. d. auth. præsente. C. eod. Et absens
4 in † proposito est ille, qui neque in loco iudicij, neque etiam domicilij bona possidet. Bald. in l. fi. §. 1. colum. 3. vers. sed pone. ff. si cert. pet. Alex. cons. 84. nu. 8. lib. 3. Rimin. iun. cons. 402. num. 16.

Cæterum, quia huius beneficij plena cognitio potissimum resultat ex examine illius conclusionis. An fideiussor prius nõ extusso principali debitore conueniri possit. Ideo (quoniam cõclusio ista famigera, insignis, & pulchra est; & latissimè à Doctoribus discussa) de ea nunc agemus, & ad longum pertractabimus: constituẽdo regulam cum ampliationibus, & limitationibus.

SVMMARIVM.

1 *Excussio principalis debitoris quid sit: & quid debitorem excutere.*
2 *Excussio debet fieri citato fideiussore ad hoc, vt ipsi noceat.*
3 *Excussionis exceptio duplex.*
4 *Excussionis exceptio obstat agenti hypothecaria contra tertium possessorem.*
5 *Excussionis beneficium, quod fideiussoribus elargitur, multis nominibus appellatur: nam aliquando dicitur beneficium nouæ constitutionis de fideiussoribus: Aliter beneficium Iustiniani, alijs de principali prius conueniendo, nonnunquam verò beneficium ordinis.*
6 *Excussionis beneficium datur fideiussoribus, & alijs, qui pro alio se obligant.*
7 *Modo eorum principalis sit obligatus.*
8 *Excussionis exceptio est fundata in naturali æquitate, & ideo de facili tolli non potest.*
9 *Excussionis exceptio, etiam per arbitratorem admittenda est.*
10 *Fideiussor ex istis nouis constitutionibus, duplex beneficium habet: excussionis, & cedendarum.*
11 *Fideiussor nõ potest conueniri, nisi prius principali debitore excusso.*
12 *Et quid si renunciauerit huic beneficio.*
13 *Fideiussor illius debitoris, cuius bona per fiscum sunt occupata, non tantum hoc priuilegio gaudet: verum etiam & fisci fideiussor.*
14 *Fideiussori competit beneficium excussionis, etiam quod principalis nihil possideat in loco fideiussionis, sed in alio.*
15 *Excussionis beneficium, fideiussori datur, etiam si semel reus non soluendo repertus fuerit, & post modum de nouo sibi bona superuenerint.*
16 *Excussionis beneficium, etiam competit mandatori, constitutori, & sponsori, licet secus sit in expromissore.*
17 *Ex-*

17 Excussionis præsidium competit, etiam fideiubenti in rem suam.

18 Fideiussor non potest conueniri, nisi prius sequuta iudicis declaratione principalem debitorem non esse soluendo.

19 Fideiussor nõ potest molestari, nisi prius prauia principalis debitoris excussione per iudicem facta, eaque legitima declaretur, vel saltem quod sit notorium principalem debitorem non esse soluendo.

20 Fideiussor non potest conueniri, & personaliter molestari, nisi prius non tantum excussis bonis, verum etiam persona principalis debitoris.

21 Fideiussor non potest molestari, nisi prius excussis omnibus reis, si plures sint.

22 Excussionis beneficium competit etiam contra fiscum debitori principali succedentem.

23 Fideiussor indemnitatis beneficium hoc excussionis habet.

24 Etiam quod omni fideiussorum, & legum auxilio renunciasset.

25 Et etiam quod iurasset.

26 Fideiussionis indemnitatis natura ea est, vt prius constare debeat, quantum creditor à principali debitore consequi possit, ad hoc vt indemnitatis promissio locum habeat.

27 Excussionis beneficium non tantum laicis, verum etiam clericis conceditur, modo illud non renunciauerint.

28 Fideiussori de iudicio sisti etiam hoc auxilium à lege impetitur.

29 Excussionis beneficium non tantum vni, verum etiam pluribus fideiussoribus datur.

30 Nisi ad unum ex illis tota pecunia peruenerit: quia tunc illi, vt principalis prius excutiendus est.

31 Excussionis priuilegium non tantum fideiussori contra debitorem competit: verum etiam debitore mortuo contra eius hæredem.

32 Nisi debitor superstes in soluendo fuisset morosus.

33 Fideiussor, qui in promissione sua sic, vt principalem principaliter, & in solidum obligauit, à commodo discussionis cadit.

Contrarium tamen. num. 38.

34 Fideiussor quando se obligauit, vt principalis principaliter, & in solidum vna cum principali debitore reputantur, vt duo rei debendi.

35 Rei duo debendi si conueniuntur, potest vnusquisque eorum in solidum conueniri.

36 Dictiones in solidum integrum, & totum diminutionem, & deductionem respuunt.

37 Fideiussor se obligans in solidum amissis illis aliis verbis, vt principalis principaliter: etiam non excussa principali potest conueniri.

39 Excussionis beneficium non conceditur fideiussori, qui in eodem instrumento, vt principalis principaliter, & in solidum se obligauit.

40 Secus si in diuerso, & separato, & diuerso tempore, licet animo nouandi id egerit: Dummodo clarè constet, quod est fideiussor.

41 Clausula, vt principalis principaliter, & in solidum sum non operatur effectum, nisi intercedat nouatio.

42 Dictio in solidum vnicuique totum actum attribuit.

43 Fideiussor animo nouandi se obligans beneficium excussionis perdit.

44 Fideiussor tunc animo nouandi fideiussisse dicitur, quando creditor in actu fideiussionis liberat principalem debitorem.

45 Nouatio in dubio non præsumitur.

46 *Fideiussor cum quarantigia, & obligatione excluditur ab huius priuilegij allegatione.*

47 *Fideiussor cum iuramento vtrum huius indulti commodo potiri possit, & 51. & 52. vbi constat articulũ istum valdè controuersum esse.*

48 *Iuramentum præcisè cogit ad facti obseruantiam.*

49 *Iuramentum habet vim præcisæ, & emxæ voluntatis, & expressæ renunciationis.*

50 *Iuramentum habet vim clausulæ omni meliori modo.*

53 *Iuramentum sequitur naturam actus, super quo interponitur.*

54 *Iuramentum obligationi robur addit, intra tamen suos fines.*

55 *Fauori pro se introducto vnicuique renunciare permissum est.*

56 *Fideiussor numquid habeat beneficium excussionis, quando eidem expressè renunciauit.*

57 *Fideiussor si promisit soluere liberè, & & sine vlla exceptione, & renunciauerit omni legũ auxilio, non censetur exceptioni excussionis renunciasse.*

58 *Renunciatio est stricti iuris, & non veniunt in ea nisi expressa.*

59 *Renouatio est ad instar donationis, quæ non præsumitur, quando alia coniectura sumi potest.*

60 *Renouatio generalis non includit exceptionem, quæ venit ex natura actus: sed tantum friuolam, iniustam, & incongruam.*

61 *Fideiussor debet vti renunciationibus specificis, & per iudicem debet addi certioratio, ad hoc vt sibi præiudicet.*

62 *Clausula renuncians beneficio de fideiussoribus, & omni legum auxilio, an includat excussionis beneficium.*

63 *Clausula omni iuris, & facti exceptione remota, an comprehendat excussionem.*

64 *Clausula promisit liberè, & sine aliqua exceptione soluere, an contineat istud excussionis præsidium.*

65 *Clausula ista promisit soluere liberè, & nullam exceptionẽ opponere quomodocunque, & qualitercunque eidem competẽtem tam de iure ciuili, quam de iure Canonico, vel statutario, & quodcunque nomen habeat; Quod in ista generalitate etiam includatur excussionis exceptio.*

66 *Idem si apponatur renunciatio cæterata.*

67 *Fideiussor in subsidium obligatus nunquam huius exceptionis priuilegium perdit, etiam quod eidem in specie renunciauerit.*

68 *Fideiussionis in subsidium ea est natura, vt prius principalis debitor conueniatur, quam fideiussor.*

69 *Fideiussor indemnitatis non potest conueniri ante principalem, etiam quod exceptioni excussionis in specie per eum renunciatum fuerit.*

Contrarium. num. 72.

70 *Et etiam quod statutum exceptionem excussionis tolleret.*

71 *Vt pariter quod constaret notoriè principalem non esse soluendo.*

73 *Fideiussor, quod principalis obseruabit aliàs de suo non gaudet beneficio excussionis.*

74 *Idem si se obligauit soluere ad omne creditoris nutum.*

75 *Fideiussor, qui soluere promisit sola facti veritate inspecta allegando hoc priuilegium, non auditur.*

76 *Idem quando ex forma statutorum debet summariè, & de plano procedi contra fideiussorem.*

77 *Contrarium tamen firmant nonnulli.*

78 *Iudex habens facultatem procedendi*

di summariè, & de plano, & sola facti veritate inspecta, an possit hanc exceptionem ordinis reijcere. Recensentur variæ opiniones, & concluditur hoc totum arbitrarium esse.

79 Arbiter, & arbitrator hoc beneficium admittere debent.

80 Beneficium excussionis est fundatum in naturali æquitate, & ideo non ita de facili tolli potest.

81 Beneficium excussionis non habet locum de iure Canonico.

82 De iure Canonico apices iuris non attenduntur.

83 Leges ciuiles in foro Canonico seruãtur, quando per sacros canones contrarias expressè non est statutum.

84 Fideiussor, qui verè pecuniam recipit, non habet beneficium excussionis.

85 Fideiussor qui pecuniam accipit loco debitoris est.

86 Fideiussor, obligatus sub conditione si principalis non soluerit, caret hoc excussionis priuilegio, & maxime si principalis ad soluendum fuerit interpellatus, & monitus.

87 Fideiussor qui fuit releuatus, eo, quia aliquid sibi pro sui assicuratione assignare fecerit; cadit ab excussionis beneficio.

Intellige modo assignamentum sit firmum ibidem.

88 Beneficium excussionis non habet locum in fideiussionibus iudiciarijs.

89 Idem nec in fideiussione facta.

90 Idem in fideiussoribus officialium.

91 Idem in fideiussoribus fisci, reipublicæ, & Principis.

92 Principalis, quando est potens, & difficilis ad exigendum in eo beneficium excussionis cessat.

93 Fiscus, respublica, & Princeps cum sint semper soluendo, innanis est eorum discussio.

94 Fideiubens pro naturaliter tantum obligato hoc beneficio vti non potest.

95 Excussio contra naturaliter obligatum tantum fieri non potest.

96 Naturalis obligatio actionem non parit.

97 Principalis tunc debet conueniri, & excuti, quando contra eum de iure, & de facto agi potest.

98 Fideiussor pro debito procedente à crimine hoc excussionis auxilio caret.

99 Fideiussor pro specie non potest hoc beneficio iuuari.

100 Pater pro filio intercedens hac non elargitur gratia.

101 Idem est in patre mandante filium obligari.

102 Pater pro filio fideiubens, vel iubens filium obligari intelligitur non fideiussor sed principalis.

103 Fideiussor ante principalem excutitur, quando principalis est notoriè difficilis conuentionis.

104 Fideiussor conuenitur etiam non excusso principali, quando apud eum sunt bona debitoris.

105 Beneficium excussionis desinit ad effectum faciendi compensationem, puta si creditor est debitor fideiussoris, & vult compensare.

106 Beneficium excussionis non habet locum quando creditor habet pignus, quod non potest commodè vendi.

107 Fideiussor si efficiatur hæres principalis debitoris, tali casu priuilegium excussionis cessat.

108 Beneficium excussionis non habet locum in omnibus illis casibus, in quibus tertius possessor nõ excusso principali conuenitur.

109 Idem nec quando excussionem impediuit, nam hoc casu tenetur eodem modo, ac si eripuerit debitorem de manibus executorum.

110 *Idem nec mortuo principali interpellatis hæredibus.*

111 *Idem nec vbi agitur de bono, & æquo.*

112 *Excussionis exceptio est adinuenta ad conseruandum iuris rigorem.*

113 *Beneficium excussionis non habet locum in capserio mercatore, & similibus personis.*

114 *Idem in numulario, & argentario.*

115 *Fideiussor negans se fideiussisse conuictus de mendacio priuatur hoc auxilio.*

116 *Mendacia lex seuerè prohibet, mendacesque summouerè odio habet.*

117 *Mendaces olim apud Persas pœna perpetui silentij multabantur, & quod demum ipsis uera dicentibus non crederetur.*

118 *Nemo debet ex eo fructum consequi, quod nixus est impugnare.*

119 *Is frustra legis auxilium implorat, qui in legem commisit.*

120 *Ex actu impugnato, vt etiam ex articulo negato quis se iuuari non potest.*

121 *Scriptum pro ea non dicitur, qui venit contra scriptum.*

122 *Priuilegium per actum contrarium perditur.*

123 *Negans possessionem aduersarij non potest postea se illa iuuare.*

124 *Negans libellum non potest postea se super illo fundare.*

125 *Mendacio nulla pœna à iure infligitur.*

126 *Mendacium omne regulariter dolum includit, & semper est cum dolo. num 129.*

127 *Mendacium est falsa vocis demonstratio cum voluntate fallentis.*

128 *Mendacium omne regulariter in delictum sonat.*

130 *Mendax quando ex mendacio sentit commodum, mendacium (alio non docto) semper præsumitur esse cum dolo.*

131 *Mendacibus leges pœnas inflingunt, auferendo eis priuilegia, & beneficia, quæ habent.*

132 *Negans in pœnam mendacij amittit omne ius, quod habet.*

133 *Fideiussor se fideiussorem negãs, si conuincatur de mendacio à commodo huius beneficij excussionis cadit.*

134 *Modo talem inficiationem in iudicio faciat.*

135 *Feudatarius, & emphyteuta negãntes rem feudalem, & emphyteuticam esse, cadunt ab omni commodo feudi, & emphyteusis.*

136 *Negans hæres rem hæreditariam esse conuictus à legatario cadit à commodo legis Falcidiæ.*

137 *Negãs scripturam manu propria scriptam, si conuincatur de mendacio exceptionum non numeratæ pecuniæ perdit.*

138 *Negãs se socium si conuincatur, amittit beneficium, ne exigatur vltra quam facere possit.*

139 *Negans maritus matrimonium si conuincatur, perdit beneficium ne exigatur vltra vires, & eius impossibilitatem.*

140 *Negans sententiam pro se latam, si conuincatur de mendacio eidem imponitur perpetuum silẽtium, ita quod de cætero audiri non debeat.*

141 *Negans aliquod instrumentum quod exhiberi petatur, si conuincatur de mendacio, interdicitur eidem omne commodum, quod ex dicto instrumento percipere possit.*

142 *Negans contractum cadit à commodo dicti contractus statim ac conuictus est de mendacio.*

143 *Negans se possidere prædium nomine proprio; sed alieno si conuincatur,*

sur, aufertur ei possessio, & in actorem in pœnam sui mendacij transfertur.

144 Minor falsò se maiorem asserens si conuincatur, priuatur beneficio restitutionis in integrum.

145 Mulier in contractu venditionis asserens rem non esse dotalem, non auditur demum dicendo rem dotalem, & volens ex hoc dictam venditionem impugnare.

146 Mulier fideiubendo si vult creditorem decipere eo, quia inducatur veste virili non solum ualet fideiussio per eam facta: verum etiam Velleiani ope non iuuatur.

147 Filiusfa. falsò se esse sui iuris asserens, Macedoniano priuatur.

148 Patremfam. quis se profitendo, non potest docendo de contrario postmodum actum impugnare.

149 Mulier in instrumento venditionis per eam facto asserẽs tales sibi proximiores docendo de contrario non poterit dictum contractum vti dolosa, & mendax impugnare.

150 Mendax precator caret in totum precatis.

151 Fideiussor negans narrata prout narrantur, & petita pro vt petuntur, si conuincatur, non per hoc cadit ab hoc excussionis beneficio.

152 Clausula narrata pro vt narrãtur continet respectum implicitum, vnde talis sic respondens nec pro negante, nec pro confitente habetur.

153 Fideiussor negans aliquid ex ignorantia, & sine dolo mali sibi non præiudicat.

154 Idem in titubante, dubitante, & incerto: nam & ipse pro ignorante habetur.

155 Ignorans, titubans, dubitans, & incertus si negant, & conuincantur, ab omni pœna redduntur immunes.

156 Dummodo ignorantia non sit crassa, & supina.

157 Fideiussor negans se fideiussorem, & post libellum ante tamen litem contestatam talem negationem reuocans non cadit à beneficio excussionis.

158 Beneficium excussionis non habet locum principali absente: & eo magis si est in longinquis partibus, & hoc ne creditor cogatur peregrinare.

159 Absens quis dicatur in proposito, & quis præsens.

160 Absens in materia stipulationis dicitur, quando partes se non possunt ad inuicem audire.

161 Absens non dicitur principalis quando est in loco vicino, & facilis conuentionis.

162 Nisi fortè latitaret.

163 Absens in casu isto non dicitur, si habet bona, & domicilium in territorio creditoris.

164 Fideiussor quando principalis est difficilis conuentionis conuenitur etiã non excusso dicto principali.

165 Ex difficultate conuentionis inducitur quem non esse soluendo.

166 Difficilis ad conueniendum quis dicatur remissiuè.

167 Principalis si est de potentioribus, tunc dicitur difficilis conuentionis: & exactionis.

168 Paria sunt non esse soluendo facultatibus, vel facilitate conueniendi.

169 Fideiussor Tiranni conuenitur etiam non excusso Tiranno.

170 Fideiussor habens principalem existentem in Castro, vel loco munitissimo, & difficilis conuentionis potest conueniri etiam non excusso principali.

171 Difficultas impossibilitati adæquatur.

172 Posse non dicimus, quod possumus cum difficultate.

173 *Minor locans domum viro potenti ex hoc dicitur læsus, & debet restitui.*

174 *Locatio potentiori facta dicitur alienatio.*

175 *Fideiussor quando de iure, & de facto eius principalis conueniri non potest emisso dicto principali ipse conueniri potest.*

176 *Arbitrarium est quanta in proposito debeat esse rixositas, & potentia.*

177 *Fideiussor beneficium excussionis perdit, quando principalis est notorie non soluendo effectus.*

178 *Notorium in proposito notorietas famæ dicitur.*

179 *Notoria, & certa inopia pro excussione habetur.*

180 *Notorium facti permanentis satis est allegare in allegationibus iuris, & de tempore disputationis.*

181 *Notorium facti permanentis non requirit formatas probationes, sed pro eius iustificatione satis est, quod index informationes capiat in cubili ex suo officio, etiam parte non citata.*

182 *Et maximè quando scitur per omnes, qui in loco sunt.*

183 *Iudicis arbitrio relinquitur quod sit notorium.*

184 *Notoria præsumptiuè probantur, puta per æstimum.*

185 *Notorium (secundum nonnullos) requirit iustificationes plenas.*

186 *Notorium in proposito requirit sententiam iudicis declaratoriam excussionis principalis debitoris, quod non sit soluendo.*

187 *Debitor, quando dicatur non soluendo esse remissiuè.*

188 *Notorium multis modis probatur. Primo per famam vicinorum; secundo iuramento debitoris; tertio, si debitor bonis cesserit; quarto si alibi fuerit excussus, & repertus, ac declaratus per iudicem non soluendo, quinto si fideiussor confessus fuerit in iudicio principalem non esse soluendo; sexto, per ministrorum publicorum relationes, quod nulla, aut exigua bona extare reperierint.*

189 *Excussionis exceptio numquid possit opponi post litem contestatam.*

190 *Exceptio ordinis debet opponi ante litem contestatam alias eidem renunciatum videtur.*

191 *In hac exceptione proponenda fiscus gaudet iure communi.*

191 *Exceptio ordinis, ac discussionis dilatoria est.*

193 *Exceptionum dilatoriarum non datur obiectus post litem contestatam.*

194 *Exceptio excussionis in causa appellationis proposita non recipitur.*

195 *Exceptio excussionis etiam in executione opposita admittitur.*

196 *Exceptio excussionis est anomala, & ideo omni tempore opponi potest.*

197 *Exceptio ordinis quandocunque potest obijci etiam in actu executionis in fideiussione etiam indemnitatis.*

198 *Beneficium excussionis non habet locum in criminalibus.*

199 *Fideiussor cadit à commodo excussionis, quando principalis stetit in carceribus, & non soluit.*

200 *In omnibus casibus, in quibus exceptio ista locum non habet fideiussor potest dicere, quod principalis debitor suis sumptibus excutiatur.*

201 *Fideiussor quando in sua obligatione promisit statim, illicò, subito, & confestim soluere, vel similibus verbis vsus fuerit tunc beneficio discussionis priuatur.*

202 *Fideiussor ludi, cum ut plurimum præmium, & pignus capiat nõ potest excussionis exceptionem allegare.*

203 *Excussionis oppositio tunc vana reputatur,*

tatur, quando bona debitoris reperiuntur penes fideiussorem.

204 *Idem quando quædam bona debitoris sunt data in depositum ipsi fideiussori.*

205 *Depositū multas prærogatiuas habet.*

206 *Depositarius rētinere nullo modo potest, sed tenetur omnino soluere.*

207 *Quādo consuetudine, statuto, vel aliæ cōstitutione vigente in loco seruatur, quod omisso principali conueniatur fideiussor, tunc illi standum est.*

208 *Multæ aliæ limitationes ad regulam hanc recensentur remissiuè.*

209 *Fideiussor absentis conuentus an habeat beneficium excussionis, principali reuerso pendente iudicio.*

210 *Quid si discussione facta reus repertus sit non soluendo, deinde bona sibi superuenerint.*

211 *Excussionis exceptio an sit de apicibus iuris remissiuè.*

212 *Excussionis priuilegium semper seruandum est, quando obligatio fideiussoria continet summam incertam, & quæ liquidatione, & discussione egeat nā tali casu semper principalis prius excutiendus est antequam deueniatur ad fideiussorem.*

Fideiussor non potest conueniri, nisi prius principali excusso.

CAP. III.

PRo huius conclusionis intelligentia præscienda sunt duo. Primo,

1 † quod excussio, quę aliàs discussio dicitur, est bonorum, atque rerum principalis debitoris ad vngulam, vsque ad sacoū, & peram per iudicem facta discussio, inquisitio, atque detectio. l. 1. C. de reuoc. quæ fiūt in fraud. cred. Iac. de Aren. in suo tract. de exc. bon. in principio, num. 1. Bened. de Plumb. d. tract. in princ. nu. 1. nam excutere debitorē est inquirere in eius bona, an ex ipsis creditori in solidū satisfieri possit, in quo proceditur adeò rigorosè, vt fiat vsque ad sacculum, & peram, & etiam vsq; ad indumenta, non relicta debitoribus, nisi vnica veste, qua corpus eorum tegat, ne nudi incedant. Ias. in §. fin. num. 6 inſtit. de actio. Gom. z. in §. item Seruiana.

2 num. 37. inſt. d. tit. de actio. † & debet fieri citato fideiussore ad hoc vt eidē noceat. Bald. in l. actore. C. de euict. Gabr. de citat. concl. 1. nu. 33. Surd. decis. 256. num. 17. †

3 Secundo duplex in iure beneficium excussionis dari.

4 Primum est, † quando agitur hypothecaria, quia ad hoc, vt dicta actio cōpetat, requiritur, quod prius quam perueniatur ad extraneos pignorum possessores fiat legitima bonorum debitoris, seu debitorum, seu eorum fideiussorum discussio. Auth. hoc nisi debitor. C. de pignor. & Authen. sed hodie. C. de actio. & obliga. Nam ad hoc, vt hypothecaria actio iuuet, & maximè contra tertium possessorem semper exigitur, vt eidem prænia sit legitima bonorum debitoris, vel debitorum excussio. Negusan. de pign. in 8. par. in 1. memb. num. 11. Rolan. cons. 85. num. 12. volum. 2. qui num. 17. vult excussionem contra omnes faciendam esse. Altera, & secunda est excussio, de qua ad præsens agendum

5 est. † Quæ aliàs vocatur beneficium nouæ cōstitutionis de fideiussoribus, secundum Specul. de renunc. §. 1. nu. 10. Aliàs beneficium Iustiniani. Tessaur. decis. 166. in princ. Aliàs beneficium de principali prius cōueniendo Lanf. Balb. decis. 83. vt etiam beneficium ordinis. Asin. de execut. cap. 2.

6 nu. 13. † Et est, quę datur fideiussorib.

ac

ac cæteris, qui pro alijs se obligant, vt sunt mandatores, sponsores, & constitutores, vt prius ad eorum principalis debitoris discussionem deueniatur, & demũ in subsidium astringantur ipsi, de quo beneficio dicitur in Auth. præsente. C. eod. & in Auth. de fideiuss. in princ. col. 1. quod beneficium datur prædictis† modo eorum principalis sit obligatus. Salyc. in d. Auth. p. esente in 3. quæst.† & est fundata in naturali æquitate, & ideo non ità de facili tolli potest, ità quod † arbitrator etiam huiusmodi excussionis exceptionem admittere debeat. Natt. cons. 521. num. 9. & 11. Magon. decis. Flor. 45. nu. 9. & in proposito sciendũ est,† quod ex istis constitutionibus fideiussores duplex beneficium habẽt. Primum est, quod licet tã ipsi, quam eorũ principalis teneatur in solidum; & etiam licet hodie eisdem competat beneficium Epistolæ D. Adriani: tamen ex istis cõstitutionis possunt opponere agendum esse contra principalem, & ipsum prius excutiendum si principalis soluendo est. Secundum, quod teneatur creditor cedere iura suo fideiussori soluenti contra principalem debitorem, & eius bona. De primo beneficio dicemus hic, & quoniam tota ista tractatio restringitur ad infra positam cõclusionem: ideo prosequendo nos materiam istam, de ea videbimus; quare ab ordine supra posito non recedendum.

Conclusio in proposito firmanda est: † quod fideiussor ante principalem excussum conueniri non potest. d. Auth. præsente. C. de fideiuss. d. Authent. § 1. l. decem, vbi omnes. ff. de verb. oblig. Marc. rub. de fideiuss. nu. 7. & 8. Socin. reg. 134. vbi ponit multas fallentias, & consil. 24. visis col. 6. vol. 1. Iaſ. in l. fin. ff. si cert. pet. Castr. consil. 175. ad primum quæsitum. in princ. lib. 2. & cons. 327. clarum est. lib 2. Alex. cons. 159. circa principiũ nu. 4. vers. si ergo l. b. 2. Rim. sen. consil. 448. per totum vol. 3. Capell. Tolos. decis. 80. Guid. Pap. decis. 94. Afflict. decis. 318. Rom. cons. 241. nu. 6. † qui dicit hoc habere locum, etiam quod huic beneficio fuerit renunciatum Grat. resp. 87. num. 22. vol. 1. qui inquit, quod si non fit ante, sed postea non suffragatur. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 57. num. 3. in 1. par. Marc. d. rub. eo. nu. 23. qui dicit hoc in fallenter procedere in fideiussore indemnitatis, quod etiam voluerunt. Alexan. cons. 29. nu. 22. vol. 7. Marant. de ord. iud. in 8. memb. nu. 19. Osasch. decis. Pedam. 2. num. 14. Gabr. de fideiuss. concl. 1. num. 31. pulchrè Alphan. in suis collectan. in d. Auth. præsente. nu. 194. Tessaur. decis. Pedam. 166. nu. 1. Carol. de Grass. in tract. de except. ad Stat. exclud. omnes except. except. 10. num. 57. cum seqq. Asin. in prax. § 31. cap. 2. ampl. 22. vers. Ampliatur autem num. 1. Rom. d. cons. 241. nu. 6.

Ampl. primo, † vt hæc conclusio procedat non tantum in fideiussore illius debitoris, cuius bona per fiscum sunt occupata. Muscat. in prax. fideiuss. par. 2. q. 7. num. 8. verum etiam in fideiussore fisci, nã & ipse gaudet beneficio. d. Authen. præsente. C. eod. ita Crem. sing. 43. aliàs 44. & infra latius dicemus in limitatione 17. & ratio est, quia in hoc fiscus vtitur iure priuati, licet aliàs multa priuilegia habeat. gl. in l. sententia. C. eod. Rom. sing. 641. scis quod hodie. Crem. sing. 44. an fideiussor. Franc. de fideiuss. c. 5. nu. 256.

Ampl. secũdo, etiam † quod in loco fideiussionis præstitæ reus nihil possideat,

sideat, sed in alio loco: nam adhuc debet prius discuti principalis, quam fideiussor. Marc. sing. 220.

15 Ampl. tertio, † quando fuit facta excussio, & non reperto reo soluendo, cœptum sit agi contra fideiussorem, & de nouo bona superuenerunt rei: nam iterum contra eum debet fieri excussio. Marc. sing. 142.

16 Ampl. quarto, † hoc idem esse in mandatore, constituiore, & sponsore. Arret. noster. Inst. eo. in princ. vers. quæro an omnes isti Capel. Tolos. decis. 23. vbi Add. in littera. A. qui dicunt secus esse in expromissore.

17 Ampl. quinto, † etiam quod quis intercedat pro suo creditio, & in rem suam fideiubeat. Alex. cons. 159. nu 4. vers. nec ad hoc obstat lib. 2.

18 Ampl. sexto, vt ista adeò vera sint, vt prius sit necessaria sententia Iudicis, quæ prævia discussione bonorum debitoris declaret debitorem non esse soluendo. Ias. in l. stipulario ista. §. habet autem num. 7. ff. de nou. operis nunciat. fideiussor enim non tenetur nisi post factum, idest facta dilapidatione, & discussione bonorum principalis ter debendi. l. si pro ea, vbi not. omnes. C. de rei vendic. Ceph. consil. 88. nu. 16. lib. 5. par. & † quod antequam fideiussor conuenirí possit requiratur, quod præcedat principalis debitoris excussio, eaque pronuncietur, quod sit legitimè facta, vel saltè, quod sit notorium principalem debitorem non esse soluendo, tenent Alex. in l. si ego la seconda, num. 3. & 4. ff. si cert. per. Ias. in §. item si quis. nu. 68. inst. de act.

19

20 Ampl. septimo, vt ante excussionē ne dum sint accipienda bona rei principalis, antequam ad fideiussorem deueniatur, verum, & eius principalis persona. Bertaz. de clausul. clausula 4. glos. 4. num. 3.

21 Ampl. octauo, † quod non tantum vnus reus excutiendus est: verū etiam plures, si plures, sint, adeo quod omnes excuti debent antequam fideiussori molestia inferatur. Arr. in §. item si quis in fraudem. num. 7. Inst. de act. Alex. cons. 73. colum. 1. in 6. Bertaz. dicto loco.

22 Ampl. nono, † vt non tantum conueniendus sit principalis, antequam ad fideiussorem deueniatur, sed etiam fiscus, si ipsi principali successerit ob confiscationem. Bertaz. in loco supra citato. num. 3. vers. non solum.

23 Ampl. decimo, † in fideiussore indemnitatis, qui & ipse beneficium excussionis habet, nec ante principalem conueniri potest l. 1. & 2. C. de conueni. fisc. debit. lib. 10. Affl. dec. decis. 318. Marc. rub. eo. nu. 13. & 314 And. Gail. lib. 2. obser. 27. nu. 13. Valent. Franc.

24 de fi. l. c. 5. nu. 169. etiam quod † omni fideiussorum auxilio, & legum renunciasset. Bart. & ibi de Plat. in d. l. 1. C. de conueniend. fisci. debit. Angel. Alex. Ias. & Alciat. in l. fi. ff. si cert. per. Salyc. in l. 1 C. quod cum eo. Eman. Suarez. in Thes. com. opi. in littera F. num. 137 Grammat. decis. 1 usi. 379.

25 num. 2. & etiam † quod iurauerit. Ias. Dec. & alij in d. l. fi. ff. si cert. per. Muscat. in prax. fid. par. 1. mod. 20. nu. 17.

26 & ratio est: † quia de natura fideiussionis indemnitatis est, vt prius constare debeat, quātum creditor à principali debitore consequi possit, ad hoc vt indemnitatis promissio locum habeat. And. Gail. lib. 2. obser. obser. 27. num. 13. Muscat. dicto mod. 20. nu. 7. & tetigimus infra hoc cod. capit. 3. num. 71.

27 Ampl. 11. vt † non tantum hoc sit

verum

conf.46.in fin.& ratio est,quia quoad realem obligationem,quæ attenditur inter plures fideiussores tenentur inter se, cum quilibet participauerit de re,vel pecunia,pro qua fideiusserunt, sed quoad verbalem obligationē,quę spectatui respectu creditoris, omnes in solidum tenentur.Castr.conf.420. considerandæ sunt lib.1.

38 Contrarium,† quòd immo si fideiussor se obligauit vt principalis principaliter, & in solidū debitum suum proprium faciendo, quod nihilominus ei competat exceptio ordinis, fit marunt Guid.Pap.decis.570.nu.6.& decis.604.Curt.Sen.conf.6.nu.1.Tessaur. qui dicit hanc magis æquam, & communem d.decis.166.num.2.vers. verum singulis. & reddit optimā rationem, quia inquit re vera,licet se vt principalem obligauerit, tamen cum pecuniam non recepetit, non est nisi fideiussor. Rot.Ian. decis.65. nu.2. & decis.66. num.1. quæ vult etiam hæc esse vera, quando dictum est principalis, principaliter, & in solidum, & non est renunciatum iuri de principali, vt in glos. in d.Auth.de fideiuss. iii princ. & ponunt Ruyn.conf.140. nu. 8.volum.1.Decian.conf.25. num.10. lib.1.Summa Ang.in verb.fideiussor. num.13.Abb.in c.peruenit extra eod. Bal conf.198.nu.7.lib.1. Petr.de Ranen.fiog.201. Cabal.de vsur.quæst.7. Franc.de fidei.c.5.nu 192.Gail.obsef. 28.nu.1. Bertaz. de clausul.claus.39. gl.4.nu.1.Carp.ad Stat.Mediol. part. 1.cap.413. nu.7. & 8. cum alijs relatis ab Aut.Hering.de fideius. cap.27. num.70.

39 Declara tamen,† & concorda istas opiniones inter se pugnantes, vt prima opinio procedat, quando fideiussor se obligauit principaliter in eodē instrumento, & vt principalis, principaliter & in solidum, quia tunc potest conueniri,etiam principali nō excusso: secus † si in alio diuerso ac separato instrumento, quia tunc principalis prius excuti debet: & in hoc procedit secunda opinio. Alex.consil. 31.in causa excussionis, col. pen. versic.3.principaliter. vol.4. Deci. conf. 25. nu.10. vol.2. Quando enim fideiussor se obligauit, post cōtractum, & diuerso tempore, & animo nouandi, licet se vt principalem principaliter, & in solidum obligauerit, nihilominus prius ipse, & principalis debitor excuti debet gl. & Dyn. in d.Authen. præsente. Salyc.in l.dictantibus, C.de testam. Alex. conf.29. num.36. vol.7. Capell. Tolos.decis.23. Gabr.de fideiuss.conclus.1.num.99.cum seqq. Ias. conf.58. Fanuti. de mom.temp. c.21. num.18. & maximè quando constat, quod est fideiussor, licet, vt principalis principaliter, & in solidum se obligauerit. Decian.conf.71.nu.6. lib.2. qui alios allegat. Et circa istam clausulam, vt principalis principaliter, & in solidum, Vide Bertaz. de clausul. clausula 19. glos.4.num.1. vbi vult,

41 † quòd suum non operetur effectum, nisi quando interuerit nouatio, & ex ea veniat liberatus fideiussor, secus vero quando clarè constat negotium ad alium pertinere,idem clausula.39. glos. 6. numero 1. qui dicit, quod

42 dictio in † solidum attribuit totum vnicuique.

43 Limit. secundo, † quando fideiussor animo nouandi promisit: nam tūc perdit, & beneficium diuisionis, & discussionis,gl.in Auth.de fideiuss.in verbo fideiussorem in prin. Bald.in l. cum personam in §.1.& in l.rescripti, in §.fi.ff.de pact. Alex. conf.32.lib.4.

&

dam: voluerunt Valent. Franc. de fideiuſ. cap. 5. num. 382. Rolan. conſ. 6. num. 45. vol. 1. Anch. reg. q. 32. num. 11. lib. 1. Oſaſch. deciſ. Pedamon. 43. num. 4. Seraph. de priuileg. iur. priuil. 88. Andr. Gail. lib. 2. obſer. 27. nu. 21. & 22. & iſtam eſſe magis receptam, & veram, & ab ea recedere nõ eſſe ſatis tutum ex innumeris alijs, quos allegat, tenet Ant. Hering. de fideiuſſ. cap. 27. par. 1. num. 51. cum ſeqq. volentes contrarium abſque diſpendio ſalutis æternæ ſeruari non poſſe, & quod aliàs fruſtra eſſet adiectum iuramentum. cum abſque eo fideiuſſor ad ſoluendum ob ſtipulationem aſtringi poſſet.

52 Contrarium, quod imo requiratur excuſſio principalis debitoris, & iuramẽtum tali caſu nihil operetur, firmat Bald. ſibi cõtrarius in cap. cum contingat. num. 20. de iureiur. Alex. ſibi contrarius in l. fi. ff. ſi cert. per. vbi Iaſ. num. 2. Deci. num 11. Felyn. in c. ex reſcripto. num. 19. de iureiur. Capel. Toloſ. d. deciſ. 139. Gramin. conſ. ciuili 170. num. 4. Teſaur. deciſ. 166. num. 4. Iaſ. in l. decem. nu. 23. qui allegat Felyn. & alios. ff. de verb. oblig. Gabr. d. concl. 1. num. 44. Socin. conſ. 24 viſis. col. fin. lib. 1. Couar. in relect. ad rubr. de pact. in 2. part. §. 4. num. 4. verſ. 5. ab eadem radice, qui hanc opinionem optimis rationibus comprobat. Et vltra relatos etiam huius opinionis fuere. Andr. Barb. conſ. 43. p. 1. Alciat. qui dicit cõmunem in c. cum contingat. num. 174. extra de iureiur. Eman. Suarez. in commun. opin. littera. F. num. 122. Duen. qui alios citat. reg. 335. limit. 20. eamque in puncto iuris vetam, & in diſputando defenſibilem. appellat Valent. Frãc. in tract. de fideiuſs. cap. 5. nu. 386. cum ſeqq. & veriorem aſſerit Bertaz. de clauſul. clauſula 41. glo. 7. nu. 2. I. Bernard. Muſcat. in prax. fideiuſs. part. 2. q. 10. num. 4. & 5. Eamque probabiliorem vocat And. Facchin. lib. 3. controuerſ. iur. c. 15. hi autem hoc præcipuo fun-
53 damento vtuntur. † Quia iuramentum ſequitur naturã actus, ſupet quo interponitur. l. fin. C. de non num. pecun. Guid. Pap. deciſ. 99. Andr. Gail. lib. 2. obſer. obſer. 69. nu. 5. ſed de natura obligationis fideiuſſoriæ eſt, quod fideiuſſor cõueniri non poſſit ante principalem debitorem. Ergo, & cap.
54 iuramentum † enim robur obligationi addit, intra tamen ſuos fines. Bald. conſ. 346. ſuper eo. lib 3. Natt. conſil. 180. num. 9. volum 1. Rip. in l. ſi vnquam num. 7. C. de reuo. do. Couar. in cap. quamuis part. 1. §. 4. numero 1. de pact. in 6.

55 Limit. quinto, † quoniam vnicuique integrum eſt, ijs quæ ſibi à lege data, & conceſſa ſunt renunciare: cum vnicuique liceat fauori pro ſe introducto renũciare. l. pactum. ff. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. C. d. tit. l. ſi iudex. ff. de min. l. Herennius in prin.
56 ff. de euict. Ideo † quando fideiuſſor in ſua fideiuſſione expreſsè renunciauit beneficio excuſſionis, tunc nõ poteſt amplius vti auxilio d. auth. præſente. C. eod. Matſ. in rub. de fideiuſſ. num. 7. circa fi. & num. 29. cum ſeqq. vbi loquitur de renunciatione beneficij cedendarum, & in prax. crim §. vltima quæſtio nu. 2. & ſing. 332. Curt. Sen. d. conſ. 6. num. 1. Capell. Toloſ. deciſ. 197. vbi add. num. 2. verſ. idem, vbi fideiuſſor Guid. Pap. deciſ. 94. vbi add. nu. 2. Bald. conſ. 266. proponitur, quod quidam num. 3. verſ. ſed quæritur 2. lib. 1. qui dicit, quod fideiuſſor, qui renunciauit beneficio nouæ conſtitutio-

stitutionis: potest cõueniri ante principalem. Alex. cons. 31. in causa executionis. col. penult. vers. 2. principaliter lib. 4. dũ vult hoc etiam esse verum, quando est renunciatum omni legum auxilio. Illustrissimus Mant. de tac. & ambig. part. 2. lib. 16. tit. 18. Bertazz. de claus. clausula 40. glos. 4. Asin. in J. sua prax. iud. §. 31. cap. 2. ampliat. 22. vers. ampliatur autem num. 6. præterea etiam quando his adde Aug. in §. si plures insti. de fideiuss. Vasq. lib. 1. controu. Illustr. cap. 33. num. 14. Grat. respons. 126. num. 4 lib. 1. Misinger. cent. 2. obseruat. 15. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 27. num. 21. Franc. qui alios citat tract. de fid. c. 5. nu. 343. Muscat. in prax. fideiuss. part. 2. q. 10. num. 1. Ant. Hering. de fid. c. 27. num. 186.

Contrariũ tamen tenent Rom. qui loquitur in fideiussore indemnitatis cons. 241. num. 6. & diximus supra in prima parte principali sect. 3. cap. 17. aliàs 25. num. 22. & 23. in præludijs.

57 Sed quid si fideiussor promisit soluere liberè sine aliqua exceptione, vt etiam si renunciauit omni iuris, & legum auxilio. An nihilominus poterit opponere beneficium excussionis.

Doctores videntur cõmuniter concludere, quod non obstantibus talibus generalibus renũciationibus, po-

58 terit vti tali beneficio, tum quia † renunciatio est stricti iuris, quo fit vt in ea non veniant nisi expressa. l. postquã vbi not. C. de pact. Paris. cons. 90. nu-

59 mero 96. & est † ad instar donationis, quæ nõ præsumitur, quando alia coniectura capi potest. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 45. nu. 11. Cephal. cons. 25. num. 50. volum. 1. Decian. cons. 43. nu. 31. cum seqq. vol. 3. tum etiam quia debet exprimere nomen renunciationis, nec sufficit gene-

60 ralis renunciatio. & ratio est, † quia talia verba non includunt exceptionẽ, quæ venit ex natura actus celebrati, sed tantum friuolam, & incongruam exceptionem, includunt, & comprehendunt. Bald. cons. 4. vol. 3. Roman. cons. 111. col. 1. Fely. in c. causam, quæ in vers non obstante num. 22. de rescript. Mars. d. rub. de fideiuss. nu. 29. idem Mars. in prax. crim. §. vlt. nu. 2. & sing. 332. Crott. consil. 8. num. 8. in princ. & cons. 283. num. 25. vol. 3. signanter Natt. cons. 416. num. 6. vol. 2. Ias. in l. 1. nu. 7. C. de sacros. eccl. Bertaz. de claus. clausula 41. gl. 7. num. 1. dum volunt, vt exigantur renuncia-

61 tiones † specificè, & subdũt etiam requiri certiorationem factam per Iudicem Mars. d. rub. nu. 39. Deci. cons. 27. Rom. cõ. 211. allegationes. col. 2. vers. qua quidem cum seqq. & cons. 392. nu. 8. vbi Mãdos. in add. in verb. renũciari, qui dicit hoc etiam locum

62 habere, quãdo est renunciatum † beneficio de fideiussoribus, & omni legum auxilio. Et de clausula, omni iu-

63 ris, & † facti exceptione remota, An per eam cẽseatur exclusa exceptio excussionis; vt etiam si est promissum

64 † liberè, & sine aliqua exceptione soluere; Videatur. Bertaz. de claus. d. clausula. 41. glos. 7. num. 1. qui dicit, quod talis promissio restringitur ad friuolam, & iniustam, & non ad eam, quæ ex natura contractus competit, & ponit quando vna cum istis clausulis cõcurrit iuramentum, & dicit in hoc doctores dissentire, & varios esse, & melius de dicta clausula omni iuris, & facti exceptione remota. Idem Bertaz. d. tract. clausula. 20. glo. 1. & clausula 33. glos. 14. quibus adde. Anton. Heringer. in tract. de fideiuss. cap. 27. num. 169. dum vult, quod si dictum

est:

65 est: † promisit soluere liberè, & nullam exceptionem opponere, quomodocunque, & qualitercunque eidem competentem tam de iure Ciuili, quã de iure Canonico, vel Statutario, & quándocunque nomen habeat, quod per istam generalitatem verborum censeatur etiam huic beneficiõ renunciatum.

66 Sed quid, † si est apposita clausula cæterata renuncians, &c. Dic tali casu fideiussorem beneficio excussionis vti non posse, quia de stilo formularij ita extendi debet. Bart. & alij in l. Gallus, in §. item credendum. ff. de lib. & posth. & maximè cum in dubio fideiussor præsumatur renũciasse huic beneficio, cum ità sit consuetum. Bald. cons. 266. num. 3. lib. 1. & de isto consueto videatur appost. ad Rom. consil. 391. nu. 8. vers. renunciare Deci. in d. l. fin. num. 20. ff. si cert. per.

Sublimita tamen prædicta duobus
67 modis, & primo † in fideiussore obligato ad soluendum in euentum, quod principalis non soluerit, nam tali casu, etiam quod sit renunciatum beneficijs de fideiussoribus, & sit obligatus, vt principalis principaliter, & in solidum, nihilominus prius debet di-
68 scuti principalis. † & ratio est, quia in similibus fideiussionibus semper de natura actus est, vt conueniatur principalis. Alex. cons. 29. clarissimè. nu. 8. vers. benè fateor lib. 7. Ias. in l. decem num. 5. cum seqq. ff. de verb. oblig.

69 Sublimita. 2. in fideiussore indemnitatis: nam & ipse non potest conueniri ante principalem, etiam quod renunciauerit beneficijs de fideiussoribus, & omni legũ auxilio, & vt principalis principaliter, & in solidum se obligauerit, quia hoc est de natura actus. Ias. in d. l. decem nu. 7. Roman. cons. 211. allegationes doctoris. nu. 2. vbi add. communem dicunt, & consil. 241. spectabiles Domini. num. 6. etiam si dictum sit liberè, & omni exceptione remota: quia vt dictum est supra talia verba non tollunt iustam exceptionem, & quæ est de natura actus, & vltra allegatos volunt Rom. d. cons. 241. num. 6. Ruin. consil. 187. nu. 4. in prin. Soci. iun. cons. 147. nu. 5. lib. 3. Rom. in d. cons. 392. circa principium nu. 8. vbi app. in verb. renunciare. Alex. cons. 29. num. 24. vers. non videtur lib. 7. & etiam quod vigeat
70 † statutum, per quod repellatur excussio: quia intelligitur de excussione inducta legis beneficio, & non quæ venit ex natura conttactus. Roman. d. cons. 241. num. 5. & 6. & etiam quod
71 † notoriè constet principalem non esse soluendo: nam adhuc non possunt fideiussores indemnitatis conueniri, nisi prius secuta iudicis declaratione Rom. d. cons. 241. nu. 7. vbi add. in verb. declaratoria. Et diximus supra in princ. huius conclusionis, & in 1. part. dum egimus de fideiussione indemnitatis.

72 Contrarium, quod immo fideiussor indemnitatis priusquam principalis debitor excutiatur discuti possit; volunt Bart. in l. pater. ff. de dot. præleg. Alex. in l. quæro. in princ. ff. loc. Rom. d. cons. 211. nu. 2. vers. quinimò, dum inquiũt, quod statim, quòd is, cui fideiussor indemnitatis promisit, molestatur in iudicio tenetur, & cogitur subire iudicium in se.

73 Lim. 6. † si fideiussor se obligauit, quod principalis obseruabit, aliàs de suo proprio teneri voluit, & sic quando fideiussor promisit se facturum, & curaturum, ità, & taliter, quod faciendo suum posse non excusetur sub

obligatione sui, suorumq; hæredum, & bonorum; nam tali casu nõ requiritur, quod fiat excussio contra principalem, sed sufficit mora principalis ad hoc, vt lapso termino conueniri possit. Bart. & Castr. in l. si duo. in §. hæc verba. ff. de const. pec. Corn. consil. 109. num. 2. in princ. Aym. consil. 272. num. 13.

74 Lim. 7. † quando fideiussor ad solum verbum creditoris nullo alio docto, se soluturum promisit. Grat. resp. 87. nu. 26. & 27. vol. 1. Illustris. Mantic. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 16. tit. 17. num. 9.

75 Limit. 8 † quando fideiussor soluere se obligauit sola facti veritate inspecta Grat. d. resp. 87. num. 27.

76 Limit. 9. † quando contra fideiussorem ex forma statuti summariè de plano, & sine strepitu, & figura iudicij procedi potest: nam tali casu non esse necessariam principalis excussionem dicunt Grat. consil. 63. num. 45. vol. 2. Marsil. d. rubr. de fideiussoribus. num. 13. Soci. consil. 24. viso in vlt. col. vers. insuper. Bald. in l. mancipia. C. de euictio. Asin. in d. sua prax. iud. d. § 31. c. 2. ampl. 22. vers. ampliatur autem nu. 5. ibi præterea etiam si procedatur. Rol. consil. 9. num. 21. in princ.

77 Contrarium † tamen tenet idem Bald. parum sibi ipsi constans. in l. fi. §. sed, & si quis. col. 4. vers. fuit quæstum. C. communia de legat. Bart. in extrauaganti ad reprimendum vers. videbitur in fin.

78 Sed quid si iudex † habet in facultatibus, commissione, mãdato, ac delegatione causæ, vt possit procedere summariè de plano, & sine strepitu, & figura iudicij: & sola facti veritate inspecta: An tali casu hoc excussionis beneficium reijcere possit? Menoch. de arb. iud. d. quæst. 51. Ofasch. decis. Pedam. 2. distinguunt. Quod si excussio obijcitur à simplici fideiussore, & tunc excussionis allegatio admittenda non est: aliàs secus.

Sed Tessaur. decis. 52. dissentit à prædictis, vt etiam faciunt Facchin. controuer. iur. lib. 8. cap. 53. & Bernab. Cornaz. decis. Lucens. 36. num. 3. & 4. qui alia vtitur distinctione, quod aut exceptio obijcitur ad processum, aut ad merita causæ. Primo casu reijcitur. 2. non quã distinctionem etiam amplectuntur. Becci. cons. 89. nu. 21. & Magon. decis. Lucens. 66. num. 11. cum seqq.

Sed Ant. Hering. in suo tract. de fid. c. 27. num. 288. dicit, quod talis potestas iudici tradita, vt procedat sola facti veritate inspecta, habet tãtum locum in ea facultate, quæ legibus est roborata, & sic venit restricta, & regulata à iure, vt per Felyn. in c. 1. de constit. & And. Gail. lib. 1. obser. obser. 42. num. 2. Ideo bonus Iudex perpensa dicta facultate data, & circunstantijs; quæ factum ipsum concomitantur, & formula fideiussionis, ac contentis in ea bene poterit hoc arbitrari, & terminare. An beneficium excussionis per fideiussorem allegatum debeat admittere, vel reijcere?

79 Sed quid in arbitro, † & arbitratore: quibus regulariter tribuitur à partibus potestas procedendi de bono, & æquo: summariè, & de plano, alte, & bassè, & sola facti veritate inspecta, & sine vllo strepitu, & figura iudicij. An istam exceptionem excussionis per fideiussorem oppositam possint reijcere?

80 Et cum huiusmodi † priuilegium de iure competat d. Auth. præsente. C. eodem, & sit fundatum in naturali

æqui-

æquitate, ideo videtur, quod de facili tolli nõ possit. Magon. decis. Flor. 45. nu. 9. & quod arbitrator excussionis beneficium admittere debeat. cauir. Nat. cons. 521. num. 9. & 11. vbi alios citat late prosequitur hoc dictũ. Marc. Ant. Blanch. de comprom. q. 1. nu. 47. cum seqq.

81 Lim. 10. † de iure Canonico secundum, quod non requiritur excussio principalis, nam ea omissa potest agi absque alio contra fideiussorem Guliel. de Bened. in c. Raynutius num. 5. verbo si absque liberis, de test. Duen. reg. 315. lim. 4. Ias. in §. item si quis. inst. de actio. And. Gail. obseru. 27. nu. 28. Franc. de fid. cap. 5. nu. 400. & 401. Grat. d. resp. 87. num. 25. volum. 1. & bene hanc limitationem prosequitur Mant. de tacit. & ambig par. 2. lib. 16. tit. 17. nu 41. vers. plerique etiam, qui ab ea recedit sub n. 42. Asin. in d. prax. d. §. 31. c. 2. ampl. 22 num. 5. vers. ampliatur autem, ibi item inspecto iure

82 Canonico. Et ratio est quia † de iure Canonico apices iuris non curantur. Ant. Hering. de fideiuss. c. 27. nu. 191. qui nu. 29. inquit hanc opinionem à

83 nonnullis reiici, quia etiã leges † ciuiles in foro Canonico seruantur, quando per sacros canones contra eas expresse non cauetur, vt in proposito.

84 Limit. 11. † quando fideiussor accipit pecuniam: quia tunc debet prius ipse discuti: cum eo casu ipse principalis dicatur. Butt. in l. 3. §. fi. q. 7. ff. de duobus reis. Panzerol. cons. 36. nu. 1. Franc de fidei. c. 5. nu. 171 Muscat. in prax. fid. part. 2. q. 10. nu. 35. Carpan. ad Stat. Mediol. par. 2. c. 154. num 4. quibus adde Bursat. decis. 255. num. 5. Rimin. Sen. cõs 500. nu. 5. vol. 3. Gab. de fideiuss. conclus. 2. Ceph. cons. 220. nu. 17. in 2. Mars. in rubr. de fidei. q. 1. nu. 65. & q. 57. nu. 370. & ponit idem Card. Mant. de tacit. & ambig. d p. 2. lib. 16. tit. 17. nu. 5. vers. sed aduertendum est, & late diximus de hoc supra in hac 2. par. sect. 3. cap. 1. & ratio est,

85 quia tali casu fideiussor, qui pecuniã accipit loco debitoris censetur, l. sed Iul §. idem ait. ff. ad Macedon. & in §. item si duos, vbi Bar. Gab. de fid. conclus. 2. Marsil. sing. 2. Roman. consil. 114. visis.

86 Limit. 12. in † fideiussore obligato, si principalis non soluerit: nam talis fideiussor obligatus sub conditione prædicta, si principalis non soluerit, caret beneficio excussionis, dummodo principalis ad soluendum fuerit monitus, & interpellatus. Aret. in l. si ego. ff. si cert. pet. Socin. sen. cons. 55. præstantissimè num. 2. vers. 2. principaliter circa fin. in 1. par. Rip. in l. ita stipulatus. nu. 51. ff. de ver. oblig. Cæsar. de Graf. decis. 144. aliàs 2. de fideiuss. & benè hæc omnia deducit Illustriss. Mant. d. tit. 17. nu. 14. ver. septimus casus est, dum inquit, quod si fideiussor promisit soluere si Titius nõ soluerit, quod eo defuncto non poterit vti beneficio excussionis, & reddit rationem, quia licet defuncto debitore excussio debeat fieri contra hęredẽ, aut hæreditatem iacentem; tamen talis conditio negatiua, cum Titius non soluerit, dicitur statim adimpleta, cũ primum Titius defunctus est, qui nu. 15. dicit hoc procedere data mora Tituj, & non aliàs, nouissimè Bertazz. de claus. clausul. 40. gl. 4. num. 6. vers. 35. est casus.

87 Limit. 13. † quando fideiussor sibi prouidit, ac prospexit eo quia sibi aliquid assignare fecit pro sua relaxatione: nam tali casu cum caderet à beneficio excussionis tenet gl. in l. nisi. ff. de

pact. Castr. cons. 327. clarissimum est in prin. versic. sed dubium lib. 2. quod intellige, quando assignamentum stat firmum; nam intelligitur rebus sic stantibus. Castr. d. cons. versic. sed respondetur.

88 Limit. 14. † in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vt etiã in omnibus fideiussionib. iudiciarijs, in quibus potest conueniri fideiussor, etiam non excusso principali. Bald. in l. cum eorum. C. de senten. Bened. de Plumb. in tract. de fideiuss. nu. 2. Boer. decis. 277. num. 3. Capel. Tolos. decis. 197. nu. 3. circa fi. in add. loquente de cautione de iudicio sisti. Mantic. vbi supra num. 10. d. tit. 17. versic. decimus octaus casus est. Moscat. in prax. fidei. par. 2. q. 10. num. 32.

89 Limit. 15. † in fideiussione ficta, in qua ita prompta est executio contra fideiussorem, sicut contra principalem l. mortuo. ff. eod. Boer. decis. 217. num. 16.

90 Limit. 16. † in fideiussoribus officialium: nam, & ipsi possunt conueniri nõ excusso principali, & ratio est, quia sunt fideiussores indemnitatis. Bartol. in l. 1. num. 3. C. de decurio. lib. 10.

Contrarium tamen tenet Bart. in l. 1. nu. 1. C. de conuen. fisci debi. lib. 10. qui hoc extendit etiam, quod fideiussor de bonis Officialis, aliqua bona emisset.

91 Limit. 17. † in fideiussore fisci Reipublicæ ac Principis: nam cum sit potens principalis, & difficilis ad exigẽ-

92 dum, in eo beneficiũ cessat excussionis. l. 3. ff. qui satisd. cog. l. fi. ff. si cert. pet. Ias. in l. decem nu. 32. ff. de verb. obl. qui in fi. dicti numeri videtur inclinare in contrariã sententiam, idem Ias. in l. si ego. nu. 6. qui eodem modo loquitur, vbi Alex. nu. 9 ff. si cer. pet. Gabr. de fideiuss. concl. 1. nu. 3. est & alia ratio: quia cũ istri sint semper sol-

93 uẽdo, inanis erit eorũ discussio. Illustriss. Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. part. 2. lib. 16. tit. 17. nu. 26. vers. duodecimus est casus.

Contrarium tamen tenet glos. in l. sententia. C. eod. Roman. sing. 641. Crem. sing. 44.

94 Limit. 18. † quando quis fideiubet pro obligato naturaliter tantum. Ias. in d. l. decem nu. 31. ff. de verb. oblig. Capel. Tolos. decis. 197. vbi add. nu. 3. circa fin. & vide Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. d. tit. 17. num. 18. versic.

95 octauus casus est, & ratio est † secundum eum, quia contra eum, qui tantum naturaliter obligatus est, nõ potest fieri excussio. Bart. Ang. & Castr. in l. Marcellus. ff. eo. Mising. obser. 15. num. 2. Gail. obser. 27. nu. 20. Ias. in d. l. decẽ nu. 31. ff. de verb. obl. Fernand. Vasq. illust. quæst. q. 31. nu. 34. Franc. de fid. c. 5. num. 340. Moscat. in prax.

96 fid. part. 2. q. 10. num. 33. & ratio est, quia naturalis obligatio actionem nõ parit. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pact. & nemo sine actione experitur. l. si pupilli, in §. videamus. ff. de neg. gest. & addit Mant. loco præcita-

97 to, quod tunc principalis † debet conueniri, & excuti, quando de iure, & de facto contra eum agi potest.

98 Limit. 19 † quando quis fideiubet pro debito descẽdente ex delicto. Alexand. in d. l. si ego. nu. 8. ff. si cert. pet. & diximus infra limit. 37.

99 Lim. 20. † quando fideiussor se obligauit pro specie: secus si pro quantitate. Ias. in § item si quis. num. 76. in 2. limit. Inst. de act.

100 Lim. 21. † quando pater fideiubet pro filio; quia ante filij excussionem con-

conueniri potest. l. penult. §. taberna. ff. de instituto. l. 1. ibi si non fidē suam. C. ne fil. pro patre. l. mādaror. C. quòd cum eo. l. 4. §. si filius. ff. de mino. Bal. in l. 3. §. sed vtrum dicto tit. Barbar. in cap. peruenit. num. 7. eo. Bper. dec. cis. 221. nu. 6. & 14. Capel. Tolos. dec. cis. 197. num. 4. vbi Aufred. in addit. Pyr. in l. 2. C. decur. lib. 10. Aod. Gail. lib. 2. obser. 27. nu. 33. Eman. Suarez. in com. opi. in littera F. nu. 140. Tess. decis. 166. nu. 5. Franc. de fideiuss. c. 5. nu. 419. Io. Bernat. Moscatel. in prax. fid. p. 2. q. 10. nu. 31. Viui. lib. 3. com. opin. opin. 239. Illustris. Mantic. de tacit. & ambig. par. 2. lib 16. tit. 17.

101 num. 2. qui † idem dicit esse, quando pater iussit filium obligari, nam etiam tali casu non potest vti beneficio excussionis, quia tunc non intelli-

102 gitur fideiussor, sed principalis.

103 Limit. 22. † quando fideiussor est persona, de qua apparet notoriè, quod se potest exceptione defendere, & sic quando est difficilis cōuentionis. Capel. Tolos. d. decis. 197. nu. 2. vbi add. & dicemus infra latius.

104 Limit. 23. † quando bona debitoris sunt apud fideiussorem. l. procuratorum. §. sed ignorantes. ff. mand. Capel. Tolos. d. decis. 197. nu. 7. in add.

105 Limit. 24. † quādo creditor est debitor fideiussoris, & vult compensare: nam eo casu fideiussor non habet beneficium excussionis; sed pet creditorem potest cogi ad faciendum compensationem, non obstante exceptione excussionis per fideiussorem allegata. Apostil. ad Panorm. in cap. 2. in add. magna ex eo. Mars. rub. eo. nu. 11. Bar. in l. exceptiones circa principium de exceptione vbi addit, in littera. C. Valent. Franc. tract. de fid. cap. 5. numero 411. Io. Bern. moscatel. in prax. fideiuss. par. 1. quæst. 10. nu. 7. 8. & 9. Nam fideiussor hoc casu non potest dicere prius principalem excutias, sed potest cogi per creditorem ad faciendum compensationem absque alia excussione. Mantic. vbi sup. d. tit. 17. nu. 39. vers. decimus septimus est casus.

106 Limit. 25. † in creditore, qui habet pignus à debitore, quòd commodè vendi non potest: nam tali casu creditor, omisso principali debitore, potest agere contra fideiussorem. Castr. in l. inter eos. §. creditor. ff. eo. Mars. in rub. eo. nu. 18. Mant. d. tit. 17. nu. 29. versic. decimus tertius casus est.

107 Limit. 26. † quando fideiussor succederet debitori tanquam hæres, nam tunc cum per aditionem hæreditatis cōfundantur iura, & extinguatur obligatio fideiussoria, ipse fideiussor efficitur principalis, & cessat beneficiū excussionis, & conuenitur, non vt fideiussor, sed vt hæres debitoris. l. fideiussor vbi Ang. & alij. C. eo. Arret. in §. item si quis in fraudem col. 6. in fin. vers. adde præmissis. instit. de act. Mars. tub. eo. nu. 10. Franc. de fid. c. 5. nu. 428. & 429. Muscat. in prax. fidei par. 2. q. 10. nu. 25. quod tamen declara, vt per Ang. in d. l. fideiussor. C. eo. Mant. d. tit. 17. num. 31. vers. decimus quintus est casus.

108 Limit. 27. † in omnibus casibus, in quibus tertius possessor nō potest opponere discussionem, qui à pari procedunt cum casu nostro. Bella. consil. 39. num. 22. cum seqq.

109 Limit. 28. † quando fideiussor excussionem primo loco contra debitorem institutam dolosè impediuit, & fuit in causa, vt dictū excussionis iudicium contra eū non effectuaretur. Mars. rubr. eo. num. 15. & 16. Io. Bern. Muscat. in sua praxi fidei. par. 2. q. 10.

num.19.& 20. Franc.de fideiuſſ. c.5. num.412. Anton. Hering.de fid. cap. 27. num 238. qui nu.240. dicit fideiuſſorem in caſu iſto teneri eodē modo, ac ſi eripuerit debitorem de manibus executorum: nam tali caſu perdit beneficium excuſſionis.

110 Limit. 29. † principali mortuo, vel in mora conſtituto, & interpellatis eius hæredibus: nam tunc poterit fideiuſſor conueniri non excuſſis hæredibus. Bald.in l.pen. num.14. C.de cond.inſert. Capel.Toloſ.d.deciſ.197. num.4.vbi add.

111 Limit. 30. † quando agitur de bona fide, & æquitate, & vt dicitur de bono, & æquo, nam tunc per fideiuſſorem hoc excuſſionis beneficium op-

112 poni non poteſt, † cum talis exceptio ſit adinuenta ad rigorem iuris conſeruandum. Bart.in l.1.in fin.ff.de cond.indeb. Art.in §.ſi quis in fraudē verſ quinto quęro. Inſt.de act.& in §. in bonæ fidei verſ.quòd ſi dicatur d. tit. Alex.conſ.114. nu.6. verſ.præterea ſumus. vol.6. Marſ.rubr.eo.num.12. Curt. ſen.conſ.6. num.2. Capell. Toloſ.d.deciſ.197. num.2. vbi apoſtilla. Magon.deciſ.Flor.45.num.14. Muſc. in ptax.fideiuſ. part.2.q.10. num.10. & 11. & ratio eſt: quia vbicunq; agitur de bono, & æquo ſubtilitates, & rigores iuris non attenduntur.

113 Limit.31. † In campſore, ſeu capſerio mercatore, ac ſimilibus perſonis, quæ ſi intercedunt pro alijs omiſſo principali debitore immediatè cōueniri poſſūt, & excuſſionis exceptione reiecta omninò ſoluere tenentur, & hoc propter vtilitatem publicam, & præcipuam fidē, quæ in dictis perſonis abundarē debet. §. fin. in auth.de fideiuſſ. vbi Salyc.& alij. Bal.in l.fruſtra. C.de non num.pec. nu.2. Arret. in §. item ſi quis in fraudem. col.9. vbi Iaſ.nu.28. in 4.lim. inſt.de act. Curt. conſ.6.col.1. Iaſ.in l.ſingulatia. num. 39. ff.ſi cert.pet. Anto. Gomeſ.d.contract.cap.13.num.4. verſ.4.lim. Emanuel à Coſta in l.ſi ex cautione.lim.17. nu.2. C.de non num.pec. Capell.Toloſ.d.deciſ.196.aliàs 197.vbi add.nu. 3. Marſ. rubr. eo.num.8. & 358 Teſſaur.d.deciſ.166.num.7. Dec.in l.ſi. num.23. ff.ſi cert.pet. Caſſan.conſuetud.Burg §.1.nu.5.Benuenut.Strach. de Mercat. rubric. quomodo in cauſ. merc.proc.tit.de excep.mercat.nu.5. Grat.reſp.28.num.18.vol.1.Menoch. de arb.q.51. nu.396.cum ſeqq.

114 Extēde etiam † ad nummularium, & argentarium, nam, & ipſi conueniri poſſunt principali non excuſſo. Roman. conſ.392. nu.9. verſ.3.quia. Illuſtriſſ. Mantic. de tac. & ambig. p.1. lib.16.tit.5.nu.13. & tit.17.nu.1.qui videtur ab hac opinione recedere; & quòd iſta exceptio excuſſionis de reo principali faciendæ: eum ne dum reſpiciat ordinem, ſed etiam partis intereſſe: cum intereſſit fideiuſſori ne litibus, & expenſis vexetur, etiam de æquitate debeat admitti in curia mercatorum, & in cauſis, in quibus proceditur ſola facti veritate inſpecta firmat. Bertaz. ex multis per eum cōgeſtis d.tract.de clauſ.clauſula 40. gl.4. num.3.in fi.qui dicit hanc opinionem veriorem.

115 Limit. 32. † quando fideiuſſor ſe fideiuſſorem negat: nam ſi conuincitur de mēdacio priuatur beneficio excuſſionis. Bal.in auth.contra qui propriam col.3. num.14. C.de non num. pec. habetur in l.ſi dubitet. §. ita demum. ff.eod. Alex. in l.etiam §. licet. colum.2.num.9. ff.ſol.matrim. Iaſ.in d.§. item ſi quis. num.79. inſt. de act.

in 6.

in 6. lim. Grat. resp 63. num. 44. vol. 2. Rol. cons. 88. num. 2. vol. 4. qui dicit etiam hoc procedere circa beneficia Epistolæ Diui Adriani, & cedendarum. Mars. rub. eo. num. 19. & melius à nu. 322. vsque ad 343. vbi hoc multis similibus, & exemplis comprobat, & illustrat. Tessaur. decis 50. nu. 1. Capel. Tolos. decis. 80. & decis. 197. nu. 3. vbi add. Mantic. sing. 591. in eip. de mendacio. Corbol. de iure emphy c. 1. nu. 6. Bertaz. de claus. clausul. 10. gl. 4. num. 6. Fului. Paci. de prob. cap. 19. num. 27 & 71. Io. Bernar. Muscat. in prax. iud. part. 2. quæst. 10. nu. 24. Ant. Hering tract. de fideius. c. 27. nu. 210. Mantic. d. tract. d. tit. 17. nu. 36. vers. decimus sexrus casus est Asin. in d. sua prax. iud. d §. 31. c. 2. ampliat. 22. vers. ampliatur autem num. 6. Gabr. de fideiuss conclus. 1. limit. 18. nu. 79. My. sing. singul. obser. cent. 2. obser. 15. Duen. reg. 335. limit. 14. & reg. 329. in verbo fideiussor, & post Abb. in c. penul. de iuram. calum. num. 18. Roman. cons. 59 Felyn. in c. cæterum nu. 18. & 19. de iud. Gomes. in §. ex maleficijs num. 19. instit. de act. Alex. consil. 35. vol. 5. Barbacia cons. 82. vol. 3. ait Cæualos in tract. communis contra communem q. 118. nu. 1.

116 Lex enim mendacia † seuerè prohibet, mendacesque odiò habet. l. de ætate. in §. si cum esset ff. de interrog. act. l. falsus §. 3. ff. de furt. l. 4. C. de ser. fugit. l. 2. C. si min. se mai. dix. l. fin. C. de accus. glos. in l. nemo potest ex his, vbi Deri. num. 7. ff. de reg. iur. & traditur, quod olim apud Persas, & In-

117 dos mendaces pœna † perpetui silentij mulctabantur, ita quod per totam viram nihil amplius ipsis alloqui permissum esset, nulloque honore, & magistratu digni reputabantur. Alia etiã eis iniuncta pœna erat, vt postea ipsis vera dicentibus non crederetur, & faciunt ad præmissa. l. & si C. si cont. ius. c. si quando, & c. sedes. §. si verò, & §. super litteris extra de rescript.

118 Vnde conclusio illa est, † quod nemo debet habere fructum ex eo, quod nixus est impugnare, & quod frustra

119 legis auxilium implorat, qui in legem commisit. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. l. post legatũ. §. fin. & l. fi. ff. de his quibus vt indig. l. auxilium. ff. de minor. c. ex eo, & c. quia frustra de reg. iur. in 6. Menoch. de recuper. remed. 9. nu. 169. ex actu

120 enim impugnato, vt ex articulo negato quis se iuuari non potest, & non

121 dicitur scriptum pro eo, qui venit contra scriptum, & per actum contra-

122 rium † perditur priuilegium: hic

123 † negans possessionẽ aduersarij non

124 potest postea se illa iuuare, † vt pariter negans libellum demum super ipso se fundate non potest. Mars. rub eo. nu. 331. 332. 333. 334. & 335. Gabr. de reg. iur. conclus. 1. & licet menda-

125 cio †, nulla pœna à iure regulatiter infligatur. Nihilominus, quia omne

126 mẽdacium † regulatiter videtur includere dolum. Ceph cõs 604. nu. 84.

127 vol. 5. † cum mẽdacium sit falsa vocis demonstratio cum voluntate fallentis. Aug. de mend. lib. 1. Abb. in c. super litteris, num. 3. de rescript. Re-

128 gulariter † enim omne mendacium sonat in delictum. c. 1. de delict. puer.

129 & est † cum dolo. Abb. in d. c. super litteris, num. 3. Birt. in l. quid sit falsum, vbi Alex. ff. de fals. & omne mendacium semper esse cum dolo dicit.

130 Alex. cons. 63. non puto. lib. 1. † In dubio enim quando aliud non appareret, & ex mendacio mẽtiens commodum sentit: mendacium semper præ-

sumitur esse factum cum dolo. l. eleganter. §. fin. cum l. seq. ff. de dol. notatur in l. quod Nerua in materia doli præsumpti. ff. depositi. Alex. in l. vinu. ff. si cert. pet. Capic. decis. 19. num. 6. Menoch. de arb. iud. cas. 276.

131 Ideo in multis casibus † leges nostræ mẽdacia, & inficiationes puniũt, pœnam infligendo, vel saltem beneficium, vel beneficia mendacibus aufe-

132 rendo. Negãs enim in pœnam mendacij amittit omne ius, quod habet in re. Marcus Manua. sing. 591. num. 1. Ias. in l. sicut autem in §. quod autem num. 2. ff. de re iud. Asin. in prax. exec. §. 31. c. 2. ampl. 1. 22. amp. principalis. Et referunt id multis comprobando. Osasch. decis. Pedam. 19. Tessaur. decis. Pedam. 50. num. 3. Fului. Pacia. de prob. lib. 1. c. 19. Corbol. de iure emp. tit. de causa priuati. ob mend. in prin. nu. 6. cum seqq. Rol. cons. 88. per totum vol. 4. Mars. rub. co. nu. 328. cum seqq. ex infra cumulatis exemplis satis perspicuè ostenditur. l. fin. ff. de rei vend. & vide fallentias. in tract. regulatum iuris ciuil. & Pontif. in verbo negans. & quando fideiussor puniatur vide Cæualos. q. 128. num. 1.

133 Primum † igitur exemplum sit casus noster. Quando nempè fideiussor se fideiussorem negat, quod si de mẽdacio conuincitur, excussionis beneficio priuatur, vt supra proximè dictũ est. Quod declara, & intellige verum,

134 † quãdo fideiussor talem inficiationem in iudicio facit. Bal. in d. Authen. contra qui proptiam nu. 14. C. de non num. pec. Ozeri. in §. si plures. nu. 12. Instit. eo.

135 Secundus est casus † in feudatario, & emphyteuta, qui si negãt rem feudalem, & emphyteuticam esse, cadũt à feudo, & emphyteusi. Corbol. dicto tract. de iure emphyt. tit. de causa priuat. ob med. in princ. Mars. rubr. eod. num. 19. & nu. 322. cum seqq. Cæsar. de Graff. in suo tract. de excep. ad materiam stat. exclud. omnes excep. excepti. 16. nu. 19. Bertaz. de clauf. clausula. 40. gl. 4. num. 6. vers. secundus est casus. Rol. cons. 88. num. 4. volum. 4. Abb. in c. cæterum. num. 21. de iudic. Capic. decis. 19. num. 6. Guid. Pap. decis. 236. in fin. sequitur Duenas qui plures numerat Reg. 35. & est bonus tex. in l. sed hoc ita. ff. de re iud. Cæualos in tract. de communi contra communem q. 129. num. 2. Gabr. de acq. poss. concl. 5. num. 2.

136 Tertio. Hæres conuentus † à legatario negans rem hæreditariam esse, cadit à commodo legis Falcidiæ. l. hereditatem §. si quis ex hæredibus vbi not. ff. ad l. Falcid. Corbol. d. loco. nu. 5. Bald. in suo repertorio in verb. negatiua, & Cæualos. in tract. de communi cõtra communem q. 129. nu. 5. Gabr. de acquir. & amittend. poss. concl. 5. num. 12.

137 Quarto. Negans † scripturam manu proptia scriptam, si conuincatur, exceptionem numeratæ pecuniæ perdit. Rolan. d. cons. 88. nu. 3. vt est text. in Auth. contra qui propriam, & ibi not. Bald. Salyc. & alij C. de non num. pec. Ias. in l. quòd te num. 30. ff. si cert. pet. ita Gabr. de acq. & amitten. poss. concl. 5. num. 11.

138 Quinto. Negãs † se socium, si conuincatur, amittit beneficium ne exigatur, vltra quam facere possit. Rol. loco præcitato. num. 5. l. verum ff. pro socio §. 1. tradit Gutierez. de iuramen. cõfirm. 3. par. c. 15. per totum, & probat per tex. l. sunt qui. ff. de re iud. l. si vnus. §. fi. ff. pro soc. l. sed si ex parte. §. interdum. ff. quòd cũ eo. Cæual. tract

vbi

vbi supra quæst. 129. num. quarto.

139 Sexto. Maritus negans matrimonium, si conuincatur, perdit beneficium, ne exigatur vltra vires, & eius possibilitatem, vt per Roland. d. cons. num. 7.

140 Septimo. Negans † sententiam pro se latam, si de mendacio conuincatur, eidē imponitur perpetuum silētium, in tantum vt de cætero audiri non debeat. Marc. tub. eo. num. 328. l. fin. vbi Bart. ff. de rei vend. tract. regularum iuris ciuilis & Pontif. in verbo negans, & ibi fallentias vide.

141 Octauo. Negans aliquod † instrumentū, quod exhiberi petatur, si conuincatur de mēdacio, interdicitur eidem omne commodum, quod ex dicto instrumēto percipere posset. Marsil. d. rubr. eod. num. 329.

142 Nono. Negans contractum cadit ab omni commodo dicti contractus, statim ac conuinctus est de mendacio. Marc. d. rub. num. 330. & in simili negans contractum non potest amplius opponere solemnitatem cōtractus vt post trig. sing. 124. ait Gabr. de acq. & amitten. possess. conclus. 5 nū. 9.

143 Decimo. Negās † se possidere prædium nomine proprio, sed alieno, si conuincatur de mendacio auferetur ei possessio, & in actorem in pœnam sui mendacij transfertur. Rol. d. cons. 88. num. 1. vol. 4. actori ita Angelus in l. fi. nu. 8. ff. de rei vend. Iaf. in §. omniū nu. 86. Hippol. sing. 242. Afflict. decis. 18. & circa intellectum d. l. finalis vide Padillam in l. quæstionem C. de fideicommiss. ita Cæualos de communi contra communem q. 128. nu. 3.

Et hoc procedit non solum si mentiatur in substantia possessionis, sed etiā in titulo possessionis vt post Bal. in l. cogi num. 12. C. de pet. hæred. vbi Iaf. & in §. omnium nu 92. inst. de act ait Cæualos. vbi supra num. 2.

144 11. Minor † asserens se maiorem, ratione mendacij priuatur beneficio restitutionis in integrū. l. 2. & 3. C. si min. se maior. dix. Alexand. cons. 122. num. 6. vol. 6. Rimin. iun. cons. 228. num. 19. vol. 1.

145 12. Mulier † asserens rem non esse dotalem in contractu venditionis per eam facto, non auditur dicendo rem dotalem, & volens ex hoc dictā venditionem impugnare. l. fi fine. C. ad Velleia. Tiraq. de legibus connubial. glos. 8. quæst. 16. num. 135. vers. pro quo sancitur.

146 13. Mulier intercedens † pro alio apud crēditorem, si vult decipere creditorem, puta quia induat se veste virili, talis fideiussio valet in tantum, quod hoc respectu non potest iuuari Velleiano. S. C. l. si decipiēdi, in princ. ff. ad Vellei. l. fœminæ C. d. tit. Tiraq. d. loco num. 135.

147 14. Filiusfamil. † non iuuatur Macedoniano. S. C. quādo se sui iuris esse asserit ei, à quo pecuniam mutuam accepit. l. ei qui. ff. ad Maced. l. qui cum se. ff. de reiud. Tiraq. sub d. nu. 135. &

148 ideo † qui se patrefam. profitetur, non potest docendo de contrario, postea actum impugnare. l. si ex parte in §. primo, ff. de cum eo. Castr. consilio 275. ad primum quæsitum in fine, lib. 2.

149 15. Mulieri † in instrumento venditionis per eam facto, asserenti tales sibi proximiores esse, creditur in tantum, quod docendo de contrariō tales proximiores non esse, non poterit dictum contractum, vti nullū ob omissas solemnitates, vti dolosa, & mēdax impugnare. Fulgos. cons. 219. visis binis processibus colum. 3. ad medium

vers.

verſ. rurſum poſito. Lambert de contract. mul. gloſ. 11. q. 17. nu. 95. cum ſeq. Tiraq. de legibus connub. gloſ. 8. q. 16. num. 136. Steph. Federic. de legum interp. par. 2. verſ. item debet intelligi. Carp. ad Stat. Mediol. c. 328. nu. 354. Alex. conſ. 122. quoniã abundè nu. 2. verſ. tamen contra dictos filiosfa. lib. 6. Steph. Grat. deciſ. March. 234. num. 18. verſ. in caſu tamen.

16. Et negãs debitum doloſe ſi poſtea conuincatur de mendacio perdit beneficium ceſſionis vide Cæualos de communi contra communem q. 129. & vide Gab. de acq. & amitten. poſſ. concluſ. 5. num. 7.

150 17. Mendax præcator † caret in totum precatis. c. Sedes, &c. ſuper litteris de reſcript.

Cæterum præſens limitatio, & concluſio de qua in ea. Quod fideiuſſor negans ſe fideiuſſorem ſi conuincatur de mendacio, cadat à cõmodo diſcuſſionis, priueturque alijs beneficijs fideiuſſoribus competentibus; intelligenda eſt cum temperamento, & recipit multas declarationes, & reſtrictiones, vt mox oſtendam.

151 Declaratur † enim, & intelligitur primo. Quando fideiuſſor negaſſet ſe ſimpliciter, & abſolute fideiuſſorẽ, ſecus verò eſt ſi fideiuſſor negaret narrata prout narrantur: quia tunc non cadit à tali beneficio Bart. vbi etiam Caſtr. in l. ſi dubitet. in §. ita demum. num. 1. ff. eo. Corn. conſ. 90. num. 41. vol. 2. Ozeri. in §. ſi plures. nu. 12. inſt. eo. Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. tit. 17. num. 37. Bald. in l. electio. in §. neque ff. de nox. Alex. conſ. 37. col. 3. verſ. & licet perdat. volum. 2. Iaſ. in §. omnium. inſt. de act. qui dicit hoc eſſe perpetuò in pratica notandum. Marſ. rub. eod. num. 336. Deci. in cap. cæterum. col. penult. de iudic. & ratio eſt:

152 † quia talis reſponſio non ſimpliciter affirmat, nec ſimpliciter negat: ſed implicitè: vnde talis ſic reſpondens, nec pro ſimpliciter cõſitente, aut negante haberi poteſt Fulu. Paci. lib. 1. de probat. c. 17. num. 8. & ſeq.

Declara ſecundo, vt talis inficiatio

153 non obſtet: quando eſt ex ignorantia, & ſine dolo malo, & lata culpa. Bal. in c. vnico, §. ſi vaſallus. ſi de feud. defunct. controu. Teſſaur. d. deciſ. 50.

154 num. 4. 5. & 6. † Idem dicas in dubitante, titubante, & incerto: eum, & ipſe pro ignorãte habeatur. l. 1. in prin. & ibi Bart. ff. de leg. 3. & facit quod

155 † talis ſic negans à pœna reddatur immunis in arg. tex. in l. fin. ff. de con-

156 di. indeb. Intelligetamé modo † talis ignorantia non ſit craſſa, & ſupina, vt eſt in hæredib. fideiuſſorum l. qui in alterius. ff. de reg. iur.

157 Declara tertio, † quando fideiuſſorem poſt libellum ante tamen litem conteſtatam penituerit ſe talem negationem feciſſe, eã reuocando l. fi. C. de plus petenti. Barr. in l. eum qui. ff. de iureiur. Marſ. rub. eo. num 337. Rol. conſ. 88. num. 18. volum. 4. Bertaz. de clauſ. clauſula 40. gl. 2. num. 14. Ant. Hering. de fideiuſ. c. 27. num. 224.

158 Limit. 33. † quando principalis eſt de alio territorio, & abſens à Ciuitate, ſeu iuriſdictione Iudicis, ſub quo eſt facta obligatio: vt etiam quando eſt in longinquis regionibus, ita quod ſine magna difficultate conueniri nequeat: nam tunc excuſſio principalis nõ eſt neceſſaria, ſed recto tramite poteſt agi contra fideiuſſorem, & hoc ne creditor cogatur peregrinati. Auth. præſente, & ibi Cyn. num. 3. C. eod. Grat reſp. 28. num. 17. volum. 1. Alex. conſil. 100. num. 10. & 11. vol. 5. qui

dicit,

159 dicit,† quod absens dicitur ille, qui est in alieno territorio, quam in eo, in quo iudicium agitatur, & sic quando est absens à ciuitate, seu iurisdictione iudicis sub qua facta est obligatio. Marsil. in rub. eo. num. 14. cum infinitis alijs, quos congerit Bertazz. de clauſ. clausula 4. gl 4. num. 2. vers. & in proposito ille dicitur præsens, qui dicit illum appellari præsentē, qui est in eodem territorio. Et ratio est, quia tali casu est difficilis eius cōuentio. Guid. Pap. decis. 570. num. 1. qui declarat, & refert octo modos, per quos quis dicitur absens. Petr. de Anch. & Barb. in c. prouenit, extra eo. Porr. Imol. concluſ. 41. num. 1. Capel. Tolos. d. decis. 197. nu. 4. vbi add. & scias quod præsens dicitur, qui est in ciuitate, vel in hortis. Bart. in l. si ad defendendum.

160 ff. iud. sol. & in materia † stipulationis præsentes sunt existentes in diuersis locis, modo se exaudiant. Bart. in l. 1. ff. de verbor. oblig. & in proposito

161 † quod satis sit, quōd principalis debitor sit in loco vicino, & facilis conuentionis. Rom. consil. 93. Alex. consil. 84. nu. 12. in fi. lib. 3. Bertazz. qui alios cumulat. in d. trac. de clauſ. clausula 4. gloſ. 4 num. 2. circa fin. vers. tamen si bona sint in loco vicino. Et aduerte, quod in præsenti casu absens ille dici-

162 tur, qui latitat. Guid. Pap. d. decis. 570. in princ. & nota vnum. Quod nō

163 sufficit † allegare absentiam principalis debitoris, si habeat domicilium, & bona in domo creditoris, & sit soluendo. Saly. in d. Auth. præsente Bertaz. de clauſul. clausula 40. gl. 4. nu. 2. circa medium vers. dum etiā absens, qui dicit se vidisse hoc seruari in pratica. Valent. Franc. de fidei. capit. 5. num. 331.

164 Limit. 34. † quādo principalis non facile conueniri potest; puta quia est potens iniurioſus, rixoſus, & cauilloſus, & quando in soluendo est durus, & inexorabilis, & sic quādo ex aliqua alia causa, est difficilis conuentionis, & ad quem non pateat tutus accessus, aut quia habeat bona extra territoriū:

165 nam hoc casu ex difficultate † conuentionis inducitur notoriū facti debitorem nō esse soluendo, & ideo datur actio aduersus fideiussorem, etiam non excusso principali. Marsil. tubr. eo. num. 10. Guid. Pap. sing. 717. Mising. cent. 2. obseru. 15. Andr. Gail. obser. 27. nu. 25. Alex. in l. si ego la 2. nu. 7. ff. si cer. pet. Capel. Tolos. d. decis. 197. num. 2. vbi addentes. Grati. resp. 87. nu. 24. vol. 1. Ias. in l. fideiussor nu. 9. ff. qui satisd. cog. qui declarat, quando

166 principalis dicatur difficilis ad conueniendo, benè Mantic. d. tract. de tacit. & ambig. p. 2. lib. 16. tit. 17. nu. 24. vers. decimus casus est, cum nu. seqq. Asin. in d. sua prax. iud. § 31. c. 2. amp. 22. vers. ampliatur, num. 5. ibi poterit fortasse signanter Decian. resp. 39. numero 120. volumine 2. qui loquitur,

167 † quando principalis est de potentioribus, adeo vt ab eo difficilis esset exactio. Muscat. in prax. fidei, par 2. quæst. 10. nu. 27. & 28 Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. c. 44. nu. 44. & ratio est:

168 † quia paria sunt non esse soluendo facultatibus, vel facilitate conueniendi. Gail. d. obser. 27. num. 25. Valent. Franc. de fid. c. 5. nu. 326. cum seqq.

169 Hinc est, † quod fideiussor tiranni potest conueniri etiam non excusso tiranno. Alex. in d. l. si ego. nu. 6. Bart. in d. l. decem, num. 2. de verb. oblig. Ias. in dicto §. item si quis num. 69. Inst. de act.

170 Hinc, & secundo fit, † quod fideiussor, qui habet principalem existen-

tem

tem in Castro, vel aliquo loco munitissimo, & sic difficilis conuentionis, quod potest conueniri etiam non excusso principali. Gozzad. consilio 7. numero 22. & ratio illa deducitur:

171 † quia difficultas æquiparatur impossibilitati, l. nepos, proculo. ff. de verb. obli. l. si seruus. ff. de nox. l. si peculium in §. fin. ff. de statu lib. l. diuortio in prin. ff. de neg. gest. nam, & pos-

172 se † non dicimus, quod possumus cum difficultate. glos. in §. penales. instit. de act.

173 Et ideo † si minor locat Domum viro potenti ex hoc solum dicitur læsus, & debet restitui. Abbas, in c. potuit de arb. ad fi. nam periculum erit, ne finita locatione potentior nolit do-

174 mum restituere. Vnde fit, † quod locatio facta potentiori dicitur alienatio, quia difficilis est recuperatio à manu potentiorum. Iaf. in l. manumissio. num. 9. de iust. & iure. Et si frater vult alienare partem Castri communis cum fratre potentioti non potest. Iaf. in l. ex hoc iudicio. num. 10. ff. de iust. & iur. Decian. d. cons. 39. nu. 120.

175 in secundo. Quando † enim principalis de iure, vel de facto non potest conueniri, tunc dimisso principali potest conueniri fideiussor. Bartol. in l. Marcellus num. 8. ff. eo. Capel. Tolos. d. decis. 197. Felyn. in c. accepimus. nu. 5 de fid. instr. qui dicit, quod potest omitti principalis, & grauari fideiussor, quãdo impossibile est, quod principalis soluat, vt etiam quando principalis latitat, & non patitur se citari, Guid. Pap. dicta decis 170. Bertaz. de clauf. clauf. 40. gl. 4. nu. 6. vers. solum

176 tres casus. Arbitratium tamen est: quanta in proposito debeat esse rixositas, & potentia, secundum Menoch. de arb. iud. cas. 171. num. 36.

177 Limit. 35. † quando est notorium principalem rem debendi non esse soluendo, putà quia eius bona fuerũt publicata, & confiscata: sed tamen adhuc contra eum per fiscum non est facta excussio: vel quando alias fuerit effectus decoctus, & non soluendo. Cast. cons. 329. num. 3. lib. 2. Bart. in l. si ego. ff. si cert. pet. in Authen. eo. in rub. num. 11. & in l. decem, nu. 2. ff. de verbor. oblig. Claudius à Seisello, & Alex. in d. l. si ego, nu. 4. ff. si cert. pet. Grat. resp. 87. nu. 23. vol. 1. & resp. 63. num. 43. vol. 2. Ang. post glos. in l. nisi hoc actum. ff. de pact. Bald. in l. 1. C. de his, quæ in fraud. cred. num. 3. Felyn. in c. cum olim, nu. 11. vers. sicut etiam dicunt Ang. de reiud. Iaf. in §. item si quis num. 68. inst. de actio. Asin. in d. prax. iudic. §. 31. c. 2. ampl. 22. vers. ampl. autem num. 5. Marsil. tub. eo. nu. 10. & in prax. crim. §. aggredior. nu. 129. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 5. nu. 316. Muscat. in prax. fideiuss. p. 2. q. 10. num. 6. Illustriss. Mantic. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 16. tit. 17. num. 20. vers. nonus casus est. Decian. consil. 42. num 9. volum. 2. qui dicit sufficere

178 † notoriam famam ad constituendum notorium in præsenti casu. Et ratio huius limitationis est, quia

179 certa, † & notoria inopia habetur pro excussione.

Sed quomodo probati debeat, quẽ notoriè soluendo non esse: in hoc Doctores sunt varij: Alij enim dicunt,

180 quod † cum simus in notorio facti permanentis, quod satis erit illud allegare in allegationibus iuris, & tempore disputationis. Deci. in l. cũ quid num. 74. ff. si cer. pet. benè Ceph. cons. 85. nu. 23. & 24. nu. 56. volum. 1. Mascard. de probat. concl. 1104. num. 20. p. 2. Afflict. decis. 178. nu. 15. & 318. num. 3.

181 num. 3. † Imo in notorijs facti permanentis potest index informationes capere in cubili, etiam parte non citata ex suo officio. Ceph. d. cons. 85. num. 24. & 108. num. 17. & cons. 558. nu. 24. cum seqq. vol. 4. Ioseph. Lud. decis. Perus. 67. num. 19. in 2. part. &
182 maximè quando † scitur per omnes, qui in loco sunt. Idem Ceph. cõs. 624. nu. 48. & 49. in 4. Menoch. de arb. iud. lib. 1. cent. 2. cas. 166. qui dicit. nu. 7.
183 † iudicis arbitrio relinqui, quòd sit notorium. Alij verò firmãt, quod sufficiat istud † præsumptiuè probare,
184 puta per æstimum, quod præsumptiuè probat. Bart. in l. decem. nu. 3. ff. de verb. obl. Grat. resp. 63. nu. 43. vol. 2.
185 Nonnulli † verò volunt, quod de hoc debeat fieri plena fides. Cap. decis. 52. aliàs 24. num. 5. Cæteri verò
186 † inquiunt esse necessariam declaratoriam sententiam discussionis principalis debitoris priusquam fideiussor conueniri possit. Alex. in l. fi. nu. 3. ff. si cert. pet. Rom. cons. 211. num. 4. vbi
187 Mandos. Mant. d. tit. 17. nu. 21. † Et quando debitor dicatur esse non soluendo videatur. Marc. in tub. eod. nu. 10. & in prax. crim. §. aggrediamur. nu. 28. & 29. & in §. examinata. nu. 9. Ias. in d. §. ité si quis. nu. 68. 70. & 75.
188 Traduntur insuper † alij modi iustificandi, quem notoriè soluendo nõ esse, & primò per famam vicinorum, qui attestentur principalem nulla amplius bona habere. Secundo ex iuramento debitoris, qui medio iuramento attestetur, sibi nulla bona remansisse, in quibus executio fieri possit, idq; etiam comprobet vxoris, familiæ, & vicinorũ dicta. Tertio, si debitor bonis cesserit. Quarto, si semel etiam ad instantiam alterius creditoris ipse debitor excussus per iudicem competẽtem repertus fuerit nõ idoneus. Quinto si fideiussor in iudicio confitentur principalem non esse soluendo. Sexto, si publici ministri ad inquirendũ missi referant, nulla vel exigua bona debitoris extare: prout ista omnia fusius explicant Bello. cons. 74. Franc. de fideic. 5. à nu. 320. vsq; ad 343. Mascar. de prob. concl. 737. nu. 5. Ioseph. Lud. decis. Perus. 45. nu. 16. & 17. part. 2. Muscatel. in prax. fid. par. 2. q. 10. nu. 29. Flamin. Cartar. decis. Exeqtur. in. 45. Ant. Hering. qui istos, & alios citat. tract. de fideiuss. c. 27. nu. 220.
189 Limit. 36. quando † per fideiussorẽ fuit opposita exceptio discussionis ante litem contestatã, aliàs si opponitur
190 post, valent gesta contra fideiussorem: Nam exceptio † ordinis debet opponi ante litem contestatam, aliàs eidem renunciatum videtur. Bar. in l. 2. ff. de excep. & in l. prolatum in princ. C. de sent. & interl. om. iud. vbi Cyn. in 6. quæst. idem Bart. in l. fi. in prin. vbi et Doct. ff. si cert. pet. & in l. decem, ff. de verb. ob. in l. exceptionẽ. C. de prob. & in l. mancipium. §. fi. ff. de euict. Bal. in l. cum eorum nu. 5. C. de sent. & in-
191 terloc. om. iud. qui dicit, † quod in hac exceptione proponẽda, fiscus vtitur iure cõi. Alex. cons. 73. nu. 1. & 78. nu. 9 vol. 1. Afflict. decis. 318. quidam debitor. omnes in l. 1. ff. de excep. vbi Cuman. ad fi. Soci. num. 9. Zas. nu. 17. Capel. Tolos. decis. 81. vbi add. Felyn. in c exceptionem, num. 42. de except. Aym. cons. 77. num. 17. Osasch. decis. Pedam. 43. nu. 13. Boer. decis. 59. in fi. & 221. n. 16. Negus. de pig. in 8. mẽb. primę partis. nu. 34. cum seqq. Gab. de fideiuss. cõcl. 1. nu. 59. Cæsar. de Gras. decis. 143. aliàs prima de fidei. nu. 8. qui dicit communem. Bauer. in sing. in verb. excep. nu. 6. Maran. de ord. iud.

in

in 6.part.principali.in 9.memb.nu.7. Iaſ.in d.§. item ſi quis. nu. 81. Burſat. conſ.228. nu.4. Bertaz. de clauſ.clauſula 4 gl.4.nu.2. Ferret.conſ.228.nu. 4.qui hãc opinionem, & magis communem pronũciat. And. Facchin.li.8. controuer.c.52. Anton.Hering.tract. de fid.c.28.nu.16.& ratio eſt ſecundũ prædictos, quia huiuſmodi exceptio
192 eſt † dilatoria,& dilatoriarum exce-
193 ptionum non datur obiectus † niſi ante litem conteſtatam: bene Magon. deciſ. Flor.36. nu.5.& 6. & 45. nu.6. Manti.tract. de tacit. & ambig.par.2. lib.16.tit.12.nu 5.& tit.16.nu.9.Bertaz. de clauſ.clauſula 40. glo. 4. nu.2.
194 qui vult,quod ideo in † cauſa appellationis opponi non poſſit, & non oppoſita per fideiuſſorem contra eum valebit iudicium.
195 Contra † quod imo talis exceptio ordinis etiam in executione poſſit op-
196 poni,& ſic quòd ſit annomala,tenet glo. in l 3. ad fi. ff. de except. vbi Alber.& Ang.omnes in l.2.C.communi diuid.Bald.nu 3.Salyc.nu.6. Caſt.nu. 8.idem Caſt.in d.l.decem, nu.6 & in l.6.nu.9.ad fin.ff.ſi cert.pet.Bened.de Plumb.tract. de diſcuſ.nu.18. Iac. de Arrena. d.tract.nu 32. Guid. Pap. deciſ.432.nu.10. Aym.conſ.63. Bart. conſ.99. in fi.lib.2. qui dicit hanc exceptionem annomalam,quæ omni tẽpore poteſt opponi. Rimin. ſen.conſ. 510.nu.1.vol.3. Bald.conſ.500. nu.1. in 5. qui dicit exceptionem cedendarum in executione ſententiæ opponi poſſe, & videatur ad iſta Illuſtriſſimus Mant. d.tract.de tacit.& ambig. par.2.li.16 d.tit.12.nu.4.Eman.Suarez.com.op.littera F.nu.136. vbi hãc ſententiam æquiorem, meliorem, & non minus,quam ſuperiorem recepiã
197 ait. Et iſta opinio, † quod exceptio excuſſionis poſſit opponi, quandocũque etiam in executione eſt indubitata in fideiuſſore indemnitatis. Bald.in c.ex reſcripto extra de iureiurã. Marſ. rub.co.nu.314.Magon.deciſ.Flor.45. nu.7. Eman.Suarez.in theſauro.com. op.in littera F.nu.139. qui dicit communem.
198 Limit. 37. † quando fideiuſſor in criminalibus interceſſit, tunc enim non cadit excuſſionis beneficium. nã tali caſu iudex ex officio contra fideiuſſorem executiuè agere poteſt, vt reum ſiſtat, l.ſi quis reum. ff.de cuſt. reo. Bal.in l.2.in §.1.in fi.ff.qui ſatiſd. cog. Duen.reg.323.verſ.tertio fallit. Valent.Franc.tract.de fidei.c.5.num. 415.qui alios cumulat,cum alijs relatis per Mantic.d.tit.17.nu.3.verſ.24. eſt caſus, & diximus ſupra limit.19.
199 Limit.38.† quando principalis ſtetit in carceribus,& non ſoluit.Aſin.d. prax.iud.§.31.cap.2.ampl. 22.verſ. ampliatur autem. num.5.
200 Limit. 39. † quod in illis omnibus caſibus,in quibus exceptio iſta excuſſionis locum non habet fideiuſſor poteſt dicere, quod principalis debitor ſuis ſumptibus,& periculo excutiatur.Mant.loco præcitato nu 43.verſ. in ijs autem caſibus, & adnotauimus in ſect 9.cap.10.in fi.nu.8.
201 Limit.40. † quando fideiuſſor in ſua promiſſione ſe obligauit ſtatim ſoluere, mox illico, protinus confeſtim:in promptu, in continenti quam primum, incuntanter, ſubito,abſque dilatione,de repente, vel vtatur ſimilibus verbis: quia tunc eidem allegatio beneficij,& exceptionis diſcuſſionis non ſuffragatur. Titaq.in l.ſi vnquam in verb. reuertatur num.113. C.de reuoc.don. Ant. Hering.de fid. cap.27.in fi. nu.319.

Limit.

202 Limit.41.† in fideiussore ludi, & ratio est: quia plerumque pignus, & præmium capit. Rebuff. in l.si ita stipulatus.col.5.vers.14. modificatur.ff. de verb.obl.

203 Limit.42.† quando bona debitoris reperiuntur penes fideiussorem. Nam tunc cum penes se habeat id, de quo satisfieri creditori possit, vana, & dolosa videtur excussionis allegatio. Capel. Tolos.decis. 196. vbi Aufred. in add Mising.cent.2. obser.15. Franc. de fid.cap.5.nu.416. Brug. Caualc.decis Fruiz.34.nu.16.par.1. Cabal.millel.388. nu.1. Moscat.in prax.fid.par. 2.q.10.nu.31. Alciat.in l.2. in §. Cato.nu.103.de verb.obl. qui sic in praxi seruari testatur, & hanc opinionem iustam, & æquam dicit Rebuff.in l.si ita stipulatus. col.5. versic. 21. quando.ff.de verb.obl. Ant.Hering.de fid. cap.27.num.264.

204 Idem est: † quãdo res quædam debitoris repetiuntur penes fideiussorẽ in depositum datæ. Et ratio est; quia depositum habet multa priuilegia:

205 † nam vltra quod depositarius non potest obijcere exceptionem non numeratæ pecuniæ, nec compensationis, doli mali, ac iurisiurandi: verum etiã nec vllo modo, & quouis quæsito colore retinere, & tetardare executionẽ potest. l.si quis, & l.fin. C.de nõ num. pec. l.fi. C.de compens. c. fi. extra depos. Bernab. Cornaz.decis.Luc.109.

206 nu. 1. † Depositarius enim retinere nullo modo potest: sed omnino ad soluendum quibuscunq; non obstantibus astringi potest.

207 Limit. 43. † quando consuetudine in loco seruatur, vel statuto disponitur, quod fideiussor ante excussũ principalem conueniri possit, vt est in multis locis Italiæ, & in Ciuitate mea Arretij, in qua viget statutum, quod est in vitidi obseruãtia, quod omisso principali debitore, statim, & absque alio possit discuti fideiussor, vt refert Asin. de execut.c.2.nu.28. Boet.decis.221. nu.15. qui dicit, ita obseruari in Hispania, & Delphinatu, & apud Venetos, Florentinos, & in Ciuitate Lucana vltra Boer. firmat Caroc.de excuss. bono.part.2.q.29.nu.1.& pariter hoc idem seruari in Austria, & in alijs multis mũdi partibus firmant Duen. reg. 335.lim.18. Gail.obseru.27. num.29. & 30. Franc.de fid.c.5. nu.403. quos refert, & sequitur Anton.Hering.de fidei.c.27.nu.253.

208 Multas alias † fallentias ponũt Soci.de Fallent. reg.134. Ariet.& Inst.in §.si quis in fraudem Inst. de act. Negus.de pignor.in 8. memb. Aufred.ad Capel.Tolos.q.196. Firman.in suo reper.in verb. discussio, nu.12. cũ duobus seqq. Marc.in sub.eo.à nu.8. vsq; ad 23. cum alijs supra cumulatis.

209 Sed quid † si reus est absens, & data est dilatio fideiussori ad eum perquirendum, & repræsentandum: & dum repræsentauit ipsum: contra cũdem motum iudiciũ fuerit. An si pendente iudicio, & lite contestata cum eo: reuertatur: hoc beneficium per eũ allegari possit? Et tale beneficium nõ prodesse, nec per dictum fideiussorem amplius allegari posse, dicit Salyc.in d.auth.præsente.q.8.C.de fideiuss. Capel.Tolos.decis.81. vbi Aufred.in ad-

210 dit. † hoc idem est verum quando facta excussione contra reum, & reus non fuit repertus soluendo: nam licet eidem reo bona superuenerint: hoc nõ prodest fideiussori cõuento, cum quo lis fuit contestata: quia tali casu hoc beneficium etiam allegare non poterit. Battaz.de clauſ.clausula 40 glo.4.

circa

circa medium, vers. si tamen reus est absens. Diximus sup. ampl. 3.

211 Et an ista exceptio ordinis sit de apicibus iuris, nec ne articulus iste est valdè controuersus apud scribentes, vt per Illustriss. Mant. de iacit. & ambig. par 2. lib. 16. tit. 6. num. 3. qui ad partes disputat, & multas distinctiones facit.

212 Circa hoc excussionis beneficium vnum pro regula firmes, Quod fideiussores illorum, qui sunt obligati nó ad certam summam: sed incertam, & in progressu causæ liquidandam, veluti sunt fideiussores officialiú in initio officij, vel tutorum, & curatorum, vt etiam de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, vt pariter qui promittunt indemnitatem pro alio, vel quid simile incertum: numquam possunt conueniri nisi prius excusso principali, & liquidata summa per ipsum principalem debita, etiam quod fideiussores tali excussionis auxilio renũciauerint. Mandell. Alba cons. 328. nu. 11. & 46. volum. 2, planè. Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 27. nu. 141. cum seqq. qui cauit hoc verum etiam iuramento non refragante.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium diuisionis, licet non habeamus in iure expressum, habemus tamen eius effectum, & substantiam.*

2 *Beneficium diuisionis, quibus in casibus locum habeat. nu. 24. cum plurib. seq.*

3 *Beneficium diuisionis habet locum, quãdo plures fideiubent. Diuiditur enim inter illos debitum: & vnus integrum soluens, recuperat ab alijs pro rata.*

4 *Diuisionis beneficium habent plures fideiussores pro pluribus reis debendi intercedentes.*

5 *Diuisionis beneficium numquid competat pluribus fideiussoribus diuersis temporibus intercedentibus.*

6 *Intellectus ad l. si Titius. ff. eo.*

7 *Beneficium diuisionis an, & quando habeant plures fideiussores separatim intercedentis.*

8 *Beneficium diuisionis habet fideiussor puè obligatus cum alio fideiussore sub conditione obligato purificata conditione.*

Nisi aliter soluendo non esset. nu. 9.

10 *Fideiussor potest antequam conueniatur implorare officium iudicis ne exigatur nisi pro rata existentibus pluribus fideiussoribus.*

11 *Hoc autem nisi aliter fideiussor non esset soluendo.*

12 *Quid si dubitatur, an esset soluendo, vel non.*

13 *Cautela pro fideiussore ne vltra suam partem conueniatur, quando est dubium, an alter sit soluendo, vel non, & 14.*

15 *Beneficium diuisionis potest opponi, etiam in actu diuisionis.*

16 *Nisi huiusmodi diuisioni renũciatũ sit,*

17 *Plures rei debendi simpliciter obligatii, vnusquisque eorum pro rata tenetur, & non in solidum, nisi aliud expressè cautum sit. nu. 18.*

19 *Secus est in pluribus fideiussoribus.*

20 *De ratione diuersitatis inter plures reos, & plures fideiussores, & alia vide. num. 23.*

21 *Fideiussores de stylo semper in solidum obligantur.*

22 *Clausula solita apponi in instrumento habetur pro expressa, quamuis non sit apposita.*

24 *Fideiussor quando habet beneficium diuisionis, & quando non vsque ad finem.*

25 *Beneficium diuisionis etiam pluribus mandatoribus competit.*

26 *Itẽ pluribus tutoribus, & curatoribus.*

27 *Idem*

17 Idē pluribus fideiussoribus iudiciarijs.
18 Idem quando tempore litis contestatæ soluendo sunt, alias secus.
19 Idem in fideiussoribus fideiussorum.
30 Idem in hæredibus fideiussorum.
31 Fideiussores non tantū hoc beneficio vti possunt, verum etiā implorare officiū iudicis, ne vltra eorum ratā exigātur.
32 Idem etiam est in pluribus fideiussoribus pacis.
33 Beneficium diuisionis non prodest fideiussori, nisi quoad alios fideiussores.
34 Beneficium diuisionis non competit fideiussoribus: quando beneficio de duobus reis est renunciatum.
35 Item nec quando se principales principaliter, & in solidum obligarunt.
36 Item nec quoties se ad solidum, & partem alternatiuè.
37 Beneficium diuisionis non habet locum, quando plures fideiussores, vt plures rei debendi obligantur.
38 Fideiussor fideiussoris beneficio diuisionis caret.
39 Fideiussor, negans se fideiussorem, priuatur hoc beneficio.
40 Modo ante litem contestatam, & priusquam fuerit de mendacio conuictus non pœnituerit.
41 Fideiussor tutoris non habet hoc beneficium licet tutor ipse habeat.
42 Idem quando est dubium. An alij fideiussores sint soluendo.
43 Fideiussores diuersorum non gaudent diuisionis remedio.
44 Beneficium diuisionis non competit, vbi eidem fuit renunciatum.
45 Idem quando in loco viget statutum, quod contra instrumenta nulla exceptio opponatur.
46 Item nec quando non fuit per fideiussorem oppositum.
47 Idem in fideiubente in simul cū muliere, qui solidum soluere cogi potest.
48 Idem quando maior cum minore fideiubet: nam maior omisso minore ad solutionem solidi potest astringi.
49 Idem in pluribus, qui se ad factum obligarunt.
50 Factum indiuiduum pro parte præstari nequit.
51 Beneficium diuisionis, & ante, & post litem contestatam opponi potest.
52 Immo, & post sententiam: modo ab ea fuerit appellatum.
53 Fideiussori, qui vult vti tali beneficio, incumbit onus probandi alios fideiussores esse soluendo.
54 Fideiussore non soluēdo effecto post diuisionē periculū spectat ad creditorem.
55 Diuisio facta dicitur si contra alterum in iudicio lis sit contestata.
56 Tale priuilegium datur etiam aduersus minorem, & fiscum, & 57.
58 Creditor petens, & recipiens partem debiti ab vno ex fideiussoribus an dicatur debitum diuisisse, & iuri solidi renunciasse.
59 Creditor recipiens partem debiti videtur beneficio solidi renunciasse, quando recipit præcise medietatem nec plus, nec minus.
60 Item quando debitor, & co fideiussor soluunt tantum partem ad eos spectantem: secus si simpliciter.
61 Item nisi recipiatur pars de fructibus, & usuris.
62 Idem nisi fiat receptio cum clausula saluo iure solidi.
63 Et sibi non prædicat fideiussor altero ex correis effecto non soluendo.
64 Plures rei debendi in solidum obligantur: & demum per sententiam simpliciter ad soluendū condemnati: vt usquisque eorum pro virili teneatur, nisi contrarium per sententiam cauetur.
65 Excipiuntur tamen à prædicta regula quinque casus.

De beneficio diuisionis.

CAP. IV.

Secundum est Priuilegium Epistolæ Diui Adriani, quod aliàs diuisionis appellatur.

1 HOc beneficium † non habemus scriptum in iure verbis expressis: vt sunt aliæ Epistolæ aliorum Imperatorum, vt inquit glos. in §. si plures. Inst. de fidei, & ponit Specul. in tit. de renunciat. & conclus. nu. 10. sed tantum habemus eius sensum, substãtiam, & effectum in pluribus legibus, & præsertim in d §. si plures. in l. inter fideiussores cum l. seq. & in l. inter eos. ff. de fideiuss. in l. 3. in fin. & in l. fideiussor. C. eodem. Et de hac Epistola, & beneficio habetur, per glos. in l. 3. C. eod. Azz. in summa. C. eo. nu. 7. Bart. in Auth. hoc ita. num. 28. in 8. q. & etiam num. 30. C. de duobus reis. Bild. in l. fideiussor. C. eo. Arret. in d. §. si plures. Inst. eo. Bertazz. de clauss. clausula 40. glos. 2. num. 1.

2 Istud beneficium † potest exemplificari in multis casibus.

3 Primus casus sit: quando plures pro eodem fideiubent, quo casu quilibet tenetur in solidum. Nam tunc beneficio Epistolæ Diui Adriani fit inter eos diuisio, qui soluendo sunt tempore litis contestatæ, vt si vnus, qui ex fideiussoribus soluendo est, soluat totum, recuperat ratam socio tangentẽ. d. l. inter fideiussores cum l. seq. ff. eo. Bald. in d. §. si plures, vbi etiam Arret. inst. eod. idem Bald. in l. non rectè. nu. 1. C. eod. Bart. in l. si Titius. num. 4. ff. eod. & in l. inter eos §. duo rei. d. tit.

4 Secundus quando † plures fideiussores intercedunt pro pluribus reis debendi: nam, & eo casu habet locum istud diuisionis beneficium: Bart. in d. l. inter eos: §. duo rei. ff. eo.

5 Tertius casus est. † In pluribus fideiussoribus in diuersis stipulationibus, & tẽporibus acceptis, inter quos habere locum hoc beneficium tenet Bar. in l. si plures nu. 2. & in l. si à Titio, & in l. inter eos ff. eo. dum firmat. Quod quando plures fideiussores sũt non eodem tempore: sed diuersis temporibus vnus post alium separatim accepti, quod habeat locum huiusmodi diuisionis beneficium: etiã quod pro eadem summa interceſſerint; idem tenet. Cy. in l. si fideiussor in princ. C. eod. Arret. in d. §. si plures, nu. 3. inst. eo. † qui dicunt, quod l. Titius, quæ in contrarium allegatur. Ideo sic disponit: quia ibi secunda fideiussio non valuit.

6

Contrarium, quod beneficium diuisionis cesser, vbi diuersis temporibus plures fideiusserunt: tenent Specul. in tit. de renunciat. & concl. nu. 10. Azz. in summa C. eo. nu. 13. Vinc. de Franc. decis. 55. num. 9. cum seqq. part. 1. qui nu. 13. dicit, hæc non procedere, quando vnus ex fideiussoribus non esset idoneus. Et pro huius opinionis fundamento allegantur. d. l. si plures, & dicta l. si Titius, vbi etiam glos. hanc opinionem sectatur. ff. eod.

7 At Cast. in d l. si plures, † & in d. l. si Titius, quærit has opiniones inter se contrarianes conciliare: vt prima procedat: quando fuit conuentum, vt plures fideiussores præstarentur. Secunda quando non fuit conuentum: nam hoc casu primus non habet beneficium, quasi qui hac spe motus fuerit ad fideiubendum, licet ex euentu alij non fuerint præstiti: sed tunc secundus habet hoc beneficium, si scit alium præstitum fuisse.

Quar-

8 Quartus casus est. † In fideiussore, qui purè receptus fuit, & purè promisit: cum alius sub conditione fideiussetit: Nam tunc tantùm pro sua parte grauandus veniet conditione purificata si soluendo sit: sin autem purè
9 obligatus † in totum onerabitur. l. si plures in princ. ff. eo.

10 Hoc beneficium † est tantæ potentiæ, Quod fideiussor vnus ex pluribus habentibus huius diuisionis beneficium, potest antequam conueniatur implorare officium iudicis, vt fiat diuisio, ne exigatur vltra suam summã,
11 alijs maximè † solucdo existentibus, & pro alia, seu alijs ratis quoad ipsum imponatur perpetuum silentium creditori, ne de tali te eum amplius molèster. gl. in l. Aurelius. in §. centum de lib. leg. Abb. in c. si quis contra clericum circa principium de for. compet. Capic. decis. 180. alias 18. nu. 1. & omnes alij, qui soluendo sunt tempore litis contestatæ cõueniuntur, sed si quis non est soluendo ex fideiussoribus hoc cæteros onerat. d. l. si Titius. ff. eo. d. §.
12 si plures. in fi. eod. † sed si dubitatur, an alij sint soluendo, & creditor con-
13 uentat vnum in solidum. † Potest cõuentus oppositio hoc beneficio petere, vt suo periculo excutiantur cæteri, & cauere, & creditor tenetur id facere. l. si dubitet in princ. ff. eod. Azz in sũma. C. eod. num. 7. vel probare potest alios esse soluendo. Bart. in d. Auth. hoc ita nu. 18. C. de duobus reis. Plus
14 in virtute † huius beneficij plures correi simul condemnati in solidum
15 possunt † in actu executionis opponere huiusmodi diuisionis beneficium. Alex. cons. 73. nu. 10. vol. 2. Thob. Noni. cons. 110. num. 11. dum vult, quod virtute huius beneficij, potest cõpelli creditor à singulis fideiussoribus, qui litis contestatæ tempore soluendo fuerint, partes petere, qui nu. 12. subdit, quod hæc exceptio quando cunque ante sententiam opponi potest:
16 nisi eidem expressè fuerit renunciatum. Et bene de hoc priuilegio Tho. Decc. cons. 205. num. 2.

17 Sciendum † tamen est circa hoc beneficium, & constituendum pro firma conclusione, & regula, quod licet plures rei debendi simpliciter obligati, vnusquisque eorum teneatur pro
18 rata, & virili, & non in solidum, † nisi aliud expressè actum sit. l. si mihi, & Titio in princ. ff. de verb. ob. l. reos. §. cum in tabulis, ff. de duob. reis. Auth. hoc ita. C. d. tit. vbi omnes l. 1. C. si plures. vn. sent. Afflict. decis. 215. Capic. decis. 18. nu. 3. & 180. nu. 1. & 2. Ta-
19 men quicquid † sit in plurib. reis debendi: cõtrarium est in fideiussore, in quo si plures, simpliciter pro alio intercedunt, & fideiubent, etiam cum promissione solidi tamẽ vnusquisq; eorum tenetur pro sua parte: nã licet vnusquisq; eorũ teneatur in solidũ, & quod nihil dictũ sit l. inter fideiussores cum l. seq. & l. inter eos. ff. eo. l. 3. in fi. C. de const. pec. l. 2. ff. de off. præfect. vrb. l. 2. C. de incol. lib. 10 §. si plures, vbi gl. in fi. eo. nihilominus ex epistola Diui Adriani, & beneficio diuisionis est succursum fideiussoribus vt non possint cõueniri, & exigi; nisi pro summa, portione, rata, ac virili ad ipsos tangente. Bart. in d. l. si Titius. nu. 2. ff. eo. & in l. non rectè nu. 2. C. eo. & in l. actione in 5. col. de duobus reis, & in l. reos ff. d. tit. Castr. in l. si paternam. nu. 2. C. ad Vellei. Capic. d. decis. 18. num. 3. & decis. 18. in princip.
20 † & de ratione diuersitatis: quare plures rei debendi teneãtur pro virili: plures autem fideiussores circumscripto

beneficio diuisionis ex Epistola Diui Adriani vnusquisq; eorũ in solidum. Videãtur. Ozer. in d. §. si plures. nu 8.

21 inst. eo. Gomes. decis. 14. † quia dicunt hoc ideo esse, quia ex stilo obligationum fideiussoriarum, semper fideiussores in solidum obligantur. Cum in omnibus obligationibus fideiussorijs de stilo semper apponantur illa verba, vt principalis principaliter, & in

22 solidum, immo etiam † quod non essent apposita, quia sunt solita apponi in huiusmodi instrumẽtis pro expressis habentur: cum Notarius semper præsumatur rogatus apponere omnes clausulas solitas, & consuetas. Gabr.

23 de consuetud. concl. 3. aliam † etiam rationem assignat Roncag. in l. eadẽ, n 1m. 37. cum seqq. ff. de duobus reis; quod scilicet, cum principalis obligatio non sit rescissa: sed indiuidua, & integralis semper remaneat, ita fideiussoria, quæ fit ad maiorem securitatem, & eidem dependens, & accessoria est, vel quia tales adhibentur pro securitate, vt igitur magis securitas extendatur, cautũ est eos teneri in solidum. Capic. d. decis. 180. num. 1.

Cõclusio igitur supra firmata, quod

24 † plures fideiubentes habent beneficiũ Epistolæ Diui Adriani, quod diuisionis dicitur, quo, vt dixi, constitutum est, quod licet plures fideiussores in solidum obligati sint, nihilominus vnusquisque eorum pro sua portione, & rata, & non vltra conueniri potest. Ampliatur, & limitatur nonnullis modis.

25 Ampliatur † enim primo in plutibus mãdatoribus. Capic. d. decis. 180. in princ. Idem in plutibus constitutoribus. l. fin. C de const. pec. Specul.

26 de renunc. & concl. nu. 11. † Vt etiam in plutibus tutoribus, curatoribus, & similibus. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distrah. Bar. in Auth. hoc ita in 2. q. C. de duob. reis sub nu. 28. Arret. in d. §. si plures. num 3. inst. eo.

27 Ampliatur secundo, † quando plures fideiussores in iudicio se obligant: quia tunc cum vnusquisq; eorum teneatur se in solidũ obligare, quilibet eorum tenetur in solidum. Rebuff. de sent. execut. art. 1. gl 16. nu. 26. Carp. ad Stat. Mediol. c. 53. nu. 6. par. 1.

28 Ampliatur tertio, † & intelligitur hæc conclusio, vt etiam supra tetigimus, vt procedat quando singuli fideiussores tempore litis cõtest. sunt soluendo, aliàs secus. d. §. si plures. inst. eo. l. si contendat. ff. eo. l. fideiussor. C. eo. Capi. d. decis. 8. nu. 3. & 180. Ant. Hering. tract. de fid. c. 27. in 2. p. n. 18.

29 Ampl. 4 † vt nõ tantum fideiussores ipsi habeant hoc diuisionis beneficium, verum etiã fideiussores fideiussorum l. si plures, in §. 1. ff. eo. Ant. Hering. d. tract. de fid. par. 2. c. 27. nu. 25. vbi huius ampliationis occasione quærit, & infert ad pulcram quæstionem vide infra limit. 6.

30 Ampliatur quinto, † vt non tantum fideiussores ipsi verum etiam eorum hæredes beneficio hoc diuisionis potiantur. l. si plures. §. sicut. ff. eod. l. si testamento in fin. principij, ibi ab initio enim. ff. d. tit. l. hæredes. C. ad Velleia. l. priuilegia. & l. in omnibus. ff. de reg. iuris.

31 Ampliatur sexto, † vt plutibus cõfideiussoribus non tantum competat hoc beneficiũ diuisionis, verum etiam eius virtute possunt implorare officiũ iudicis, ne vltra eorum ratam molestentur, vt diximus supra num. 10.

12 Ampliatur septimo, † in plurib. fideiussoribus pacis: nam etiam in ipsis vnusquisque tãtum in capitibus suis,

&

& ratis, & non vltra tenetur. Gerard. Mazuol. cons. 62. nu. 5. & 6.

33 Limit. quoad ipsum, seu ipsos creditores, secus verò est, quod ad ipsos fideiussores, qui inter se habent hoc beneficium diuisionis, vt dictum est.

34 Limit. 2. † quando per clausulas adiectas in parte executiua contractus dictum est renunciauit beneficio de duobus reis, quia tunc per tales clausulas non inducitur fideiussio in solidum, sed vnusquisque tenetur pro virili. Tan. in manuscrip. decis. 90.

35 Limit. 3. † quando fideiussores obligant se principales constituendo obligationem principalem in se assumendo: Nam tunc cum considerentur, vt principales rei debendi, eorum obligatio erit pro virili, & rata, & non in solidum. not. in l. si paternam. C. ad Vellei. & ponit. Bart. in d. l. non tectè nu. 2. C. eo.

36 Limit. 4. † quando fideiussores alternatiuè solidum, & viriles partes promitterent. Quia tunc non est locus huic beneficio l. inter eos in prin. ff. eo.

37 Lim. 5. † quando, vt duo rei debendi habentur: nam tunc diuisionis auxilio vti non possunt. Arret. cons. 66. & diximus in tertia limitatione.

38 Limit. 6. in fideiussore fideiussoris, qui & ipse hoc auxilio nō iuuatur. L. si plures. §. fi. ff. eo. gl. in d. §. si plures in verb. partes. Inst. eo. Decia. cons. 49. num. 49. lib. 2. Ratio est, quia prior fideiussor loco rei est. Contrarium tamen firmauimus supra ampl. 4.

39 Limit. 7. Si fideiussor negat se fideiussorem esse, & de aperto mendacio cōuincatur, nam tali casu cadit ab hoc diuisionis commodo. l. si dubitet. § ita demum. ff. eo. gl. in d. §. si plures, in verb. partes. Alex. in l. etiam in §. licet. num. 9. ff. solut. matrim. Iaſ. in l. si-

cut, in §. quod autem num. 2. ff. de re iud. & in l. 1. num. 2. C. de transact. Marc. rub. eo. nu. 322. Du n. reg. 322. Franc. in tract. de fid. cap. 5. num. 469. Mising. in d. §. si plures. nu. 6. inst. eo. Fului. Paeia. de probat. lib. 1. cap. 19.

40 nu. 27. † & hoc nisi ante litem contestatam, & priusquam fuerit de mendacio conuictus pœnituerit. Rol. cons. 88. num. 2. & 16. vol. 4.

41 Limit. 8. † tale beneficium fideiussoribus tutorum denegari, licet tutoribus ipsis permittatur. l. fi. ff. rē pup. sal. for. l. 6. ff. de mino. l. 5. §. pen ff. iud. sol. l. 2. ff. de exercitoria. l. & ancillarum. § fi. ff. de pecul. l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tut. & rat. distrah. glos. in d. §. plures in verb. partes. inst. eo.

42 Lim. 9. † quando est dubium. An alij fideiussores sint idonei, & soluendo. Illustris. Manti. de tacit. & ambig. conuenti. part. 2. lib. 16. de tacit. & ambig. fideiuss. conuent. tit. 19. num. 6. & 7.

43 Limit. 10. † quando sunt fideiussores diuersorum. l. si à Titio. §. inter eos. & §. duo rei. ff. eo.

44 Limit. 11. † quando huic beneficio fuit renunciatum, cui renunciari potest. Bertaz. de clauſ. clausula 40. §. 2. num. 15. & diximus supra limit. 2. vt etiam quando omni exceptioni, & legum auxilio fuit renunciatum. Cast. in l. si dubitet. §. ita demum num. 3. ff. de fideiuss. Anton. Hering. tract. de fidei. c. 27. par. 2. nu. 73.

45 Limit. 12. † quando statutū dictat, quod contra instrumenta quatātigiata nulla exceptio opponi possit. Et sic quando creditor non via ordinaria: sed executiua procedit. Ang. in l. si dubitet. num. 3. ff. eo. & in Auth. hoc ita num. 2. C. de duobus rei. Bart. in l. fideiussores in §. idem respondit. ff. eo.

Baiz. de quatantig. par. 2. principali q. 13. Bertaz. loco præcitato. nu. 16.

46 Lim. 13. † quando quis de hoc beneficio non oppoſuit; ſed ſolidum ſoluit, eo quia vti noluerit beneficio. l. inter fideiuſſores, & l. inter eos in §. 1 ff. eo. d. §. ſi plures. Inſt. eo. Specul. de renunciat. & concluſ. nu. 10.

47 Limit. 14. † in fideiubente inſimul cum muliere, quia iſte talis ſolidum ſoluere tenetur: nam ſubducta muliere, denegatoque diuiſionis beneficio aduerſum ſolum maſculum datur actio. l. ſi mulier, & l. quidam. ff. ad Vellei. l. ſi paternam. C. d. tit.

48 Limit. 15. † ſi maior ann. 25. cum minore natu fideiuſſerit: nam tali caſu maior natu tantum ad ſolidum tenetur, nec eidem contra ipſum minorem beneficium diuiſionis datur. Anton. Heringer. qui diſtinguit plures caſus in ſuo tract. de fidei. c. 27. par. 2. num. 65. & firmat in quibus caſibus hoc ſit verum.

49 Limit. 16. † in plutibus, qui ſe ad factum obligauunt: iſti enim beneficio diuiſionis non gaudent. & ratio

50 eſt: quia † factum indiuiduum pro parte præſtari nequit. l. hæredes. §. an ea. ff. fam. erciſc. l. 2. ff. de ver. obl. Ant. Hering. d. tract. de fid. c. 27. p. 2. n. 92.

51 Inſuper † cõſideradum eſt in propoſito, Quod huiuſmodi exceptio diuiſionis poteſt opponi ante, & poſt litem conteſtatam. Bart. in l. ſi dubitet circa principium, & in §. 1. ff. eo. Imo. in c. peruenit. nu. 26. extra de fideiuſſ. §. ſi plures. Inſt. eo. vbi Fab. num. 6. Ang. nu. 7. Port. num. 2. & iſta opinio eſt communis, & verior. Bertaz. de clauſ. clauſula 40. gl. 2. num. 4. Eman. Suarez. in comm. op. in littera F. num. 136. Franc. de fid. c. 5. nu. 460. & 461. Ant. Heringer. d. tract. c. 28. num. 31.

52 Imo etiam † poſt ſententiam, & præſertim ſi ab ea fuerit appellatum; Huiuſmodi exceptioni opponi poſſe voluerunt Bart. in d. l. ſi dubitet. num. 4. Arret. in d. §. ſi plures. num. 10. Specul. de renunciat. & concl. num. 14. Bocr. deciſ. 59. num. 9. Ant. Hering. d. c. 28. num. 33.

53 Itidem not. † quod fideiuſſores, qui hoc beneficio diuiſionis vtuntur, tenentur probare alios fideiuſſores tempore litis conteſtatæ ſoluendo fuiſſe. l. inter eos fideiuſſores, § 1. ff. eo. d. §. ſi plures. Inſt. eo. d. l. ſi dubitet in princ. ff. eo. Arret. conſil. 66. num. 5. verſ. venio, qui volunt etiam per eos probare alios eſſe præſentes.

54 Et ſcias, † quod facta diuiſione periculum ſpectat ad creditorẽ: ſi poſtmodum quis ex fideiuſſoribus efficiatur non ſoluendo. l. inter. in §. cum inter. ff. de fidei vbi Bart. & facta diuiſio

55 dicitur: † ſi contra alterum lis ſit conteſtata in iudicio in quo pars petitur. l. liberum. C. eod. & in hoc ſola electio non eſt ſatis. l. fi. & l. reos. C. eod.

56 Tale priuilegium † etiam operatur aduerſus minorem, quia in integrum reſtitui non poteſt, cum ſit vſus iure communi. l. inter eos. §. cum inter. ff. eod. Secus ſi læſio à principio ex læſione contingat. l. amiſſi. §. 1. ff. eo.

57 Sed quid ſi bona vnius † fideiuſſoris ſunt confiſcata? Dic etiam fiſci ſuccedentis in diuiſione rationem habendam eſſe. l. inter eos. §. fi. ff. eo.

58 Vnum tamen † perpetuo tenementi in hac materia, Quod creditor recipiẽs ſortem pro ſua rata ab vno ex pluribus in ſolidum obligatis, vel eorum fideiuſſoribus ſibi præiudicat, ne amplius poſſit in ſolidum petere ab vno ex eis, ſed intelligitur ſummam inter eos pro rata diuiſille. l. creditores, vbi

Alex.

Alex. & Iaſ. C. de pact. Bartol. in l. ex duobus in prima quæſt. ff. de duobus rei. Afflict. deciſ. 142. Bẽintend. deciſ. 81. nu. 6. Cum. conſ. 81. nu. 3. Ioſeph. Lud. deciſ. Lucenſ. 21. nu. 21. Catelan. Gott. in ſuis memor. in verb. creditor habẽs. Cępoll. caut. pen. bene Io. Bapti ſta Coſta de port. rat. q. 130. per totum.

59 Limit. † & intellige prædicta. Primo, quando ille ſoluit partem ſuã virilem; & non plus, nec minus, ſecus ſi ſoluit plus, aut minus, quia tali caſu non inducitur diuiſio. gloſ. in l. inter eos, in §. 1. ff. eo. vbi Ang. glo. magna in d. l. creditores, vbi Bald. & Salycet. Imo. in l. 2. ff. de duobus reis. Ioſeph. Lud. d. deciſ. Lucenſ 21. nu. 6. & 7. qui huius dicti rationem reddit.

60 Limit. 2. † quando quis ſoluit tanquam partem ad ſe ſpectantem, & creditor ſimiliter accipiẽs ſecus quando ſimpliciter ſoluiſſet, quia tũc non fit diuiſio. omnes in d. l. creditores. Bellon. conſ. 44. nu. 3. qui dicit concluſionem communem procedere, quando quis ſoluit expreſsè pro parte, & perſona ſua.

61 Limit. 3. † quando creditor recepiſſet ab vno ex correis partem ſuam de ſorte principali: ſecus ſi recepiſſet partem de acceſſorio, puta de fructibus, & vſuris Doct. in d. l. creditores.

62 Limit. 4. † niſi creditor recepiſſet ſaluo iure ſolidi, vt habetur in d. l. creditores.

63 Limit. 5. † quando alter ex correis efficeretur non ſoluendo: nam tunc non intelligitur facta diuiſio. Ioſeph. Lud. d. deciſ. Lucenſ. 21. nu. 3.

64 In hac diuiſionis † materia notandum, Quod ſi contingat inter plures reos debendi in ſolidum obligatos, quod feratur ſententia per quam ſimpliciter condemnẽtur, tunc dicta ſententia operatur, vt vnuſquiſque eorum pro rata teneatur, & non in ſolidum, vt prius obligati erant, niſi aliud in dicta ſententia expreſſum fuerit. Afflict. d. deciſ. 215.

65 Excipiuntur † tamen à regula prędicta nonnulli caſus. Primo quando in loco vigeret ſtatutum, quod vnuſquiſque teneatur in ſolidum. Secundo, quando ſumus in indiuiduis. Tertio, quando ſumus in condemnatione, & pęna de ſuccedente ex delicto. Quarto, quando eſt renunciatum diuiſionis beneficio. Quinto, quando in ſententia eſt appoſita clauſulæ omni meliori modo. omnes, in d. l. 1. C. ſi plures vnica ſententia. Corn. conſ. 71. num. 1. volum. 1. Vtſillus ad Afflict. deciſ. 215.

SVMMARIVM.

1 *Cedere eſt diſcedere, & alterum in ſui locum ponere.*

2 *Beneficium cedendarũ, Quid importet.*

3 *Fideiuſsor conuentus à creditore poteſt petere ſibi iura cedi per creditorem contra debitorem, & alios fideiuſsores, aliàs ad ſolutionem aſtringi non poteſt, & nu. 4.*

5 *Etiam ſi ex interuallo fideiuberet. Niſi aliter conuentum ſit. nu 7.*

6 *Fideiuſsor integrum ſoluens repetit ratam ab alio confideiuſsore mediante ceſſione obtenta.*

8 *Beneficium cedendarum debet opponi ante ſolutionem, vt etiam in ipſa ſolutione, vbi de ratione.*

9 *Imo etiam poſt, dummodo incontinẽti.*

10 *Item etiam quando in ſolutione eſt additum pactum, quod dicta ceſſio fieri poſſit poſt.*

11 *Beneficium cedendarum, quibus in caſibus poſſit opponi, & peti etiam poſt ſolutionem remiſſiuè.*

12 *Imo quod indistinctè, possit quandocunque hæc cessio fieri multi hanc opinionem sequuntur maximæ authoritatis viri.*

13 *Fideiussor soluens potest à principali repetere absque cessione.*

14 *Statutum excludens omnes exceptiones non excludit exceptionem cedendarum.*

15 *Beneficium cedendarum competebat de iure Digestorum, & Codicis.*

16 *Beneficium cedendarum competit etiã mandatoribus, correis, tertijs possessoribus, procuratoribus, & alijs.*

17 *Beneficio cedendarum potest renunciari.*

18 *Vtrum satis sit generalis renunciatio remissiuè.*

19 *Beneficium cedendarum datur non tantum ad personalem, verum etiam ad hypothecariam, & quæ, alia in vim huius auxilij cedens, cedere teneatur.*

20 *Creditor tenetur cedere iura fideiussori, etiam sponte soluenti.*

21 *Item tenetur restituere pignora debitoris ipsi fideiussori.*

22 *Exceptio cedendarum quando possit opponi.*

23 *Beneficium cedendarum non venit in generali renunciatione.*

24 *Exceptio cedendarum, etiam post sententiam opponi potest.*

25 *Cessio fieri debet non in totum, sed pro rata aduersus alios confideiussores, dempta tamen rata soluentis.*

26 *Beneficium cedendarum quibus casibus locum non habeat, & recensentur decem.*

27 *Obligatus in solidum cum alio solidum soluens repetit à correo solutum pro parte ad eum spectante.*

28 *Modo à creditoribus in actu solutionis, vel ante obtinuerit iurium cessionem.*

29 *Imo etiam absque cessione potest à correo recuperare solutum.*

30 *Et maximè quando obligatio est ex causa onerosa.*

31 *Cedendarum circa beneficium multa remissiuè.*

De cedendarum beneficio.

CAP. V.

TErtium beneficium est, quod cedendarum actionum nuncupatur. Et scias, † Quod cedere est quasi discedere, & alterum in sui locum ponere, & collocare. Bald. in l. ex legato. nu 2. C. de legat. Menoch. de retinẽd. remed. 3. q. 35. nu. 258. † Pariter scias, quod beneficium cedendarũ est, quando fideiussor vult totum soluere, & iura sibi instat à creditore cõtra reum principalem, vel fideiussores pro rata ad eos tangente cedi. l. cum hic, qui. ff. de fideiuss. l. vt fideiussor, & l. cum alter. C. d. tit. Bald. in l. si dubitet. nu. 2. ff. eo. Cass. in l. vt fideiussor 40. nu. 1. ff. hoc eodem tit. Mars. in rub. eo. nu. 28. Alex. cons. 38. in fi. vol. 5. Soci. cons. 200. num. 1. & 3. in secundo, vbi docet, quando huic beneficio renunciari possit. Rol. cons. 88. nu. 2. qui dicit, Quod si se fideiussorem quis negat, perdit hoc beneficium. vol. 4. & faciũt l. fideiussoribus. l. Stichum, aut Pamphilum. in §. pen. ff. eo. & l. Modestinus. ff. de solut. quibus in locis dicitur, † quod quando sumus in pluribus fideiussoribus, qui sunt obligati in vna obligatione; nam qñ astringũtur ad soluendũ possunt petere sibi cedi iura ab ipso creditore; non tantum contra debitorem principalem, verũ etiam contra fideiussores. † Alioquin nisi sibi cedantur talia iura possunt recusare solutionem facere. Et firmant hoc idẽ. Bal. in l. si diuisa. C. loc. & cond. Abb. in c. 2. num. 7. extra de

Ron-

Roncag. in lit. O. num. 55. ff. de duobus reis. Milan. decis. Sicul. 1. part. 2. Magon. decis. Flor. 94. Catroc. decis. 87. Gabr. conc. 44. & 63. vol. 2. Immo
5 duo fideiussores ex intervallo † fideiubentes habēt beneficium cedendarum. Bart. in d. l. si Titius, nu. 1. ff. eod. & in l. cum aliter C. eo. & in casu quā-
6 do † duo fideiubēt, & vnus ex ijs soluit integram quantitatē, pro qua ambo fideiusserunt, quod possit is, qui integrè soluit obtenta cessione à creditore, & non alter agere cōtra alium confideiussorē pro consecutione portionis ad eum spectantis, faciunt. l. vt fideiussor. ff. eo. l. cum aliter. C. eo. vbi glos. dat concordantias. Negusant. de pign. in 5. part. in 3. memb. in 1. limit. nu. 36. cum seqq. Vinc. de Franc. decis. 55. num. 1. & 16. par. 1. Io. Battista Costa, de portione ratæ. q. 22. vbi firmat, quod fideiussor non potest exigere ratam à confideiussore, nisi prius cessis iuribus per creditorem etiā nolentem ex multis, quos id tenere cumulat; & bene id explicat Bald. in l. vt fideiussor 50. ff. eo. dum firmat, quod accessorius contra accessorium sine cessione non agit.

Vt dixi, conclusio, Quod fideiussor non potest conueniri à creditore, nisi creditor eidem iura cedat, pro quibus agit contra principalem debitorem, de qua rex. in l. 2. C. eod. in l. mulier in fi. ff. qui pot. in pign. habeantur, & l. pupillus. ff. de administr. tutor. Non
7 procedit, † quando creditor pacto facit, ne possit ad cedendum astringi; nam tali casu ad cessionem faciendam cogi non potest glos. in d. l. 2. C. eo. in verbo ius pignorum vers. si ergo, vbi subdit, quod nec agere poterit creditor, & facit. l. fideiussoribus. ff. eo.
8 Vnū scias in proposito, Quod † cessionem debet fieri ante solutionē, vel saltem in actu solutionis, non autem post, & ex intervallo, nisi præcesserit pactum de cedendo, aliàs nō valet. l. Modestinus: vbi omnes. ff. de soluti. Specul. de renunciat. §. 1. nu. 23. Maria. Soci. conc. 18. nu. 9 vol. 1. Dec. conc. 99. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 45. nu. 26. & præsump. 143. num. 6. Franc. de fideiuss. c. 5. nu. 482. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 28. num. 34. & ratio est, quia cum iura post solutionem remaneant extincta non aliter cedi possunt, cum solutione eius, quod debetur, omnis tollatur obligatio. inst. quibus mod. toll. ob. in prin. vbi glos. & gl. in §. sed neque vers. contra eum in Auth. de fideiuss. Rot. diuers. in impress. decis. 153. num. 2. in 2. par. quæ dicit cessionem, post solutionem ex intervallo factam, nullam. Et maxime cum obligatio, & actio semel extinctæ non reuiuiscant amplius. l. qui res. in §. aream. ff. de sol. cum de priuatione ad habitum nō non detur regressus. Nam cedens ius quod habet, nihil cedit, si nullum ius habet. l. si sic legatum in §. si mihi. ff. de leg. 1. Cabal. conc. 35. num. 5.

9 Quod autem dictum est: † istam cessionem ante solutionem faciēdam esse, vel in actu solutionis, adde quod etiam potest fieri post, modo incontinenti fiat, vt † etiam quando in solu-
10 tione est additum pactum, quod dicta cessio possit fieri post. Bertaz. de clauss. clausula. 40 glos. 4. num. 8. vers. cessio
11 autem. † immo in nonnullis casibus cessio etiam post solutionem fieri, & peti potest. De quibus per Bar. & alios in d. l. Modestinus. ff. de solut. Dec. conc. 446. nu. 1. Soci. inn. conc. 16. nu. 8. lib. 2. Gabr. conc. 63. nu. 3. & 10. in 2. parte, vt est quando actio adu-

particularem debitorem verè non est sublata, & extincta. Alban.conſ.738. nu.6.vbi add.in littera. D. Idem quãdo fideiussor proprio nomine soluit ex interuallo: quia tunc etiam post solutionem potest obtinere cessionem iurium: cum tali casu mero iure debitor obligatus sit. Cabal. d.conſ.35. nu.4.vt pariter quando ex instrumento quarantigiato agitur. Ant. Hering. d.c.28.nu.44.de fideiuſſ. ex alijs quos
12 citat. Imo † quod absolutè cessio iurium etiam post solutionem fieri possit dicentes veriorem, & communem, & respondentes. l. Modestinus. ff. de solut. & alijs, quæ pro negatiua deducuntur renuerunt Iaſ. in l. si res obligata.num.44. ff.de leg.1. Bald.in l.alterius, in §.fi.ff.de tut. & rat. distrab. Arret.in l.ex duobus.col.penult. ff.de duobus reis. Purp.in l.1.nu.68. C.de transact. Euerard.consil.184. num.5. Valent.Franc.tract. de fideiuſſ.cap.5. num.484.cum seqq.Bald.in d.l. si res obligata, & meliorem, & rectiorem sententiam vocat, ex alijs cumulatis per eum, Ant. Hering.tract. de fideiuſſ.c.28.nu.43. qui respõdendo fundamentis, quæ per tenentes contrariã opinionem, hanc sententiam amplectitur, volens etiam post sententiam in executione opponi posse: cum hoc sententiam non impugnet, vt per eum ibidem. num.44.

13 Insuper circa hoc est adnotandum, Quod fideiussor soluẽs id pro quo fideiusserat, potest illud repetere à principali debitore: etiam non cessis sibi iuribus: non tantum pro sorte principali, verum etiam pro damnis, vsuris, & interesse ratione indemnitatis promiſſæ. Abb.in c. peruenit. num.2. vbi hoc etiam alij notant extra eo. Idẽ Abb.conſ.60.colum.1.lib.1. Viui.deciſ.210.num.1. Fideiussor enim debet conseruari indemnis à suo principali, etiam quod non sit promissum, vt diximus supra, quando egimus de cautione indemnitatis, & in hoc particulari firmant. Sim. de Pret.conſ.153. num.23. Viui.d.deciſ.210.num. primo, lib.2.

Et est tantę virtutis huiusmodi exceptio, quod creditor non potest aliter cogere fideiussorem, vel correum
14 † ad soluẽdum, nisi cessis actionibus, etiam stante statuto, quod instrumenta quarantigiata indistinctè, nõ atienta aliqua defensione executioni mittantur, nam per hoc non excluditur hæc exceptio, quæ venit ex eadẽ causa. Bertaz.de clauſ.clausula.40.glo.4. num.8.verſ. & in tantum tenetur. Illustriſs.Manti.de iacit. & ambig. p.2. lib.16.tit.19.num.14. qui excipit solutionem, & falsitatem.

15 Hoc beneficium † non tantum est de iure Auth.verum etiã de iure antiquo. ff.& C.Bald. in l.si diuisa. C. locat. & ponit Bertaz. d.tract. de clauſ. clausula.40.gloſ.4.num.7.

16 Huiusmodi exceptio non tantum competit fideiussoribus, verum etiam mandatoribus, correis, tertijs possessoribus, negociorumquo gestoribus, procuratoribus, & alijs pro alio soluentibus. Bertaz. dicto tract.de clauſ. clauſ.40.glo.4.nu.7.verſ. & quod beneficium competit.

17 Huic beneficio † renũciari potest: Sed an sufficiat generalis renũciatio, vel requiratur specifica, & expressa ad longum prosequitur. Bertaz. d.clauſ. 40.gloſ.4.num.9.& 10.qui num.7.di-
18 cit, † quod ad hoc, vt plenè renunciatũ dicatur huic beneficio, quod omnes personas superpositas in verſ.precedenu, quod non est satis, quod di-

catur

catur renũciauit beneficio de fideiussoribus, & duobus reis, sed etiam est bonum addere beneficio, & exceptioni cedendatum.

19 Creditor cedens in vim † huius auxilij non tantum tenetur cedere omnes actiones, quæ sibi contra principalem debitorem competunt, verum etiam contra fideiussores vnà cum instrumentis principalis debiti, nec non cum omnibus qualitatibus, puta vsuris præteritis, & futuris, nec non cum hypothecis, & pignoribus. l. si mandatum, & l. vt fideiussor. ff. eo. l. cum his. ff. eo. l. Modestinus, & l. Stichum. §. si creditor. ff. de sol. l. cum aliter. C. eo. l. Papinianus, & l. qui mandatum. ff. mãd. Roncag. in l. reos. nu. 55. ff. de duob. reis aliàs fideiussor soluens non habet regressum contra principalem, vel suos fideiussores. Ant. Hering. de fid. cap. 27. part. 3. num. 6. Imò creditor nõ tantum debet cedere præmissa, verum etiam omnem actionẽ personalem, & hypothecariã, naturalem obligationem, & officiũ iudicis Bertaz. d. loco nu. 7. vers. tenetur, nedum qui subdit, quod per hanc cessionem censetur quodammodo creditor vendere nomen debitoris; licet suum recipiat, & addit hæc procedere, siue fideiussor conueniatur ad soluendum,

20 siue † reus, vt etiam si sponte offerat solutionem. Dicit etiam, quod nedum

21 cedens prædicta facere tenetur, † verum etiã tenetur ipsi fideiussori soluenti restituere pignora, quæ debitoris habebat, fortius exhibere instrumẽtum obligationis principalis, exequi sententiam latam contra confideiussorem, vt hoc aduertit ibid. num. 8. & etiam aduertimus supra.

22 Exceptio ista † actionum cedendatum potest opponi post litem contestatam modo ante sentẽtiam. Guid. Pap. decis. 570. num. 7. ita quod si ante sentẽriam opponitur impedit processum, executionem quoque impedit, quando per condemnatum in solidum post sententiam opponitur, vt aduertit Bertazz. d. clauſ. 40. glos. 4. num. 8. vers. & nedum exceptio ista.

Cum istud beneficium eo tempore oriatur, quo fideiussor soluit. l. Modestinus. ff. de solut. † Ideo in gene-

23 rali renunciatione de omnibus beneficijs non includitur. Potest nihilominus fideiussor condemnatus † in exe-

24 cutione sententiæ vti hac exceptione licer à tempore solutionis initium sumat. l. si fideiussores. §. 1. ff. eod. Castr. in l. si dubitet. num. 1. ff. eod.

25 Cessio ista confideiussori, † & correo solidum soluenti in totum facienda est, dempta tamen rata soluẽtis. l. si plures. ff. eo. Valent. Franc. de fideiuss. c. 5. nu. 490. 491. & 498. Ant. Hering. de fideiuss. cap. 27. part. 3. nu. 33. Bertazz. loco præcitato. nu. 10. vers. cum tamen cessio venit, quod, & voluit. Bart. in d. l. Modestinus. num. 9. de solut. etiam quod renunciatum sit huic exceptioni refutata opinione Dyn. vt per eum.

26 Insuper adnotandum † est, quod beneficium cedendarum in nõnullis casibus nihil proficit, & non operatur, quem teneri, & astringi posse ad cedendum iura.

Primo, quando huic beneficio fuit renunciatum. Specul. tit. de renunc. §. 1. num. 11. vers. sed dices. Marsil. rub. eo. num. 29. & 30. Valent. Franc. de fideiuss. c. 5. num. 500. Bertaz. de clauſ. clauſ. 40. glos. 4. nu 9. Io. Bernat. Moscat. in prax. fideiuss. par. 1. mod. 20. nu. 38. & diximus supra hoc eod. cap. num. 15. vers. huic beneficio.

Secun-

Secundo, si fideiussor se fideiussorem esse neget, & de mendacio conuincatur. Nam, & hoc casu per hanc inficiationem hoc priuilegium perdi volunt. Marsil. rub. eod. nu. 324. Duen. reg. 322. Franc. c. 5. num. 500. de fideiuss. tradimus supra hac eadem sect. cap. 3. lim. 32.

Tertio, quando pater iussit filiofamilias solui pecuniam, & sic quando pater pro filio intercedit. Tunc enim pater, beneficium cedendarum actionum non habet ad repetendum, id, quod pro filio soluit Bart. & alij in l. cum filiusfamilias. ff. de verb. oblig. Corn. cons. 352. littera. M. aliàs 214. num. 2. lib. 2. Boer. decis. 221. nu. 11. & tetigimus sup. num. 24.

Quarto, si mulier agat contra correum, vel fideiussorem obligatum ad restitutionem dotis. Tunc enim exceptionem cedendarum actionũ non obstare fauore dotis, authores fuerũt Socin. cons. 290. incip quoniã ex forma. vol. 2. Negusant. de pignor. par. 5. principali memb. 3. par. 1. num. 31. & seq. per l. iubemus. C. ad Velleia.

Quinto, quando primus fideiussor se non obligauit ratione secundi, & eius contemplatione: hoc enim casu si creditor liberauit secundum fideiussorem, primo fideiussore non soluente, non obstabit creditori exceptio Cedendarum actionum. Bartol. in l. si stipulatus esses. §. fin. vers. 1. casu. ff. eo. Negus. de pigno. in 3. memb. 5. part. principalis. nu. 36. vers. 5. fallit. Vinc. de Franc. decis. 55. nu. 10. & 14.

Sexto, quando est factum pactum, ne creditor possit ad cedẽdum astringi. l. fideiussoribus. ff. eo. gl. in l. 2. C. eo. in verb. ius pignorum. vers. si ergo.

Septimo, quando creditor successerit fideiussori.

Octauo, in muliere, quæ viro alienanti consenserit, & insimul renunciauerit hypothecæ: vt de vtroq; casu Bertaz. de clausul. claus. 40. glos. 4. num. 12. & infra.

Nono, in fideiussore consentiente liberationi principalis: nam ex hoc perdit hoc beneficium cedendarum. Vincent. de Franc. decis. 476. num. 15. in 2. part.

Decimo, in debitore proprium debitum soluente, nam illi nulla fit cessio iurium. Vincent. de Franc. d. decis. 55. num. 7.

27 Amplius aduertendum, † quod si ex duobus constituentibus obligationem in solidum vnus soluit solidum ipse habet regressum contra correum pro portione ad ipsum spectante. l. 2. C. de duobus reis, vbi glos. & Docto. id not.

28 Intellige modo † in actu solutionis à creditoribus iurium cessionem obtinuerit, qui eidem illa cedere tenentur. l. cum apparebit. ff. loc. l. si diuersa. C. d. tit. vbi glos. & DD. Bartol. in l. Modestinus. nu. 8. ff. de sol. Alex. cons. 38. num. 7. lib. 5. Soci. cons. 290. in princ. lib. 1. Negus. de pign. in 1. p. 3. memb. 5. par. principalis, num. 33. vers. adde insuper. Roncag. in l. reos. num. 54. ff. de duobus reis.

29 Plus etiam sine † cessione iurium correis datur actio ad inuicem, & qui solidum soluit à correo partẽ ad eum spectantem petere potest. Bart. in d. l. Modestinus. num. 6. Socin. consil. 18. num. 9. vers. solum ergo. Roncag. in d. l. reos. nume. 32. Caball. cons. 35. nume 10. qui nume. 11. dicit hoc ve-

30 rum † quando obligatio est ex causa onerosa.

31 Et de isto beneficio † videatur nouissimè Card. Mantic. de tacit. & ambig.

big.par.2.lib.16.tit.19.nu.14. Carol. de Grass.in suo tract.de excep.ad materiam stat. exclud. omnes except.except.10.num.26. cum seqq. vbi ponit quando vnus fideiussor potest opponere exceptionem cedendarum contra alium agentem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium nouæ constitutionis de duobus reis fraternizat cum beneficio Epistolæ Diui Adriani.*
2 *Hoc benificium competit pluribus reis ad hoc vt non conueniantur nisi pro parte.*

De beneficio nouæ constitutionis de duobus reis.

CAP. VI.

1 ADditur, & quartũ beneficium, quod dicitur nouæ constitutionis de duobus reis, de quo est text. in Authb.hoc ita. C.de duob. reis. Et fraternizat cum beneficio Epistolæ Diui
2 Adriani. † Et est quando duo rei possunt postulare se non posse in solidum conueniri, sed tãtum pro parte, Marsi in rubr.eo.num.34. Beriaz.d.tract de clauſ.clausula 40.glos.5. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor promittens soluere liberè beneficijs, de quibus supra, renunciasse non dicitur.*
2 *Fideiussor promittens soluere sine aliqua exceptione dictis beneficijs renunciasse non censetur, nisi expressè dixerit.*
3 *Talis renunciatio friuolas exceptiones tantum comprehendit.*
4 *Fideiussor non potest renunciare dictis beneficijs, nisi prius de quolibet eorum certioratus fuerit.*

Promittens soluere liberè absque aliqua exceptione, an censeatur renunciasse priuilegijs, de quibus supra.

CAP. VII.

1 IVxta præmissa dubitant Doct. An fideiussor † promittens soluere liberè sine aliqua exceptione intelligatur renunciasse istis priuilegijs excussionis, diuisionis † cedendarum, & de duob.reis? Et eõrum concludũt, quod non, nisi expressè & specificè dicatur, ista enim beneficia cum sint speciali
2 nota digna, requirũt specificas renunciationes, & in individuo. Marsi.in rubric.eo.nu.28.cum seqq. & ratio quia ista priuilegia veniũt ex natura actus,
3 & talia † verba intelligũtur de friuola exceptione. Iaſ.in l 1.n.7 C.de sacros. eccl. Imò ad hoc vt tales † renũciationes afficiant, renuncians venit super qualibet renunciatione certificandus. Marsi.d.rub.nu.37.& ad ista videatur. Mant.de tacit. & amb. par.2.lib.12.q. 18 vbi disputat, An satis sit generalis, an verò requiratur specialis renunciatio, & posuimus sup. in hac sect.6.c.3. dum egimus de beneficio excussionis in illa conclusione fideiussor non potest conueniri, nisi prius excusso principali in quinta limitatione, & in beneficio diuisionis.limit.2.& 12. & in beneficio cedendarum vers. huic beneficio renunciari potest.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia multa alia fideiussoribus competentia recensentur.*
2 *Fideiussor debitoris fisci soluens, gaudet omnibus fisci priuilegijs, vt ipse debitor.*
3 *Fideiussor tutoris via ordinaria cõuenitur etiam lata sententia contra tutorem.*

4 Fide-

4 *Fideiussores duo si præstiti sunt, vnus forensis, alter ciuis, prius forensis conueniendus est.*

5 *Sententia contumacialis contra reum principalem lata quoad pœnam non porrigitur ad fideiussorem sine nouo processu, & actis probationibusque.*

6 *Si creditor est inops, & in petendo debito fuerit negligens, vel aliæ solutionis coniecturæ contra ipsum vigeant, si absente debitore conuenit fideiussorẽ, fideiussor antea poterit creditorẽ cogere ad iurandum, num fuerit à debitore de suo credito satisfactus.*

7 *Fideiussor si pro suo principali debitore soluit, potest de facto, & statim, & sine nouo processu compellere dictum debitorem coram quocunque iudice etiam incompetente ad soluendum omne, & totum id, quod per dictum fideiussorem fuerit pro dicto debitore per eum creditori solutum.*

De Priuilegijs, & exceptionibus alijs fideiussoribus competentibus.

CAP. VIII.

1 PRo coronide huius materię vnum adnotare non omittã, quod vltra priuilegia, & beneficia principaliora, & pręcipua fideiussoribus competentia, de quibus supra proximè, etiam adsunt nonnulla alia, etiam sunt infra posita videlicet.

2 Primum est, †quod fideiussor pro debitore camerę fiscalis, si soluit, suo iudice ordinario omisso debitorẽ principalem cũ omnibus priuilegijs Principi competentibus conuenire poterit corã officiali iudice, & Principis ministro. l.cum vẽdente. C. vbi. cauf fisc. l. si minori. C. de iur. fisc. Pereg. de iure fisc. lib. 7. tit. 1. nu. 7. Anto. Hering. de fideiuss. c. 27. par. 5. nu. 90. & docet Bart. in l. cum eorum. C. de sent. & interloc. omn. iud.

3 Secundum † quod fideiussor tutoris conueniendus est via ordinaria, & non executiua, etiam quod sententia fuerit contra tutorem lata. Natt. cons. 145. num. 1. & 89.

4 Tertiũ † si duo fideiusserunt, quorum vnus est, ciuis alter forẽsis. Prius forensis, & demum ciuis conueniendus, & excutiendus est Bart. in l. sed si ego. nu. 3. ff. ad Vellei. Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 27. par. 5. nu. 88.

5 Quartũ, quod sententia contumacialis, quoad pęnam non porrigit suas vires in fideiussore sine nouo processu, & veris probationibus. Bart. in disputatione incip. Perus. Ciuitas. Cast. Alex. Ias. & Socin. in l. cum filiusfam. ff. de ver. obl. & lex. cons. 84. col. 1. vol. 3. Rol. cõs. 94. nu. 22. 23. & 24. vol. 3. Ant. Hering. d. c. 27. par. 5. nu. 87.

6 Quintum, † si creditor sit inops, & per aliquod tempus nõ petierit debitum, vel aliæ verisimiles coniecturæ solutionis adsint, postea autẽ absente debitore principali fideiussorem pro solutione facienda conueniat, fideiussor instare potest, vt creditor prius iuret, num sibi sit satisfactum à debitore nec ne. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 35. per totum.

7 Sextum, si fideiussor pro principali soluit, quilibet iudex etiam incompetens potest de facto, & statim, & sine nouo processu compellere debitorem ad soluẽdum fideiussori, id quod fuit à creditore exactũ. Carp. ad Stat. Mediol. p. 1. c. 413. nu. 46. Hering. d. loco. nu. 102. vbi multa alia beneficia fideiussorum cumulat. Quę ne actum agam lector poterit per se ipsum inspicere.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

QVÆ PERSONÆ FIDEIVSSORES ESSE possunt, & quæ non, & de fideiussore idoneo, & non idoneo.

SECTIONIS SEPTIMÆ.

Multas pro huius tituli, & materię plena intelligentia constituas conclusiones.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor nemo præsumitur idoneus nisi probetur.*
Et maximè quando talis idoneitas est fundamentum intentionis eam allegantis. num 5.
2 *Idoneus, & bonus moribus quis reputatur, sed non facultatibus.*
3 *Pauper censetur quis, nisi probetur dines, & idoneitatis qualitas non præsumitur.*
4 *Pauper, & nudus quisque nascitur.*
6 *Idoneus an quis sit, hoc totum iudicis religioni committitur.*

Fideiussor quando præsumatur idoneus.

CAP. I.

1 PRima sit conclusio, † Quod fideiussor non præsumitur idoneus, nisi probetur. l. si verò in §. qui pro rei, vbi gl. in verb. dubitetur in fi. quæ est communiter approbata. ff. qui satisd. cog. Bald. in l. non prius. C. quando fiscus, vel priuat. Alexan. cons. 37. num. 3. vol. 2. Natt. cons. 143. nu. 11. vol. 1. plenè Surd. decis. 295. num. 10. & 320. nu. 7. vbi volunt, † quod bene quis præsumitur bonus, & idoneus moribus, sed nõ facultatibus: & quod qualitas idoneitatis non præsumatur voluerunt Fulut. Pacis. de probat. lib. 1. c. 54. nu. 19. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. c. 44. nu. 19. Ant. Hering. tract. de fideiuss. c. 8. num. 19. † & ratio est: quia quilibet præsumitur pauper, nisi probetur dines: qualitas enim diuitiarum regulariter est repugnans naturæ: † nam quilibet nascitur nudus, & pauper cap sicut hi. 47. dist. Affl. dec. 377. nu. 5. qui dicit diuitias esse ex accidenti. Crott. cons. 273. num. 19. vol. 2.

5 vol. 2. & † maxime quando idoneitas, vel non idoneitas est fundamentum intentionis: quia non præsumitur, sed omnino probanda est. gl. in d. l. si verò, in § qui pro rei. vbi Bart. num. 6. ff. qui satisd. cog. Ioseph. Ludou. concl. 14. Ilati. 127. Mascard. de probat. cõ-
6 clus. 782. num. 1. in 2. par. † Cæterum an quis sit idoneus fideiussor nec ne, hoc totum relinquitur arbitrio iudicis. Bald. in l. vniuersa, num. 3. vers. in contrarium. C. de precib. imp. offer. Menoch. de adipisc. remed. 2 nu. 93.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor idoneus quot modis dicatur.*
2 *Fideiussor idoneus dicitur, qui scienter fuit receptus, & si aliàs idoneus non esset.*
3 *Creditor sibi imputet, qui fideiussorem minus idoneum accepit.*
4 *Creditor fideiussorem minus idoneum accipiens, videtur illum approbare.*
5 *Creditor non idoneum fideiussorem accipiens, & de eius qualitatibus, & conditionibus non inuestigans sibi ipsi tantum præiudicat, & suæ fragilitati id expensum ferre debet.*
6 *Quid si ignorãter fideiussor sit receptus.*
7 *Creditor præsumitur scisse fideiussoris qualitates, illum accipiendo.*
8 *Ignorantiæ allegatio in materia idoneitatis non debet esse crassa, & supina.*
9 *Creditor circa fideiussoris idoneitatem de facili scire, & se informare potest.*
10 *Paria sunt scire, vel diligenter inquirendo notitiam consequi posse.*
11 *Paria sunt scire, & teneri scire.*
12 *Creditor ignoranter fideiussorem non idoneum recipiens sibi non præiudicat: sed alius in locum eius (secundum nonnullos) dandus est.*
13 *Paria sunt non cauere, vel non idoneè cauere.*
14 *Cautum non dicitur, quando est vitiosè, vel non idoneè cautum.*
15 *Creditor recipiens etiam ignoranter fideiussorem non idoneum in suæ somnolentiæ pœnam sibi præiudicat.*
16 *Creditor à se ipso debet se informare, & certiorare, de qualitatibus, & cõditionibus fideiussoris, aliàs in pœnam suæ negligentiæ sibi præiudicat.*
17 *Debitor tãtum tenetur exhibere fideiussorem coram creditore, cui si per creditorem de eius inhabilitate oppositum non fuerit tenet fideiussio.*
18 *Fideiussor idoneus præsumitur coniuncta persona etiam quod non sit, & num. 24.*
Contrarium tamen. num. 25.
19 *Scientia cadit inter coniunctos.*
20 *Principalis debitor, lex non præsumit, quod nõ relinquet suum fideiussorem sanguine coniunctum illaqueatum.*
21 *Nemo carnem suam odio habet.*
22 *Fideiussor idoneus præsumitur magnus amicus.*
23 *Amicitia magna æquiparatur coniunctioni sanguinis.*
26 *Pauper fideiussor idoneus dicitur quoties principalem habet diuitem.*
27 *Fideiussoris, & principalis debitoris bona pro vnico patrimonio reputantur, quoad ipsum creditorem.*
28 *Fideiussor dandus non est principali existente multum idoneo, & diuite.*
29 *Et tali casu satis est dare famulum.*
30 *Fideiussor idoneus reputatur, vbi bona principalis debitoris, & fideiussoris absorbent summam debitam.*
31 *Fideiussor præstandus est, quando pro principali actore accedit, etiam quod sit diues.*
32 *Pauper, & diues quis dicatur arbitrio iudicis remittitur.*

33 Pau-

33 *Pauper fideiusor idoneus vtrum dicatur, quando est fidelis, & probatæ vitæ.*

34 *Fideiusor etiam idoneus dicitur ille, qui mobilia magni valoris possidet: etiam si nulla stabilia teneat.*

35 *Pauper à testatore in fideiusorem ordinatus dicitur idoneus.*

36 *Testator grauans hæredem vt ab vsufructuario pauperem fideiusorem, accipiat, tali iussioni hæres parere non debet.*

37 *Idoneus fideiusor ille dicitur, qui tantum habet in bonis, quantum in ciuilibus importat causa: & in criminalibus pœna.*

38 *Fideiusor ille idoneus reputatur: qui immobilia, & stabilia possidet: secus si mobilia, quæ de facili asportari possunt.*

39 *Idoneus ille fideiusor est, qui ab omnibus cognoscentibus sic habetur, tenetur, & reputatur.*

40 *Fideiussor idoneus quis dicatur hoc iudicis arbitrio relinquitur.*

41 *Idoneus fideiusor magis reputatur ille, qui possidet prædia rustica, quam vrbana.*

42 *Bona vrbana maiori periculo incendij, & ruinæ, quam rustica subijciuntur.*

43 *Sententia super idoneitate lata est interlocutoria.*

Quot modis fideiussor idoneus dicatur.

CAP. II.

SEcunda sit conclusio, Fideiussorem † diuersimodè idoneum appellari. Primo † enim fideiussor idoneus dicitur ille, qui scienter à creditore fuit receptus pro idoneo: licet nõ sit idoneus, & si à principio erat idoneus, & ex post facto desijt esse, dandus est alius, maxime in fideiussionibus prætorijs. ita Casti. in l. arbitrio, nu. 7. ff. qui satisd. cog. Ias. in l. quoties. nu. 2. d. tit. † sibi enim imputet creditor, qui fideiussorem minus idoneum accipit. l. 3 in fi. ff. eo. † Nam cum hoc sciẽter faciat, videtur illum approbare. Marsil. in rubr. eo. q. 2. num. 66. cum seqq. & in l. si quis. col. 8. num. 49. de quæstio. & habetur in l. de die in §. si seruus, vbi Bart. Alex. & alij. ff. qui satisd. cog. Alex. cons. 60. in quinto, qui hoc dicit non procedere in tribus casibus: & quando satisdans est in dolo, & quãdo asseruerit fideiussorem non esse soluendo, vt etiam in fideiussionibus iudiciarijs. Imo indistinctè † creditor minus idoneum fideiussorẽ suscipiens, & de qualitate, & conditione eius non inuestigans sibi ipsi præiudicat, & suæ facilitati id expensum ferre debet. l. si arbitrio, in §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 3. in fi. ff. eo. l. 3. in §. fi. ff. vt in poss. legat. l. 1 §. item quæritur. ff. de separat. l. iã tamen, §. nunc videamus, ff. iud. sol. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 88. nu. 6. Ant. Heringer. in suo tract. de fideiussoribus c. 8. nu. 16. Surd. decis. 288. num. 6. qui dicit hoc verum † etiam si ignoranter acceptus sit, quia sibi imputet, si non sciuerit se informando cautius negociari: & ratio est: quia creditor † in dubio præsumitur sciuisse fideiussoris qualitates, cum eum acceperit. Alex. ad Bart. in l. 3. in 2. addit. ff. eod. & dicto cons. 60. volum. 5. & in proposito allegatio ignauiæ, † est supina, & crassa, cum scire, & se informare eidem creditori facile esset; & paria sunt † scire: vel diligenter inquirendo notitiam cõsequi posse. l. penul. ff. ad Maced. l. regula, §. sed facti. ff. de iuris, & facti ignoran-

tia. l. quod seruus ibi si potuit suspicari. ff. de posit. l. 1. §. caussa. ibi potuit.

11 ff. de edil. edict. Vltra † quod scire tenebatur. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. & licet in hoc dissentiant Bartol. in l. qui satisdare, num. 6. ff. eo. & Marsi. in d. rub. eo. quæst. 3. nu. 37. dum ponũt,

12 quod † si ignoranter fideiussor non idoneus per creditorem receptus fuerit, quod tali casu sibi non præiudicat: sed alius in locum eius de nouo dan-

13 de est: † cum paria sint non cauere, vel non idonee cauere. Bald. cons. 162. num. 5. vol. 2. Alex cons. 37. colum. 1. lib. 2. nam non intelligitur cautum,

14 † quando est vitiosè, vel non idoneè cautum: Angel. in l. quoties. ff. qui satisd. cogan.

15 Tamen veritas est, † quod creditor recipiendo etiam ignoranter fideiussorem non idoneum in suę somnolentię pœnam sibi præiudicat eodem modo, ac ille qui vitiosas ædes conduxit. l. qui bona §. de illo. ff. de dam. infect. l. nam si actor. ff. de rei vendit. & quod creditor etiam ignorans sibi præiudicet recipiendo non idoneum fideiussorem asseruerunt. Alex. consil. 60. in quinto, & cõs. 34. in septimo, in puncto Vincent. Carrocc. de excuss. bon. par. 1. quæst. 54. num. 1. & 3. Rebuff. de sent. execut. art 1. glos. 16. num. 25. Carp. ad stat. Mediol. 1. par. c. 44 nu. 21 quos refert, & sequitur Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 8. num. 16.

16 & 17. nam † creditor à seipso debet se informare, & certiorari de conditionibus, & qualitatibus fideiussoris: aliàs in pœnam istius suæ negligentiæ sibi præiudicat. d. l. quod cum alio. ff. de reg. iur. Surd. decis. 13. nu. 38. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 88. Birt. in l. si patronus. ff. de confir. tut. Bald. in l. in ciuile. C. de furt. ad

17 vnum † enim tantum tenetur debitor personaliter exhibere fideiussorẽ coram creditore, cui si per creditorem de eius inhabilitate nihil fuerit oppositum cũ nihil vltra agere debeat tenet, & valet dicta fideiussoris datio. Ias. in l. si fideiussor. nu. 4. ff qui satisd. cog. Marsi. rubr. eo. nu. 37. Bertazz. de claus. claus. 39. num. 2. vers. tamen in dubio: in tantum, quod adimpleuisse dicitur, si ad præstandum idoneum fideiussorem tenetur.

18 Hinc est, † quod si coniuncta persona in fideiussorem recipiatur: cum

19 inter coniunctos præsumatur † scientia. ideo reputabitur fideiussor idoneus, etiam quod non sit, nec immobilia possideat. Cast. in l. sciẽdum, nu. 9. ff. qui satisd. cog. Bal. in l. 2. in §. prętor. num. 1. d. tit. qui dicit, hoc operati fauorem coniunctionis. Marsi. in rub. eo. c. 32. nu. 229. lim. 2. dum vult hoc

20 ideo esse, quia lex † pro constanti habet, quod principalis debitor suum fideiussorem coniunctum nõ relinquet illaqueatum l. 1. ff. in ius voc. vt eant

21 † cum nemo carnem suam odio habeat, c. cum satis 86. dist. c. nõ extimemus 13. q. 2. l. 2. ff. de recept. arb. l. 1. ff. de bonis eorum, qui ante senten. l. 4. ibi cõtra sanguinem suum. ff. de inoff. test. Hiero. de Laur. decis. Rotæ Auin. 22. num. 8. quod secundum Marsi. in d.

22 rubr. eo. sub nu. 234. & 237. † extenditur etiã ad magnum amicum, nam

23 † secundum eum magna amicitia æquipararur coniunctioni sanguinis.

24 Et quod fideiussor † oblatus qualiscunque tamen sit: & etiam si quantum ad facultates non sit idoneus, si tamẽ est necessarius, & sanguine coniunctus reo conuento, quod sit accipiendus, & vt fideiussor idoneus censendus voluerunt glo. & dd. omnes in

l. 2.

l.1.ff.qui satisd.cog.& in l.1. ff.in ius vocat.vocant Bart.in l.sciẽdum.ff.qui satisd.Bald in l.filius ad fin. ff.de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Afflict. de iure Protolan rub. num.23. in fi.

25 Contrariũ iñ conatur firmare. Ant. Hering. tract. de fid.c.8.nu 90.& inf.

26 Secundo † fideiussor ille idoneus est, licet sit pauper, & immobilia non possideat, qui habet principalẽ diuitem. gl.in l.mulier in verbo præstitisse. C.de iur.dot.Rom.in l.2.ff.qui satisd.cog.vbi Alex. nu.4.Ias.nu.5. Bal. in d.l.mulier nu.2. Castr.in l.fideiussor nu.3. ff. qui satisd. cog. Bald.sing. suo 31. incip. quæro aliquis debens. Marsil.in rubr. de fideiuss. q.32. num. 228.limit.1 qui firmat, quod fideiussor soli bona non habens, nõ aliter dicitur idoneus, quam si pro diuite spõdeat,& nu.269. Alex.in l.1. ff. qui satisd.cog.& l.diuortio. §.interdum. ff. solu.matrim. Nam quando principalis est idoneus, & diues, licet fideiussor sit pauper, nihilominus pro idoneo habetur. Valen. Franc.de fideiuss. cap.4.num.24.& 25. Horat. Carp. ad Strat. Mediol. par.1.cap.44. nu.45.&

27 ratio est, † quia omnia bona inter eos aggregantur, & pro vno patrimonio, reputantur, saltem quo ad reddẽdum creditorem cautum. Marsil.d.rub.co.q. 22.nu 179. Ruin.cõs.49. nu.8.vol.5. qui dicit, quod fideiussore existente idoneo, & principalis idoneus censetur, cũ facultates vnius alteri sint ag-

28 gregatę; † Imò quãdo principalis est multum diues: fideiussor non est dandus. Afflict.decis.171.nu.3.vel sufficit dare qualem qualem fideiussorẽ. Glossella, & Bal.in d.l.mulier de iure dot. Vinc.de Franc.decis.480.nu.2. par.3.

29 qui dicunt, quod tali casu sat est, † vt quis det famulum.

30 Hinc est † quod fideiussor dicitur idoneus, quando ipse, & eius principalis habent tantum in bonis, quanta est obligatio fideiussoria. Ias.in l.si cõstante.num.134.ff.solut.matr. & in l. fideiussor nu.2. & 5. ff.qui satisd.cog. Brug. Caual.de iur. & cura. nu.192.

31 lim. iñ hæc in actore dimitte, qui licet possideat immobilia; nihilominus idoneè tenetur satisdare. Alex.in l.de die. §. qui mulierem in fi. ff. qui satisd.cog.

32 Et quis sit pauper, † vel diues, iudicis arbitrio relinquitur, qui inspecta qualitate causæ, & cõditione personarum hoc arbitrari debet. Ang.in l. si verò in §.1. ff.qui satisd.cog.

33 Tertio, † fideiussor fidelis, laudabilis, probata, & honestæ vitæ, & qui nunquam defecit in promissionibus, pro quibus intercessit. Licet sit pauper, & bona immobilia nõ possideat, nihilominus dicitur fideiussor idoneus. benè Paul. de Castr. in l. si quis stipulatus 112.in §.si quis ita num.2. vers.nota singulariter, ff.de ver. obli. qui dicit, quod ob talem bonã vocem, & famã isti tales dicuntur habere creditum,& quod cum tali credito absq; aliquo capitali vidit multos in immẽsum diuiti, & hoc respectu, quod pro fideiussoribus non idoneis recusati non possunt quod, & firmat Ias.in l.1.nu. 19 & in l.fideiussor.num.7. verfic.3. fallit.ff.qui satisd.cog.idq; etiam proditum est, à Marsil. in rub.de fideiussoribus.q.22. nu.180. & q.32.nu.238. lim.3.dum inquiunt quod virtus hominis pro satisdatione habetur. placuit hoc idem Bal.in l.abstinendũ. C.quorum app.non recip. Guliel.de Bened. in c.Raynutius in verb.adiecta impúberi num.25.de test. l.s. in l.iubemus. nu.14. C.de iud. Valent. Franc. de fideiussoribus. c.4.concl.1.nu.30.

Hæc opinio multis quidem rationibus comprobatur.

Primo sicut dicitur, idoneus pupilli tutor, qui est probatæ vitæ, & morum, nec non fidelis, & diligens. l. scire oportet in §. fin. ff. de tut. & cur. l. 8. ff de confirm. tut. l. si creditor in §. 1. ff. de rebus auth. iud. poss. ita etiam in proposito fideiussorum virtutes, & eorumdem dona, & bona animi videntur sufficere, ad eos idoneos constituendos.

Secũdo, quia duplex est idoneitas, diuitiarum, & fidei, vt meminit. Ias. in d. l. si quis stipulatus. num. 5. per illum text. Igitur cum hic adsit vna, ex istis duabus merito, &c.

Tertio, quia honesta, probataque vita sufficit pro cautione secũdum gl. in l. vnica, in verbo qualitatem. ff. de rip. muniend.

Quarto, quia bona hominis opinio est tutior pecunia, iuxta illud bonum nomẽ plus potest, quã diuitiæ multæ.

Quinto, fideiussor dicitur à fide, quæ in fideiussione præcipua est Alber. de test. §. videndum num. 14. vt etiam Alberig. de mallettis d. tract. de test. c. 5. num. 26. vnde ad conflandam fideiussionem idoneam satis erunt fidelitas, & probitas, & optima existimatio: quæ hic adsunt.

Contrarium tamen, quod imò fideiussorem probatæ vitæ, fidei, morum, & optimæ existimationis oblatum per debitorem creditor ad illum recipiendum, vti idoneũ astringi non possit: tenuerunt Alberig. & Alexan. vbi etiam Socin. nu 3. in l. 2. ff. qui satisd. cog. habetur in d. l. si quis stipulatus, vbi Alex. & Arre. sic voluit Emanuel Suarez. in thesaur. comm. op. litter. F. nu. 134. & placuit Farin. in sua prax. tit. de carcer. & carcer. quæst. 33. nu. 79. cum seqq. vbertimè Ant. Hering tract. de fideiuss. c. 8. num 59.

Fundatur hæc opinio istorum sic tenentium his rationibus.

Primo, quia aliàs huiusmodi fideiussio nihil proficeret data maximè principalis debitoris impotentia, & inopia, vnde, cum inanis, & frustatoria redderetur futura exactio contra istum fideiussorem, in præiudicium ipsius creditoris: merito, si nullo modo recipienda sit, & præsertim, quia fideiussio fuit principaliter adinuenta, vt creditori debitum magis in tuto constituatur, vt quæ creditor à fideiussore cõsequi possit, si debitor facultatib. fuerit lapsus. § fin. inst. de replicat.

Confirmantur præmissa: quia iste fideiussor, vt dictum est, parũ aut nihil vtilis est ipsi creditori, cum præter bonam fidem nihil in bonis habeat: Vnde est idem, ac si datus non esset cũ paria sint, quid non dare, vel inutiliter dare, & rem non habere, vel habere inutilem, & inanem. c. inter corporalia. §. sicut de translatio. Episc. l. nam is. ff. de dol. glos. in l. fin. ff. de plagiar. Vant. de nullitatis vers. toties, & infra quod Episcopus. num. 26. cum seqq. Huc confert quod dicitur de Episcopis, Marchionibus, & Comitibus nulla tenẽtibus, qui propriè & verè Episcopi, Marchiones, & Comites non sunt, sed impropriè, & abusiuè, vt per Bald. in l. vnica in fi. C. de nou. iur. qui rir. tollen. signanter Ias. in l. id quod apud hostes. nu. 21. cum seqq. de leg. 1. vbi admonet, quod illud quod caret effectu, carere etiam re iuxta illud si re priueris, nec non habere mereris.

Confert, & tertio ad præmissorum robur: quia locuplex, & idoneus ille verè non dicitur, qui est magnæ extimationis, & laudabilis probatæ,

& honestæ vitæ, ac morum, & bonæ opinionis, vocis, fidei, ac famæ modo nihil habeat in bonis, vel saltem angustum larem, curtamq; ac tenue supellectilem. l.2.§.idoneos ff.ad Treb. l.8.§.nihil interest, ff.de transact.

Accedat, & quarto, quia egestas semper honestati optimæ extimationi se opponit, & contrariatur. Nam non potest dici vir honestus, laudabilis, & bonæ extimationis, qui egenus est.l.si quis. 52.§.cum Titio. ff.de furt. Nam paupertas vbique iacet, & ideo solet secũ afferre omnia incommoda: solet.n. prouerbio ferri, quod mendico ne quidem parentes amici sunt. Vnde illud locutus est diues, & admiratæ sunt turbæ, locutus est pauper, & dixerunt quis est hic, & hæc sunt indubitata, in hoc præcipuè exulceratissimo seculo in quo manus osculatæ sunt, & tantum id credunt, quod vident.

Postremo, ponderatur hæc ratio. Nam si moreretur talis fideiussor qui erat inops: sed tamen fidelis: certè sequeretur, maximum inconueniens, quod hæres eius, qui nec fidem, nec vlla bona haberet, non posset satisfacere creditori, & sic ipsi non esset cautum, qui tamen ab initio eam ob causam fideiussorẽ accepit, ita Ias. & Alex. ratiocinantur, vt per Hippol. sub.eo. nu.239. Vinc. Carroc. de iuram. litis, decis.q.1.13.q. principali, nu.17.

Ex quibus concludo hanc opinionem esse veriorem, & tutiorem: & ratio est, quia in proposito idoneitatem constituunt bona, & diuitiæ. Imò requiritur quod bona sint immobilia, & stabilia: vel si mobilia, quod sint magni valoris, & satis numerosa, & quod de facili asportari non possint, vt mox dicemus infra proximo seq. cap. & ideo nõ video quomodo istum defectum facultatum, & diuitiarum, possint supplere bona extimatio, & reputatio, probitas morum, & vitæ, & quod quis sit laudabilis, & fidelis, & bonæ vocis, conditionis, & famæ, & quod non sit solitus deficere in suis promissionibus, data paupertate, in debitore principali, quod non sit soluendo.

34 Quarto, † fideiussor possidens mobilia in loco fideiussionis præstitæ magni valoris, quæ de facili asportari nõ possunt, & etiam habens multa iura, & nomina debitorum, nec nõ annuos redditus super re immobili tenens, vt etiam si teneretur in aliqua ciuitate apothecam magnam, seu mensam: nam licet stabilia non possideat, attamen idoneus fideiussor dicitur. Bart. in d. l.sciendum, num.5 & 10. vbi Ias.nu. 23. ff.qui satisd. cogan. Marsd.rubr. de fideiuss.q.32.lib.4.& 5.num.241. & 242. Farinac.in prax. crim. de carcer.q.33.num.81.

35 Quinto † fideiussor ordinatus à testatore in testamento, licet pauper sit; & immobilia non possideat pro idoneo habendus est, nec recusari potest, quia eius persona, à testatore est approbata. Marsd.q.32.num.244. diximus supra in prima parte in prælud. sect.3. c.11. aliàs 20. nu.8. & cap.19. aliàs 28.in fin.& ideo si testator in testamento hæredem grauauerit, vt ab vsufructuario fideiussorem pauperem accipiat, tunc hæres tali fideiussore cõtentus esse debet. l.1. vbi Salic. nu.5. Bal.nu.11. C. de vsufruc. Ang. Arret. in §.1.nu.5.in fin.inst.de vsufruct. & in tract.de test.gl.92.nu 1. Marsd.rubr. eo.nu.244. Francus de fideiuss. cap.4. num.34. mot. per l.tribus. ff.de vsufr. earum rerum, quæ vsu consumuntur.

36 tur. † Contrarium tamen, quod imò hæres cogi non possit, vt accipiat fideiussorem inopem, vel aliàs non idoneum, voluerũt Ia. Anibal. in l. nemo potest. nu. 484 de leg. 1. Arri. Pinell. in l. 1. par. 2. num. 76. ad fin. C. de bon. mat. And. Gail. lib. 2. obser. 145. num. 13. Anto. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 8. nu. 87. & c. 7. nu. 65. 66. & 67. vbi respondet ad d. l. tribus, & dicunt non posse compelli hæredem ad recipiendum fideiussorem inopem, etiã stante testatoris præcepto.

37 Sexto, † qui habet in bonis tãtum, quantum in ciuilibus importat causa, & in criminalibus pœna, is fideiussor idoneus dicitur glos. 1. in l. fideiussor in iudicio, quæ est secunda. ff. qui satisd. cog. vbi Ias. num. 2. Paris. de Puteo de sindicat. verb. fideiussor officialis. c. 3. si iudex maleficiorum. nu. 6. Farinac. in prax. tit. de carc. & carce. q. 33 num. 79.

38 Septimo ille, † qui immobilia, & stabilia possidet, pro fideiussore idoneo habetur. l. 2. in princ. vbi Ias. nu. 1. dicit, quod ad hoc, vt quis dicatur idoneus, tria requiruntur, quod quis sit idoneus facultatibus, facilitate cõueniendi, & quod immobilia possideat. ff qui satisda. cog idem habetur in l. sciendum. d. tit. ff. qui satisd. cog. Mars. rub. co. nu. 289. Mand. ad Rom. cons. 67. in litteta B. qui dicit communem: secus ergo erit si mobilia possideat, quia tunc cum de facili aspportari possint, pro idoneo non habetur. Prosper. Farin. in d. prax. crim. de carcer. & carc. q. 33. num. 80.

39 Octauo, qui communiter habetur, tenetur, & reputatur pro idoneo, ille fideiussor idoneus dicitur. Alex. cons. 60 nu. 2. vers. oportet. volum. 5. Rot. Roman. vt per Farinac. in nouiss. decis. 814 num. 20. Tali enim casu communis error, reputatio, & existimatio facit ius. ad l. Barbarius. ff. de off. procõs. & diximus sup. in primo casu.

40 Nono quis dicatur: † Fideiussor idoneus, hoc totum iudicis arbitrio remittitur. Surd. decis. 320. num. 13. Bald. in l. vniuersa. nu. 3. vers. in contrarium. C. de precib. imp. offer. Menoch. de adipisc. remed. 2. num. 93.

41 Aduerte tamen, † quod fideiussor possidens bona rustica, dicitur magis idoneus, quam possidẽs vrbana, cum

42 † vrbana subijciantur maiori periculo incendij, & ruinæ. Bald. in l. fin. de debit. ciuitatis. lib. 10.

43 Etiam vnum nota, † quod si contigerit fuisse super idoneitate disputatum, & iudex super ea pronunciauerit, quod talis iudicis sententia, dicitur interlocutoria. Felyn. in rub. de re iudic. num. 20. vers. sententia super idoneitate.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non idoneus, quis esse dicatur.*

2 *Fideiussor idoneus non dicitur, qui immobilia non possidet.*

Idem si fideiussor possidet stabilia in loco periculoso, & ruinoso.

Idem quando immobilia sunt in alieno territorio, & in alio loco, quam in loco iudicij, & contractus.

Eodem modo si sunt sterilia, & inutilia.

Pariter, si sunt vilissima, & non æquipollentia debito, pro quo quis fideiubet.

Etiam si sunt immobilia restitutioni, obnoxia.

Pari ratione, si maritus tantum possidet bona suæ vxoris.

Itidem si bona stabilia sunt litigiosa.

Et

Vt etiam si sunt aliis oppignorata, hypothecata, vel aliàs obligata.

Similiter, si extra territorium debitoris sita.

Amplius, si periculis euidentissimis suppositа.

Insuper si tenuia, sterilia, atque vilia.

Postremò, si absque titulo, & bona fide tenta, & possessa.

Itidem, si feudalia, emphyteutica, & alia, in quibus quis tantum vtile dominium habet, & nulla allodialia, dicto num. 2. & per totum.

3 *Nobilis etiam, quod stabilia non possideat, pro idoneo fideiussore habetur.*

4 *Fideiussor idoneus non dicitur causidicus, litigiosus, rixosus, cauillosus, & qui nimis potens est, cò quia sit difficilis conuentionis, etiam quod sit diues, & immobilia possideat.*

5 *Item nec aduocatus, procurator, notarius, miles, vel magnus nobilis.*

6 *Idem in iudicibus omnibus, omniumq; curiarum consiliarijs.*

7 *Fideiussor idoneus non est ille, qui est difficilis conuentionis, vt sunt Nobiles, qui habent castra munitissima.*

8 *Nobiles, potentes, & impetuosi homines, & qui arces inexpugnabiles habent, pro fideiussoribus idoneis non habentur.*

9 *Fiscus, & ipse licet sit soluendo, tamen quia est difficilis conuentionis non censetur idoneus fideiussor.*

10 *Sed quid in Baronis, & domicillis huius seculi, qui recognoscunt in superiorem alium Dominũ directum, an pro idoneis fideiussoribus habendi sint?*

11 *Item quid in iudicibus, & magistratibus, an & ipsi potentiorum nomine veniant.*

12 *Fideiussor idoneus non habetur, qui non est eiusdem fori.*

13 *Fideiussorem dare promittens, tenetur dare de loco contractus, vel de ciuitate stipulantis.*

14 *Fideiussor idoneus non est, qui potest conueniri sub alio iudice, quam principalis, etiam si sit eiusdem loci.*

15 *Fideiussor non dicitur idoneus, qui ex priuilegio potest declinare iurisdictionem illius iudicis, coram quo fideiussit.*

16 *Fideiussor priuilegiatus, pro idoneo non habetur.*

17 *Fideiussores idonei non sunt scholaris, mulier, miles, clericus, minor, & similes.*

18 *Fideiussor idoneus non præsumitur, qui habet pecunias sub vsuris.*

19 *Item qui possidet immobilia pro tanto hypothecata, quanti valent.*

20 *Idem si sint fideicommisso subiecta.*

21 *Idem in illo, qui nulla alia bona possidet, quam ea super quibus lis futura timetur.*

22 *Vsurarius manifestus, non dicitur idoneus fideiussor.*

23 *Fideiussor idoneus quis non dicitur, nisi pro tali approbetur.*

24 *Fideiussor idoneus, iterum præstari debet priore fideiussore effecto non soluendo.*

Intellige in iudicijs: secus in contractibus. num 28.

25 *Quod etiam sibi locum vendicat in fideiussore euictionis.*

26 *Factum non dicitur, nec satisdatum, nisi factum, & satisdatio durent. num. 27.*

29 *Periculum superuenientis inopiæ spectat ad creditorem.*

30 *Debitor satisdando satisfacit suæ obligationi.*

31 *Fideiussore effecto non soluendo, vel mortuo, alius dandus est.*

32 *Quando l. vel statuto, quis fideiubere*

tenetur, tunc si primus fideiussor effi ictur non idoneus, iterum est satisdandum.

33 *Noua causa superueniente, quis iterato fideiubere cogitur.*

34 *Fideiussore facultatibus lapso, iterum est fideiubendum de æquitate.*

35 *Idem in dote, & fideiussore, qui statim à die interpositæ fideiussionis fugam arripuit.*

36 *Mulier non est idonea fideiussitrix, nisi pro suo procuratore.*

37 *Dispositio mandans fideiussorem dari, intelligitur de idoneo.*

38 *Pœna sunt non præstare fideiussorem, vel non præstare idoneum.*

39 *Vbi quis non est soluendo nunc, non præsumitur, etiam fuisse soluendo tunc.*

40 *Subditus pro Domino recognoscente superiorem non est idoneus fideiussor.*

41 *Fideiussor habens priuilegium declinatorium fori, pro idoneo non censetur.*

42 *Fideiussores multas alias personas non idoneas reputari, remissiuè.*

Quot modis fideiussor, non idoneus dicatur.

CAP. III.

1 TErtia † conclusio tradetur, Multipliciter fideiussorem non idoneum dici.

2 Primo † quando non possidet immobilia glos. in §. susceptio in verbo personali, col. 5. in Auth. de exhib. reis Specul. de satisd. §. dicto versic. sed si scholaris. nu. 8. Bald. in c. coram, nu. 8. extra de off. deleg. Ang & Saly. in l. 2. ff. qui satisd. cogan. vbi Alexan. num. 5. Iason. num. 1. Idem Iason. in l. sciendum, num. 30. ff. d. tit. qui satisd. cog. glos. in l. si quis stipulatus, in §. si quis stipulatus. ff. de verbor. obligat. Alex. cons. 60. num. 5. volum. 5. Bart. & alij, in dicta l. sciendum vbi Bald. num. 9. idem dic: si fideiussor possidet stabilia, in loco periculoso, & ruinoso. Alex. in l. soluto matrimonio, num. 20. & 21. ff. sol. matrim. Castri. in l. fideiussor, nu. 3. ff. qui satisd. cog. Idem quando possidet immobilia in alieno territorio, & sic in alio loco quam in loco iudicij, & contractus. Idē si possidet immobilia, sterilia, & inutilia. Idem si sunt vilissima, & non æquipollentia debito pro quo fideiubet. not. omnes in d. l. sciendum, & ponit Mars. in rub. de fideiuss. q. 32. nu. 127. & 228. cum seqq. quibus etiam adde possidentē immobilia restitutioni obnoxia. Vt etiam Martium possidētem tantum bona coniugis suæ. vt etiam litigiosa: necnon alijs satis superque hypothecata, extra territorium debitoris sita, periculis euidētissimis suppositā, in obligabilia, sterilia, vilia, tenuia, absque titu. & mala fide, vt per Franc. de fid. c. 4. nu. 15. & infra, vt etiā bona feudalia, & nulla allodialia, l. 2. ff. qui satisd. cog. vbi Alber. Alexan. & Soc. num. 3. Alex. Arret. & cæteri in l. si quis stipulatus. ff. de verbor. oblig. Eman. Suarez in comm. opi. littera. F. num. 134. Farin. in prax. de carcer. & carc. q. 33. num. 79 & seqq. fol. 345. Ant. Hering. de fid. cap 8. nu. 59. qui num. 60. dicit hoc verum etiam, quod esset probatæ fidei, & honestæ vitæ.

3 Excipe † tamen à præmissis nobilem: Nam si non possidens immobilia teneretur ex forma, l. vel statuti satisdare ad hoc nō potest compelli nobilis, licet immobilia non possideat Tiraq. de nobilit. c. 20. num. 189.

4 Secūdo causidicus, litigiosus, rixosus, & cauillosus, & is qui nimis potens

tens

zens est, eo quia difficilis sit conuentionis fideiussor idoneus non dicitur, etiam quod sit dives, & stabilia possideat. Castr. in l. fideiussor num. 4. vbi Bart. nu. 1. ff. qui satisd. cog. Ias. in l. 2. in 7. col. num. 24. vers. adde tu in primis ff. sol. matr. qui dicit potentiorem
5 non esse fideiussorem idoneum. † Vnde Aduocatus, Procurator, Notarius, miles, & magnus nobilis fideiussores idonei non dicuntur. gl. Alex. & Bart. in d. l. 1. ff. qui satisd. cog. Mars. in d. rub. q. 33. nu. 257. Natt cons. 143. nu. 10. vol. 1. Vin. lib. 2. comm. opin. opi. 112. Rebuff. in tract. de sentē. execut. ar. 1 gl. 1. nu. 19. cum seqq. † quibus
6 adde iudices omnes, omnesq. curiarū consiliarios Patis. de Pute. de sindic. verbo fideiussor. col. 2. vers. an iudex. Boer. decis. 315. nu. 1. Vincent. Carro. in sing. sing. 290. Anton. Hering. de fideiuss. c. 8. nu. 142.

7 Tertio ille, † qui est difficilis conuentionis, vt sunt nobiles, qui habent castra munitissima, non dicitur fideiussor idoneus: nā fideiussor idoneus ille non censetur, qui est de forti loco, & custodia ad eum spectat, etiā quod sit dives, & immobilia possideat; quoniam iudex, vel eius familia nullo modo possunt accedere ad exequendum contra ipsum. l. 3. ff. de fideiuss. l. Imperator. ibi, vel soluendo fuerit, quo tēpore conueniri poterit. ff. ad municip. glo. in d. l. 2. Bart. num. 1. Ang. Rom. Castr. & alij. ff. qui satisd. cog. Natta cons. 143. nu. 9. vol. 1. Boer. decis. 238. nu. 5. post medium. Mars. rub. eo. q. 33. num. 289. cum seqq. Menoch. cons. 2. nu 212. vol. 1. & de recuper. remed. 1. nu. 286. qui hoc duobus modis limi-
8 tat. † Hinc est etiam quod Nobiles, potentes, & impetuosi homines, & qui arces inexpugnabiles habitāt pro idoneis fideiussoribus non reputantur. Bar. in trac. de tyrannia. nu. 10. Capel. Tolos. decis. 196. alias 197. Mars. rubric. eo. nu. 1. Andr. Gail. lib. 2. obser. 27. nu. 15. Emanuel. Suarez. in com. op. littera F. nu. 132. Ant. Gam. decis. Lusit. 21. nu. 3. Menoch. d. cons. 2. nu. 212. vol. 1. Carp. ad Stat. Mediol. par. 9 1. c. 44. nu. 18. Idem † est in fisco, qui licet sit soluendo: tamen non est idoneus fideiussor, etiam de iudicio sisti, 1 nec pro deposito, vel pro alio credito: quia est difficilis conuentionis. Bald. 10 in l. sententia. C. eo. sed † quid dicendum de illis potentibus, qui recognoscunt alium Principem in superiorē, & dominum directum, & qui eorum castra, & arces expugnare posset. An pro idoneis fideiussoribus habendi sint? Et quod tales nobiles sint idonei fideiussores modo subsint ipsi Principi, qui castra, & arces eorū expugnare possit, tenent Aug. in l. 2. ff. qui satisd. cog. Iacob. à S. Georg. in l. si de vi, ff. de iud. Grat. cons. 87. nu. 24. vol. 1. Rol. à Vall. cons. 1. nu. 78. vol. 1.

Contrariū tamen tenuerunt. Boer. decis. 238. col. pen. qui cōtrariam magis communem dicit. Vinc. Carro. de excuss. bon. par. 2. q. 36. nu. 5. qui satis acie in domicillos huius seculi inuehitur. Anton. Hering. de fideiuss. c. 8. nu. 132. qui declarat, qui in proposito 11 potentiores dicendi sint. † Sed quid dicendum est de iudicibus, & Magistratibus: an, & ipsi potentiorum nomine comprehēduntur? Et certè emptiones publicæ, & priuatæ istis personis factæ, vt per vim, concussionem impressionemq. officij eorum extortæ, & vi, & potestate dicti officij factæ non tenent. l. non licet, l. qui officij, ff. de contrah. empt. l. quid auferetur. §. quod à Præside, vbi Bar. ff. de iure fisc.

Salyc.

Salyc.in l.vnica. C.de cõtract.iud.vbi vult, quod Prætores, & Prouinciarũ rectores non possunt p se, vel per alios contrahere in loco sibi commisso, nisi pro necessitate victus, & vestitus. Sicut ergo non possunt emere, & nullã negociationem exercere, l.principalibus, ff.si cert.per.pati ratione non possunt fideiubere, & recepti pro fideiussoribus idoneis habendi non sunt.

12 Quarto, † qui non est eiusdem fori in quo fideiussio præstari debet, & sic, qui est extra locum iudicij, & contractus pro fideiussore idoneo non habetur, etiam quod sit diues, & immobilia possideat. gl.in auth.de exhib.reis. §.sancimus. Bart.in l.fi. C.de princip. agen.in rebus. lib.12. Castr. in l.si filius. ff.qui satisd.cog. Bened.de Plumbino aliter de Barzz. tract.de discuss.q.12. Gomez.de contract.c 13.nu. 8. notant omnes in l.1. ff.si quis in ius voc.non ierit, & docẽt. Bald.in l.cum per liberam.num.4.C.per quas perso. nobis acq. Petr.Rauen.sing.969. Ias. in l.si fideiussor in §. si necessaria, nu. 1.2.3.& 8 ff.qui satisd.cog.dum vult,

13 † quod promittens dare fideiussorem intelligatur de hominibus illius Ciuitatis, de qua est ille, qui fideiussorem dare promittit. Alex.cons.63. num.3. vol.6.Mats.in l.de minore in §.plur.ũ nu.41.ff.de quæst.& in rub.de fideiuss. q.33. nu.258. & q.34. nu.161. Surd.

14 decis.295.nu.12. † Imo fideiussor nõ dicitur idoneus, si non potest conueniri coram illo iudice, coram quo erat conueniendus principalis, dato quod posset fideiussor in eadem ciuitate cõueniri coram alio iudice. Alex.in l.1. num.3. ff.si quis in ius voc. non ierit.

15 Vnde † fideiussor non dicitur, idoneus, qui ex priuilegio potest declinare iurisdictionem illius iudicis, corã quo fideiussit, nisi tali priuilegio renũciauerit. Alex.in d.l.1.nu.1.vbi Ias.nu. 2.idem Alex. cons.63.nu.3. vol.6.

16 Quinto priuilegiatus † non dicitur fideiussor idoneus. Nam qui est tutus ex aliquo priuilegio, licet ex alijs idoneus reputetur, tamen ex hoc idoneus

17 non dicitur, † vt scholaris, Clericus, mulier, miles, minor, & similes personæ. Bart.in l.fin.nu.1. C.de præpos. agent.in rebus lib.12. Mats.d.rub.q. 33.nu 257. Nam non dicitur dare fideiussorem, qui dat priuilegiatum. l. de die in §.qui mulierẽ. ff. qui satisd. cog. l.1. vbi Alex. ff.si quis in ius voc. non ierit. Abb.in cap.1 eo.

18 Sexto, † qui tenet pecunias sub vsuris, pro fideiussore idoneo non habetur, ideo quod verisimile est eum effici nõ soluendo. Alex.in l.soluto matrimonio. ff.sol.matr.sub num.20.& 21.

19 Septimo possidens † immobilia, quæ habeat hipothecata pro tanto, quanti valent, ita quod non sit spes reluitionis fideiussor idoneus non dicitur, diximus supra in primo casu.

20 Octauo, † possidens bona stabilia, vinculata, & fideicommisso subiecta idoneus fideiussor non reputatur. Bar. in rub.ff.iud.sol.nu.6. Anguisc.col.cõs. 40. in materia contractuum.nu.4.qui

21 nu.10.dicit idem † esse in eo, qui nulla alia bona habet, quam ea, super quibus litem futuram timet, quod, & aduertit Valent. Franc. de fideiuss. c.4. nu.46. Mats.d.rub.nu.261.

22 Nono, vsurarius † manifestus: cum vsurarum restitutioni, & alijs eidem à lege pœnis impositis obnoxius sit, pro fideiussore idoneo non dijudicatur. Caball.milleloq.705. Nam si quis velit dare vsurarium diuitem, in fideiussorem non tenetur quis eum accipere: quia non est bona cautio. l. im-

pro-

probum. C.de his,qui not.infam.cap. quamquam de vsu.in 6.Rip.in c.cum M.Ferrarien.nu.117.de constit.& ratio est, quia licet sit diues, nihilominus eius diuitiæ diu durare non possunt, & hoc respectu non videtur sufficiens,& bonus. Can.in d.cap.quamquam.Ambros.à Vign.in suo tract.de vsur. Intellige tamen, & declara prædicta in vsurario manifesto, iam condemnato: secus in occulto.Caball.mil leleq 205.in prima part.qui in fin.addit,quod hodie vix recusaretur vsurarius diues,& potens.

21 Decimo, † fideiussor non dicitur idoneus, nisi pro idoneo approbatus fuerit.l.si verò, §.qui pro rei.ff.qui satisd.cog.Alex.cons.37.viso,& opportunè, num.3.lib.11.Mascar. de probat.concl.782.nu.2.par.2.

24 Vndecimo, † fideiussor,qui à principio erat idoneus, & demum in progressu temporis efficitur nõ idoneus, vti non idoneus de nouo præstandus est.Ias.in l.si ab arbitrio.num.10.cum seq. ff.qui satisd. cog. Castr. in l. fideiussor.nu.2.d.tit.vbi Alex.num.6.firmant,quod si fideiussor desijt esse solu-

25 endo,iterum cauendum est:& † volunt hoc procedere in fideiussore euictionis. & ratio est, quia satisdatum

26 non dicitur,† nisi satisdatio duret.Ias. in l.prætor. ait in §.deinde nu.9. ff.de nou.oper.nunc. Marsil.d.rub.de fideiuss.q.4. nu.74. & 75. Soci. iun.cons. 78.nu.8. vol.4. dum firmat, quod fideiussor idoneus tẽpore, quo fuit acceptus si desijt esse soluendo, alius idoneus dandus est. Et quod fideiussore effecto,non soluẽdo debitor teneatur, iterum alium dare tenent Bar.in l.hoc iure,in §.labeo, ff.de donat.& in l.qui satisdare.num.11.ff.eo. idem in l.litibas, col.fin. C.de agr.& cen.lib.11. Dec. cons.7. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone, num.19.ff.de verb.signific.

27 Surd.cons.18. † Nam non dicitur factum, quod non durat factum. Fanut. de mom.temp. c.29. nu.1.

28 Declara tamen, † & intellige hæc procedere in fideiussore iudiciali: secus in conuentionali: quia fideiussor conuentionalis, si efficitur non soluẽdo, non potest creditor petere, vt alius præstetur. Alex qui dixit communem cons.60.vol.5. Afflict.in constit. Regni Siciliæ incip.humanitate. Bartol. Cassan.in consuetud. Burg.rub.1.§.5. nu.171. Ceph.cons.160.nu.18.vol.2. Eman. Suarez. comm. opin.in littera F.nu.126. Ant.Hering de fid.c.13.nu. 8. signanter Surd. de alim.tit.7.q.20. nu.14.qui dicit, quod fideiussor contractus, semel idoneè datus, non est iterato dandus; licet non soluendo primus datus efficiatur, & diximus supra hac eadem sect. cap.2. in princ. &

29 ratio est: † quia periculum superuenientis inopiæ spectat ad creditorem.

30 Vt † etiam quia debitor satisdãdo satisfacit suæ obligationi. & videatur ad præmissa Carpan. ad Stat.Mediol. par.1 c 44.num.31.33.34. & c.444. nu.21.& 22 qui etiam excepit casum,

31 vbi † fideiussor sit factus non soluendo, vel perierit: nam tali casu alius est

32 dandus secundum eum, † vt pariter in omnibus casibus,in quibus tenetur quis satisdare ex legis, vel statuti dispositione.Surd.tamen à præmissis in d.q.20.nu.19.21.& 23. videtur excipere duos casus. Primus est † quando

33 superuenit noua causa: quia tunc debitor cogitur iterato satisdare. Secun-

34 dus † quando primus fideiussor suam substantiam amisit,& lapsus sit facultatibus inopinato fortuna impetu: eo quia medio tempore ei insignis cala-

mitas,

mitas, vel inopia acciderit, & istos duos casos dicit esse veros de æquitate, & quando quis teneatur officio iudicis. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 13. qui nu. 10. dat huic conclusioni sex limitationes: & vltra relatas in-
35 quit dictum istud † non procedere in dote, in qua hoc est speciale, vt eius fauore debitor iterum fideiussorem dare teneatur. Vt etiam in eo fideiussore: qui statim à die interpositæ fideiussionis fugam arripuit. Vt pariter in fideiussione prætoria, & iudiciali.

36 Duodecimo. † Mulier non potest dici idonea fideiussitrix: l. die in §. qui mulierem ff qui satisd. cog. vbi Alex. nu. 1. nisi pro suo Procuratore fideiubeat. Afflict. in constit. reg. rub. 16. de fideiuss. dando nu. 4. ad fin. lib. 1. Rebuff. de sent. execut. art. 1. glos. 16. nu. 22. late diximus, in secunda parte, sect. 8. cap. 3.

37 Et aduertatur † qđ dispositio mandans fideiussorem præstandum esse:
38 intelligenda est de idoneo, † cum paria sint non præstare fideiussorem, vel non idoneum præstare. l. 1. vbi not. omnes. ff. de in ius vocan. Foller. in prax. crim. in fragm. rub. de fideiuss. nu. 266. in fin. Farin. in Prax. crimin. de carcer. & carcer. q. 33. num. 79. & diximus sup. cap. 2. num. 4. hac eadem sect.

39 Et notãdũ est, in proposito. † Quod in dubio, vbi quis non est soluendo nunc: non præsumitur, etiam fuisse soluendo tunc, & eo tempore, quo quis fideiussor acceptus fuit. Carpan. ad Statut. Mediol. c. 44. n. 35. par. 1.

40 Decimotertio. † Feudatarius si dat pro fideiussore sibi subditum, talis subditus, cum non sit eidem immediatè suppositus, sed principi supremo, pro idoneo non reputatur. Boss. in Prax. tit. de crimin. lęs. maiestat. num. 58.

41 Decimoquarto. † Fideiussor, qui ob eius priuilegium potest declinare forum idoneus fideiussor nõ est censendus. Ias. in l. si fideiussor in princ. num. 1. ff. qui satisd. cog. diximus su-
42 pra casu 5. nu. 15. † adde omnes illas personas fideiubere non posse, & fideiubendo non esse idoneas, quas annotauimus infra in hac secunda part. sect. 8.

SVMMARIVM.

1 *Debitor etiam diues, & immobilia possidens quando idonèe satisdare teneatur.*
2 *Satisdatio de iudicio sisti datur etiam si actor sit diues.*
Idem de satisdactione de iudicatum soluendo. num 4.
3 *Tenutam reuocari petens infra ānum per contumaciam concessam, tenetur satisdare de iudicio sisti, etiam quod sit diues.*
5 *Fideiussio in causis criminalibus etiam à diuite præstatur.*
Idem in possidente immobilia sine titulo, & mala fide.
Idem pariter in possidente rem stabilem litigiosam.
6 *Idem in causa naufragij.*
7 *Idem vbicunque lex fideiussorem requirit. Nam tunc, nec etiam diues à tali satisdatione releuatur.*

Casus, in quibus debitor etiam diues, & immobilia possidens satisdare teneatur.

CAP. IV.

QVarta est conclusio; Quod debitor in nonnullis casibus etiam diues, & immobilia possidens satisdare teneatur.

Primo

2 Primo satisdationem,† quam præstat actor de lite prosequenda etiam dare tenetur,quod sit diues,& immobilia possideat. Auth.generaliter, vbi not. omnes. C.de Epis.& Cler.

3 Secundo,† petens reuocari tenutã alteri ex primo decreto concessam per contumaciam, infra annum, tenetur satisdare de iudicio sisti etiam quod stabilia teneat. l. si quis emptionis in §.pen.vbi Doct.C.de præscript.30.vel 40.ann.cap.quoniã frequenter, vt lit. non const. Surd.decis.276.num.10.

4 Tertio,† à satisdatione de iudicatũ soluendo non excusatur Debitor, etiã quod sit diues, & immobilia possi-
5 deat,vt etiam non exeutiatur,† si immobilia possidet,& sine titulo,& mala fide. Idem statuitur in causis criminalibus, in quibus etiam locuples, & immobilia possidens, ab onere satisdandi non releuatur: vt pariter ad satisdandum astringi potest rem immo-
6 bilem, litigiosam possidens,† idem, & firmes in causa naufragij, in qua quibuscunque non obstantibus, fideiussores dandi sunt, vt aduertunt omnes in d.l.sciendum, & ponit Mars.in d. tub. co. q. 33. num. 245. vsque ad
7 nu.257.† quibus adde,quando lex requirit fideiussionem, nam tunc licet quis diues sit, & immobilia possideat nihilominus satisdare tenetur. Alex. in l.1.num.12.ff.qui satisd.cog.Surd. decis.295.num.13.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem certum dare promittens, vtrum dando alium æquè idoneum liberetur.*

2 *Verba æquè idoneus quomodo accipiatur in proposito.*

3 *Fideiussorem dare promittens an dando illum qui se obligare, vel conueniri non potest, liberetur?*

4 *Quid si scienter talis recipiatur.*

5 *Quid si non est idoneus facultatibus.*

6 *Fideiussorem dare promittens liberatur, dando fideiussorem minus idoneum, si scienter fuit receptus.*

7 *Quid si ignoranter.*

8 *Fideiussorem dans minus idoneum liberatur, etiam vbi ignoranter à creditore recipitur.*

9 *Nisi ex aliqua iustissima causa fuisset receptus.*

10 *Quid si à principio erat idoneus, & postmodum desinit esse idoneus.*

11 *Cautum, & securum reddere promittens, numquid teneatur cauere cum fideiussoribus.*

12 *Quid si promittat idoneè cauere.*

Certum fideiussorem dare obligatus: an præstando æquè idoneum adimpleat.

CAP. V.

1 IVxta† præmissa hæsitant Doctores, an si debitor fideiussorem certum dare tenetur; Puta Titium, qui non vult se obligare offerendo, & dando æquè idoneum liberetur? & concludunt communiter quod tenetur ad pœnam, & interesse, & si obierit tenetur dare alium,æquè idoneum, per tex.in l.qui autem §. si quis. ff.de const.pec. & ponunt Hyppol. de Mars. in l 1. §. cum quidam nu.17. ff.de quæsti. Verall.decis.154.per totum lib.3.qui declarat† quomodo illud verbum æquè
2 idoneus intelligi debeat. Bertazz. de clauf.clausula 42. gl.8.nu.4 Ias.cons. 41.nu.2.& 3.lib.3.qui hoc dictum limitat, quando in fideiussione est appositum iuramentum, quod præcisè ad factum cogit.

3 Sed quid † si debitor ex pacto fideius-

deiussorem dare tenetur: an dando illum qui se obligare non potest, vel nō potest conueniri, & sic non idoneum, liberetur? & tenent cōmuniter Doct. quod non liberetur per l. 1 ff si quis in ius voc. non ier. l. quoties, & l. de die, in §. 1. & in §. si seruus. ff. qui satisd. cog. ita cauit. Bart. in l. 3 ff. eod. quem cæteri omnes communiter sequuntur. † Quod extende etiam quod scienter receptus fuerit, gl. in d. l. 3. in verbo impletam, & gl. in d. l. 1. in verbo pro non dato, quas glo. communiter approbatas esse dicunt Bart. Alex. & Soci. in d. l. 3. & in d. l. 1.

4

5 Iterum, † quid si fideiussor non est idoneus facultatibus: & ab obligato præstare fideiussorem iste fideiussor detur; An debitor dans adimpleat, & liberetur? Et vnanimiter omnes concludunt, quod debitor adimpleat, & quod imputandum est creditori recipienti, si à primo de idoneitate non oppositum fuerit d. l. 3. in fi. l. si. is, à quo, in. § fi. ff. vt in poss. legat. l. inter causas, §. abesse. ff. Mandati. Rebuff. de sent. execut. art. 1. glo. 76. nu. 25. vbi firmat, quod vbi quis aliquem admisit, ac recepit vti idoneum, nō potest eum amplius recusare. Et intelligunt quando

6

7 scienter iste talis recipitur. † Sed difficultas stat quando ignoranter: an tali casu isti creditori sic recipienti succurrendum sit, vel potius sibi præiudicauerit? Doct. in hoc sunt varij; alij enim volunt, quod ignorantia iusta excuset, & quod tunc debitor teneatur ad interesse, si teneretur ex promissione, vel pacto secus si tenetur officio iudicis: quia ex quo durat dicta obligatio ex promissione, vel pacto emanans, iterum ipsum obligat ad satisdandum: Bar. in d. l. 3. nu. 8. ff. eod. vbi etiam Cast. qui ponunt, quid de eo, qui iustissima causa motus fuit, vel quia à dante fuit deceptus; eo quia asserebat ipsum idoneum esse. Bald. verò in d. l. ff. si quis in ius voc. non ier. & in d. l. quoties. ff. qui satisd. cog. tenet indistinctè ignorantiam excusare.

8 † ego crederem istum acceptantem sibi præiudicare acceptando non idoneum. Tum quia debebat qualitates ipsius perquirere, cum quo contrahit. l. qui cum alio. ff. de reg. iur. Tum etiā quia præsumitur scire, vel sciuisse eius qualitates, & scienter eum acceptasse. Al x. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cogan. nu. 4 vbi Socin. nu. 13. Marsil. in rub. cod q 1 nu. 66. cum seq. & in l. si quis nu. 4. ff. de quæst. Cagn. in d. l. qui

9 cum alio. in princ. † Si tamen ex verbis asserentis idoneam, vel ex alia iustissima causa, quę probari posset, fuisset motus recipiens, posset sibi succurri. Ang. & Cast. in d. l. 1. vbi Ias. num. 10. Alex. cons. 60. consideratis vol. 5. Marsil. in d. rub. co. q. 3. nu. 73. Cagno. in d. l. qui cum alio. nu. 7. & 10. tenentes quod hoc casu poterit agi ad interesse, non autem vt detur alius fideiussor, vt ibi per eos, quod bene nota, & vide quæ dixi supra hac ead. sect. c. 2. in princ.

10 Amplius, † quid si à principio erat idoneus iste fideiussor, & demum in progressu temporis desinat esse idoneus? Dic si est fideiussor debitoris ex contractu: ad alium de nouo dandum astringi nō potest: secus si iudicij Bertazz. de claus. clausula 39. glos. 3. nu. 3. qui limitat hoc in fideiussore dotis: & posuimus supra proximè hoc eodem tit. cap. 3. cal. 21.

11 Insuper, † quid si venditor pacto expresso cum emptore firmauit reddere cautum, & securum emptorem, etiam ad dictamen, & consilium sapientis;

plentis; An teneatur cauere cum fideiussoribus? Dicas, quod non, sed sufficere stipulationem cum obligatione bonorum: Bertazz. de clauſ. clauſ. 42. 11 glos. 8. num. 1. qui ſub num. 2. † dicit contrariũ eſſe quando, eſt promiſſum, quod idoneè caueatur, vt etiam, quãdo eſt dictum, quod ritè, competẽter, ac ſufficienter: plenius tetigimus hæc omnia ſupra in prima par. principali, in præludijs in tertio præmiſſo in cap. cautionem, & ſatiſdationem differre: vbi etiam adnotauimus, quæ ſit plena, quæ competens, quæ ſufficiens, & quæ idonea cautio.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorem dare promittens: num dando pignora liberetur.*

2 *Fideiuſſorem dare promittens, liberatur dando pignora ſecundum communem.*

Contrarium tamen tenetur magis communiter, num. 4.

3 *Cautio magis pleno dicitur datio pignoris, quam fideiuſſoria.*

5 *Obligatus dare certum pignus: an recipiatur volens dare aliud æquè idoneum, & dicitur quod non.*

6 *Obligatus dare certum fideiuſſorem, an audiatur volens dare duos diuiſim.*

Fideiuſſorem ſi quis dare tenetur: An dando pignora æquipollentia liberetur.

CAP. VI.

1 ITidem † quærũt Scribentes: quid ſi debitor tenetur dare fideiuſſores, an dando pignora æquipollentia 2 debito liberetur? † & volunt communi calculo, quod ſic. Bart. Bald. & alij in l. 1. vbi Iaſ. num. 12. ff. qui ſatiſd. cog. l. more Romano, vbi Caſtr. ff. de ferijs. Bart. in l. prætoria. ff. de Prætor. ſtipu. & in l. ſi verò, §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. Marſ. in rubr. eo. num. 296. & in Prax. §. attingam. Deci. in l. plus cautionis num. 3. ff. de reg. iur. Proſper. Farin. in Prax. crim. de carcer. & carc. q. 33. nu. 6. qui dicit, quod aliàs. Iudex recuſando pignora ſibi loco fideiuſſorum oblata, tenetur actione iniuriarum. Nam pignus, & fideiuſſio æquiparantur. l. 1 §. iuber. ff. de coll. bon. Alba. conſ. 95. num. 13. in 3 princ. imò † pignoris datio eſt magis plena, & pinguior cautio, quam fideiuſſoria. Tutius enim eſt ipſi rei incumbere, quam perſonę, d. l. plus cautionis, ff. de reg. iur.

4 Contrarium tenet Viui. deciſ. 335. nu. 5. in caſu maxime quando lex præcipit fideiuſſorem dari, quia tunc non ſufficit dare pignus, qui dicit hãc frequentiorem legiſtarũ opinionem, & allegat Cagn. in d. l. plus cautionis. ff. de reg. iur. num. 4. qui nu. 5. indiſtincte ait hanc opinionem communem, cum vt ipſe inquit aliud pro alio inuito creditore ſolui, ac dari non poſſit, & reſpondet Dec. contrarium ibidem tenenti, & benè proſequitur hãc ſententiam Rip. in rubr. de pignoribus, nu. 8. & in l. 2. §. mutui datio, num. 22. ff. ſi cer. pet. qui dicit primam opinionem. Bart. procedere, quando debitor eſt paratus liberare creditorem à periculo cuſtodiæ: aliàs ſeruãda eſt hęc ſecunda, ratione laboris, & periculi, quæ in cuſtodiendo dãtur. quibus adde. Marſ. rub. eo. d. nu. 296. cum ſeqq. Neguſant. de pig. in quinta part. principali memb. 1. num. 1. & 2. Cagn. in d. l. plus cautionis num. 9. & man. Suarez. in theſaur. com. opin. in littera F. num. 153. & 154. Valent. Franc. tract. de fideiuſſ. cap. 4. concluſ. 7. num. 143.

&

& infra, & hãc magis veram, & communem vocat. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 18. nu. 68. multa alia vide ad propositum supra in hac 2. par. principali in tit. de fideiuss. circa diuersa, sect. 4. c. 19. creditor habens pignus, non potest conuenire fideiussorẽ, & de fideiussore pignore accepto, & sect. 10. cap. 11. datione pignoris liberatur fideiussor.

5 Sed † quid si aliquis est obligatus dare certum pignus, An audiatur volens dare aliquod æquè idoneum? ter. in l. qui autem in §. 1. ff. de const. pec. videtur determinare quod nõ: secundum quod illum ponderant. Rom. in l. 2. in §. 1. vbi Ia'. in 11. limitatione. Rip. nu. 20. ff. si cert. pet. & hoc ex eo, quia se restrinxit ad certum, & determinatum pignus, & hanc opinionem amplectitur Cagno. in l. plus cautionis 25. nu. 6. & 7. de reg. iur. ea ratione vtens: quia quis non cogitur mutare debitorem, minusque obligationem, in re aliqua sibi constituta; vt vult text. in l. si mandato meo. §. primo. ff. mand.

6 Insuper quæro. † Aliquis est obligatus dare vnum fideiussorem an sit admittendus volens dare duos diuisim. Rip. in l. 2. §. mutui. n. 25. ff. si cert. pet. tenet, quod non: ea potissimum ratione adductus, quia exactio diuisa non minima affert incommoda l. cum ij. §. causæ ff. de trãsact. l. plenè. ff. fam. ercis. & hoc respectu secundum eum, creditor non cogitur recipere solutiones particulares. l. tutor. §. Lucius de vsur. mihi autem eius opinio ita indistinctè sumpta numquam placuit, sed dico illum intelligendum esse, quando duo fideiussores reciperẽtur diuisim, & separatim, ita quod vnusquisque se obligaret, pro virili, & rata sua, ac medietate aliàs secus si vnusquisq; se obligaret vt principalis principaliter, & in solidũ, & vt duo rei debendi, vt quotidie fideiussiones stipulantur, quia tunc credo, quod dando duos fideiussores audiendus sit, cum isto casu cesset ratiõ per eum considerata, cum vnusquisque eorum teneatur in solidum, & ad integram solutionẽ, & plus sit habere duos obligatos, quam vnum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoribus idoneis est cauendum.*
2 *Fideiussorem dare obligatus dando non idoneum non adimplet.*
3 *Paria sunt, quod nullus detur fideiussor, vel quod non idoneus.*
4 *Paria sunt promittere in debitum, vel debitum inexigibile.*
5 *Dans fideiussorem non idoneum, vti dolosus tenetur ad interesse.*
6 *Idem in debitore attestante creditori dubio de fideiussoris idoneitate.*
7 *Fideiussor non præsumitur idoneus, & ideo idoneitas per debitorem probanda est.*
8 *Fideiussoris debitor falsò idoneitatem asseuerans tenetur creditori actione de dolo, &c. & maximè si sciens in idoneitatem talem attestantem fecerit.*
9 *Contrahentes se falsis asertionibus decipere lex valde abhorret.*
10 *Debitor si per modum consilij effuso sermone, & absque fraude attestationes de idoneitate fecerit, in nullo creditori tenetur.*
11 *Tutius tamen est à talibus consilijs collaudationibus, & suasionibus se abstinere.*
12 *Laudator à monitore, & suasore non multum differt.*
13 *Suasio nimia vim coactionis habet.*

14 Sua-

14 *Suasio vehemens plus est, quam impulsio, & coactio.*

15 *Debitor ignorans fideiussoris idoneitatem, & sic errando, idoneitatē attestans, tenetur creditori ad interesse.*

16 *Quis non debet, quod ignorat asseverare, nec facilis esse ad temerariam iudicationem.*

17 *Iudex, quod decretum interponere debet in approbando fideiussore pro idoneo.*

18 *Index quid facere debet in recipiendo & admittendo fideiussorem ad hoc, vt ad interesse, & de suo creditori non teneatur.*

19 *Quando inter creditorē, & debitorem super idoneitate fideiussoris contentio oritur: olim eligebantur arbitri: sed hodie recurritur ad approbatores qui in omnibus ferè locis à publico deputantur, qui hoc decidant.*

Fideiussorem dare obligatus tenetur prestare idoneum; & si non prestat, ad quid teneatur.

CAP. VII.

1 REgulariter † cautionibus idoneis est cauendum, l. rescripto. §. planè. ff. de mune. & hon. l. penult. ff. de petic. & com. rei vend. l. oratio. ff. de public. & ideo, † qui fideiussorem dare tenetur, dando nō idoneum non adimplet. l. 3. ff. eod. Afflict. super const. reg. tit. de his, qui fid. lib. 2. nu. 4. Bertazz. de clauſ. clausula 39. glos. 3. num. 2. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 41. num. 28. Purp. cons. 178. quod quomodo procedat diximus sup. hac eadem sect. cap. 2. & ratio est, quia paria sunt, † quod nullus detur fideiussor, vel non idoneus. l. quoties vitiosè. ff. qui satisd. cogan. l. quamuis. §. si conuenerit. ff. ad Velleian. l. 3. ff. eod.

2

3

4 † vt etiam idem est promittere indebitum: vel debitum inexigibile. arg. l. 2. ff. de admin. tut.

5 † Sed quid; aliquis promisit se daturum fideiussores idoneos, si inidoneos dat ad quid teneatur? Bart. in l. qui satisdare. num. 6. ff. eod. Marſ. in rubric. eo. quæst. 3. num. 73. volunt, quod alius in locum eius dandus est; & maximè quando debitor id ignoranter egerit. Cæterum verior videtur illa opinio, quod debitor dans fideiussorem non idoneum indistinctè teneatur de dolo, & præsertim, quando suasionibus dolosis, & fallis debitor induxerit creditorem ad recipiendos dictos fideiussores non idoneos. l. falsus. §. si quis nihil. ff. de furt. Vnde tali casu ex promissor ad interesse astringi poterit, & non quod alius fideiussor detur. Bertazz. de clauſ. dicta clausula 39. glos. 3. num. 2. in fi. & diximus supra hac eadem sect. d. c. 2. num. 1. cum seqq.

6 Iterum quid, † si debitor dubitanti creditori fideiussorem asserat idoneum esse? Dicas, quod tali casu debitor debet talem attestationem idoneitatis factam per eum esse verā probare: aliàs ipsi creditori vti mendax, & dolosus tenebitur ad interesse. Bar. in l. si verò. in §. qui pro rei. nu. 6. vbi Albanus in lucubrationibus in verbo iurat. num. 14. ff. qui satisd. cog. Purp. cons. 143. num. 11. in 1. par. Mascard. de prob. cōcl. 782. † nam cum fideiussor in dubio nō præsumatur idoneus; non mirum si dicta qualitas idoneitatis per debitorem iustificanda sit. Bal. in l. 4. C. quando fisc. vel priuat. & in c. fin. col. 1. de præsumpt. Nati. consil. 143. num. 11. lib. 1. Pacia. de probat. lib. 1. c. 59. num. 19. Carp. ad Stat. Mediol. p. 1. c. 44. num. 19. † & ista in tan-

7

8

tum sunt vera, quod teneatur idoneitatem debitor probare, quod si eam non probat; tenebitur creditori, vt dixi, vt dolosus actione de dolo, & maximè si debitor sciuisset fideiussorem labi facultatibus, & requisitus lucrifaciendi causa dictum fideiussorem idoneum firmiter asseruerit. l.8. ff. de dolo. l. penult. ff. de iure dot. l. si cum dotem. in §. si mulier. ff. solut. matrim. l. si quis. §. cum Titio. ff. de furt. Matsil. in rubr. eo. num. 73. Barbat. cons. 56. & quidem viso puncto. versic. 2. Roland. à Val. de lucr. dot. quæstio. 14. num. 26. Carroc. decis. 1. num. 8. & 11. & decis. 116. num. 27.

9 † Nam quod cõtrahentes se decipiant falsis assertionibus lex multum abhorret. l. sed si pupillus. §. conditio. ff.

10 de instit. † Secus tamen est, si debitor per modum consilij, & effuso sermone absque fraude dictam attestationem fecisset, quia tunc cum cesset dolus, non tenetur. l. consilij ff. de regul. iur. cap. nullus ex consilio de reg. iur. in sexto. l. eleganter. in §. fin. & l. quod venditor. ff. de dolo. l. 2. ff. de procurato. Patis. de Put. de Sindicatu versic. si iudex. num. 12. Gerard. Maz-

11 zol. consil. 26. num. 6. & 7. † Tutius tamen est à talibus consilijs collaudationibus, & suasionibus se abstinere.

12 & ratio est, † quia laudator à monitore, & suasore non multum distat. l. 1.

13 ff. de ser. corrup. vnde cum † persuasio maximè nimia habeat vim coactionis. l. 4. §. si quis volentem, ff. de lib. hom. ex lib. sequitur, quod talia consilia, & collaudationes non sint tuta:

14 † additur, nam plus est aliquem sollicitè persuadere, quam quemquam ad aliquod faciendum impellere, l. cum qui. C. de appell. l. 1. C. de Raptor. Virg. Aymon. consil. 461. nu. 16.

15 Idem die esse: † si credebat errans debitor, fideiussorem idoneum esse, qui re vera non erat: nam tenebitur creditori ad interesse: cum non de-

16 beret † id quod ignorat, asseuerare: nec facilis esse ad temerariam iudicationem. l. Iulianus. §. quid tamen. ff. de actio. empt. l. præcipiuntur. ff. de edilict. edict.

17 Sed quid † de iudice in casu in quo ipsi fideiussores per debitorem coram dicto iudice exhiberentur: quod decretum interponere debeat in dictis fideiussoribus suscipiendis, & admit-

18 tendis ex suo officio? † Dic quod hodie sic praticari vidi: quod iudex debeat antea matura, & præpropera deliberatione procedere, & quod sit cautus, & diligens in ipsis recipiendis, & admittendis, & quod mandet, ac faciat citare partem aduersam ad opponendum contra personam fideiussorum, si quas exceptiones habent, aliter istis diligentijs non adhibitis tenebitur ad interesse. l. fin. vbi DD. C. de mag. conuen. Hip. in rub. eo. num. 345. Boss. in Prax. de carce. fid. num. 7. Clar. in Prax. §. fin quæst. 40. num. 12. Menoch. consil. 245. num. 67. lib. 3. Ioseph. Ludouic. decis. Lucen. 33. per totum.

Aduertendum tamen est, quod fideiussores à iudice simpliciter recepti, eo ipso censentur, approbati, quod non sunt reiecti. glos. in l. filiusfam. ff. ad Macedon. Socin. iun. consil. 94. num. 3. lib. 1.

19 Cæterum quando † oritur contentio inter creditorem, & debitorem super idoneitate fideiussorum per debitorem exhibitorum: tali casu de iure communi olim eligebantur arbitri, qui videbant; & decidebant, an essent idonei, nec ne, & tales arbitri erant

Episco-

Episcopi loci, Patres Ciuitatis, & defensores, vt de hoc sunt. l. de his, in §. neque verò fideiussionis. C. de Episc. audien. l. fin. §. sed neque, C. de sportul. qui arbitri si fideiussores iudicij sistendi causa datos pro idoneis olim approbassent, ij pro locupletibus habebantur. l. si ab arbitrio. ff. qui satisd. cogan. nec reijci possent: nisi reijciens actione iniuriarum teneri vellet, l. si verò in §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan. Anton. Heringer. de fideiuss. cap. 8. num. 34. sed hodie secundum communem obseruantiam, & consuetudinem, quæ ferè per totam Italiam viget, deputantur in Ciuitatibus, terris, ac Castris approbatores à publico, qui videant, ac decidant an fidedeiussores dati, & exhibiti sint idonei, nec ne: de quibus in l. cum ostendimus in §. fin. ff. de fideiuss. tutorum, vt de ipsis plenè diximus supra sect. 3. c. 4. per totum, vbi ad satietatem de istis approbatoribus egimus, &c.

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

Fideiussio in quibus casibus facta non teneat, & fideiussor ex fideiussione non obligetur. Et recensentur omnes ferè casus, & personæ, quæ fideiubere, & non fideiubere possunt ad numerum 65.

SECTIONIS OCTAVÆ.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de fideiussoribus est permissorium, ita quod illi, qui non reperiuntur prohibiti censentur admissi.*
2 *Fideiubere vnusquisque potest, qui bonorum suorum liberam administrationem habet.*
3 *Fideiubere vnusquisque potest, qui se pro alio obligare potest.*
4 *Vnusquisque in re sua est moderator, & arbiter.*
5 *Etiam abutendo.*
6 *Pactum, quod quis de rebus suis disponere non possit, vti libertatis priuatiuum non valet.*
7 *Et de ratione.*
8 *Dispositio non valet, per quam inducitur perpetua priuatio libertatis.*
9 *Libertas à natura data non auferitur pacto.*
10 *Recensentur multi casus, & personæ, quibus fideiussio denegatur.*

Fideiubere is potest: qui se obligare potest.

REmitte, Quod omnis fideiussio, & tener, & valet, nisi expressè reperiat prohibita. † Et quod edictũ de fideiussoribus est permissorium, ita quod illi, qui non reperiũtur prohibiti, permissi, & admissi censentur. arg. l. r. in § 1. ff. de procur. l. cum prætor. 12. ff. de iudic. quò fit: vt vnusquisque † poterit fideiubere, qui bonorum suorum liberam administrationẽ habet. Et sic quod omnis, † qui potest stipulando se obligare: potest etiam pro alio fideiubere. Azzo. in summa. C. eod. in princ. summa Ang. in verbo fideiussor, num. 6. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 7. nu. 68. vnusquisque † enim in re sua est moderator, & arbiter. l. neque vsque. ff. si quis à parent. fuer. manum. l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. l. dudum. ff. de contrah. emp. l. statuas. C. de relig. & sumpt. fun. l. nemo exie-

exterus. C. de iudi. l. in re mandata. C.
5 mand. † Etiam abutendo. l. sed, & si lege, in §. consuluit. vers. dum se abuti possunt ff. de petit. hæred. glos. in l. 1. C. de inoff. testam. cum alijs relatus à Ceph. cons. 326. nu. 46. vol. 3. qui dicit
6 ista adeo esse vera, vt non valeat † pactum absolutum, quod quis non possit de bonis suis disponere ad sui libitum, l. nemo potest ff. de pact. Rimin. Sen. cons. 318. num. 21. lib. 2. qui dicit
7 hoc esse ex eo, quia † remanente dominio apud se, quis non potest abdicare à se potestatem de re sua disponendi: quia hoc modo esset implicare contradictionem. Rot. diuers. in impress. decis. 262. num. 1. part. 1. & bene ad præmissa facit. decis. Capic. 135. num. 4. dum firmat non valere
8 † dispositionem, per quam inducitur perpetua priuatio libertatis, puta, quod quis perpetuo à tali loco non discedat ad l. Titio centum. in §. Titio centum. ff. de condit. & demonstr. vbi Titio fuerunt relicta mille cum hoc, quod à tali monumento non discedat, & ibi deciditur, quod tale præcepium à testatore non potest fieri personæ liberæ, nam per ista infringitur libertas, & inducitur species seruitutis, quod lex abhorret, & fieri non potest, cum quis non possit nec pacto, nec vltima voluntate libertati personæ suæ præiudicare l. nec si volens, & in l. interrogatam. C. de lib. causa. libertas
9 † enim à natura data non potest auferri pacto. Neuiz. consil. 86. num. tertio, & 17.

Ab hac tamen regula excipiuntur
10 † casus, & personæ infra annotatæ, in quibus omnino obligatio fideiussoria interdicitur: & sunt infrascriptæ videlicet.

Tract. de Fideiussoribus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio nõ valet, vbi lex resistit actui, contractui, obligationi, actioni, & executioni, & num. 3.*

2 *Fideiussio dicitur actui resistere, quando accedit rei sacræ, libero homini, filiofam. mulieri, militi, seruo, prodigo, & alijs specificatis personis.*

4 *Idem quando actus, circa quem interponitur fideiussio, est in suo genere prohibitus.*

5 *Fallit quando fideiussor se obligauit vt principalis, principaliter, & in solidum.*

6 *Idem quando iuranit.*

7 *Factum contra legem est ipso iure nullum; etiam quod lex non processerit vlterius annullando actum.*

8 *Et maximè quando respicit publicam utilitatem.*

9 *Vt etiam quando est mali exempli, contra bonos mores, & nutritiuum peccati.*

Quando lex resistit actui, tunc fideiussor non obligatur.

Casus primus. Limit. prima.

CAP. I.

1 PRimo Fideiussio † non valet, quando lex resistit actui. Puta,
2 † quia fideiussio accedit rei sacræ, libero homini. Vt est etiam si fiat à filiofamil. muliere: Militi, seruo, prodigo, mentecapto, furioso, ebrio, surdo, muto, Monacho, Clerico, aliaque religiosa persona: vt etiam si facta sit à pupillo, minore, curiale, liberto, deportato, excommunicato, vasallo, obside, & captiuo, legato socio pro socio, Procuratore litigioso, & fisco, nec non ab alijs simili-

milibus personis, quibus à lege passi-
3 ua obligatio interdicta est, † & sic qñ lex restitit contractui, obligationi, actioni, & executioni. Bitt. in l. Marcellus, & melius, in l. cum lex. num. 1. 4. & 10. ff. de fideiuss. quando enim
4 actus, † circa quem est interposita fideiussio, est in suo genere prohibitus, tunc fideiussor nõ obligatur. d. l. cum lex. ff. eod. Rimin. iun. cons. 61. nu. 29. vol. 1. Alex. cons. 66. circa finem vol. 4. nouissimè Bar. Bertazz. tract. de claus. clausula 7. gl. 19. nu. 2. qui num. 4. hoc
5 duobus modis limitat, † & quando fideiussor se obligat, vt principalis
6 principaliter, & in solidum, † & quãdo facit obligationem iuratam, vt dixi supra, in hac secunda par. sect. 1. c. 3. lim. 3. 4. & 5. & sect. 6. sub cap. 2.

Et ratio, quare, quando lex restitit, obligatio, & fideiussio non teneant,
7 † quia actus factus contra legis prohibitionem est ipso iure nullus. etiam quod lex tantum prohibeat, & non procedat vlterius annullando actum.
8 l. non dubium. C. de leg. † & præsertim quando lex pro vtilitate publica mouetur, quæ actibus priuatorũ abrogari nõ potest. l. ius publicum. ff de pact. l. quos prohibet. ff. de postul. Bal.
9 in l. liberorũ. C. de testibus. † Vt etiam quando actus factus contra legem est mali exempli, contra bonos mores, & nutritiuum peccati. l. à Diuo Pio, in verbo actionem. ff. de rit. nupt. l. iurisgentium. §. si paciscar, & l. si vnus in §. pacta. ff. de pactis, l. illud, in §. conuenire. ff. de pact. dot. Rom. cons. 402. Tiraq. de iure primog. quæst. 24. nu. 9. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfam. an, & quando possit fideiubere per totum.*
2 *Filiusfam. ex omni contractu exceptis voto, & mutuo obligatur.*
3 *Filiusfam. potest obligari pro alio, modo sit legitimæ ætatis, & num. 10. & 17.*
4 *Filiusfam. ex voto saltem de iure Canonico obligatur.*
5 *Filiusfam. in contrahendo legitimam personam habere dicitur.*
6 *Filiusfam. potest ex debito per eũ contracto condemnari, & in bonis eius castrensibus, vel quasi, si quæ habet fieri executio.*
7 *Pater hodie obligatur pro filio quoad vsumfructum aduentitiorum, dum tamen filio eorumdem administrationem concesserit.*
8 *Filiusfam. pro debito incarcerari potest, nisi bonis cedat.*
9 *Filiusfam qui se obligauit viuo patre eo mortuo non tenetur, nisi in quantum facere potest.*
10 *Filiusfam. pro alio, & sic extraneo fideiubere potest modo sit ætatis annorum vigintiquinque.*
11 *Filiusfa. fideiussor acceptus, etiam patrem obligat de peculio.*
12 *Filiusfam. pro patre apud extraneum fideiubere potest, & num. 15.*
Etiam quod fuerit per emancipationem Episcopalem dignitatem, & matrimonium à patria potestate liberatus. num. 13.
14 *Filiusfa. pro matre fideiubet, licet contrarium sit in matre, quæ pro filio intercedere nequit.*
15 *Filiusfam. pro patre rectè fideiubet, quando talis fideiussio cessit in vtilitatem patris, eo, quia ex ea fuerit effectus locupletior.*
16 *Filiusfam. ætatis perfectæ potest indistinctè fideiubere tã pro patre, quam pro alio quocunque extraneo.*
17 *Filiusfam. minor 25. ann. pro extraneo fide-*

fideiubens habet aduersus dictam fideiussionem beneficium restitutionis in integrum, idem si pro patre fideiusserit: modo eidem mortuo successerit.

18 *Pater pro filiofam. fideiubere potest.*

19 *Etiam quod sit emancipatus.*

20 *Vt etiam si in patris potestate constitutus sit.*

21 *Idem si adultus, vel minor.*

22 *Pari ratione si obligatio descendit ex contractu, vel ex maleficio.*

23 *Pater pro filio intercedens reputatur vt extraneus.*

24 *Statuto stante, quod filiusfamil. non obligetur sine consensu, & licentia patris, vel duorum propinquorum etiam si pro patre fideiusserit non obligatur.*

25 *Sed quid in filijfam. fideiussore.*

26 *Pater pro filio contrahens pro eo fictione iuris fideiubere dicitur, secus est si filius pro patre contrahitur: quia pro eo fideiubere non censetur, nisi expressè dixerit.*

27 *Pater promittens non offendere pro se filijs, & familia: in tali promissione non includuntur filij spurij.*

28 *Pater potest cogi ad cautionem de non offendendo, præstandam etiam pro filio naturali, & spurio.*

29 *Filij naturales, & spurij, vt plurimum sunt rixosi, scandalosi, & mali exempli.*

30 *Filiusfam. an, & quando obligetur non obstante Macedoniano remissiuè.*

31 *Matrimonium, quod non eximat filiumfam. à patria potestate, est verum de iure ciuili, secus verò est de consuetudine generali, quæ viget apud Italos, Hispanos, Gallos, Germanos, Longobardos, & alios.*

1 Filiusfam. an, & quando pro alio se obligare, & fideiubere possit.

Limit. secunda, Casus secundus.

CAP. II.

2 SEcundo.† Sicut regulariter filiusfamil. ex omni contractu præter votũ, & mutuum obligatur, ita etiam fideiubere potest. Nam filiusfam ex omnibus causis tamquam pater fam. obligatur, & ob id agi cum eo, tamquam cum patrefam. potest, faciunt. l. filiusfam. ex omnibus 38. ff. de actio. & obligat. l. tam ex contractibus. 57. ff. de iudic. l. si quis cum filio. 44. ff. de pecul. l. filiusfamilias. 5 ff. quod cum eo, qui in alt. potest. l. nulla res, vbi Bald. C. d. tit. qui dicit, quod filiusfam.† potest fideiubere pro alio, si est legitimæ ætatis. §. item inutilis in fin. inst. de inutilibus stipulat. Marc. rub. eo. q. 41. num. 307.

4 Immo filiumfam.† etiam in voto saltem, de iure Canonico teneri voluit Cagn. cum ibidem congestis per eum in l. 1. nu. 16. vers. quod non procedit. C. qui admitti.

5 Et in summa† filiusfamil. in contrahendo dicitur habere integram, legitimamque personam. Bart. in l. fin. in §. necessitatem, num. 2. vers. probo de iure antiquo. C. de bonis, quæ lib. Iaf. in l. 1. in §. huius studij, num. 17. & 18. vers. & quia filiusfamil. ff. de iust. & iure, & in l. 1. num. 3. vbi Deci. nu. 15. C. qui admitti. Paris. cons. 94. num. 1. vol. 1. Ceph. cons. 324. num. 8. & 9. vol. 3. & cons. 487. nu. 41. & 42. in quarto.

6 Condemnarique potest† filiusfa. & fieri in eius bonis executio, si quæ teneat castrensia, vel quasi d. l. si quis cũ filio. 45. ff. de pecul. d. l. nulla C. quod

cum eo. Cagn. in l. frater à fratre, nu. 48. & 49. ff. de cond. indeb.

7 Plus etiam hodie † obligatur pater de vsufructu peculij aduentitij, si filio dicti vsusfructus administrationē concesserit. Alexan. consil. 106. super alio num. 3. vers. nisi dictus Delaidus. volum. 7.

8 Et in defectum † præmissorum filiusfa. debet in pœnam, mulctari eum scilicet in carcerando, nisi bonis cedat. Barr. in l. 3. §. sed vtrum, num. 2. vers. contrarium est verum. ff. de minor. Ias. in d. §. huius studij, nu. 18. & in d. l. 1. num. 3. C. qui admitt. Paris. d. cons. 94. nu. 8. & 9. Cephal. dicto cons. 487. num. 42. vol. 4.

9 Est bene verum, † quod si filiusfa. se obligauit viuente patre, eo mortuo, & sui iuris effectus, non tenetur, nisi quantum facere potest, & maximè in sex casibus, de quibus per Cast. in l. ait prætor. ff. quod cum eo, qui in ali. pot.

Dico igitur, Quod quēadmodum filiusfamil. (modo sit maior annorum 25.) ex omni contractu obliga-

10 tur. Eodem † modo, & pari ratione pro alio, & sic extraneo fideiubere poterit. d. l. nulla. C. quod cum eo, qui in alien. pot. vbi hoc aduertit. Bal. & docent Mars. in rub. eo. d. q. 41. nu. 307. Bauer. sing. 11. num. 2.

11 Et hæc in tantum † vera sunt, quod filiusfam. fideiussor acceptus obliget patrem de peculio. l. 3. §. sed, & si filius. ff. de pecul. vt etiam hoc dicitur in §. si filiusfamil. l. item in princ. ff. ad Macedon.

12 Ampl. 1. prædicta † conclusio, vt etiam procedat, quando filiusfamil. apud extraneum pro patre fideiuberet: nam filiusfamil. pro patre fideiubere potest. l. si ex alio. C. quod cum eo. l. 1. C. de filiofam. min. l. si dubitet, in §. filiusfam. C. de fideiuss. l. filius, vbi Barr. & Bald. C. eod. l. si paternam. C. ad Velleia. Soci. iun. cons. 23. num. 26. volum. 2. Ant. Hering. de fideiuss. c. 7. num. 336.

13 Extende secundo, † etiam quod filiusfam. fuerit à patria potestate liberatus per emancipationē, dignitatem Episcopalem, & matrimonium. l. si ex alio. C. quod cum eo. l 2. §. quod ait Prætor. ff. qui satisd. cogan. nam etiam adhuc filius pro patre fideiubere poterit.

14 Extende tertio. Vt etiam filius pro matre fideiubere possit. Bal. cons. 162. num. 3. vol. 3. Ant. Hering. de fideiuss. c. 7. nu. 376. Cuius tamen contrarium est in matre, quæ pro filio contrahente idoneè non fideiubet: eum fideiubendo se exceptione Velleiani. S. C. tueri possit. l. 3. C. ad Vellei. Nō aliter ac filia, quæ pro patre non fideiubet. l. si patetnam. C. d. tit. ad Vellei.

15 Et hæc, † quæ dicta sunt, Quod filius pro patre fideiubere possit, sunt indubitata, quādo talis fideiussio cesserit in patris vtilitatem, vt ex ea patet fuerit effectus locupletior: nam tali casu filiusfam. pro patre fideiubendo rectè obligatur. Barr. in l. si dubitet, in §. si filiusfam. ff. eo.

16 Declara: † & intellige præmissa, Quod filiusfam. fideiubere possit, vt diximus supra: vt procedant, quando filiusfam. est ætatis legitimæ, & sic ætatis 25. annor. Tunc indistinctè pro alio fideiubere poterit. Bald. in d. l. nulla. C. quod cum eo. & quod filiusfam. ætatis perfectæ, & maior 25. ann. possit indistinctè fideiubere tam pro patre, quam pro alio quocunque extraneo id firmarunt Dyn. consil. 33. quæ stio talis est Bal. cons. 90. quęritur

an

an captus. vol.5. Marsil. d.tub. de fi-
17 dei.q.41.nu.307.† Nam si filiusfam. minor. 25. ann. fideiubeat pro extraneo restitutionem in integrum implorare potest, & per eam fideiussionem per eum præstitam rescindere, quod procederet etiam quod pro patre suo fideiusserit modo eidem mortuo non successerit, volunt.l.1.C.de filiofam. min. & l. ait prætor. in §. non solum. ff. de minor.

18 Sed quid è contra: †quando pater pro filio fideiubet: An talis fideiussio teneat? Et quod sic communi voto tenuerunt Doctores, vt per Tessa.decis.
19 Pedam. 166.nu.5. † quod dicunt verum esse non habito respectu, quod filius sit remaneiparus. l.1.C.ni fil.pro
20 patre. † Vel in sacris paternis constituturus. l.si mandator. C.quod cum eo.
21 † Vel adultus, vel minorennis arg.l. 1. C. de mune. & honor. non continuand. lib.10.l. Lucius. in §.imperatores.ff.ad municip. l. ex parte in §.fi.
22 ff.fam.ercisc.† & deniq; vtrum obligatio descendat ex contractu, vel maleficio. d. l. mandator. & l. in rem in §. tabernæ. ff. de instito. & ratio est:
23 † quia pater pro filio intercedens reputatur, vt extraneus. l. 2. §. quid ergo. ff. quod iussu.

24 Iterum, † quid si extat statutum, quod prohibeat filiumfam. contrahere sine consensu patris, vel duorum propinquorum, An filiusfam. pro patre fideiubendo obligetur? Socin. cons.23.circa prædictam vol.4 Cotn. cons. 194. nu.1. vers.& dum Pisis legerem vol.1. dicunt filium non obligati etiam de consensu patris, & hoc idem tenent Pal.Nouell de dote part. 6. priuileg.48. Brun.in tract.fem.excl. in 2.par.in fi. Hotar. Carp.ad stat.Mediol. c.316.num.48 par.1.

25 Amplius † si extat statutum prædictum, quod filiusfam. non obligetur sine patris interuentu, licentia, & consensu, vel duorum eidem proximorum: Numquid filijfam. fideiussor tali casu obligetur: Ponit Brug. Caual. decis. Fiuiz.31. in prima part. vbi ad partes disputat.

26 Insuper aduertendum, † quod pater pro filio contrahens fictione iuris pro eo fideiubere censetur. Bart. in l. qui filij. ff. de hæred. vel act. vend. Ias. in l.3. in §. si filius meus nu.5. ff. quod quisque iur. Boeti. decis. 121. num.3. & facit quia si filiusfam. voluntate patris creatur decurio vniuersis muneribus, quæ filio decurioni iniunguntur, pater est obnoxius vti filij fideiussor. l.2. ff. ad municip. l.1. C. de decurio. l.1. C. de filijsfam. & quemad. pater. lib.10. quod secus est si filius contrahit, nec expressè pro patre fideiubet: nam tunc fideiubere non censetur. l. si quis reum, in §. fi. ff. de lib. leg. l. in eum §. tabernæ. ff. de instit. l. 1. §. quid ergo. ff. quod iussu. Patis. cons. 93. nu.39 vol.1.

27 Sed an pater † promittens non offendere, & ob hoc cautionem de non offendendo præstans pro se, filijs, & familia sua in hac promissione includantur spurij? Paleot. de nor. & spurijs. c.59. Carroc. deci.8. nu 9. & seqq. dicunt in huiusmodi fideiussione spurios non comprehendi: nisi fortè aliter consuetudo in loco seruaret: vt per Paleott. d. tract. c.60 & Carroc. decis. 41. num.4.5.& 7. & ita etiam tenent. Hetcul. de caut. de non offendendo. c.32. nu.10. Vulp. l. de pac. q.16. Decian. resp.88. num.16. vol.1. Hondad. cons.95. nu.93 lib.1. Contrarium tamen voluit in pace Rimin. iun. cons. 442. nu.69. lib.4. firmans pacē factam

pro

pro se, & filijs, ex offensione facta per filium naturalem rumpi. Voluit tamē Hier. de Monte vari. quæst. lib. 1. q. 8.

28 quod pater † possit cogi ad fideiussionem præstandam de non offendendo

29 etiam pro filio naturali, & spurio: †cū filij naturales vt plurimum sint rixosi, seu dolosi, & mali exempli.

30 Et complures alios casus, † in quibus filiusfam. etiam non obstante beneficio Macedoniani. S. C. efficaciter obligetur recensent Carolus de Grassis Siculus in suo tract. de exceptio. excep. 27. sub nu. 8. vers. & primo limitatur, vbi ad regulam, quod filiusfa. non teneatur restituere pecunias mutuatas ponit decē limitationes. Quod dictum etiam ponit Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 7. num. 327. cum seqq.

Enumerauimus supra in hoc eodē. c. nu. 13. ampl. 2. modos, per quos filijfam. à nexibus patriæ potestatis liberantur, inter quos non tantum posuimus Episcopalem dignitatem: & emancipationem, verum etiam contractum matrimonij. circa hunc vltimum modum aduertendum est, dum firmatum fuit per matrimonium sol-

31 ui patriam potestatem, † hoc non esse verum simpliciter, indistinctè, & absolutè: Nam istud non procedit de iure ciuili: secundum quod filiusfamil. aut filia non eximuntur à patria potestate, per matrimonium ac nuptias, l. 1. & 2. ff. de lib. exhib. l. 2. §. quod si in patris. ff. sol matrim. l. 1. § fi. & l. eum qui. §. si nupta. ff. de iniur. glos. inst. de Senatusc. Tertull. in princ. in verbo parentis. Gram. decis. 54. num. 4. & 5. Thesa. decis. 150. num. 7.

Hoc tamen secus se habet de consuetudine generali, quam seruare Italos, Gallos, Hispanos, Lusitanos, Longobardos, Neapolitanos, Germanos, ac alios attestantur Boer. decis. 197. nu. 3. Cassa. in consuetud. Burg. rub. 6. cap. 3. nu. 13. Arri. Pinell. in l. 1. par. 1. num. 34. 39. 51. & 57. C. de bon. mat. Eman. Suar. in suo thes. comm. opin. littera F. nu. 303. Hæc consuetudo ea potissimum ratione fulcitur: quia filijfam. ex matrimonio per eos contracto proprium alunt focum, domiciliumque propter nuptias alio transferunt patre consentiente, extraque domum patris panem patris negociantur, & se à parentibus separant, ac seorsum habitant. Quo fit, vt pro emancipatis habeantur, & sui iuris efficiantur, l. 5. § fi. vers. ideo. ff. de act. & ob. §. 3. inst. de ob. quæ ex quasi delict. nascuntur. Alex. cons. 48. num. 4. vers. & ita est lib. 1. Mascard. de probat. concl. 598. num. 3. Anton. Hering. de fid. c. 7. num. 122. & 123.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro alijs fideiubere nequit.*

2 *Mulieri beneficio Velleiani. S. C. succurritur, si non ipso iure, saltem ope exceptionis, & nu. 10.*

3 *Mulieris sexus satis leuis, fragilis, imbecillis, & debilis est.*

4 *Feminæ quodam naturali morbo sunt imprudentes, mendaces, & fluxæ fidei, & ut plurimum earum consilium contra propria commoda laborat.*

5 *Mulieres propter pudorem feminei sexus, nec procuratrices, nec uirilia officia exercere ualent.*

6 *Administrationem bonorum liberam non habens fideiubere non potest.*

7 *Mulier regulariter non fideiubet, nec pro patre, nec pro filio, nec pro fratre, nec pro aliquo alio consanguineo, & extraneo.*

8 *Idem nec pro marito fideiubere potest,*

tam

tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Etiam quod per procuratorem id fecerit. num. 11.

Et etiam, quod cum marito fideiusserit. num. 12.

9 Maritus pro uxore sua rectè se obligat, & fideiubet.

13 Mulier nec pro viro, nec cum viro se obligare, & fideiubere potest.

14 Mulier pro viro, vel cum viro se obligans, & fideiubens præsumitur, quod tota pecunia, & vtilitas contractus peruenerit ad manus viri, nisi contrarium probetur.

15 Filius contrahens cum patre præsumitur, quod tota pecunia peruenerit ad manus patris, si pater filium gubernat.

16 Mulier quando cum viro fideiubet, tunc si cum iuramento talem fideiussionem facit, valet, & tenet dicta fideiussio.

17 Idem quando esset probatum, quod pecunia esset versa in utilitatem mulieris.

Idem quando confessa fuit pecuniam in sui vtilitatem versam fuisse, & hoc coram Iudice fecerit. num. 19.

Pari ratione si dictam confessionem in forma Iudicij fecerit, nempe in contractu per eum celebrato seruatis seruandis, & cum solemnitatibus. numero 20.

Pariter quãdo apparebit pecuniam pro mulieris necessitatibus, & indigentijs deseruisse. nu. 21.

18 Mulier cum uiro negocians tenetur soluere æs alienum viri.

22 Mulier pro viro, & vnà cum eo rectè fideiubet, quando habet bona communia cum viro.

23 Mulier quando habet bona communia cum viro, tunc si pro eo fideiubet, saltem pro medietate ad singulos pecunia peruenisse creditur.

24 Mulier pro viro, & cum viro rectè fideiubet, quando statuto loci sic cauetur, uel consuetudine sic obseruatur.

25 Mulier non potest fideiubere pro patre, filio, fratre, uel aliquo alio consanguineo, ut etiam cum uiro, & pro uiro, uel aliqua alia persona extranea, etiã quod patris, filij, fratris, mariti, uel alterius consanguinei consensus, & licentia intercuenerit.

26 Consensus proximiorum sexus imbecillitatem immutare non potest.

27 Conclusio, quod mulier fideiubere non possit in multis casibus non procedit.

28 Mulier pro libertate seruo data bene intercedit.

29 Libertatis fauor omnibus rebus anteponitur.

30 Mulieris fideiussio ualet pro dotanda fœmina, & puella.

31 Mulier pro uiro suo dotem promittente fideiubere non potest.

32 Mulier pro dote danda bene fideiubet, siue dos sit danda filiæ siue extraneæ.

33 Mulier pro dote danda rectè fideiubet: siue fideiubeat de dote danda, & soluenda, siue etiam de ea restituenda.

Idem quando mulier fideiubet inuitu pij causæ, & studiorum. ibid.

34 Mulier intercedens cum fraude, dolo mendacio, & animo decipiendi non est digna beneficio Velleiani. S. C. & ideo efficaciter obligatur.

35 Deceptis, & non decipientibus iura succurrunt.

36 Velleianum S.C suffragatur imbecillitati, & non caliditati mulierum.

37 Mulierem dolosam lex reprimit dando contra eam actionem de dolo.

38 Mulier pro intercessione sua præmium, merce-

mercedem, & recompensam consequens ad fideiubendum recipitur.

39 *Clerici ex fideiussione præmium recipientes efficaciter obligantur.*

40 *Qualis, & quanta debeat esse ista merces, ad hoc ut mulier Velleiano priuetur, hoc totum Iudicis arbitrio committitur.*

41 *Mulieri fideiussio denegatur, siue unam, siue duas, siue tres fideiussiones fecerit.*

42 *Mulierum fideiussiones duplicatæ, & reiteratæ eas efficaciter obligant.*

43 *Modo sit transactum biennium à die primæ fideiussionis, & mulier sit legitimæ ætatis.*

44 *Mulier concurrentibus longitudine temporis, & reiteratione actuum, censetur in causam propriam fideiussisse.*

45 *Præsumptio ex geminatione resultans est iuris, & de iure.*

46 *Geminatio in fideiussione mulieris ad fauorem mariti facta potentius operatur, quam aliæ.*

47 *Geminatio est magnæ uirtutis, & efficaciæ.*

48 *Geminatio ostendit enixam, specialem, expressam, appensatam, & deliberatam uoluntatem.*

49 *Geminatè factum, nec oppositionem, nec contradictionem recipit.*

50 *Geminatus actus facit cessare omnem erroris, fraudis, & doli suspicionem.*

51 *Geminatio ueritatem præfefert.*

52 *Geminatio operatur eorũ actuum continentiam, qui aliàs sub dispositione non comprehenderentur.*

53 *Geminatio includit actus speciali nota dignos.*

54 *Geminatio ostẽdit indubitatam uoluntatem, & deliberatum consensum.*

55 *Geminatio operatur ualiditatem, & firmitatem omnium gestorum inter ipsas partes.*

56 *Geminatio impedit fieri aliam interpretationem, etiam quod uerba aliter suadeant, & sonent.*

57 *Geminatio supplet omnes defectus.*

58 *Secunda ubi interuenit consideratio, ibi plena dicitur adesse deliberatio.*

59 *Geminatio, quando diuersis temporibus, & in separatis actibus, & dispositionibus fit, tunc fortius, efficacius, & potentius operatur.*

60 *Mulier, quando sibi ipsi contrahit, & in rem suam intercedit: tunc Velleiano non iuuatur.*

61 *Mulier, quando emit, uendit, uel aliquem alium contractum facit non dicitur intercedere, sed suo nomine obligationem facere, & suum negocium gerere, & in rem suam fideiubere, quod bene potest.*

62 *Mulier si ante matrimonium aliquem contractum fecerit, de quo fideiussores dare promiserit, si demum id fecit, talis fideiussor ex dicta fideiussione tenebitur.*

63 *Mulier ex retractu suæ dotis soluens creditori suo id, quod ei debet, rectè agit, & Velleiano non iuuatur.*

64 *Mulier precium redactum ex bonis dotalibus reinuestiens in alia bona sibi magis profitua allegando Velleianum non auditur.*

65 *Mulier in eius euidentem utilitatem se obligans, & in rem suam, & pro suo procuratore, & fideiussore, & in causam fundi dotalis, bene hæc facit, & tenet talis fideiussio.*

66 *Mulieri quando mouetur quæstio super fundo dotali, si tali respectu mulier fideiubet, in rem propriam fideiubere dicitur.*

67 *Mulier quando ut principalis, & principaliter se obligat, & maritus pro*

ea

ea fideiubet: tunc cum non intercedat obligatur.

68 Etiam quod maritus se dixerit principalem, & mulierem fideiussisse.

69 Mulier maior 25. ann. quando pro marito, vt etiam pro extraneo soluit, non iuuatur Velleiano. S. C.

70 Velleianum S. C. mulieri obligatæ, & non donanti succurrit.

71 Mulier facilius, se obligat, quã donet, & ratio est quia.

Mulierum genus auarissimum est ibi.

72 Mulier hæreditatem emens potest dictæ hæreditatis æs alienum super se persoluendum accollare.

73 Mulier necessitatibus liberorum, parentum, & mariti afflictata si fideiubet, non iuuatur Velleiano.

74 Mulier pro necessitatibus filiorum, parentum, & mariti fideiubens dicitur pro se ipsa fideiubere, et proprium debitum agnoscere.

75 Mulier necessitatibus, vrgentijs, miserijs, & calamitatibus liberorum, parentum, & mariti subuenire tenetur.

76 Mulier infortuniorum parentum, filiorum, & mariti ob maximum illorum amorem debet esse particeps.

77 Mulierẽ pro exsoluendo ære alieno mariti recte fideiubere oẽs admittuntur.

78 Et maximè quando hoc facit per instrumentum publicum confessione, stipulatione, iuramento & quarantigiata vallatum.

79 Et quod vnà cum viro fideiubeat.

80 Et etiam quod tota pecuniæ quantitas ad maritum peruenerit.

81 Mulier quando ex causa necessitatum viri contrahit, puta pro exsoluendo eius ære alieno, pro liberando marito à carceribus, pro eo redimendo ab hostibus, & pro alenda eius familia, tunc iuridicè se obligat.

82 Mulier quando precium redactum ex venditione prælij etiam dotalis conuertit in pios vsus: tunc talis versio tenet.

83 Pij vsus sunt, Alimentatio filiorum, parentum, & mariti, redemptio eorumdem à captiuis, & carceribus, vt etiam causa studiorum, Ecclesiæ, & alia.

84 Mulieris obligatio pro vsibus pijs facta, etiã absque solemnitatibus valet.

85 Quæ intuitu pietatis, & spiritu Dei aguntur nullæ prorsus legi humanæ subijciuntur

86 Mulier se obligans, & fideiubens pro vsibus pijs dicitur vtile negocium gerere.

87 Mulier se cum iuramento fideiubendo obligans, virtute dicti iuramenti talis fideiussio tenet, etiam quod desit certioratio, & nu. 91.

88 Dispositio omnis quantumcunque ampla, & præcisa non comprehendit iuramentum.

89 Etiam quod in dicta dispositione insit decretum irritans.

90 Iuramentum de contractu inualido validum facit.

91 Mulier obligatur si cum iuramento fideiusserit etiam quod certiorata non sit Sen. Consulto Velleiano, & nu. 96.

92 Mulier ex solo instrumento se obligãs, & fideiubens, etiam absque iuramento valet dicta eius obligatio, & fideiussio modo in eo fateatur se aliquam pecuniæ quantitatem accepisse.

93 Mulier renuncians Velleiano an efficaciter obligetur, articulus est controuersus: communis tamen opinio est pro affirmatiua.

94 Mulier perfectæ ætatis, & ad plenum de beneficio Velleiani certiorata, eidẽ renuncians omnino sibi præiudicat, in tantum quod omissa dicta certioratione dicta renunciatio non valet.

95 Circa

95 *Circa ignota matura deliberatio non cadit.*

96 *Mulier cum iuramento absque certioratione renuncians Velleiano ex magis communi sibi præiudicat.*

97 *Mulieri cum renunciatione Velleiani fideiubenti ad alia bona denegatur regressus, modo hæc cum iuramento faciat.*

98 *Iuramentum habet vim specificæ expressionis, & loco certiorationis est.*

99 *Iuramentum cum maiori deliberatione fit, quam renunciatio.*

100 *Iuramentum habet eandem vim, quã clausula renuncians omni legum auxilio.*

101 *Mulier renuncians Velleiano cum iuramento, & certioratione absq; scrupulo hoc beneficio priuatur.*

102 *Etiam quod remaneret prorsus indotata ibidem.*

103 *Mulier fideiubens, & per instrumentũ publicum cum solemnitatibus, renunciatione ad Velleianum S.C. iuramento, ac certioratione secum uiro obligans pro urgentijs, & necessitatibus uiri, si ex dicta obligatione mulier remaneat prorsus innotata, an talis fideiussio teneat? & quid si extat statutum quod mulier obligationi per eã cum solemnitatibus factæ nullo modo contrauenire possit? In hoc articulo Doctores diuiduntur, nam nonnulli uolunt, quod tantum pro medietate teneatur: cæteri uerò quod indistinctè huiusmodi fideiussio subsistat. Quæstio certè celebris, & praticabilis.*

104 *Mulier, quæ remanet prorsus indotata, cum enormissimè lædatur, pro uiro fideiubere non potest.*

105 *Etiam quod cum solemnitatibus, renunciatione ad Velleianum S.C. iuramento, certioratione q. id fecerit.*

106 *Ex enormissima lasione dolus præsumitur, qui numquã censetur remissus.*

107 *Iuramentum dolo, & fraude extortum non suffragatur.*

108 *Iuramentum casus insolitos, & incogitatos non comprehendit.*

109 *Solemnitates in contractibus mulierum adhibitæ defectũ lasionis enormissimæ non tollunt.*

110 *Mulier totam suam dotem vendere, vel aliàs obligare potest: concurrentibus maximè instrumento publico. Renunciatione ad Velleianum S.C. certioratione iuramento, ac solemnitatibus, & quod mulier cum viro, & pro necessitatibus viri vendat, & Author obtinuit in quadam sua causa in Rota Florentina: in qua vltra prædicta etiam concurrebat Statutum Arretinum valdè præcisum, quod mulier se cum solemnitatibus obligans pro viro, cum viro, vel sine uiro nullo modo contractui per eam facto contraueuire possit.*

111 *Dictio nullo modo naturam valdè præcisam habet.*

112 *Eius virtute actus nullo modo, & nullo tẽpore annullari, et reuocari potest.*

113 *Hæc uerba comprehendunt omnem casum cuiuscunque generis sit, licet sit maior ratio in uno casu, quam in alio.*

114 *Ad incogitata, & priuilegiata referuntur.*

115 *Actum pium, dispensationem, immunitatem, & priuilegium includunt.*

116 *Imo includunt omnia, & porriguntur ad minima.*

117 *Etiam actum improprium continent.*

118 *Insuper actum insolitum, & extraordinarium.*

119 *Plus interpretationem extendi suã impediunt, nec aliam interpretationem admittunt.*

120 *Dicunturque habere uim decretis irritantis.*

Sta-

121 *Statuti dispositionem ubi habemus, illi omninò inhærendum est.*

122 *Et ad ungem, & præcisè obseruanda est, licet dura, & aspera.*

123 *Imo etiam quod iniqua, & odiosa sit talis dispositio, sustineri debet.*

124 *Estque tenaciter obseruanda, & eius uerbis inhærendum.*

125 *Mulier non fraude, nec dolo seducta fideiubens, efficaciter se obligat.*

126 *Mulieris fideiussio admittitur, quando creditor non habet regressum contra suum antiquum debitorem.*

127 *Mulier pro alio apud minorem intercedens Velleiano non iuuatur, & maximè quando principalis debitor non est soluendo.*

128 *Mulieri de beneficio Velleiani non succurritur, quando debitor soluit mulieri id, pro quo intercessit.*

129 *Mulier quando veteri debitori succedit, pro quo antea expromisserat: tunc Velleiani ope priuatur.*

130 *Mulieri fideiubenti, si promittatur indemnitas cum traditione pecuniæ; tunc Velleiani allegatio eidem non opitulatur.*

131 *Secus si cum traditione pignorum. ibid.*

132 *Idē si mulier indēnitatem promittat.*

133 *Mulieres Reginę, Ducissæ, Marchionissæ, & Commitissæ fideiubendo se rectè obligant.*

134 *Mulieres uirilia, & magnæ importantiæ negotia pertractantes à fideiussionis officio non arcentur.*

135 *Contrarium tamen tenuerunt quidā nulli.*

136 *Mulier pro minore fideiubens Velleiani ope est destituta.*

137 *Fauor minoris ætatis præponderat fauori mulieris.*

138 *Mulier beneficio Velleiani suffulta, & munita, non tantum non obligatur in foro fori: uerum etiā nec in foro poli.*

139 *Velleiani S.C prærogatiuæ multæ.*

Primo, quod stante statuto, quod nulla exceptio possit opponi, poterit tamen de hac dari.

Secundo, quod hæc exceptio est transitoria ad hæredes ipsius mulieris.

Tertio, quod huiusmodi defensio non tantum competit mulieribus, uerum etiā earumdem, mandatoribus, procuratoribus, & fideiussoribus.

Quarto, quod mulier dans pignus, uel alius pro ea potiantur hac subuentione.

Quinto, quod mulier in uim huius priuilegij potest conditione indebiti solutum per eam repetere.

Sexto, quia hæc Velleiani exceptio potest opponi etiam in actu executionis sententiæ definitiuæ, modo non transierit in iudicatum.

140 *Circa obligationes mulierum multa alia remissiuè.*

Fideiussio mulieri an, & quando interdicta sit.

CAP. III.

1 TErtio.† Mulier fideiussionis munus obire, & pro alijs intercedere non potest. l. de die in §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 2. & 3. in §. fi. ff. eod. l. fi. C. eod. l. 2. ff. de reg. iur. l. alienam. C. de procur. l. si paternā, C. ad Velleian. Carp. ad stat. Mediol. par. 1. c. 44. nu. 29.

2 Et ideo S. C. † Velleiano succurritur mulieribus, quæ pro alijs fideiubent. tot. tit. ff. & C. ad S. C. Vellei. l. ramen. ff. ad Macedoni.

3 Et ratio est: † quia sexus muliebris satis leuis, & imbecillis est.

4 Mulieres † enim quodam naturali vitio imprudentes, mendaces, fluxæq. fidei sunt: & vt plurimum earum consilium contra propria commoda laborat. l. 2. §. verba. ff. ad Velleian. l. si pater. C. de spons. Barbat. cons. 54.

ver-

versic. capio nunt. colum. 2. lib. 1. & si vis videre proprietatē mulierum legas Cęual. in suo tract. com. contra comm. q. 734. à nu. 29. vsque ad finem qui omnes enumerat.

5 Et ideo † propter pudorem fęminei sexus aliorum defensiones in se suscipere, & alia virilia officia exercere prohibentur. d. l. fęminæ. ff. de reg. iur. d. l. alienam. C. de procur. d. l. si paternam. C. ad Vellei.

6 Alia etiam ratio † assignatur, quia quilibet non habens liberam bonorum suorum administrationem, qualis est mulier, pro alio fideiubere non potest, vt supra pro regula in princip. huius sectionis firmatum fuit.

7 Quo fit, † vt mulier fideiubendo non obligetur, siue intercedat pro patre, siue pro filio, siue pro fratre, siue pro alio consanguineo, vt etiam si pro extraneo, nam in omnibus istis casibus etiam eidem datur amplissimi ordinis beneficium. l. 3. & l. si paternam. C. ad Vellei. Bald. & Salyc. in Auth. si qua mulier. C. d. tit. ad Vellei. Tessau. decis. Pedam. 223. num. 5.

8 Amplius † licet maritus se pro vxore sua rectè obliget. l. 3. C. ne vxo. pro marit. l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisdare cog.

9 Attamen è conuerso † vxor pro marito siue in ciuilibus, siue in criminalibus causis non obligatur, & intercedens pro eo talis fideiussio non attenditur. d. Auth. si qua mulier vbi omnes notant. C. ad Vellei. l. 2. in prin. & in §. fi ff. ad Vellei. l. 1. C. ne vxor. pro marit. vbi Bald. Iaſ. in l. 1. in §. ait prætor. nu. 3. & in l. de die. in § qui mulierem. num. 3 ff. qui satisd. cog. & in l. si constante. ff. sol. matri. aduertunt doctores in l. 1. C. ne fid. dor. dentur, & in l. cum dotis, ff. de iure dot. Bart. in l. qui accusare. num 5. ff. eod. dum in-

10 quit, † quod licet mulier non iuuetur Velleiano ipso iure, tamē iuuatur ope exceptionis. Tessau. d. decis. 223. num. 7. August. Beroi. consil. 48. per totum vol. 1. Marc. Ant. de Amar. decis. March. 62. per totum.

11 Et adeo hæc vera sunt, † quod mulier pro marito fideiubere non possit: vt nec etiam id eidē liceat facere per interpositam personam. l. si vxor. C. ad Velleian. † Plus nec etiam cum marito hoc eidem facere permissum est. l.

12 4. versicu. partier plurr. C. eod. l. vit vxori, in §. fi. ff. eod. † & quod mulier nec etiam in simul cum viro se obligare, & fideiubere possit, iura sunt clara: nam hoc ponunt text. in l.

13 4. ff. ad Vellei. in l. vxor viti. in §. fi. ff. eod. inquit Valent Franc. in suo tract. de fideiuss. c. 2. num. 152 & istud est

14 ex eo, quia tali casu tota summa pecuniæ exbursatæ præsumitur peruenisse ad maritum, & ideo si non probatur, quod medietas peruenerit ad mulierem ad nihilum mulier tenebitur. d. Auth. si qua mulier, vbi Bart. Bald. Salyc. & alij, C. ad Vellei. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 22. Tessaur. decis. Pedam. 222. num. 14. Marc. Ant. de Amar. decis. March. 27. nu. 11 & 12. Vinc. Hondad. consil. 45. per totum volum. 3. par. 1. qui dicit hanc opinionem veriorem, & communiorem Anton. de Gamar. decis. Lusit. 131. quod etiam corroboratur

15 per optimum simile, † quod de filio dicitur, qui si contrahit, & se obligat vnà cum patre, tota pecunia ad patrē peruenisse creditur, si pater filium gubernat. Fabi. de Monte de empt. & vendit. q. 3. principali. num. 64. Oiasch. decis. Pedam. 170. Petr. de Vba. de duobus fratri. in 9. part. principali.

pali. post nume. 3. Aym. consil. 91. Suarez. comm. op. in littera V. num. 112. Benuent. Stracch. de Mercat. de contract. mercat. num. 10.

16 Conclusio supra firmata: † quod mulier vnà cum viro fideiubere non possit multis modis limitatur, & primo non procedit, quando cum iuramẽto se obligat mulier, & fideiubet, ex rescripto. extra de iureiurand. Tessaur. d. decis. 223. nu. 8. & 16.

17 Limit. 2. † quando esset probatum pecuniam in vtilitatem mulieris versam fuisse, etiam quod pro luxu, vestitu, & illecebris consumpta esset, nã etiam tali casu efficaciter obligatur, & rectè fideiubet vnà cum viro, nec beneficio. Auth. si qua mulier iuuatur. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. obser. 89. Bologni. cons. 45. nu. 4. Hondadus

18 cons. 45. nu. 9. † & facit, quia quando mulier cum uiro negociatur, tenetur soluere æs alienum mariti. Gail. d. lib. 2. obser. 90. Ant. de Gamma. decis. Lusit. 186. & 188. num. 1. & decis. 200.

19 & 366. & ideo quando mulier † coram iudice confessa fuit pecuniam in sui utilitatem uersam fuisse: tunc licet cũ viro fideiusserit, tamen tali casu beneficio Auth. si qua mulier non iuuatur, Menoch. de præsum. par. 1. lib. 3. præ-

20 sumpt. 22. nu. 9. † idem in cõfessione facta per mulierem in forma iudicij, in cõtractu adhibitis solemnitatibus celebrato cum decreto iudicis, vel duorum consanguineorum eidẽ proximiorũ interuentu Arret. in §. item si quis. nu. 37. vers. quæritur ergo instit.

21 de except. † Pariter idem erit: quando alio modo apparebit pecuniã pro mulieris vsibus, necessitatibus, & indigentijs deseruisse, eò quia cum dicta pecunia fuerit per dictam mulierem solutum æs alienum, ab ipsomet con-

tractum. Menoch. d. præsumpt. 22. num. 10.

22 Limit. 3. † quando maritus, & vxor habent bona communia, quia tunc cũ uiro fideiubẽdo efficaciter obligatur, nec allegare eidem conceditur auxilium d. Auth. si qua mulier, & ratio

23 est, quia tali casu † pecunia saltem pro medietate ad singulos peruenisse creditur. Menoch. d. præsump. 22. nu. 11.

24 Limit. 4. † quando aliud statuto, uel cõsuetudine loci particularis ordinaretur, & obseruaretur, ut est in ciuitate mea Arretij, in qua statuto sancitur, quod etiam quod mulier unà cum uiro se obliget, & fideiubeat, nihilominus efficaciter obligetur, certis solẽnitatib. adhibitis, ita ut amplius obligationi per eã factæ contrauenire nullo modo possit. Mising. cent. 1. obseru. 29. Andr. Gail. lib. 1. obseru. obseruat. 36. nu. 2. & obser. 90. nu. 1. Ant. Her. in suo tract. de fideiuss. c. 7. num. 409.

25 Conclusio ista, † quod mulier fideiubere, & se obligare nõ possit pro patre, filio, fratre, uel aliquo alio consanguineo, ut etiam pro uiro, & cũ uiro, nec non pro quacũq; alia persona extranea: est adeo uera ut etiã procedat, siue pater, siue filius, siue frater, siue tutor, siue maritus, siue alius eidẽ successiuè proximior dictæ fideiussioni

26 consenserint. nam adhuc horũ † consensus non mutat fragilitatem sexus. Bald. in l. si §. necessitate. nu. 30. C. de bon. quæ lib. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 2. num. 150.

27 Nihilominus † istud pronunciatũ in multis officium suum perdit, nam multi sunt casus, & multæ sunt limitationes ad conclusionem prædictam, in quibus mulieri se obligare, & fideiubere permissum est, & in quibus subsidio Velleiani S. C. uti non po-

test quos recenset, glo. in l. 1. & in l. quamuis, vbi etiam hoc norant Doctores, ff ad Vellei. glos. etiam in l. 1. ff. d. tit. & bene eos congerit. Ang. Arret. in §. item si. num. 31. cum seqq. inst. de excep quos, & alios authores dictos casus ponentes cumulant nouissimè Carol de Grass. in suo tract. de excep. excep. 27 num. 42. & 43. Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 7. à nu. 389. vsque ad nu. 534. & sunt infra aduertendi videlicet.

28 Primus casus est: † quando mulier fideiubet pro pretio dando ad hoc vt quis seruum manumittat & hoc fauore libertatis, l. fi. C. ad Vellei. omnes in d. l. quamuis. ff. ad Vellei. Arret. in d. §. item si in iudicio nu. 32. inst. de excep. Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. d. c. 7. nu. 437. cum duobus seqq. qui firmant valere obligationem mulieris factam domino pro precio libertatis eius serui. Valent. Franc. d. tract. de fideiuss. c. 2. nu. 172, dum inquit fauo-
29 rē libertatis † omnibus præcellere ad l. libertas, & l. non est, ff. de reg. iur.

30 Secundus etiã casus datur, † quãdo mulier maior 25. annorũ, se obligat, & fideiubet p dote alicuius mulieris danda, & persoluenda ad effectum eã nubendi, & in matrimonium collocandi. nam tali casu mulierem se obligare, & rectè fideiubere posse, & ope S. C. Velleiani non iuuari, & hoc fauore dotis. vti piæ causæ passim fir-
31 mant Doct. nam licet † mulier pro viro suo dotem promittente fideiubere non possit Bart. in iubemus, in §. fi. C. ad Vellei. Berret. cõs. 98 per totum lib. 1. Hondad. cons. 45. nu. 14. Tamen quando ipsa pro dotanda alia muliere fideiubet, tenet dicta fideiussio. Arret. in d. § item si in iudicio num. 31. inst. de excep. Surd. decis. 164. vbi dubitat, an mulier pro dote danda mulieri non filiæ, sed extraneæ obligari possit, & quod mulier pro fœmina dotanda fideiubere possit facit text. in l. fin. C ad S. C. Velleianum, & hęc sunt
32 vera siue illa mulier sit propria filia, l. si dotare. C. ad Velleian. l. cum is in §. mulier. ff. de condit. indeb. siue etiã sit extranea. d. l. fin. in verbo qualibet muliere. C. ad Vellei. Bald. Nouell. de dot. part. 6. priuileg. 12. Cephal. cons. 408. nu. 9. lib. 3. Tessaur. d. decis. 223. nu. 15. Surd. d. decis. 164. num. 3. & 4. Marc. Ant. de Amat. decis. Marcb. 43. num. 11. Natt. cons. 52. num. 15. lib. 1. Vincent. Hondad. cons. 45. num. 23. & est communis opin. Corras. in l. qui liberos. nu. 122. ff. de ritu nuptiarum. Eman. Suarez. in suo thesauro com. opi. in littera D. nu. 319. Valent. Frãc. d. tract. de fideiuss. c. 2. num. 169. vbi
33 num. 171. vult hæc vera † non tantum si mulier fideiusserit de dote soluenda verum etiam restituenda. ex Bald. Nouell. & Ceph. quos allegat.

Extende etiam si mulier ratione piæ causæ intercesserit: Nam & tali casu Velleiano non iuuatur. l. pen. C. ad Vellei add. ad Deci. in l. 2. num. 13. ff. de regul. iur. Valent. Fran. d. cap. 2. num. 173.

Extende pariter, quando mulier intercedit causa studiorum, quæ causæ dotis adæquatur, vt benè prosequitur Franc. d. cap. 2, num. 174. qui dicit causam studiorum esse magis priuilegiatam, quam dotis, & addit, Omne priuilegium concessum Ecclesiæ, & clericis, etiam scholaribus communicati, concludens causam studiorum causam piam esse.

34 Tertius sit casus, † quando mulier in fraudem, & animo decipiendi se obligauit, & fideiussit, nam tali casu

eam

eam rectè se obligare, & fideiubere, & priuari priuilegio Velleiani S.C. dicit tex. in l. si decipiendi. ff. ad Velleian. vbi gl. & in l. feminis. C. d. tit. mulier enim si intercedit pro alio apud creditorem, & creditorē decipere vult: puta, quia induatse veste virili: talis fideiussio valet, nec Velleiani subsidium allegans auditur l. si fideiussores cum l. seq. ff. ad Velleia. d. l. feminis. C. d. tit. Arter. in §. item si in iudicio inst. de excep. † & ratio est: quia
35 cio inst. de excep. † & ratio est: quia decepti, & nō decipientibus iura suo
36 cuiruntur & Senatus Consultum Velleianum debet opitulari infirmitati, & non calliditati mulierum l. si sine. C. ad Velleia. l. 2. §. hæc verba vers. sed ita demum, & seqq. ff. ad Vellei. Tiraq de leg. connub. gl. 8. q. 16. nu. 136.
37 & ideo tali casu †, contra mulierem dolosam actionem de dolo lex impertitur. d. l. si decipiendi, & l. si mulier ff. ad Velleian. d. l. feminis. C. d. tit. l. si mulier C. de distractione pignorum.
38 Quartus casus est, † si mulier pro intercessione pretium, mercedem, vel aliquid in recompensam loco precij, & mercedis receperit: & sic quando facit conditionem suam melliorem, nam tali casu etiam fideiussio eius valet, & allegare beneficiū S. C. Velleiani eidem non permittitur. l. antiquæ. C. ad Velleia. Arter. in d. §. item si in iudicio num. 35. inst. de excep. Rom. sing. 323 Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 21. num 4. Tessaur. d. decis. 223. num. 15. Valent. Franch. d. tract. de fideiuss. c. 2. nu 167. Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 7. sub numero 433. fallent. 6. idem
39 † statuitur, in clericis, qui si ex fideiussione pro eos præstita mercedē recipiunt: (licet regulariter ex fideiussione nō obligent) tamen ob præmij receptionem in pe-

nam ex dicta fideiussione rectè obligantur, vt plenè ostendimus in f. c. 6.

Cæterum difficultas fiat: quanta
40 † debeat esse ista merces, & præmium ad hoc vt ista mulier exclusa veniat à commodo Velleiani S. C.? Afflict. in c. 1. nu 21. ex quibus caus. feud. amitt. & Menoch. de arbit. ind casu 234. dicunt circa prædicta non posse dari certam, & firmam regulam ac formam: sed totum iudicis arbitrio, & religioni esse relinquendum. Ant. Gama. decis. Lusit. 121. Franc. tract. de fid. c. 2. nu. 168. Ant. Hering. d. tract. de fid. c. 7. num. 435.
41 Quintus est casus. † Nam licet lege caueatur: Mulieri officio fideiussionis priuatam esse, siue vna sit intercessio, siue duplex, siue multiplex. l. quamuis, in §. si mulier. ff. ad Velleia. Franc. d. tract. de fideiuss. c. 2. nn. 149.
42 Attamen, † quando cautiones, fideiussiones, & obligationes ipsius mulieris sunt reiteratæ, duplicatæ, & circa idem geminatæ: tali casu mulierem beneficio Velleiani iuuari non posse docet Socin. iun. in rub. ff. de verb. obli. num. 281. & 283. & quod geminata cautio tollat beneficium Velleiani voluerunt Bald. in l. si mulier. C. ad Vellei. Iaf. in §. in personam inst. de actio. Euerard. in sua cent. in verbo à vi geminationis. Carol. de Grass. in tract. de exceptio. excep. 14. num. 42.
43 Quod declara, † & intellige procedere in muliere maiore 25. annorum, & quod dicta mulier fideiussionem, vel pignus dederit post biennium à cautione numerandum, & iterum transacto biennio ad idem se obligauerit, & cautionem, vel pignus dederit, secus si intra biennium consenserit dando cautionem, vel pignus, quia tali casu hæc eius fideiussio non vale-

ret, vt dicitur in d.auth. si qua mulier. C. ad Vellei. & aduertunt Scribentes, in l. quamuis. ff. solut. matr. & in d.l. quamuis. ff. ad Velleia. Arret. in d. §. item si in iudicio. † Nam mulier perfectæ ætatis post primam fideiussionẽ trãsacto biennio si iterum fideiusserit ex tali eius fideiussione efficaciter obligatur, nam ista fœmina, & ob temporis prolixitatẽ, & in vim geminationis, cuius magna est vis, ac potẽtia (vt mox subijciam) censetur pro propria obligatione, & fideiussione se obligare, & fideiubere, quod bene potest l. si mulier. C. ad Vellei. Pancirol. consil. 44. num. 10. Mascard. de probat. conclus. 1080. nu. 10. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 2. nu. 182. qui † præsumptionem ex geminatione resultantem inquit esse iuris, & de iure, & addit, quod si talis geminatio ad fauorem matris fit, multum operatur, vt ibi per eum.

Et est adnotandum vnum in proposito, † quod magna est virtus, potentia, & efficacia reiterationis, geminationis, & duplicationis, † nam vltra quod per eam constat, de enixa, speciali, expressa, appensata, ac deliberata voluntate. Paris. consil. 9. num. 22. & 89. nu. 22. & 23. in tertio.

Etiam † cõtra id, quod bis factum est nihil opponi potest Felyn. in cap. si cautio. nu. 31. de fid. instr. & in c. finum 1. de off. deleg. Gozad. consil. 1. nu. 37. & cons. 70. nu. 7. † imò geminatio actus facit cessare omnem erroris, doli, & fraudis suspicionem, nam in actu reiterato, geminato, & duplicato nõ præsumitur error, vel dolus, sed vera deliberatio. l. si mulier. C. ad Velleia. Felyn. in d.c. si cautio. nu. 31. Deci. consil. 15. 181. num. 3. & 185. nu. 13. cũ seqq. & in c. litteris. nu. 5. vers. admonita, extra de diuort. Ceph. cons. 192. nu. 19. in prin. 308. nu. 5. & 491. num. 31. vol. 4. signanter Aym. cons. 101. nu. 42. Curt. sen. cons. 55. nu. 13. qui communem dicit. Ruin. cons. 10. num. 12. vol. 3. Grat. resp. 12. num. 34. vol. 1. Alciat. resp. 22. num. 7. tom. 3. lib. 8. Mascard. de probat. concl. 347. num. 4. & 637. num. 27. in prima parte. Insuper † tantæ est efficaciæ geminatio actus, quod non tantum importat veritatem. Felyn. in d.c. si cautio. col. 10. vers. 4. fallit, Paris. cons. 38. nu. 8. volum. 4 Ceph. cons. 451. num. 34. vol. 4. Ias. cons. 36. num. 8. vol. 1. † vt etiam operatur eorum actuum continentiam qui aliàs sub dispositione nõ comprehenderentur. Ceph. cons. 608. num. 65. vol. 4.

Et ideo † solet dici, quod geminatio includit actus speciales, & speciali. nota dignos. Socin. cons. 242. num. 2. Ceph. cons. 133. num. 5. lib. 1.

Nam per actus † geminatos ostenditur indubitata voluntas, & deliberatus consensus, & inducitur † validitas, & firmitas omnium gestorum inter ipsas partes, vulg. l. habita. ff. ad Treb. Paris. cons. 5 nu. 64. vol. 4.

Plus geminatio † est tantæ potentiæ, quod impedit fieri aliam interpretationem, etiam quod verba aliter suadeant, & per eam † supplẽtur omnes, tam iuris, quam facti defectus. Gozad. consil. 30. num. 3. vbi enim actuum reiteratio datur, ibi ita validitas arguitur, vt nihil contra id dici, opponi, vel allegari possit. Nam † vbi secunda interuenit consideratio, ibi plena, & matura dicitur adesse deliberatio pulchrè Osasch. decis. Pedam. 38. num. 16.

Et hæc eo magis † sunt vera, & absque scrupulo, quãdo dicta geminatio

est

est facta temporis interuallo, & in diuersis, & separatis actibus, & dispositionibus. Ias. in rub. de verb. ob. num. 11 Ceph. cons. 478. nu. 48. vol. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 21. nu. 12. omnes in d. l. balista.

60 Sextus casus sit, † quando mulier sibi ipsi contrahit, & in rem suam intercedit, & se obligat. Puta si emat, vendat, conducat, permutet, mutuam pecuniam accipiat, vel famulum suũ contrahere iubeat: nam in omnibus istis, & alijs similibus casibus mulier Velleiano non fruitur. l. si mulier, in princ. ff. ad Vellei. l. si aduersarius. C. d. titulo. l. de die in §. 1. ff qui satisd. cog. Valent. Franc. de fid. c. 2. num. 154. & 165.

61 Quando enim † mulier emit, vel vendit: vel aliquem alium contractũ facit, non dicitur intercedere: sed suo nomine obligationem facere, & suum negocium gerere, & in rem suam fideiubere, & contrahere, quod eidem fieri permissum est. l. si mulier, & l. si domina, in §. fin. l. aliquando. l. tutor, in fi. princ. & in §. denique, & l. bona fide, in §. fi. ff. ad Vellei. l. 4. & l. si mater. C. d. tit. Arret. in d. §. item si. num. 41. inst. de excep.

62 Et ideo si ante † matrimoniũ mulier aliquod debitum contraxerit, de quo fideiussorem præstare promiserit, si demum id facit, talis fideiussor ex dicta eius fideiussione tenetur. Gud. Pap. decis. 447.

63 Hinc etiam fit, † quod quando mulier ex retractu dotis soluit creditori suo id quod ei debet, & sic æs alienũ, & debita contracta per ipsam, quod rectè agit, nec Velleiano iuuatur vt no. omnes in l. quamuis. ff. solu. matr.

64 Eadem ratione: † si mulier vult emere ex pretio redacto ex bonis dotalibus venditis, alia prædia magis idonea, & proficua ipsi mulieri: & superipsis suam dotem constituere, & sic quando vendit ad effectum reinuestiendi in bonis magis vtilibus ipsi mulieri hoc eidem permissum est, vt habetur in d. l. quamuis.

65 Plus, † si mulier se in eius euidentem vtilitatem obligauerit, eo, quia hæreditatem emerit, & pro exsoluendo ære alieno dictæ hæreditatis fideiussores præstiterit: vel etiam si pro suo procuratore, vel fideiussore intercesserit: & sic quando ob aliquam euidentem vtilitatem se obligauerit: vt etiam quando fideiubet mulier in causam fundi dotalis: tunc eum in rem suam intercedere, & se obligare dicatur, bene se obligat, ac fideiubet. l. 3. l. aliquando. §. vir vxori, & §. fin. l. bona fide. §. fin. ff. ad Velleian. l. de die, in § qui mulierem vbi Ias. & Alexand. in §. 1. in princip. sub num. 4. verticulo item nota limitationem vbi etiam alij. ff. qui satisd. cogantur. Arret. in dicto §. item si in iudicio, num. 31. inst. de except. Horat. Carp. ad stat. Medic. part. 1. cap 44. num. 29. Menoch. de præsumpt. part. 1. lib. 3. præsumpt. 22. nu. 9. cum seqq. vbi † volunt, quod quando quæstio mouetur marito super fundo dotali, si tali respectu mulier fideiubet, dicitur in causam propriam fideiubere.

66

67 Amplius, † quando mulier se obligat vt principalis, & principaliter, & maritus pro ea fideiubet: tunc enim cum mulier non intercedat, obligatur, l. Seia Mancipia. ff. ad Velleia. Franc. Marc. decis. 518. num. 11.

68 Etiam † quod maritus in suo testamento fateatur se principalem, & verum debitorem esse, & mulierem fideiussisse.

Contrariũ tamen tenuerunt Hondad.conſ.45.nu.20.Teſſau.deci.223. nu.1.& 4.Anton.Hering.de fideiuſſ. c.7.nu.418.

69 Adde idem eſſe, † quando mulier maior 25.ann.pro extraneo: vel marito ſoluerit: nam etiam tali caſu deficit S. C. Velleia. Nam S. C. obligatæ

70 † mulieri ſuccurrere voluit: cũ mu-

71 lier, † cuius genus auariſſimum eſt, l. ſi a ſponſo, & ibi Gloſ. in verb. taro accidit C. de don. ante nup. l. ſed ſi ego in fi. l. ſi ſtipulata §. 1 ff. de don. inter vir. & vxor. ita Cæual. in tract. conſt. contra communem q.695. nu.15. facilius ſe obliget, quam donet l. ſi ego, cum l. ſeq. l. quamuis, in §. ſi conuenerit, & l. debitrix. ff. ad Velleia. l. 1. in fi. & l. 4. in fi. & l. quamuis. C. ad Velleia. Arretin. conſil. 54. ita Cæual. in tract. com. contra communem quæſt. 695. num. 16.

72 Idem eſt: † quando mulier hæreditatem emerit, & æs alienum, quod hæreditatem ſequitur in ſe tranſcripſerit. l. aliquando, in princip. ff. ad Velleian. Valent. Franc. de fideiuſſ. cap. 2. num. 178.

73 Septimus caſus † allegatur, quãdo mulier eſt arctata, & aſtricta ob neceſſitates, & vrgentias filiorũ, parentum, ac mariti ad ſe obligandum, hypothecandum, oppignorandum, conſentiendum, renunciandum, cedendum, fideiubendum: vel quocunque alio modo cõtrahendum, quia tali caſu non obſtante beneficio Velleiani, ac diſpoſitione dictæ Auth. ſi qua mulier, benè ac iuridicè mulier ſe obligat, hypothecat, oppignorat cõſentit, renũciat, cedit, fideiubet, vel aliquem

74 alium cõtractum facit, † & ratio, quia tali caſu mulier ſe pro debito proprio obligare dicitur, & debitũ proprium

75 ſoluere, ac ſatisfacere: † cum mulier filijs, parentibus, & marito in neceſſitatibus, calamitatibus, & miſerijs poſitis ſubuenire teneatur, & obligata

76 ſit. † Nam infortuniorum filiorum, parentum, & mariti debet eſſe particeps mulier ob maximum illorũ amorem. Ceph. conſ. 51. num. 21. volum. 1. Surd. conſ. 164. nu. 5. Ant. à Gamm. deciſ. 476. nu. 3.

77 Et ideo, † quando pro exſoluendo ære alieno mariti mulier vẽdit, ſe obligat, & fideiubet, tunc bene, & efficaciter obligatur, &

78 † maxime quando hoc facit per inſtrumẽtum publicum confeſſionatum, iuratum, ſolemni ſtipulatione vallatum, & quarantigia, vel cameralioobligatione fulcitũ. Calc. conſil. 2. num. 1. qui loquitur in terminis auth. ſi qua mulier. C. ad Vel-

79 leia. † quando mulier vnà cum viro ſe obligat. Seraph. de priuil. iur. priuileg. 118 num. 2. Vinc. de Franc. deciſ. 84. qui dicit hæc procedere, etiã quod

80 pecunia peruenerit ad virum. Surd. conſ. 62 nu. 10. cum ſeqq.

81 Hinc etiam, † & ſecundo eſt, quod quãdo mulier ex cauſa neceſſitatis cõtrahit, videlicet pro liberando marito à carceribus, vt etiam pro redimendo eo ab hoſtibus, vt patiter pro alenda eius familia: tunc etiam eam bene, & iuridice ſe obligare, vendere, renũciare, cedere, conſentire, fideiubere, vel aliquem alium actum obligatoriũ gerere aduertunt. Ceph. d. conſ. 51. n. 21. Surd. conſ. 367. nu. 25. 26. & 25. vol. 3. dum volunt valere obligationem mulieris factã pro filio, patre, vel marito, ne aliquis eorum in carcerem detrudatur, & Surd. conſ. 367. num. 28. dicit, hoc indubitatum, quando debitum fuerit contractũ pro familiæ alimonia, quod, & notat Valenti. Franc.

in ſuo

in suo tract. de fid. c. 2. nu. 187. qui loquitur de muliere intercedente pro marito captiuo, vt eum à carcere liberet, qui ait in hoc S. C. Velleiani suum robur perdere. Quæ omnia etiam notarunt Arret. in d. §. item si in iudicio, num. 30 Iaſi. de except. Soc. iun. in l. ſciendum. nu. 67. ff. de verb. obl. & in l. filius fam. in §. diui. nu. 41. ff. de leg. 1. Aym. conſ. 115. nu. 5. Roland. conſ. 21. num. 15. vol. 1. Viui. com. opi. opin. 796. nu. 24. in 2. patt. Vinc. de Franc. deciſ. 237. num. 4. in 2. par. Bertazz. de clauſulis clauſula 32. glo. 2. nu. 7. Carpa. ad ſtat. Medio. cap. 328. num. 115. part. 1.

82 Hinc, & tertio eſt, † quod quando pretium ex obligatione, & venditione per mulierem facta, fuit exburſatum,
83 & verſum in pios vſus. † Vt ſunt alere, dotare, liberare à carcetibus, redi-
84 mere ab hoſtibus, & ſimilia: † tunc obligatio mulieris, & pro ſe, & pro viro, & cum viro, & ſine viro facta, valet, & tenet etiam fideiuſſorio nomine, & etiam ſolemnitatibus non adhibitis, non obſtantibus quibuſcunque Surd. d. conſ. 367. nu. 10. Vincent. de Franc. d. deciſ. 238. Arret. d. §. item ſi in iudicio, nu. 31.

85 Et ratio eſt: † quia ea, quæ intuitu pietatis, & ſpiritu Dei aguntur, nullæ prorſus legi humanæ ſubjiciuntur. Abb. conſil 1 1. in 1. vol. Tiraq. de pia cauſa priuile. 164 Cott. in ſuis memo. in verbo ſtatutum requirens.

86 Et quoniã † in omnibus ſupra memoratis caſibus mulier dicitur negocium vtile gerere. Surd. d. conſ. 367. num 14. ideo ex hoc etiam tales eius contractus valebunt. Bald. in l. contrarius, vbi Laſ. num. 7. C. de pact. Gratian. deciſ. March 45. nu. 2. Carp. d. c. 328. num. 106.

87 Octauus datur † caſus in muliere: quæ ſe obligauit per inſtrumentum confeſſionatum, ſtipulatione quarantigia, ac obligatione cametali, & quod plus eſt iuramento munitum: nã tali caſu virtute dicti iuramẽti huiuſmo-
88 di obligatio valet, & tenet. † Diſpoſitio enim omnis quantumcunque ampla, & præciſa non comprehendit iuramentum. Calc. conſil 180 num. 14. Caſſan. in conſuetud. Burg. rubr. 4. c. 1. nu. 40. Milan. deciſ. Sicul. 8. n. 390.

89 Etiam † quod in diſpoſitione adſit decretum irritans.

90 Iuramentum † enim cõtractum de inualido validum facit. Surd. conſil. 20. nu. 20. vol. 1. Carpan. ad ſtat. Mediol. d. c. 328. nu. 423. in fine vbi hanc opinionem crebriorem appellat, &
91 ſubdit hoc † verũ, licet mulieris certioratio deſit. Cutt. iun. conſ. 47. num. 10. Petr. Caball. conſ. 180. per totum, & nu. 17. cũ ſeqq. Ceual. in ſuo theſa. com. ſent. quæſt. 3. num. 20. vbi hanc magis communem, & veriorem teſtatur, & q. 516. nu. 5. & 6. vbi etiam communem dicit. Pariſ. cõſ. 75. nu. 2. vol. 3. Bertaz. in repet. l. ſi quis maior. nu. 714. C. de trãſ. Seraph. de priuileg. iur. priuil. 63. num. 3. Viui. comm. opi. opin. 434. Carol. de Graſſ. de except.
92 excep. 27. num. 39 † imò ſufficere inſtrumentum cum cõfeſſione, ſtipulatione, quarantigia, vel obligatione cametali, etiã abſq; iuramento, & præſertim quando mulier fatetur ſe aliquam pecuniæ quantitatem accepiſſe voluit idem Bertazz. de clauſ. clauſula 2. nu. 12. verſ. fallit quarto, & clauſula 32. gl. 1. nu. 7.

Nonus, renunciatio S. C. Velleian. facta per mulierem reddit eius obligationem validam, & firmam., circa quod aduertenda ſunt multa.

93 Primo, † quod licet articulus ille apud noſtrates ſit valdè cõtrouerſus, An Velleiano S. C. per mulierem renũciari poſſit: Nihilominus affirmatiua, quod ſtante renunciatione mulieris S. C. Velleianum taceat, voluerunt communi voto Doctores, gloſſ. & Bart. in l. fi. ff. ad Velleia. vbi Alberig. dicit totum mũdum hoc ſeruare: quod mulier beneficio Velleiani renunciare poſſit: cum alijs quos cõgerit Ant. Henrig. in ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 7. nu. 468. qui dicit iſta de iure eſſe, & conſuetudine ſeruari. Et iſtã communem opinionem eſſe, & in foro vſitatam ponit Valent. Franc. tract. de fideiuſſ. cap. 2. num. 188. qui fuſius hoc dictum proſequitur, illud multis modis ampliando, & limitãdo, & pro huius concluſionis probatione faciũt l. fin. ff. ad Velleia. l. ſi mulier. C. d. tit. Auth. matri, & auiæ iũcta l. fi. C. quando muli. tut. offic.

94 Secũdo, † quãdo dicta renunciatio per mulierem cum certio ratione facta fuerit, & mulier ſit perfectæ ætatis, ita quod rem intelligat, nẽpè quale ſit iſtud Velleianum S. C. & quantæ importantiæ, & quibus prærogatiuis fulcitum, ſibi dicta mulier prorſus præiudicat. Andr. Gail. lib. 2. obſeruat. obſe. 77. nu. 2. & 3. Porti. 1mo. conſil. 36 num. 30. Burſat. conſ. 149. nu. 42. lib. 1. not. in l. pen. C. de pact. vbi Deci. nu. 30. Alciat. num. 43. Capell. Toloſ. & ibi Aufred. deciſ. 37. Io. Crott. in l. ſciendũ, nu. 43. ff. de verb. obl. Teſſau. d. deciſ. 222. & communẽ profitetur Suarez in com. opin. in littera V, num. 5. Ant. de Padilla in l. ne paſſim, num. 7. 8. & 9. C. de iur. & fact. igno. & hæc adeo vera ſunt, quod è contrario neglecta, & omiſſa tali certioratione, dicta renunciatio nõ valeat. gloſ. Rom. Alex. & Iaſ. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Din. Bart. Rom. & Iaſ. in l. in repudianda. ff. de acquir. hæred. Abb. & Felyn. in c. ſi diligenti, de for. compet. Nicol. Arelat. in add ad Alciat. lib. 1. præſump. 42. in litera A, Menoch. de præſump. lib. 3. præſumpt. 82. num. 7. Maſcard. de probat. concl. 1080. num.

95 20. aliàs 1076. † & ratio eſt: quia circa ignorata matura deliberatio non cadit. Marc. Anton. de Amat. deciſ. 81. num. 5.

96 Tertiò, † quando renunciatio eſt cum iuramento, ſed abſque certioratione, quod tali caſu nõ valet. Maſcar. de probat. d. concl. 1080. aliàs 1076. nũ. 22. Nicol. Arelat. ad Alciat. de præſumpt. lib. 1. præſump. 42. qui dicunt etiam in caſu quo iuramentum interuenit etiam certioratione opus eſſe, & quod ad omnem ſcrupulum tollendum adhiberi vltra iuramentum certiorationem tutius ſit putãt Ant. Teſſaur. d. deciſ. 222. num. 12. verſ. & hęc opinio, & hanc opinionem poſt Cyn. & Calca. quos allegat dicit communem Grammat. deciſio. 76. numero 10.

Contrarium tamen, quod imò talis renunciatio (licet iuramento fulcita nõ ſit) valeat, tenent magis communiter Doctores: cap. ex reſcripto, vbi gloſſ. in verbo, & vxorem de iureiuran. Tiraq. in l. ſi vnquam in præfationibus. num. 136. C. de reuocan. donat. Anto. Padilla in l. nec paſſim. num. 12. C. de iur. fact. ign. Marſ. in prax. cri. §. ſecunda quæſtio num. 64. Duen. reg. 325. verſ. ſed nihil prima opinio in fi. Alex. conſil. 222. viſa facti narratione, num. 4. lib. 2. Ioſeph. Lud. com. concl. conel. 34. num. 1. 3. & 10. Teſſa. d. deciſ. 222. nu. 11. & Affl. deciſ. 311. nu. 4. Vinc. de Franc. deciſ. 84.

nu. 4.

nu.4.Surd.consil.367. nu.12. qui vo-
97 lunt, † quod adeo sit potens talis renunciatio iurata, vt mulieri ad alia bona denegetur regressus,& ratio est,
98 † secundum ipsos, quia iuramentum habet vim specificæ expressionis, &
99 loco certiorationis habetur: † cum ad iurandum maiori deliberatione procedatur, quam ad renunciandũ. Maurit.de restit.in integr.cap.113.nu.13. Facchin.controuers iur.lib.2.cap.66. per totum. Carpan.ad Stat.Mediolan. cap.500.num.58.par.1.

100 Alia etiam † deducitur ratio: quia iuramentum habet eãdem vim,quam clausula renunciantes omni legum,& iuris auxilio Andr. Gail. lib.2. obser. 77. num.10. Mascard. d.concl 1076. num.21. Turza.concl.132.nu.1.& 2. Eman. Suarez. in comm. opin. in littera V. num.8.

101 Quarto, † quando cum renunciatione concurrunt,certioratio, & iuramentum tali casu absolutè volũt Doctores renunciationem per mulierem factam valere, & tenere, & Velleiani. S. C. allegationem eidem non opitulari: vt testantur Surd. d. consil.367. num.12. Affl. & d.decis.311.num.4. Tessaur.d.decis. Pedam.223. num.3. Vinc. de Franc. qui dicit communem d.decis.84.Bursat.d.cons 56.num.15.

102 q.i dicit hęc vera, † etiam quod mulier prorsus remaneret indotata. Et talem renunciationem cum certioratione, & iuramento factam valere, ita quod mulier Velleiani auxilio vti non possit, non obstantibus quibuscunq; penit nouissimè Carol.de Grass.tract. de except.except.37.nu.28 cum seqq.

103 Sed quid si † in fideiussione per mulierem contracta intercedant solemnia, renunciatio ad Velleianum S. C. certioratio eiusdem Velleiani, & iuramentum, & mulier pro ipso viro fideiubeat, ita quod ex dicta fideiussione remaneat prorsus indotata, & hæc omnia fiant per instrumentum publicum, an talis fideiussio teneat? in hoc articulo videntur velle doct. quod si dicta fideiussoria obligatio non transcendit dimidiam summæ dotis quod valet: aliàs secus, c.ex rescripto, de iureiur. Simon de Pret.
104 cons.57. nu.1. cum seqq. † & quod mulier, quæ remanet penitus indotata,& quę enormissimè lęditur pro vi-
105 ro fideiubere nõ possit: etiam † quod fideiubendo se obligauerit cum solẽnitatibus,iuramẽto renunciatione, & certiorationeVelleiani S.C.scripsetũt Abb.cons.8.num.6. in 2. part. Paris. cons.77.num.13.cum seqq.volum.3. Io.Lop. in repet.rub.de donat. inter. vir.& vxor.c.17.num.15.& 16. Bero. cons.48.nu.13.vol.1.Tessaur.d.decis. 223.nu.13. & hanc etiam opinionem sectantur.Afflict.decis.322. Alex.cõs. 42.num.6.lib.1.Marc. Ant. de Amat. decis.March.46.nu.3.& 62.num.14. & 15.vbi bis communem vocat. And. Gail.lib.2.obser.77.nu.11. Ex enor-
106 missima † enim læsione dolus præsumitur, qui numquam censetur excluſus, & remissus l. omnes in §. Lucius ff.quæ in fraud.cre. vnde propter enormissimam læsionem nullo modo
107 substineri potest. Nam in † proposito iuramentum non obstat:cum dolo, & fraude censeatur extortum. Paris. cons.47.nu.7.lib.4.qui loquitur in fideiussore.Cassad.decis.vnica, de emp.
108 & vend. † vltra, quod iuramentum numquam casus insolitos, & incogitatos comprehendit. Alexan.cons.28. col.penult. lib.1.And.Gail. lib.2.obseruat.147. Mising. cent.1.obser.36. Ceph.cons.34.num.22.& 142. lib.1.

Ioseph.

Ioseph. Ludouic. com. concluſ. con-
109 cluſ. 34. num. 11. † Minus obſtant ſolemnia: quia læſionis enormiſſimę defectum non tollunt. Anch. conſ. 69. num. 4. Egidius deciſ. 503. aliàs 502. & hanc partē amplexa fuit Rota Romana in vna Romana fideiuſſionis 5. Iulij 1593. corā Illuſtriſſimo D. Arzigonio firmans talem fideiuſſionem ſolum in medietate ſubſtineri.

110 Cæterum caſus iſte redditur valde dubius: cum multi grauiſſimi, doctiſſimi, maximæque authoritatis viri teneant contrarium firmātes: quod imò mulier totam dotem ſuam vendere, vel aliter obligare poſſit cōcurrentibus maximè inſtrumento publicę, confeſſionato, iurato, ſtipulatione vallato, neçnon quarantigia, vel obligatione camerali munito, vnà cū renunciatione, certioratione, ac ſolemnitatibus à iure, vel ſtatuto in contractibus mulierum requiſitis, & quod talis mulier ſit legitimæ ætatis, vt tenuerunt Io. Lopez. Boer. Afflict. Alciat. Burſ. Rolan. à Valle, & Ant. à Sole relati à Teſſaur. d. deciſ. 223. nu. 12. & 13. cui quidem opinioni Teſſaur. etiam multum applaudit. Et hāc opinionem praticari vltra montes, & in prouincijs Saxoniæ, & veriorem, & optimis, & melioribus rationibus, & fundamentis fulcitā eſſe oſtendit Anton. Hering. in ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 7. num. 516. Et ego pro hac parte obtinui in quadam mea cauſa in Rota Florētina corā inſignibus, & egregijs DD. Liuio Riccardo, Lidio Bouarello, & Matthęo Lolio, viris certè in ſcientia, prudentia, bonitate, & integritate ſatis perſpicuis, & clatis. Eſt benè verum, quod in caſu illo illius contractus vēditionis factæ per illam fœminam vltra ſuperius ponderata etiam concurrebant, quōd venditiō illa fuit facta ab illa muliere ob vrgētias, & neceſſitates mariti, nempè ad effectum alendi eius numeroſam familiam, dotandi, & Monachandi eius filias, & liberandi eum à carceribus, & quod plus eſt: quia eo in caſu etiam cōcurrebat ſtatutum Arrer. ſub lib. 2. c. 41. de obligatione muli. multum limitatum, ac præciſum, quo cauetur, quod adhibitis ſolēnitatibus in contractibus mulierum nullo modo earumdem obligationes, & contractus retractari, ac ſubuerti poſſint cū clauſula non obſtantibus quibuſcunque, & cum alijs verbis multum pręgnantibus: vnde in ſpecie fuerunt ponde-
111 rata † verba illa vllo modo, quorum verborum natura fuit dictū eſſe valde præciſam. Pariſ. conſ. 19. nu. 16. vol. 2.
112 Ceph. conſ. 497. num. 24. vol. 4. † & quod eorū virtute diſpoſitio, & actus nullo modo, & nullo tempore reuocari poſſint. Ruin. conſ. 10. num. 11.
113 volum. 2. † & ideo, quod huiuſmodi verba comprehendunt omnem caſum cuiuſcunque generis ſit, licet ſit maior ratio in vno caſu, quam in alio.
114 Ceph. d. conſ. 497. num. 24. † imò, quod iſta verba vllo modo cum habeant naturam præciſam ad inexcogitata, priuilegiataque referuntur, & porriguntur. Ceph. conſ. 463. nu. 27. cum ſeqq. volum. 4. Roland. conſ. 57.
115 num. 50. & infra. vol. 3. † plus adeo comprehēdunt omnia hæc verba nullo modo, vt etiam actum pium includant, vt pariter diſpenſationem, immunitatem, & priuilegium. Iaſ. con-
116 ſil. 68. nu. 30. & 31. volum. 1. † & in tantum hæc verba includunt omnia, vt etiā porrigantur ad minima. Aym. conſ. 294. num. 6. Rol. conſ. 99. nu. 28.
117 in quarto. † Inſuper etiam actū impro-

proprium comprehendunt. Iaſ. conſ. 63. num. 14. volum. 3. Natt. conſ. 435.
118 nu. 17. vol. 2. † quò fit vt etiã actum inſolitum, & extraordinarium contineant. Natt. conſil. 524. num. 23. cum ſeqq. vol. 3.
119 † Et hoc reſpectu impediunt interpretationem extenſiuam, & non admittũt aliquam interpretationem, & modificationem: ſed includunt maiora expreſſis. Natt. d. conſ 435. nu. 13. vol. 2. Pariſ d. conſ. 19 num. 17. vol. 2.
120 Aym. conſ. 201. nu. 43. & 44. † vnde dicuntur habere vim decreti irritantis, & clauſulæ annullariuæ. Rol. conſ. 37. nu. 11. volum. 4. Ceph. dicto conſil. 497. num. 24. Rot. diuerſ. deciſ. 24. num. 2. par. 2.

Et pro corroboratione prædictorũ
121 fuit additum, † Quod vbi habemus iuris municipalis diſpoſitionem, illi præcisè inhærendum eſt, in tantum, quod non debemus vlterius vagare, & rationem inueſtigare, cum ſtatuta præciſi iuris ſint. Iaſon. conſilio 188. num. 13. vol. 2.
122 † Statutum enim, & lex ſunt obſeruanda ad vnguem, & præcisè, licet dura, & aſpera. l. proſpexit. ff. qui, & à quibus Aym. conſ. 4. nu. 1. Ceph. conſ. 146. num. 16. vol. 2. & 643. nu. 19. in quinto. Grott. conſ. 184. nu. 101. vol. 2.
123 & conſ. 351. num. 13. vol. 3. † Imò diſpoſitio ſtatuti quãtumcunq; odioſa, & iniqua ſubſtineri deber. Cephal. conſ. 408. nu. 36. vol. 3. Rota diuerſ. in impreſſ. deciſ. 64. nu. 4. in 2. part. dum vult ſtatutum eſſe obſeruãdum, etiam quod ſit contra naturalem æquitatem.
124 † Nam ſtatutum eſt renaciter obſeruandum, & eius verbis inhærendũ. Rol. conſ. 22. nu. 16. in tertio, qui nu. 7. inquit, quod vbi ſtatuti deciſio eſt, ibi inanis eſt diſputatio, quod & adnertit Ceph. conſ. 246. num. 16. vol. 2. & firmarunt Aym. conſ. 21. nu. 7. & 10. 273. nu. 7. & 8. & 317. num. 1. Petrus Caball. conſ. 157. num. 2.

Ex quibus fuit capta reſolutio ad mei fauorem: & præſertim, quia ſtatutum prædictum eſt valde generale, & nihil relinquit intactum: nã comprehendit omnẽ obligationem, omne tempus, omnem perſonã, & omnem caſum, cum clauſula non obſtantibus: cuius ea eſt vis, vt per illam ſatis conſtare dicatur, quod ſtatuẽtes, & Princeps, qui dicta ſtatuta cõfirmauit voluerit legibus derogare, & plenitudine poteſtatis vti. Innoc. in c. innotuit extra de elect. Abb. in c. ad hæc. verſic. ex his infertur extra de reſcript. Alex. conſ. 30. col. 3. num 9. & 10. vol. 3.

Decimus etiam caſus præmiſſis ad-
125 ditur: † quando clarè conſtat, quod dolus, & fraus ceſſauerint, & quod mulier non dolo, ac fraude ſeducta, ac decepta fuerit: nam cum S.C. Velleianum fundetur in fraude, ac dolo, ne inquam mulieres decipiãtur, ac fraudentur ceſſante fraude, ceſſabit etiam dictum S.C. Velleianum, ità Iaſ. conſ. 19. num. 17. vol. 3.

Vndecimus etiam caſus recẽſetur:
126 quando creditor non poteſt habere regreſſum contra ſuum antiquum debitorem, quem ad inſtantiam mulieris liberauit: tunc enim denegari mulieri auxilium. Velleian. docet Arter. in dicto §. item ſi. num. 32. inſt. de exceptio.
127 † Idem quando mulier apud minorem, vel ad eius fauorem pro alio interceſſit: nam tunc ſi debitor principalis non eſt ſoluendo, mulier ob maiorem minoris fauorem Velleiano nõ iuuatur. l. ſi apud. ff. de minor. Bar. in l. fin. num. 3. C. ad Velleian. Sutd.

deciſ.

decis.164.num.8. Franc.de fid.cap.2. num.184.nam tali casu fauor minoris præponderat fauori mulieris. d. l. si apud. & dicemus inf. nu.135.& 136.

128 Duodecimo: † quando debitor soluit mulieri, id pro quo intercessit: nã tũc mulieri recurrere ad Velleianum S. C. & eius opem implorare non est permissum. Arret.in d.§.item si in iudicio.num.47.vers.nonus casus. inst. de exceptio.

129 Decimustertius, † si mulier veteri debitori succedit; pro quo antea expromiserat: nam si vult Velleiani beneficio suffragari non recipitur.l.quãuis.in §.planè. ff.ad Velleian. vbi vult text. quod directa actione ex sua promissione, vt etiam vtili, id est restitutoria, qua defunctus tenebatur, mulier conueniri potest. Arret.in dicto §.item si. nu.40. Ant.Hering. de fid. cap.7.num.443.

130 Decimusquartus: † si mulieri fideiubenti promittatur indemnitas cum traditione pecuniæ: Tunc enim S. C. Velleia tacet.Bald.in l 1.in prin. C.ad Velleia.Ang.in l.1.in §.fin.ff.de pign. Marsl.rubr.eo.num.315.Rom.singulari 323.in fcis.Valen.de fideiuss.c.2. num.112.cas.180.

131 † Secus si mulieri fideiubenti fuerit promissa indemnitas cũ traditione pignorum: nam mulier tali casu bene auxilio Velleiani vti poterit. l.quidã. in prin.ff.ad Vellei.Rom.d.sing 323. alias 340. in fcis. Et ratio diuersitatis est: quia per pecuniam numeratã magis consulitur mulieri, quam per pignorum receptionem, quæ creditor nõ esset susceptutus, & quorum venditio, ità facilis non redderetur.l.eum à quo ff.de solut. Ant. Hering.d.tract. de fid.d.c.7. nu.440. & infra.

132 Sed † quid statuendum est in casu contrario, quando scilicet mulier indemnitatem promiserit, puta si interueneritapud tutores filij sui, ne prædia eius distraherent, eosque indemnes fore promiserit? & certè in hoc casu S.C.Velleianum cessare vult text. in l.quamuis in §.1.& in l.Tutor. ff.ad Velleian. Caball.de vsuris. q.18. nu. 193. Valent. Franc. de fideiuss. cap.2. num.179. qui dicunt, quod tali casu mulier verè non intercessit.

Decimusquintus casus deducitur 133 † in Reginis, Ducissis, Marchionissis, Comitissis, & alijs similibus illustribus fœminis regalia,& iurisdictionalia habentibus, quæ si fideiubent, vel aliter cõtrahunt beneficium Velleiani allegare non possunt. Et ratio 134 est, † quia istæ mulieres virilia, & magnæ impotentiæ negocia rectè sustinent,quò fit,vt pro tribunali ad ius reddendum sedeant cõmissiones perficiant, arbitri officiũ suscipiant, lauda proferant, procuratoris in iudicio onus, & legationis munus obire queant, quæ omnia sunt officia virilia; & fœminis vetita. l.fœminæ. ff.de reg.iur. & hanc limitationem, & casum ponit illum ad partes disputans Hering.de fid.d.c.7.num.517.

135 Contrarium tamen, † quod immo in omnibus mulieribus absolutè, & indistinctè,cuiuscunque gradus,conditionis,status,ac ætatis sint, sit interdicta fideiussio tenuerunt. Caballinus tract.de vsur.q.38. num.192 Valent. Franc.tract.de fideiuss.c.2.num.148.

136 Decimussextus casus, † etiam in proposito ponderatur,quando mulier 137 pro minore fideiubet:† nam tali casu, cum fauor minoris præponderet fauori mulieris, mulier rectè obligatur, & fideiubet, nec eidem Velleiani auxilium suffragatur. l.si apud. ff. de mino.

mino. & diximus in cas. 15. in hoc eod. c. sub num. 5.

Vnum tamen perpetuò tenendum
138 est menti in hac materia: † quod non tantum mulier non obligatur per intercessionem suâ vtens beneficio Velleiani. S. C. in foro fori, & contentioso: verum etiam in foro poli, animæ, & in conscientiæ: & quod mulier hoc facere possit coram Deo cum bona, & tuta conscientia, id attestantur Bart. in extrauag. ad reprim. in verbo denunciationem. nu. 13. Abb. in c. quia plerique num. 27. extra de immunit. ecclesiatum. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 80. per totum. Valent. Franc. de fid. c. 2. num. 155. Tiraq. de legibus connub. glos. quarta. num. 16. qui num. 17. recenset multis contrarium placuisse.

Aliud etiam non omitto aduertere:
139 † quod beneficium Velleiani S. C. habet multas prærogatiuas.

Prima est, quod mulier eo vti potest, etiam refraganie statuto, quod nulla exceptio contra instrumentum opponi possit. Bald. in l. in multis ff. de stat. hom. Ant. à Canar. de exec. inst. q. 18. Deci. in l. fœminæ. nu. 12. ff. de reg. iur. Val. Franc. de fid. c. 2. nu 156.

Secunda, quia Velleianum. S. C. est transitorium ad hæredes: nam non tãtum mulieri, verum etiam eius hæredibus cõpetit. l. mulierem. & l. hæredes. C. ad Velleia. l. quamuis. in §. si mulier. & l. hæ actiones. ff. d. titu. ad Velleian.

Tertia est: quia non tantum mulieres possunt de hoc beneficio obijcere: verum etiam earum mãdatores, procuratores, & fideiussores. l. si fideiussores. ff. ad Velleia. l. si mater. l. mulierem. & l. si vxor. C. d tit. Valent. Frãc. d. tract. de fid. c. 2. num. 158.

Quarta, quod etiã mulier pignus dans, vel alius pro ea potiũtur hoc auxilio. l. 2. ff. quæ res pig. l. si mulier ibi. res eius pignoratæ. G. ad Vellei. & sic hoc priuilegium verificatur non tantùm in mulicre si leiubente, verum etiam pignus dante.

Quinta, quia si vigore instrumenti fideiussionis mulier soluit, tamẽ condictione indebiti allegando huius exceptionis priuilegium solutum repetere potest, l. qui exceptionem. ff. de cond. indeb. vbi gl. & Bar. omnes in l. quãuis, in §. interdũ. ff. ad Vellei. Bar. Bal. & cæteri, in l. cum quis. C de iur. & facti ign. quod secus erit si solutio facta fuerit in vim sententiæ, quæ trãsitum fecit in rem iudicatam: nam tali casu repetitio cessat. l. Iulia. ff. de cond. indeb. l. 1. C. d. tit. l. 1. §. in omnibus. ff. ad Maced. Franc. d. c. 2. num. 160.

Sexta, hæc exceptio potest obijci etiam lata sententia diffinitiua in ipsa executione, solutione tamen nondũ sequuta. l. tamen. ff. ad Macedon. Bart. & alij in l. 1. C. de iure dot. cum restrictione tamen, de qua supra, quod dicta sententia non fecerit transitum in rem iudicatam Valent. Franc. d. tract. de fid. c. 2. num. 162.

140 Multa alia circa obligationes mulierum posuimus inf. hac eadem sect. c. 49. & 56.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio militum non recipitur.*
2 *Milites, & fideiussores, & mandatores esse prohibetur.*
3 *Limitatur in militibus nostri temporis, qui non ad iustitiam, & gloriam militant, sicus in ijs, qui ad iustitiam, & gloriã militant, vt sunt illi qui militant contra Turcas, & infideles.*
4 *Idem in militibus, qui in rem suam fideiubent.*

Vt etiam in militibus veteranis. num. 8.
Vt pariter quando fideiusserunt antequam essent effecti milites. nu. 10.
Eodem modo quando pro causa communi sui numeri fideiubent. num. 11.
Similiter quãdo fideiussioni à Milite præstitæ non fuit oppositum. num. 12.
Vt etiam si priuilegijs suis renunciauerint, & præsertim illis, quæ interesse priuatum concernunt, secus in respicientibus publicum commodum, nu. 14. & 15.
6. *Miles ab officio procuratoris arcetur. num. 6. & 13.*
Nisi sit procurator in rem propriam. ibid. num. 5.
Vt etiam si in causa liberali, & pro necessaria, & coniuncta persona. nu. 7.
Itidem nisi sit veteranus. num 9.
9. *Militibus veteranis emere, & vendere, & optimis negocijs pecunias tractare, ac trafficare ac etiam procuratores existere permissum est.*

Miles fideiubere non potest.

CAP. IV.

1. QVarto, † fideiussio militis pro-
2. bari non solet. Miles enim † fideiussor, & mandator esse prohibetur. l. milites. C. de re milit. l. milites, & ibi glos. C. locati. l. vnica. C. negociatores ne militent, lib. 12. l. scimus. C. de iure delib. l. de die, in §. 1. ff. qui satisd. cog. §. Deo autem amicabiles, in Auth. de sanctis, Episc. col. 9. Azzo. in summa. C. eod. nu. 4 Ant. Gomez. variar. resol. tomo 2. cap. 13. num. 19 in fin. Valent. Francus in suo tract. de fideiuss. c. 2. qu. 215.

Hodie tamen. secundum Angel. in
3. d. l. milites † dictæ legis dispositio nõ est in vsu, & non habet locum in militibus nostri temporis, quem sequitur Carrocc. de locat. & cond. part. 1. tit. quibus nõ est permissum conduct. esse nu. 8. quod esse verum credo potissimum in plerisque, sed non in omnibus, & præcipuè in illis, qui ad iustitiam, & gloriã milites sunt, & qui militant contra Turcas, & infideles. Odd. de compet. d. substit. par. 1. q. 3. in 3. præmisso. Roland. cons. 66. in fin. lib. 1. Ant. de Gamara decis. Lusit. 365. num. 1. & 2. Franc. d. tract. de fideiuss. c. 2. nu. 317. Ant. Hering. de fideiuss. c. 7. num. 161.

4 Limit. 1. hæc conclusio, † quando miles in rem suam fideiuberet, nam tũc bene hoc idem facere permissum est. d. l. de die, in §. 1. vbi Alex. nu. 1. & cæteri alij ff. qui satisd. cogan. Roman. sing. 123. tuscis, † & facit, quia miles
5 etiam potest esse procurator in rẽ propriam l. filiusfam. in §. veterani. ff. de
6 procur. l. qui stipẽdia. C. eo. † licet regulariter à procuratoris officio arceatur, l. milites, & l. militem, C. de procur. † similiter miles in causa liberali, pro necessaria, & coniuncta persona agere potest. l. 3. §. militi. ff. de lib. causa, quod eidem regulariter interdicitur.

8 Limit. 2. d. l. milites, † in militibus veteranis, nam sicut eis emere, vendere, & optimis negocijs pecuniam tractare licitum est. l. 1. in fin. C. de veteran. lib. 12. plus † etiam eisdem pro-
9 curatores existere permissum est. l. filiusfam. §. veterani. ff. de proc. eodem modo etiam fideiussores esse concessum erit.

10 Limit. 3. in ijs, † qui prius, quam milites essent fideiusserunt: nam eorundem fideiussio antea facta valebit, & tenebit: l. qui vno. §. non omnes. ff. de re milit.

11 Limit. 4. † quando miles pro causa com-

communi omnis sui numeti fideiussisset: nam cum tunc in consequentiam pro re sua fideiubere dicatur; talis eius fideiussio valebit d. §. veterani. l. 1. §. in propria. ff. quando appellit. l. placet. C. de episc. & cler.

12 Limit. 5. creditore † non contradicente tali fideiussioni militis oblatæ, imò eam acceptante, & approbante: nam tali casu miles ex dicta eius fideiussione efficaciter obligatus remanet.

13 simile est † in milite, qui regulariter in iudicio esse, & comparere non potest, vt alterius procurator, l. militem. C. de procurat. l. si militem. C. de condit. ob caus. dat. tameo valebit iudicium cum milite celebratū, si pars ante litem contestatam id non opposuerit, d. §. veterani. Marsil. consil. 19. nu. 13. & in l. si quis ne quæstio nu. 94. de quæst. Deci. in l. in ambiguis, in §. non est nouum, num. 8. ff. de reg. iur. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumptio. 46. num. 8.

14 Limit. 6. † nisi miles expressè priuilegijs suis renunciauerit. Azzo. in summa. C. eod. num. 4.

15 Intellige † tamē de ijs priuilegijs, quæ priuatum interesse militis concernunt: cuius cōtrarium dicas in illis, quæ vtilitatem, & bonum publicum respiciūt: nam illa miles per suas renūciationes tacitas, & expressas tollere non potest. l. ius publicum. ff. de pact. l. quos prohibet. ff de postul. glo. & Bald. in l. liberorum. C. de testi.

SVMMARIVM.

1 *Seruus fideiubere non potest.*
Nisi in rem peculiarem fideiuberet. ibi. num. 4.
Vt etiam nisi in rem Domini fideiubeat. num. 5.
Vt itidem, nisi iussu Domini intercedat. num. 7.
Vt pariter nisi Dominus seruo liberam peculij administrationem concesserit. num. 9.
2 *Seruus, nec conueniri, nec conuenire potest.*
3 *Seruus non est capax obligationis ciuilis, minusque naturalis.*
Seruus dicitur in rem Domini fideiubere, quando meliorem Domini conditionem facit, vel saltem non deteriorem.
8 *Filius, & seruus, in multis adæquātur.*
10 *Seruus liberam peculij administrationem habēs, omne, quod agit, cum voluntate Domini gessisse creditur.*
11 *Seruus liberam peculij administrationem habens, potest rem Domini vendere, & tradere.*
12 *Potest etiam exigere.*
13 *Potest itidem eidem iuramentum deferri.*
14 *Habet, etiam nouandi obligationis ius.*
15 *Similiter potest procuratorem constituere.*
16 *Eidem etiam conceditur paciſci.*
17 *Vt tandem etiam delegandi facultatem habet.*

Seruo fideiussio est interdicta.

CAP. V.

1 QVinto † seruus etiam fideiubere non potest. l. sed, & si ff. eo. l. de die in §. si seruus. ff. qui satisda. cog. Corn. consil. 214. nu. 12. in 2.

2 Et ratio: illa est: † tū, quia seruus nec conueniri, nec conuenire potest.

3 l. quoties, ff. si quis caut. tum † etiam quia obligatio ciuilis, in personam seruilem non cadit. l. in personam. l. quod attinet & l. cum seruo. ff de reg. iur. minusq; naturalis. Bar. in l. seruus inscio. ff. eod.

Limit.

4 Limit. 1. † si seruus in rem peculiarem fideiubeat, nam tunc bene fideiubere poterit. l. seruus. ff. eod. l. 3. in §. filius fam. ff. de pecul. l. in personam in §. 1. ff. de pact. l. 3. ff. de fideiuss.

5 Limit. 2. † si in rem Domini fideiubeat. l. quoties, in §. 1. ff. de pecul.

6 † & dicitur seruus in rem Domini fideiubere, quando Domini conditionem meliorem facit, vel saltem non deteriorem. l. 3 §. & generaliter, ff. de in rem, vers.

7 Limit. 3. † si seruus iussu Domini fideiubeat, vt de filio dicitur, qui iussu patris fideiubere potest, in l. si vero in §. idem. Marcellus. ff. mand. & maxime cum † filius, & seruus in omnibus ferè iuris articulis adæquentur. l. seruus, cum seqq. ff. de iureiur. l. 1. §. potestatis. ff. de pecul.

9 Limit. 4. † quando seruo libera peculij administratio fuerit concessa:

10 Nam omne, quod isto casu gerit, cum voluntate Domini gessisse creditur. Secus, si tantum, à Domino peculium seruo concessum sit absque eius libera administratione, quia eidem permissum est in re peculiari negociari absq; Domini, voluntate. §. præterea instit. quod cum eo, & eius iniuitu fideiube-

11 re. Et ratio est, † quia seruus liberam peculij administrationem habens potest rem Domini vendere, & tradere l. si quis hac lege, §. fin. ff. de rei vend. l. si seruus. ff. de acquir. rerum Domin.

12 † Potestq; ei rectè solui. l. huic enim. ff. de iureiur l. non ideo. ff. de nouat. l. quod seruus. ff. de soluti. Insuper seruo liberam peculij administrationem

13 habenti, potest † iusiurandum deferri. l. seruus. ff. eo. haberque eius nouan-

14 di † obligationis, d. l. huic enim. ff. de iureiur. non, odo dictâ nouationem, non animo donandi fecerit. l. fin. ff. de pro-

15 curat. † potestque Procuratorem cõ-

16 stituere l. seruus. ff. de procur. † potest

17 test. paciscí. l. contra ius in §. fin. ff. de pactis, potestque delegare l. libera. §. 1. ff. de pecul. ergo, & fideiubere.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus ad fideiussiones præstãdas non recipitur, & num. 10.*

2 *Prodigus est, qui nec modum, nec tempus, nec finem in expensis habet: sed omnia dilacerando, & dissipando profundit.*

3 *Prodigus testamentum facere non potest.*

4 *Minusque vendere.*

5 *Itidem nec se obligare.*

6 *Pariter nec obligationem nouare.*

7 *Vt etiam nec paciscí.*

8 *Vt pari ratione nihil in alium quocunque titulo transferre potest.*

9 *Prodigo omnis sui patrimonij diminutio interdicta est.*

Prodigus fideiubere prohibetur.

CAP. VI.

1 PRodigus † ad fideiussionis cõtractum non admittitur dico prodi-

2 gum illum, † qui neque modum, neque tempus, neque finem in expensis habet: sed bona sua dilacerando, dilapidando, ac dissipando profundit: iux. l. 1. C. de Curat. fur. l. is cui. ff. de testam. l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. l. 1. & l Iulianus. ff. de curat. furi. l. si ab eo. ff. de vsucap.

3 Et sicut prodigus † testamentũ fa-

4 cere non potest d. l. is cui. ff. de testam.

5 † vt etiam nec vendere. l. sciens. ff. de contrah. empt. vt etiam † nec promittẽdo se obligare, d. l. is cui bonis. ff. de

6 verb. oblig. † vt pariter obligationem

7 nouare, l. 3. ff. de nouat. † vt itidẽ nec

paci-

paciſci: & nihil prorſus in alium quocunque ttulo transferre: cum eidem
9 omnis ſui patrimonij † diminutio interdicta ſit d.l.Iulianus. ff.de cur.fur. d.l.is cui bonis. ff. de verb.ob.
10 . Eadem, † & pari ratione à fideiuſſione abſtinere ſe cogitur. d. l. is cui bonis. ff. de verb. obl.

SVMMARIVM.

1 *Prodigi, ut etiam furioſi fideiuſſores non obligantur.*
2 *Contrarium tamen.*
3 *Concilia, primam opinionem procedere quando prodigus, & fideiuſſor nõ ſunt obligati: ſecundum uerò quando datur in prædictis obligatio ualida.*
4 *Prodigus, & furioſus in nonnullis caſibus etiam abſque promiſſione obligantur, ut in exemplis, de quibus ibidem.*

Fideiuſſores Prodigi, & furioſi an obligentur.

CAP. VII.

DIctum eſt ſupra proximè, an & quãdo prodigus fideiubere poſſit: reſtat modo vt videamus an, & quando fideiuſſores tam prodigi, quã furioſi ex eorum fideiuſſione aſtringi poſſint.

1 Circa quod dicas, † quod fideiuſſores prodigi, & furioſi obligari, & ſic fideiubere nequeunt. tex. eſt in l.is cui bonis. ff. de verb. oblig. vbi diſponitur, quod prodigi, & furioſi ſe obligare non poſſunt, nec fideiuſſores pro eis.

2 Cõtrariatur, d l.is cui bonis, l. Marcellus. ff. eod. vbi dicitur prodigum obligari, & fideiuſſorem pro eo interue-
3 nire poſſe. gl. in d.l.is cui † bonis volens conciliare iſta iura multa dicit, ex quibus ego illud ſeligendum arbitror, quod l.is cui bonis. præſupponit prodigum, & fideiuſſorem non obligatos: ſed l. Marcellus præſupponit obligationem validam in prodigo, & furioſo, ipſoſque rectè obligatos: &
4 maxime in caſibus, in quibus † vterque abſque promiſſione obligatur: vt eſt quando pro prodigo, & furioſo iure obligato ad aliquid dandum, ſoluendum, vel faciendum quis intercedit: vt pariter quando abſque aliquo facto: ſed ſolo miniſterio legis prodigus, & furioſus obligantur, quæ diſtinctio benè depromitur ex l. ſi à reo, in §. ſi à furioſo. ff. de fideiuſſ. & in huius quæſtionis enucleatione multa alia ponit Anton. Hering. in ſuo tract. de fideiuſſ. c. 5. nu 353. cum ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus ad fideiuſsionis contractum non recipitur.*
Intellige de furioſo, qui continue furoris morbo laborat, quæ uerè mentecaptus dicitur, ſecus uerò eſt in illo, qui de tempore fideiuſsionis habebat dilucida interualla. ibi. nu. 8.
Idem dic in mentecapto fatuo. ſimplici, inſipido ac ſol. do. nu. 16.
2 *Furioſus, ſiue prom ttat, ſiue ſtipuletur tempore durantis furoris nihil agit.*
3 *Furioſus nullius actionis ſeu negotij capax eſt.*
4 *Furioſi nulla uoluntas nullus conſenſus, & ideo nullum negocium rectè agit.*
5 *Furioſus abſentibus, & quieſcentibus comparatur.*
6 *Vt etiam infantibus, pupillis, ſurdis, cæcis, mutis, dormientibus, & alijs, in quibus nullus rationis uſus cadit.*
7 *Imo etiam eorum deterioris conditionis reputatur.*

9 *Dilucida interualla, quæ in furioso dãtur, aliàs relaxamentum, aliàs inducia, aliàs cõspectus adumbratæ quietis dicuntur. num. 10.*

11 *Furiosus si tempore dilucidorum interuallorum fideiubet, rectè intercedit.*

12 *Nam, & tali tempore etiam benè paciscit, contrahitque.*

13 *Ad cognoscẽdum, an actus gestus fuerit tempore durantis, vel intermissi furoris: & sic, an sit validus, vel non: potissimum attẽditur qualitas actus, ita quod si actus esset talis, qui à viro prudente sagace, sapiente prouido, ad discreto factus fuisset, tunc pro validitate actus præsumitur aliàs secus, & 15.*

14 *Et hæc dicitur coniectura vrgentissima, & potentissima.*

17 *Dementia ad hoc vt fideiussionem infringat, opus est, quod sit perpetua, & totalis.*

Furioso fideiussionem exercere lex vetat.

CAP. VIII.

1 FVrioso † fideiussio interdicitur:
2 † nam furiosus siue promittat,
3 siue stipuletur nihil agit: † cum nullius actionis, seu negocij capax sit l. 2. §. furiosus. ff. de iure cod. §. furiosus, iusti. de inutil. stipul. † futiosus enim (cum nulla sit eius voluntas, nullusque consensus. l. furiosi. ff. de reg. iur. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.) nullum negocium gerere potest. l. si à reo, in §. si à furioso. ff. de fideiusso. l. in negocijs. ff. de reg.
5 iur. & ideo † absentibus, & quiescentibus comparatur, eisque in omnibus: & per omnia similis dicitur l. vbi. ff. de reg. iur. l. 2. ff. de proc. l. 5. § 2. ff. de leg. iur. l. sed, & si vnus. § filiofam. ff. de
6 minor. l. Iulianus. ff. de diuort. † plus infantibus, pupillis, surdis, cæcis, mẽtis, dormientibus, & alijs, quorũ nullus est rationis vsus adæquatur. l. Fulcinius, in §. planè ff. ex quibus caus. in poss. l. 3. §. Surd. cũ §§. seqq. ff. ad Sillani. l. numquam in. §. 3. de vsucap. l. coram Titio. ff. de verb. sign. l. 5. ff. de seruit. vrb. præd. l. neque infanies. ff.
7 de fid. lib. l. 2. C. de ann. except. † imò deterioris est conditionis quam illi. l. Surdi. ff. de manu. vind.

8 Intellige, † & declara præmissa de eo furioso, qui continuò furiosus est, qui aliàs propriè, & verè mentecaptus dicitur, non autem de illo, qui dilucida interualla habet, qui propriè furiosus dicitur l. Diuus. ff. de off. præfect. præsid. l. cum prætor. ff. de iudi-
9 cijs. † Nam si iste furiosus tempore intermissionis, & dilucidorum interuallorum, & sic eo tempore quo erat
10 compos mẽtis, quod tempus aliàs relaxamentum, aliàs inducia, aliàs conspectus adumbratæ quietis dicitur, l. furiosum. C. qui test. fac. poss. l. quod meo, in §. si furioso. ff. de acqui. poss. l. cum alijs. C. de curat. furios. l. 2. C. de contrab. empt. l. si cum dotem, in §. si matitus, ff. sol. matr.

Probetur, quod actum gesserit:
11 † certè si dicto tẽpore, quo furor intermissus est fideiussionis contractum fecerit, benè, ritè, & rectè eũ fideius-
12 sisse dicendum est † Cum tali tempore etiam rectè paciscatur, & cõtrahat, & testamentum faciat. l. 2. C. de contrah. empt. l. furiosum. C. qui testam. facere possunt. §. furiosi. instit. quibus non est promiss. fac. test.

13 Sed quid si dubitatur, † an actus fuerit gestus tempore furoris, vel potius intermissionis, quid spectandum in resolutione huiusmodi difficultatis? Dicas illud potissimum considerandum

randum esse, an actus factus, fuerit factus more sapientis, prouidi, discreti viri, ac patrisfamil. diligentissimi: quia tunc tempore intermissionis factus præsumitur: nam ex actu, & negocio ipso, ritè, rectè, prudenter, maturè, diligenter, consideratè, ac sapienter gesto clarè deprehenditur sanitas mentis Ioan. And in c. cum dilectus ad fin. de succ. ab intest. referens Valla. lib. 7. cap. 8. dicentem de testamento cuiusdam furiosi ritè, & rectè facto, quod à Senatu Romano pro valido approbatum fuit, cum Senatus attenderet, quod magis in testamento scriptum esset, quã quod quis scripsisset, & Io. Andr. sequitur Bild. in c. 1. num. 1. in fin. per quos fiat inuesti. in vsibus feud. & in d. l. furiosum, vbi Roman. nu. 3. vbi hanc opinionem latius comprobat. Ias. num. 2. post medium vers. 4. lim. vbi Dec. num. 14. C. qui testamen. facere possunt. Franc. ad rubric. de testamen. lib. 6. num. 3. Birbar. consil. 59. num. 8 lib. 2. Corn. consil. 69. num 12. 73. numero 2. versic. insuper dicit. lib. 1. & cons. 116. num. 15. lib. 3. Socin. cons. 98 num. 6. vers. vnde Illustrissimus lib. 3. Alex. consil. 41. nu. 1. vers. sed ita est lib. 1. cons. 86. num. 11. vers. hoc præsuppositio vol. 2. cons. 147. num. 6. vers. benè facit, & num. 10. vers. comprobantur prædicta, vol. 7. Curt. iun. in l. sanum mente in fin. C. de transact. Neuiz. in rubr. de nou. oper. nunciat. nu. 94. & in repetitioni. c. sicut, de regula. Præposit. in c. cum dilectus. il secondo, de spons. Ias. in l. patre furioso, num. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel ali. iur. Curt. iun. cons. 151. num. 7. Barb. cons. 58. volum. 1. Emanuel Suarez. com. opii opin. 412. in littera F. Mascard. de probat. conclusio. 824. qui dicunt communem

14† & quod in furioso ad probanda dilucida interualla, & mentis sanitatem hæc coniectura sit vrgentissima, & potentissima asseruerunt I. Dilect. de act. rest. tit. 1. caut. 6. num. 4. Mainer. in l. vbi non voce, num. 17. ff de reg. iur. Bauer. in §. item furiosi. colum. 6. post princ. vers. pro hoc etiam adduco Inst. quibus non est permiss. fac. test. Ias. cons. 178. col. 2. versic. 3. quod magis lib. 2. Tiraq. de leg. connub. glos. 11. num. 7. Boer. decis. 23. nu. 88. Grammar. decis. 73. num. 37. & 38. Marsil. cons. 104 num. 7. Iatius sing. 380. circa medium vers. teneas tamen menti: vbi hanc opinionem communiorem, & rationabiliorem fatetur. Alciat. de præsump. reg. 2. præsump 18. num. 2. vers. 2. limita. Couar. in ephym. par. 2. § nunc. c. 2. num. 5. ad fin. Fab. & Arret. in § præterea. inst. quibus non est perm. fac. test.

15 Et ista communis opinio potissimum in demente, & furioso habente dilucida interualla procedit. Bald. in d. §. item furiosi inst. quibus non est permiss. fac. test. Ias. in d. l. furiosum ante numerum 3. & ibi Deci. sub nu. 15. & Corn. nu 4. circa medium vers. probato, quod sit solitus habere. Ias. d. consil. 141. num. 6. post medium Io. Dilect. d. caut. 6. propè finem, versic. quod procedit.

16 Et quod firmatum est † in furioso: quod non possit fideiubere, quando maximè morbo furoris vexatur. Idẽ dicas in mente capto, fatuo, simplici, insipiente, ac stolido. l. 2. ff. de postuland. l. penult. ff. quod mer. causa. Mascard. de probat. conclus. 502 826. & 1048. Ant. Hering. de fideiuss. cap. 7. num. 116. & 117.

17 Insuper aduertendum † est in proposito, quod ad hoc, ut propter demẽ-

tiam actus annulletur, opus est, quod probetur totalis, & perpetua dementia, secus si probentur hebetudo, debilitas, & imbecillitas ingenij, & intellectus. nam ista nõ impediunt contractus, & negotia geri, & gesta, & facta non aliter annullant. c. sanè. in fin. ibi ideoque si qui 15. q. 1. l. illud. §. sanè sunt quidem versic. qui doli capax non est. ff. de iniur. l. si fratri. ibi, licet vigoris non dum emersisset uestigia. ff. qui testa. fac. possl. l. quoniam indignum. ibi. nec necessaria momenta. C. de testa. Deci. cons. 112. nu. 1. & 448. num. 20. & 22. tom. 2. Paris. cons. 88. à nu. 37. usque ad 41. uol. 3. Corn. cons. 261. num. 20. lib. 4. Ias. in l. furiosum. nu. 2. uers. 3. C. de testamen. Fernand. Vasq. de succes. ab intest. lib. 2. tr. 13. num. 53. Fab. in §. præterea nu. 2. ibi, & non intelligo de tali, ubi Ang. nu. 3. ibi intelligas tamen de tali mente capto. inst. quibus non est permissum fac. test. Vigli. in §. item furiosi. d. tit. Guliel. de Bened. in cap. Raynutius in princ. num. 18. extra de testa. nam dementia, quæ non tollit in totum intellectum nõ impedit validitatem actus. Henric. Boich. in c. cum dilectus. nu. 4. de succ. ab intest. Galliaul. in l. 1. in princ. nu. 84. ff. de verb. oblig. ad istam materiam conferunt, quæ posuimus infra, sect. 10. c. 53.

SVMMARIVM.

1 *Ebrius fideiubere non potest.*
Et maxime quando est probatum, quod ebrietas à principio fideiussionis adesset in ebrio. num. 8.
Quod intellige nisi ebrius post discussam suam ebrietatem obligationem ratificauerit. num. 9.
Vt etiam quando per ebrietatem nõ fuerit effectus omnino rationis, & mentis compos. num. 10.
2 *Ebrij nulla ratio, nullus consensus, nec vllum vitæ gerendæ consilium est.*
3 *Ebrius mortuis, & furiosis cõparatur.*
4 *Ebrietas est voluntaria insania.*
5 *Ebrij testimonium, & testamentum repellitur.*
6 *Idem est in matrimonio, quod durante ebrietate cõtractum nihil valet, idem in susceptione ordinum sacrorum.*
7 *Idem etiam disponitur in cõtractu, qui ab ebrio factus nullius est roboris: ut etiam in eius confessione.*
11 *Ebrius est, qui sine mensura, & qui ultra trinam uicem in prandio, & in cena bibit, & qui uinum non temperat.*
12 *Clericus ebrius hodie, & ab officio, & beneficio suspendi potest.*
13 *Clericus corporali supplicio antiquitus puniri poterat.*
14 *Ebrietas omnium uitiorum fomes, & peccatum mortale dicitur.*
15 *Miles cingulo propter ebrietatem priuabatur.*

Ebrius ex fideiussione sua non tenetur.

CAP. IX.

1 EBrij † fideiussio eum ad eius obseruantiam non ligat: & ratio
2 est: quia ebrij † nulla est ratio, nullusque consensus, & nullum vitæ gerendæ consilium; cum ebrietas mentis inducat exilium c. à crapula. de vit. & honest. cler. Andr. Gail. lib. 2. obser. obser. uo. nu. 23. impetu. n. vini ebrius delinquit, & non ex proposito. l. respiciendum, in §. delinquũt de pœn. quò
3 fit, † vt mortuis, furiosisque comparetur. cap. venter. 35. distin. c. sanè, 15.
4 q. 9. ebrietas † enim voluntaria insa-

nia

nia dicitur secundum Bald. in l. quid ergo, in §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infamia, & hinc est, quod ebrij
5 † testes esse non possunt, & quod eorum testamentum repellitur: cum nesciant quid agant, & loquantur. Abb. Felyn. in c. 1. de testi. Mascard. de probat. concl. 1358. num. 9.

6 Hinc etiam fit quod ebrij † matrimonium contrahere nequeunt. Dec. consil. 112. Tiraqu. de pœn. cauſ. 6. Couar. de sponſ. par. 2. c. 2. §. 1. in fin. Sebast. Medic. mors omnia soluit par. 1. nu. 118. & ideo ebrius ad ordines promoueri non debet. Spec. de dispensat. §. iuxta. vers. item scias.

Ab hac etiam radice scaturit, quod
7 † contractus ab ebrio factus de iure nō subsistit in eius præiudicium etiā, quod eius iuramento munitus sit. c. vnusquisque, & ibi gl. in verbo ebrius 21. q. 4. glos. & Bald. & Alex. in l. dolum. C. de dol. Tiraq. d pœn. d. cauſ 6. num. 8. Rom. in l. 1. ff. de verb. oblig. & facit. d. c. sanè, is. q. 1. Panorm. in c. fin. de maled. vbi dicit, quod confessio ebrij sibi non nocet.

Et hæc sine scrupulo procedunt,
8 † quādo allegans ebrietatem illā concludenter probat, & quod à principio contractus quis omninò ebrius esset. Bald. in d. c. à crapula Rip. in l. fi. q. 21. num. 72. & inf. C. de reuoc donat. vbi multa de ebrietate docet.

9 Limit. † tñ præmissa: quando quis post discussam ebrietatem suam obligationē ratificasset, d. c. vnusquisque vbi gl. in verbo ebrius 22. q. 1. l. pen. in princ. ff. rem rat. hab. Io. Plot. de in lit. iur. §. 1. num. 8. 9. 10. & 11. vt de furioso ratificanie habeatur in l. fin. ff. de bon. poss. Rip. in d. l. fin. num. 79 C. de reuocand. donat. Menoch. de arb. iud. cas. 326. 331.

10 Limit. 2. † in eo, qui propter ebrietatem omnino non fuit rationis, & mentis compos, & sic mentis expers non fuerit totaliter effectus: qui aliàs dicitur ex illaratus, & gaudēs propter vinum: nam modica ebrietas non attenditur secundum Bald. in l. 1. in secunda lect. num. 40. in fin. C. vnde vi Rip. in d. l. fin. q. 22. num. 79. qui alios congerit. C. de reuoc. donat. Tiraq. de pœn. 1. cauſ. 6. in fi. Anton. Hering. de fideiuss. c. 7. num. 132.

11 Et aduerte, † quod ebrius est qui sine mensura, & qui vltra trinam vicem in prandio, vel in cena bibit. cap. quoniam 44 distin. & qui vinum non temperat. d. c. à crapula, de vit. & hon.
12 cleric. quo fit, † vt clericus ebriosus hodie ab officio, & beneficio suspendi possit. d. c. à crapula, & de iure anti-
13 quo † clericus corporali supplicio pu-
14 niebatur. c. fi. 35. distin. † vbi ebrietas omnium vitiorum fomes dicitur: & si est assidua peccatum mortale nuncupatur. c. vnum orarium. §. aliàs. 25.
15 dist. † vnde miles propter ebrietatem cingulo militiæ priuādus venit l. omne. §. per vinum ff. de re milit.

SVMMARIVM.

1 *Surdus, & mutus, qui nihil prorsus loquuntur, & exaudiunt officio fideiussionis carent. num 2.*

Contrarium tamen est in ijs, qui male, & loquuntur, & exaudiūt, vt sunt balbutientes, blesi, & surdaſti. num. 4.

Idem in mutis, & surdis, qui legere, & scribere sciunt, & scriptura se obligando fideiusserint. num. 11.

Idem quando humeris, capite, vel aliquo alio signo interrogati annuendo intercedant num. 12.

3 *Mutus, & surdus ex eo non fideiubent, quia ad substantiam fideiussionis re-*

quiritur ſtipulatio, quæſit præuia interrogatione, & ſubſequenti reſponſione, & mutus uerbis reſpondere non poteſt, ſurdus autem verba interrogantis non exaudit.

5 *Surdus, & mutus licet hæreditatem acquirere, tamen eam adire nequeũt.*

6 *Acquiſitio hæreditatis nec auditionem nec locutionem deſiderat, quod ſecus eſt in aditione. ibi. num 7.*

8 *Mutus, & ſurdus procuratorem conſtituere poſſunt, cum mandatum conſenſu tacito fiat.*

9 *Mutus, & ſurdus ſi actum quem agunt non intelligunt non obligantur: aliàs ſecus.*

10 *Cautela, quod ſi non intelligunt ad hoc vt obligentur, quod eis detur curator.*

13 *Mutus teſtis ad examen recipitur, ſi depoſitionem ſuam ſcriptis comprehendere poſſit.*

14 *Mutus, & ſurdus ſua ſponte fideiubentes obligantur, aliàs ſi ad fideiubendum dolosè à notario, vel alio inducti fuerint.*

15. *Cæcus: cum in eo loquela, auditus, & intellectus adſint, bene fideiubet.*

16 *Cæcus, & ſponſalia, & matrimonium, & ſocietatem contrahit.*

An ſurdus, mutus, & cæcus fideiubere poſſint.

CAP. X.

1 MVtus, † & ſurdus pro fideiuſſoribus haberi nequeunt de illis intelligo, † qui nihil prorſus loquuntur, & audiunt. A. exan. conſ. 12. lib. 1. Hondad. conſ. 37. volum. 1. &

3 ratio eſt: quia mutus † verbis reſpondere ſtipulanti non poteſt, minuſque ſurdus verba interrogantis exaudit, quorum vtrumque in ſtipulatione, vt etiam in fideiuſſione, quæ per ſtipulationem fit: eſt neceſſarium. l. 1. §. fi. ff. de oblig. & act. l. 1. ff. de verbor. oblig. Cald. in rep. l. ſi curatorem in verbo cum non abſimilis. num 58. de in integ. reſt.

Intellige, & declara prædicta vt ſupra † deduximus, de muto, & ſurdo, 4 qui nihil prorſus loquuntur, & intelliguntur, ſecus tamẽ eſt in balbutiente, & blæſo, vt etiam in ſurdaſtro.

5 Limit. 2. † id quod dictum, quod mutus, & ſurdus non poſſint fideiubere, vt non procedat in acquiſitione hæreditatis, nam eam bene mutus, & ſurdus acquirere poſſunt, & in ea pro hæredibus ſe gerere. l. mutum. ff. de 6 acquir. hæred. † & ratio eſt, quia acquiſitio hæreditatis neq; auditionem, neque orationem deſiderat. l. pro hærede, & l. gerit. ff. de acq. hæred. † quod 7 ſecus eſt in aditione, quam mutus, & ſurdus facere nequeunt. l. eum qui. ff. de acquir. hæred.

8 Limit. 3. † in conſtitutione procuratoris, quem mutus, & ſurdus conſtituere poſſunt: cum mandatum tacito conſenſu contrahatur. l. mutus. ff. de procur.

Intellige tamen, & declara prædicta † modo ſurdus, & mutus actus 9 præfatos intelligant l. 1. ff. de bon. poſſ.

10 Nam † ſi non intelligunt remedium eſt, quod curator eis detur, & ſic, quòd per curatorem hos actus, & hæreditatis, & bonorũ acquiſitionis explicent. l. 3. §. fin. ff de poſtul. l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ff. ad Trebell.

11 Limit. 4. † quando mutus, & ſurdus ſcriptura obligantur: & hoc modo etiam fideiubere poterunt, dummodo ſciant legere, & ſcribere, & pro tutore diuite fideiubeant. Valent. Franc. in ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 2. num. 26.

§. quod

12 † quod etiam extenditur, quando humeris, capite, vel aliquo alio signo mutus, & surdus interroganti annuunt. Ant Piceard. in §. mutuum. instit. de
13 inut. stipul. † & ideo testis mutus ad examen recipiuur, si depositionē suam scriptis comprehendere possit. Flami. Cartar. de execut. sent. contum. c. ban. c. 2. nu. 42. & 44.

14 Declara tamen, † & intellige, quādo surdus, & mutus sua sponte ad talem fideiussionem deueniunt, secus si fraudolenter à notario, vel ab aliquo alio ad fideiubēdum, vel scribendum inducti fuerint. Alciat. in l. senium, num. 3. C. de transact.

15 Limit. 5. in exco: † cui cum nō desint auditus, lōquela, & intellectus poterit his attentis pro alio fideiube-
16 re, † & præsertim, quia sponsalia celebrare, & vxorē ducere potest l. mutus, ff. de iure dot. Bal. in l. etiam nu. 2. ff. de adopt. vt etiam societatem contrahere eidēā iure permittitur. Fulg. consil. 189. Sebast. Medic. de casibus fortuit. par. 2. q. 6. num. 53.

SVMMARIVM.

1 *Mōnachus, vel alius religiosus non fideiubent.*
2 *Etiam quod sit Abbas, vel Prælatus ac superior.*
3 *Modò id non faciant monachus de licentia, & consensu sui Abbatis, & Abbas de consensu sui superioris, ac Prælati.*

Monacho fideiussio est vetita.

CAP. XI.

1 MOnachus, vel alius religiosus pro alijs fideiubere nequit:
2 † etiam quod sit Abbas. c. quod quibusdam in fi. & c. pen. extra eo. Corn. cons. 214. num. 12. in secundo. Capell. Tolos. decis. 314. num. 3.

Limit. prædicta, & intellige modo
3 † Monachus, & religiosus fideiusserit vel aliàs se obligauerit sine consensu superioris, Prælati, vel maioris partis capituli: aliàs secus si de licentia prædictorum facit. nam tunc bene fideiubet. d. c. quod quibusdam in fi. & c. pen. extra. eod. Summ. Ang. in verbo fideiussor. num. 7. Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 7. num. 243. cum seqq. & dicemus inf. proximè.

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro laico non fideiubet.*
Et maximè quando est solitus fideiussiones exercere, & ex eis mercedem consequi ibid. num. 3.
Idem est in Monacho, vel alia religiosa persona. num. 16.
Rectè tamen satisdat, quando de suo patrimonio, & de suis redditibus deputatis ad vsum proprium, vt etiam de fructibus ecclesiæ, quos suos facit. num. 7.
Idem quando facit pro clerico multum indigente: num. 8.
Idem si pro vtilitate ecclesiæ fideiubet. num. 13.
Idem quando clerici lite pulsati pro se inuicem fideiubent. num. 14.
Potest etiam hoc facere in fideiussionibus conuentionalibus, licet in prætorijs, & iudicialibus hoc secus sit. numero 17.
Vt etiam quando nō est oppositum de fideiussionis inualiditate. num. 18.
Vt itidem, quando clericus fideiubet de consensu capituli, Monachus de licentia Abbatis, & Abbas de sui superioris, & Prælati. num. 19.
Idem quando in rem suam clericus fideiubet. num 20.

Pari ratione idem ſtatuitur in Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & alijs bonorum temporalium adminiſtrationem habentibus num.22.

2 *Pœna clerici ſi fideiubentis in caſibus à iure vetitis eſt, quod abijciatur, & deponatur, vel quod excommunicetur, vel à diuinis ſuſpendatur, ibidem, etiam, num.6.*

4 *Clericis ſi fideiuſſio concederetur, ſanctis domibus damnum inferretur, & ſacra miſteria impedirentur.*

5 *Clerici ab externarũ rerum occupationibus & moleſtijs liberi eſſe debent.*

9 *Clericus indigenti ex pietate ſubuenire tenetur de fructibus beneficij ad ſui vſum deputatis.*

10 *Clericus tenetur ſubuenire laicis indigentibus in caſu neceſſitatis.*

11 *Clerici magis tenentur ſubuenire indigentibus, quam laicis.*

12 *Clerici vrgente neceſſitate, & pietate fideiubere tenentur, etiam quod non fideiubere iurauerint.*

15 *Fideiuſſio Vicaria illa dicitur, quæ viciſſitudinaria eſt.*

21 *Clericis in rem ſuam compromittere permiſſum eſt.*

23 *Clerici habentes rerum ſecularium adminiſtrationem fideiubere poſſunt.*

24 *Clerici rerum ſecularium adminiſtrationem tenentes, æquiparantur militibus veteranis.*

25 *Clericus tenetur ſuum fideiuſſorem cõſeruare indemnem per ſuorum reddituum aſſignationem.*

26 *Modo non habeat bona ſtabilia.*

Clerico an, & quando fideiubere permiſſum ſit.

CAP. XII.

1 SExto. Fideiuſſio facta à clerico
2 pro laico non valet, & ſi hoc clericus fecerit eſt abijciendus, aliàs deponendus ſecundum aliam lecturam de qua in c.1.de fideiuſſ. & quod fideiuſſio facta à clerico non valeat volũt text.in c.te quidem, 11.quæſtio.1. vbi etiam glo.c. non ſatis. 86. diſtinct.l. curiales. C.locat.l.de die in §.1.vbi gl. in verbo probandi. ff.qui ſatisda. cog. Viui.deciſ.211.num.9. par.1.ſumma Ang. in verb. fideiuſſor num.5. verſ. vtrum clericus.

Quod dictum videtur indubitatũ
3 in duobus caſib. † Primo data in clerico fideiuſſionum frequentia, vt videtur velle tex.in d.cap.1.de fideiuſſ. ibi fideiuſſionibus inſeruiens. Secundo quãdo clericus ex fideiuſſionibus mercedem recipit, & ſic quando fideiubet cupiditatis, & auaritiæ, gratia. Et ratio huius pronunciati eſt, quia
4 aliàs † ſanctis domibus damnum inferretur, & ſacra miſteria impedirentur, contra §. ſed neque fieri in auth. de ſacroſan. Epiſc. cap.6. & cap.te quidem 11.quæſt.1.cap.1. vbi Hoſt. Imo. & Ioan. Andr. num.3. & in cap. quod quibuſdam de fideiuſ. Port. Imo. conſ. 16.num.31.

5 Clerici enim ab † externarum retũ occupationibus, & moleſtijs liberi eſſe debent.c.1. ne clerici, vel monach. ſecul. neg. ſe mimis. Horat. Carp. ad ſtat. Mediolan. part.1. cap.44. num. 23. & 24.

6 Et hæc adeò vera ſunt: quod † clerici fideiubendo excommunicandi, & à diuinis ad tempus ſuſpendendi ſunt, vel aliàs iudicis arbitrio plectendi, vt docet Menoch. de arbitr. iud. caſ.432. num.1.

7 Et in caſu, in quo † clericus fideiubere poteſt: tenetur ſatisfacere de patrimonio ſuo, vel de redditibus deputatis ad vſum ſuum proprium, vel de

fructi-

fructibus Ecclesiæ quos suos facit: aliàs secus si pro alijs redditibus satisfaciet, & fideiubeat in præiudicium ecclesiæ Abb. in c.1. nu.2. extra eo. Host. in c. peruenit d. tit. Arch. in cap. statutum, de rescrip. in 6. Potest, † & secũdo clericus fideiubere pro laico multum indigente: nam tali casu eum ex † pietate subuenire tenetur de bonis tamen, & fructibus beneficij sui deputatis ad vsum proprium. gl. in d.c. te quidem glos. etiam in cap. quibusdã in verbo fideiubeat. extra eo. Petra sancta sing. 100. nu.5. Rebuff. de priuil. schol. priuil. 171. nu.5. † & ratio est, quia clericus in casu necessitatis tenetur subuenire indigentibus c. veniens. 11 ies. 12. q.1. † & clerici magis sũt obligati subuenire indigẽtibus, quam laicis. Abb. in d.c.1. num.4. glo. in d.c. te quidẽ 11. q.1. glos. in c. pen. eo. & glo. in d.c. quibusdam in verbo fideiubebat; in princ. de fideiuss. quæ dicit, 12 quod clerici vrgẽte necessitate ex pietate fideiubere teneantur, alijsq. subuenire, quod procedit etiam quod iurauerit non fideiubere modo verretur periculum ánimæ, & corporis in non fideiubendo ad Oldrad. cons. 90. ante fin. Marsil. in rub. eo. q.42. num. 236. aliàs 309.

13 Amplius, † & tertio clericus non tantum pro laico multum indigente, fideiubere potest, verum etiã pro Ecclesia, & eius vtilitate, vt etiã pro aliquo alio clerico, & fideiubendo obligatur. c.2. & c. peruenit eo. d.c. te quidem. 11. q.1. vbi glo. etiam in c. ex rescripto in verbo monachos, de iureiur. l. placet. C. de episcop. & cler. Me- 14 noch. de arb. iud. d. cas. 432. † Plus clerici lite pulsati pro se inuicem fideiu- 15 bere possunt, † & hæc dicitur Vicaria fideiussio, quæ permittitur, vt manus manum fricet. l. cum clericis. in §.1. & l. omnes. in §. præterea. cum §. seq. C. de episc. & cler. d.c. te quidem. & d.c. quod quibusdam.

16 † Ampl. & extende ad monachum, & aliam personam religiosam: nam & religiosus fideiubere non potest, etiam quod sit Abbas, nisi hoc faciat de consensu superioris, & Prælati, vt maioris partis capituli, cum non habeat aliquod proprium de quo possit disponere. c. quod quibusdam in fi. & c. fin. extra eo. Sum. Ang. in verbo fideiussor. nu.7. Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. c.7. nu.243. cum seq.

Declara tamẽ, & intellige præmissa, † clericum pro laico fideiubere nõ posse, in fideiussionibus Prætorijs, & 17 iudicialibus, in quibus eidem fideiussio prohibita est: quod secus est in cõuentionalibus, in quibus clericus bene fideiubere potest. Abb. in d.c.1. nu. 5. extra eo. & ideo, qui fideiussorẽ dare tenetur dando clericum liberatur, modo non det de iudicio sisti, vel aliũ fideiussorem iudiciarium. Abb. in d. c.1. nu.5. Batt. in d.l. qui satisdare. nu. 11. Marsil. in l. si quis ne quæstio nu. 25. de quæst. qui dicit prædicta non procedere, quando de tali inualiditate non fuit oppositum, vt mox dicam, & firmant hoc idem Rom. cons. 409. quoad primum, cum alijs deductis per Bertaz. de clauss. clauss. 39. glo. 2. num. 2.

18 Declara etiam, & intellige secundo cõclusionem supra firmatam procedere, quod clerici à fideiussionibus se abstinere debeant: quando fuit dictum, & oppositum: secus autem est, quando clerici, si fideiubent pro alio, & non fuit oppositum, quia tunc valet eorum fideiussio. c. peruenit. & ca. constitutus extra eo. glo. in d.c. te quidem.

dem. & in d.c.1. in verbo inseruiens. eo. Ias. in l.1.num.11. C. si quis in ius voc. non ierit. Sum. Ang. in verbo fideiussor. nu.6. Bart. in d.l. qui satisdare. ff. de fideiuss. Petr. de Rauen. sing. 200. Hyppol. de Marsi. in rubr. eo. nu. 309. Rom. d. cons. 409. aliàs 400. nu. 7. Menoch. de præsump. lib. 6. præsúp. 46. num. 15. Berraz. de claus. claus. 39. gl. 2. nu. 2. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. c. 44. nu. 26. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 2. nu. 234. Imo Ias. in l. 1. nu. 10. vers. circa prædicta. ff. si quis in ius voc. non ierit vult: quod clerici debẽt se abstinere à fideiussionibus ad fauorem laicorum: tamen si fideiubent, tenet eorum fideiussio.

19 Declara tertio, † vt prędicta locum sibi non vendicent, quãdo maior pars capituli, seu Abbatis, superioris, ac Prælati clerico, vel monacho licentiã fideiubendi faceret. d. cap. quod quibusdam, & d.c. ex rescripto.

20 Declara quarto, † vt superius adnotata nõ procedant: quando clericus
21 fideiuberet in rem suam: † nam sicut clerico permissum est in rem suam cõpromissum facere. cap. dilecti. cũ ibidem not. de arbit. Hostien. in sum. tit. de arb. §. de qua re. vers. quid de clerico. eodem modo erit eidem permissũ fideiubere in rem suam propriam.

Declara quinto, vt supra posita sibi
22 locum non vendicent, in † Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, Abbatibus, Præpositis, Archidiaconis, Decanis, Canonicis, Comendatoribus, Regularibus, Militibus, & alijs administrationem rerum temporalium habentibus: nam
23 istis fideiubere permissum est: † tum quia habent rerum secularium admi-
24 nistrationem: † tum etiam quia militibus veteranis adæquantur, quibus à iure fideiussio cõceditur. ita Ant. Heringer. in suo tract. de fideiuss. cap. 7. num. 265.

25 Aduerte tamen, † quod clericus tenetur seruare suum fideiussorem indemnem per assignationem redditũ suorum. c. peruenit. extra de fideiussoribus, quod aduertit Rot. diuers. in impress. decis. 1141. lib. 3; quæ vult,
26 quod beneficium. d.c. peruenit † non procedat in clerico habente domum, vel alia bona stabilia, quæ vendere possit.

S. V. M. M. A R I V M.

1. *Pupillus sicut nec se obligare, ita nec pro alio fideiubere potest.*
2. *Pupillus non scit, nec intelligit quid agat: & ideo non obligatur.*
3. *Pupillus quod uidet ignorat.*
4. *Pupillus infans, & minor septennio: nec alios obligat, nec alijs se obligare potest.*
5. *Etiam tutore authore.*
6. *Et etiam & multo magis in pusionibus, & pueris de recenti natis, & qui vel non fantur, aut male, & dimidiatis verbis.*
7. *Pupillus proximus infantiæ, & maior septennio, minor tamen ann. 11. bene alios sibi obligat, etiam absque tutoris authoritate.*
8. *Se autem obligare, & pro alijs fideiubere non potest, nisi de consensu, & licentia tutoris.*
9. *Pupillus proximus pubertati est ille, qui est annorum decem cum dimidio.*
10. *Pupillus proximus pubertati, alios sibi obligare, se autem alijs obligare non potest, nec etiam per stipulationem sine tutoris authoritate.*
11. *Pupillus cum tutoris authoritate obligatur, etiam quod expresse non consentiat, sed taceat.*

12. *Pu-*

12 *Pupillus, an fideiubere possit.*
13 *Pupillus tutore authore hæreditatem adire, & ex tali additione se obligare potest.*
14 *Pupillus tutore authore, nec vendere, nec alienare potest.*
15 *Pupillus est capax eorum, quæ sunt animi, & ea cum tutoris authoritate bene explicat.*
16 *Animus per tutoris authoritatem suppletur.*
17 *Pupillus eorum, quæ sunt facti non est capax, & ideo in ijs non obligatur, etiam tutore authore.*
18 *Facti sunt, vt venditio, traditio, & solutio.*

Pupillus pro alio fideiubere non potest.

CAP. XIII.

1 SEptimo: † pupillus sicut nec se obligare: sic etiam nec pro alio intercedere potest; & ratio est, † quia nõ
2 scit, neque intelligit, quid agat, l. pupillus. ff. de acquir. hæred. † imo quod
3 videt ignorat. l. 1. § impuberes. C. de falsa mon. l. fi. ff. rem pup. salu. for. l. in negocijs. ff. de reg. iur.

Istud autem dictum non est ita simpliciter, absolutè, & indistinctè intelligendum, sed explicatione, & distinctione eget.

4 † Nam aut pupillus est infans, & minor septennio, & iste nec obligare alios, nec alijs vllo modo obligari potest. §. pupillus. inst. de inutil. stip. l. 1. §. sufficit. ff. de admi. tut. l. in negocijs.
5 ff. de reg. iur. † etiam tutore authore. l. si infanti. C. de iure delib. & l. 1. C. si
6 secund. nupt. mulier. † Et hæc eò fortius erunt vera in pusionibus, & pueris de recenti natis, & qui vel non fantur, vel malè, & dimidiatis verbis.

7 Aut, & secundo, † pupillus est proximus infantiæ, dico septẽnio maior minor tamen vndecim annis: & iste bene alios sibi obligare potest, etiam absque tutoris interuentu. d. §. pupillus. inst. de inuti. stip. l. 1. §. furiosum. ff. de oblig. & act. l. in negocijs. ff. de
8 reg. iur. §. 1. inst. de auth. tut. † obligare autem se, & pro alijs fideiubere non potest, nisi cum tutoris authoritate. l. pupillus 189. ff de reg. iur. l. pupillus. ff. de acquir. rerum dom. l. obligati. ff. de oblig. & act.

9 Aut, & tertio, † pupillus est proximus pubertati, idest maior annorum decem cum dimidio, vt per Menoch.
10 de arbit. iud. cas. 57. nu. 44. † & hic alios sibi obligare, se autem alijs obligare non potest, nec etiam per stipulationem absque tutoris authoritate. l. pupillus. in §. pupillus. ff. de auth.
11 tut. l. 1. C. de inutil. stip. † interueniẽte autem tutoris authoritate obligatur pupillus, licet ipse non expressè consentiat, sed taceat. l. 2. & l. & si conditionalis. §. impuberes. ff. de admin. tut.

12 Sed difficultas stat: † an pupillus cum tutoris authoritate fideiubere possit? text. in l. pupillum 49. de acquir hær. videtur decidere, quod sic,
13 dum vult, quod pupillus † tutore authore hæreditatem adire, & ex tali additione se obligare possit: in contrarium est tex. in l. 4. ff. de auth. tut. dum in eo statuitur, quod pupillus tutore authore, nec vendere, nec alienare potest.

Pro concordia istorum iurium dicatur, † quod eorum, quæ sunt animi
15 pupillus est capax, & ea explicare potest cum tutoris authoritate, vt est additio, & ita procedit text. in d. l. pupillũ:
16 † nam animus per tutoris authoritate suppletur. l. pupillus. ff. de reg. iuris,

quod

17 † quod secus est in ijs, quæ sunt facti,
18 qualia sunt venditio, † traditio, solutio, & similia: nam cum eorum pupillus non sit capax ad talia non obligatur, etiam tutore authorizante, & in ijs terminis loquitur text. in d. l. 4. ff. de admi. tut.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pupilli, non adhibitis solemnitatibus an obligetur: non leuis est quæstio: nam iura in hoc parum sibi ipsis cõstant, & ideo doct. pro eius resolutione varijs utũtur distinctionibus.*
2 *Pupillus maior septennio absque tutore contrahens, nec naturaliter obligatur. Et idem in eius tutore.*
3 *Obligatio principalis quando est nulla, accessoria etiam eidem nulla erit.*
4 *Petitio vbi nulla datur, ibi nulla est mora.*
5 *Fideiussor pupilli attenta persona, & obligatione pupilli ad nihilum tenetur, secus verò ipsa cessante persona, & obligatione fideiussoris.*
6 *Fideiussor dicitur venire ex persona propria, quando se obligauit vt principalis principaliter, & in solidum, & animo nouandi.*
7 *Fideiussor veniẽs ex persona propria, licet obligatio eius principalis non teneat, tamen eius fideiussoria subsistit.*
8 *Fideiussor se obligans pro pupillo proximo pubertati naturaliter obligato, rectè fideiubet, attamen talis fideiussoris datio, demum deficiente ciuili obligatione remanet sine effectu, & nullam producit actionem.*
9 *Pupillus proximus pubertati ob suum consensum naturaliter obligatur.*
10 *Pupillus aduersus fideiussorem à se datum actionem mandati non habet, minusque contrariam habet fideiussor aduersus pupillum.*
11 *Fideiussor pupilli datus licet à principio non teneatur, tamen ex post facto ratione alicuius euentus teneri potest vbi de exemplo.*
12 *Fideiussor, qui fideiussit pro pupillo ciuiliter, & naturaliter obligato à tali fideiussione ligatur.*
13 *Idem si cum iuramento.*
14 *Idem si vt principalis principaliter, & in solidum, & animo nouandi.*
15 *Intellige præmissa, quando inualiditas obligationis prouenit à solemnitatum defectu.*

Fideiubens pro pupillo an, & quando ex dicta eius fideiussione astringi possit.

CAP. XIV.

VIsum est supra proximè: an pupillus se obligare, & fideiubere pro alio possit, nunc tenendo idem thema videndum est: an fideiubentes pro pupillo ex dicta eorum fideiussione obligentur.

Nõ leuis est hæc quæstio apud Doctores. † An fideiubens pro pupillo nõ
1 adhibitis solemnibus obligato ex eius fideiussoria obligatione astrĩgi possit.

Et quòd talis fideiussor obligetur videtur decidere text. in l. Marcellus. ff. de fideiuss. vbi dicitur, quod fideiubenti pro pupillo non succurritur, ex quo sequitur, quod efficaciter dictus pro pupillo intercedens obligatus veniat.

Secundo etiam deducitur ex l. pupillus. ff. de recep. arb. dum ibidẽ cauetur, quòd si pupillus sine tutore cõpromiserit: arbiter ad pronunciandum non potest astringi: quia si contra pupillum pronunciat, ipse ad pœnam non tenetur, nisi in casu in quo fideiussorem dederit, à quo pœna peti

potest.

potest. Ecce ergo, quod fideiussor pupilli tenetur.

In contrarium. Quod imò talis pro pupillo fideiubēs non obligetur multa sunt, quæ pro hac opinione ponderantur, & quidem satis vrgentia.

2 Et primò, quia sicut pupillus, qui est maior septennio absque tutoris authoritate contrahens, nec naturaliter obligatur. l. more, & l. pupillus. ff. de acquir. hæred. l. verum cum l. seq. ff. de instit. l. quod pupillus. ff. de cond. indebi. l. pupillus. ff. de oblig. & act. l. pupillus, & l. obligari. ff. de auth. tut.

3 Eodem modo, nec pupilli fideiussor obligabitur: quando enim principalis obligatio est nulla, etiam fideiussoria obligatio, quę ei accedit nulla erit. l. fideiussor obligati. ff. eod.

Secundò etiam pro hac parte facit: tex. in l. si pupillus. ff. de verbor. oblig. vbi si pupillus sine tutoris authoritate se Stichum dare obligauerit, & fideiussorem dederit, inquit tex. ibidē, quod fideiussor non obligatur etiam quod pupillus post moram Stichi decesserit: & ratio est: quia † vbi nulla datur petitio, ibi nulla est mora l. lecta. ff si cert. pet. l. nulla ff. de reg iur.

4 Doctores in conflictu istorum iurium pro eorum concordia valde laborant, & varijs vtuntur distinctionibus, & omissis alijs ea semper mihi præcipuè summoperè placuit. † Quod attenta persona pupilli fideiussor ad nihilum tenetur, & ita volunt esse intelligendum tex. in l. si pupillus. ff. de verb. ob. secus verò (secundum ipsos) inspecta obligatione fideiussoris, & eius persona, nam cum ipse ob stipulationē, quæ necessariò requiritur in fideiussione l. Blandius. C. eod. ex suā psona efficaciter obligetur, meritò si ad dictam fideiussionem seruandam astringi possit, & in istis terminis dicunt loqui tex. in l. Marcellus. ff. eo. & in l. pupillus. ff. de recep. arb. & ratio est in promptu, quia † quando fideiussor venit ex persona propria, qđ est, quando se obligat vt principalis principaliter, & in solidum, & animo nouandi, vt communiter omnes contractus fideiussionum componuntur,

6

7 † tunc licet principalis obligatio non teneat, attamen fideiussoria subsistit. Alex. cons. 66. in fi. lib. 4. Patis. cōs. 16. nu. 110. vol. 2 Corn. cons. 214. nu. 11. lib. 2. Mohed. decis. 123. aliàs 2. de fideiuss. Nat. cons. 272. vol. 2. & diximus supra in hac 2. part. sect. 1. c. 5. limit. 1, num. 15.

Excipiuntur tamen à præcedentibus multi casus, in quibus indistinctè fideiussores pupillorum tenentur.

8 Primo qñ fideiussor † obligatur pro

9 pupillo proximo pubertati: † nam cū talis pupillus pubertati proximus ob consensum suum naturaliter obligetur l. 1. ff. de nouat. bene pro tali obligatione à pupillo fideiussor adhiberi poterit, l. fideiussor obligari, in §. fideiussor. ff. de fideiuss. l. Stichū. §. naturalis. ff. de sol. sed datio ista fideiussoris, deficiēte ciuili obligatione, carebit effectu, nullamq. producet actionem ex psona pupilli, vel ad pupillū, vel eius

10 fideiussorem, d. l. pupillus. † Imo nec pupillus aduersus fideiussorē à se datum actionē mādati habebit. d. l. Marcellus eo. Plus nec fideiussori subuenietur data actione mādati contraria.

11 Secundò, quia † potest dari casus, quòd licet à principio fideiussor datus à pupillo non teneatur, nihilominus ex post facto ratione alicuius euentus tenebitur: exemplum sit. Si pupillo sit datū aliquid in depositum, vel cōmoda-

modatum, & is deponenti, vel commodanti fideiussores dedetit, nam à principio pupillus ex hoc capite non tenebitur. l. 1. §. fi. cum ll. seqq. ff. commodati. l. 1. §. an in pupillum. ff. depositi. Cæterum si pupillus est factus locupletior, vel dolo malo, & culpa qd fecerit, nihil est, quod non tantum ipse, verum etiam eius fideiussor teneri non debeāt. l. 2. ff. eodem, ita vt in eos vtilis actio detur. l. 3. §. pupillus, & l. si pupilli. ff. de neg. gest. l 3. in princ. ff. commod. l. pupillus. ff. de auth. tut. l. pupilli. ff. de solut.

12 Tertio, † quando fideiussor se obligauit pro pupillo naturaliter, & ciuiliter obligato, vt etiam si naturaliter tantum. d. l. Marcellus.

13 Quarto, † quando fideiussio fuit
14 facta cum iuramento, † vt etiam si in ea fideiussor se obligauerit vt principalis principaliter, & in solidum, & animo nouandi, vt supra dictum fuit.

15 Et supra † posita intelligas procedere, quando inualiditas, & defectus contractus minoris, ac pupilli proueniunt à defectu, & omissione solemnitatum. Bart. in d. l. Marcellus. ff eo. Rom. cons. 12. num. 4. Paris. cons. 16. nu. 113. vol 2. Fab. de Mōte de empt. & vend. q. 6. versic. vlt. est. Mohed. decis. 223. aliàs 2. de fideiuss. Iallong. in suis racemat. racemat. 10. per totū, vbi disputat quando fideiussor interueniens cōtractui minoris, vel pupilli celebrati forma statuti minimè seruata obligetur, & quādo non, & pro resolutione ponit quatuor casus: diximus sup. in hac 2. par. sect. 1. c. 5. n. 24.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. ann. pro idoneo, & sufficienti fideiussore non habetur.*
2 *Minor si se circumductum docet, potest petere beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Fideiussorem dedisse à principio non dicitur, qui minorem in fideiussorem præstat.*
4 *Minor curatorem habens, & sine ipso contrahens, eius contractus est ipso iure nullus, secus si curationem non habet, quia tunc eius contractus valet, licet eidem ope restitutionis in integrum subueniatur.*
5 *Minor fideiubendo obligatur pro maiore se gerens, & se maiorem faciens animo decipiendi.*
6 *Et maximè quando contrahens cum ea est ignorans ignorantia iusta, & probabili.*
7 *Idem quando cum iuramento minor fideiubet.*
8 *Idem quando in rem suam fideiubet.*
9 *Potest tamen in hoc vltimo casu vti beneficio restitutionis in integrum.*

Minoris 25. ann. fideiussio an, & quando teneat.

CAP. XV.

1 OCtauo. † Minor 25. annorū pro alio fidem suam interponere repellitur, nisi interueniat curatoris authoritas, nam pro idoneo, & sufficiēti fideiussore non habetur. l. de die, in §. l. ff. qui satisd. cog. Bero. q. fam. 115. nu. 1. Simoncell. de decret. lib. 2. tit 6. inspect. 16. nu. 133.

2 Et ratio est: quia restitutionem in integrum petere potest: si se circumuentum doceat. l. si Titius. ff. de fideiuss. l. ait Prætor. in §. non solum. ff. de
3 mino. quo fit, vt ab initio † fideiussorem dare non dicatur, qui minorem in fideiussorem præstat. arg. l. 3. in vers. cæterum. ff. de fideiuss.

4 Conclusio igitur sit, † quod minor quando

quando habet curatorem, & cõtrahit sine illo, quod tunc contractus est ipso iure nullus: si autem curatorem nõ habet, quod tali casu contractus minoris subsistit, licet is demum beneficio restitutionis in integrum subleuetur. l. 3. C. de in integ. restit. Iaſ. in l. videamus. nu. 17. ff de in lit. iur. Castr. Alex. & Iaſ. & cæteri communiter, in l. puberes. 101. ff. de verb. ob. Anton. Hering. in ſuo tract. de fideiuſſ. c. 7. nu. 86. qui communem hanc esse opinionem ponit licet nu. 87. hunc articulum disputet, & dicat contrariam opinionem in puncto iuris veriorem.

Tenendo primam quæ (vt dixi) est cõmunis, eam limit. nõnullis modis.

5 Primo, quando minor se pro maiori gesserit, & se maiorem fecerit animo decipiendi, & vt sibi facilius pecunia crederetur, nam tunc fideiubendo obligatur, l. 2. & toto tit. C. si min. se mai. dix. iura enim decepiis, & nõ decipientibus subueniunt, l. si quis vxori. 52. §. seruus. ff. de furt. quod intelli-

6 ge, † quando in contrahente cum minore ignorantia probabilis, & iusta adesset, secus si simplex, & vana. Puta, quia minor pro patrefam. & maiore publicè tenebatur, & sic facies præ se ferebat, quia sic publicè agebat, sic cõtrahebat: sic muneribus fungebatur: nam talis ob bonam fidem contrahẽs excusandus venit. l 3. in princ. ff. ad Maced. l. 2. C. si ser. aut. libert. ad decuri. aspi. lib. 10. Castr. consi. 174 Alex. consi. 60. in 5. Cagno. in l. qui cum alio contrahit. nu. 11. ff. de reg. iur.

7 Limit. 2. † quando minor fideiussionem iuramento roborauit. Vertitur enim tali casu salus animæ, quæ cunctis rebus temporalibus anteponenda est: Aurli. sacramenta puberũ. C. si aduers. vend. vbi omnes. Iaſ. in l. 1. nu 6. ff. si quis in ius voc. nõ ierit.

8 Limit. 3. † quando minor in rem suam: Puta, quia pro procuratore suo fideiussit. d. l. de die, in §. 1. vbi Ang. Cast. Fulg. & Rom. ff qui satisd. cog. quo in loco Alex. nu. 2. inquit. Quod

9 tali casu minor † potest petere restitutionem in integrum. Rom. in suis singul. in singulari in verbo minor, qui dicit, quod benè minor in rem suã fideiubere potest. Specul. in tit. de defens. ciuit. vers. sed pone fideiussor. Vincent. Carroc. de excus. bon. par. 2. q. 22. num. 34. & 35. & ratio est: quia tunc minor facit illud, quod quilibet maior faceret: cum suum proprium procuratorẽ releuet. §. si verò aliquis. inst. de satisd. & præsertim: cũ minor in commodum, & vtilitatem propriã fideiubere possit. d. l. de die, in §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Curialis non potest esse fideiussor.*
2 *Nisi in rem suam fideiussor extiterit: quia tunc bene potest.*
3 *Curialis, qui hodie dicitur olim nuncupabatur decurio.*

Curialis an possit esse fideiussor.

CAP. XVI.

1 CVrialis, † qui aliàs olim decurio
2 † dicebatur non potest esse fideiussor. l. curialibus. C. loc. c. quod quibusdam in verbo fideiusserat extra eo. l. 3. C. de omn. agr. deser. lib. 11.
3 † licet in re sua possit. arg. l. fin. C. de om. agr. deser. lib. 11.

SVMMARIVM.

1 *Libertinus est, qui per beneficium manumissionis seruus esse desinit.*
2 *Libertinus eodem modo fideiubere, quo tutor esse potest.*

3 Vt

3 *Vt etiam, quo accusator, & testis.*
Intellige modo manumissor iuspatronatus remiserit. nu.4.
Vt etiam modo talis fideiussio non fiat in necem, & præiudicium domini, nu.5.
4 *Libertinus efficitur ingenuus, quando manumissor eidem iuspatronatus remittit.*

Libertino an fideiubere permittatur.

CAP. XVII.

1 LIbertino † qui per manumissionis beneficium seruus esse desijt
2 † fideiubere concessum est: eodem modo, quo potest esse tutor. l. liberorum, & l. nequaquam. ff. de excusat. tut. & l. libertus. ff. de tut. & curat. & l. libertos C. de excusatione tutorum,
3 & eadem ratione † qua potest esse accusator, & testis. l. libertorum. C. de testi. l. nullum diuortium. ff. de diuor. & plerosque ad alios actus liberorum hominum eum admitti passim in iure cauetur, & hoc procedit † absque
4 difficultate, quando manumissor iuspatronatus remiserit: nam tali casu cũ hodie ingenuus fiat: & non amplius libertinus cor. si Ieietur, l. 3. C. de bon. libert. bene fideiussor existere poterit.
5 Declara, & intellige † prædicta: modo talis fideiussio non fiat in necem, damnum, incommodum, & præiudicium patroni. l. summa. ff. de pecul. l. si pro patre, §. versum. ff. de in rem vers. l. 4. ff. si quis omn. causa test. Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 7. nom. 322. qui dubitat, an tali casu subueniatur domino aduersus creditorem.

SVMMARIVM.

1 *Deportatus is dicitur, cui aqua, & ignis sunt interdicta, vel qui à suo Principe bannum habet.*
2 *Deportatus fideiussor esse nequit.*
3 *Deportati stipulationem non rectè contrahunt: & ideo à fideiussione arcentur.*
4 *Deportati, qui veniunt priuati omnibus bonis, fortunis, iuribus, & commercijs, & eorum corpora, & bona diripienda, & laceranda sunt, absolutè à fideiussionis officio excluſi veniunt.*

Deportatus non fideiubet.

CAP. XVIII.

1 QVi est deportatus, † vel cui aqua, & ignis sunt interdicta, vel qui à suo Principe bannum habet: † cum isti tales pro fideiussoribus
2 idoneis non habeantur, à fideiussione
3 arcentur. Et ratio est: † quia isti stipulationem non rectè contrahunt, vnde
4 nec fideiussionem; † & præcipuè, quãdo sunt priuati omnibus bonis, fortunis, iuribus, & commercijs, & eorum corpus, & bona diripienda, laceranda que veniant. Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 7. nu. 599.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato fideiussio conceditur.*
2 *Excommunicatus, & ad pactum, & ad contractum recipitur.*
3 *Excommunicatus, & vsucapere, & præscribere potest.*
4 *Modò pro crimine hæresis excommunicatus non sit.*
5 *Excommunicatus eorum, quæ sunt iurisgentium, & iuris ciuilis capax est.*
6 *Bonum tamen est ab excommunicato-*

rum

rum fideiussoribus se abstinere, & in eis se non illaqueare.

Excommunicato an fideiussio licita sit.

CAP. XIX.

1 EXcommunicato † fideiubere permissum est, c.cum inter.extra de except. eodem modo, quo eidem pa-
2 cisci, † & contrahere conceditur. l.2. §. si quis. ff. qui satisd. cog. vbi Alex.
3 nu.4. vt etiam † eadem ratione, qua vsucapere, & præscribere eidem à l.
4 indulgetur, † excepto si pro crimine
5 hæresis excommunicatus fuerit † excommunicatus enim ne dum iurisgentium verum etiam iuris ciuilis capax est. Bar. in l. publicorum. ff. de pu-
6 bli. iud. Bonum tamen † est se ab huiusmodi fideiussionibus abstinere, & in eis se non illaqueare secúdum Ant. Hering. d. tract. de fid. c.7. num.600.

SVMMARIVM.

1 *Feuda absque domini directi consensu, & licentia nec alienari, nec in pignus dari possunt.*
2 *Vasallus cum nec obliquè, nec directè feudum alienare possit ex hoc non poterit etiam fideiussor esse.*
3 *Vasallus fideiussor esse potest, cum contrarium in iure constitutum non reperiatur.*
4 *Facultas contrahendi, & fideiubendi libero homini tolli non potest.*
5 *Vnusquisque rei suæ est moderator, & arbiter.*

Vasallo fideiussio an concedenda.

CAP. XX.

1 CVm feuda absque † directi domini consensu, nec directè, nec indirectè alienari possint, minusque in pignus dari. c. imperialem, de proh.
2 feud. alien. per Federi. † ex hoc consequens videbatur quod vasallus fideiussor esse non posset: cum alias obliquè, & per indirectum alienatio in- 1
duceretur.
3 In contrarium se † habet veritas: quia nullibi in iure scriptum reperitur hoc, quod vasallus fideiussor esse
4 nequeat. Et non est æquum facultatẽ contrahendi, & fideiubendi libero homini adimere. l. non enim. ff. rerum amot. l. nemo exterus. C. de iud. l. 2. C. si quis à parent. fuerit man. Specul. de treg. & pac. num. 5. † vnusquisque
5 enim rei suæ debet esse moderator, & arbiter, etiam abutendo. l. in re mandata. C. mand. cum vulg.

SVMMARIVM.

1 *Obsides, & captiui fideiussores esse nequeunt, & pro fideiussoribus idoneis non habentur.*
2 *Obsides ideo non fideiubent, quia fidem hosti dederunt.*
3 *Captiui nec etiam fideiubent, quia capite diminuti, & ciuiliter mortui sunt.*
4 *Obsides, & captiui, nec transigere, nec fideiubere, nec alienis negocijs se immiscere possunt, nec quidquam tertare, quod hostibus, quorum fidei se commiserunt præiudicium inferat.*
5 *Captiui pro soluto victori veniam recedendi impetrant.*
6 *Captiui, quia veniam recedendi, & impetrare, & obtinere possunt, ideo propter hoc etiam fideiussores esse poterunt.*
7 *Obsides, & captiui hodie inter Christianos statum, & conditionem libertatis non perdunt.*
8 *Obsides, & captiui, & contrahere, & testamenta facere possunt.*

Obſides, & captiui an fideiubere poſſint.

CAP. XXI.

1 OBſides,† & captiui cum pro idoneis fideiuſſoribus non habeãtur: ideo videtur, quod fideiubere nó
2 poſſint:† nam cum obſides fidem ho-
3 ſti dederint, capiteq; † minuti, & ciuiliter mortui eſſe dicantur, ſequitur,
4 quod † nec tranſigere, nec fideiubere, nec alienis negocijs ſe immiſcere poterunt, nec quicquam tentare, quod hoſtibus, quorum fidei ſe commiſerunt pręiudicium inferatur. l. obſides. ff. de teſtam. milit. l. Diuus commodus. cum l. ſeq. ff. de iure fiſc. hoc idem eſt de captiuis. Hypol. in prax. crim. §. attingam, nu. 22. & ſing. 106. Menoch. conſ. 1. num. 271. & 273. lib. 1.
5 † Verum, quia captiui pro ſoluto victori veniam recedendi impetrant. Alciat. in l. hoſtes. nu. 6. ff. de verb. ſig-
6 nif. ideo † etiam fideiubere eis permiſſum erit. Et maxime cum hodie
7 inter Chriſtianos: † obſides, & captiui ſtatum, & libertatis conditionem nó mutent, ac perdant, nec ſeruire com-
8 pellantur. Quò fit, vt † contractus inter viuos facere. Aug. Bero. conſ. 159. num. 16. vol. 3. & teſtamenta condere poſſint. Bart. in l. obſides. ff. de teſtam. Bald. in l. 1. nu. 19. C. de ſacroſ. eccleſ.

SVMMARIVM.

1 *Legati, Nuntij, Miſſi, Ambaſciatores, & Oratores an fideiubere poſſint, in hoc articulo, & iura, & authores variarunt.*
2 *Legati, Nuntij, Ambaſciatores, & Oratores, cum teſtamentum facere poſſint: ideo, & fideiubere eis licitum eſſe.*
3 *Legati, Nuntij, Ambaſciatores, & Oratores teſtamentum poſſunt.*
4 *Similiter conſtituere eiſdem licet.*
5 *Itidem compromittere.*
6 *Vt etiam res alienas ſibi emere.*
7 *Legati, Nuntij, Ambaſciatores, & Oratores, qui ſuæ legationis cauſa Romam venerunt ex qualibet cauſa fideiubere poterunt.*
8 *Legati, Nuntij, Ambaſciatores, & Oratores ſuo priuilegio vti nequeunt, quando Romæ conueniuntur, & Romæ contraxerunt.*
9 *Legati, Miſſi, Nuntij, Ambaſciatores, & Oratores, durante legatione, negocijs priuatis, tam proprijs, quàm alienis ſe immiſcere nequeunt, nec in rem ſuam agere. Vnde nec fideiubere poterunt.*
10 *Legati, Nuntij, Oratores, & alij dum negocijs priuatis intenti, & occupati ſunt, opus eſt, quod deſerant publica, quorum tuitionem ſuſceperunt, in graue eorum damnum.*
11 *Legatus, Nuntius, Ambaſciator, & alij, tunc eis fideiuſſio denegatur, quãdo negatiua reipublicæ eos taliter impediunt, vt aliena negocia pertractare non poſſint, ſine rerum publicarum præiudicio, & notabili damno.*
12 *Legatus alios defendere, & eorum procurator eſſe poteſt.*
13 *Legatum debitores ſuos conuenire, mereimonia, & alia tractum temporis, & frequentiam actuum requirentia exercere lex eidem non vetat.*
14 *Legati debent feſtinare.*
15 *Vnus ad explicanda duo neceſſario perficienda vno, & eodem tempore non ſufficit.*

Legatian, & quando fideiubere possint.

CAP. XXII.

1 LEgati, Nuntij, Missi, Ambasciatores, & Oratores an fideiubere possint, in hoc articulo variè, & iura,
2 & Doctores locuti fuerunt. † Et pro affirmatiua, quod tales personæ fideiubere possint: facit, quia testamentũ
3 † facere possunt. l. qui à latronibus in
4 §. 1. ff. de testam. † Itidem possunt cõstituere l. si quis in legatione. ff. de iud. l. eum qui in §. 1. ff de constit. pecun. vt etiam † compromittere, & res
5 6 alienas sibi † èmere possunt. l. legatus, ff. de legation. l. si legationis tempore. ff. de iudicijs. Amplius, & secundo pro hac affirmatiua, quod legati fideiubere possint videtur facere tex. in l. cum furiosus, in §. 1. ff. de iudic. vbi
7 disponitur, quod † si legati legationis causa Romam venerint ex qualibet
8 causa fideiubere poterunt. † Nam priuilegio suo vti non possunt quando Romæ conueniuntur, & Romæ contraxerunt.

In contrarium. Quod imo legati fideiubere non possint: suadetur illa
9 ratione: † quia legati ante perfectionem legationis, negocijs, & priuatis rebus astringi prohibentur siue illa negocia sint propria, siue aliena: imo nec in rẽ suam agere possunt: & ideo nec fideiubere: l. labeo. ff. de verb. si-
10 gnific. † & maximè cum sine præiudicio, & fraude publicæ rei, quã agendam, & defendendam susceperũt hæc expediti non possint. l. Paulus, in §. fi. l. legatus, & l. si absenti. ff. de legatio. & hoc ex S. C. cuius nomen non habemus, de quo fit mentio in iuribus supra proximè relatis.

Accursius videns istorum iurium inter se pugnantium difficultatem, ea conciliare quærit dicens, esse videndum an Legatus Romæ, vel alibi fideiusserit: Primo casu potest, & ita procedunt tex. in d. l. cum furiosus, in §. 1. ff. de iud. & põderata pro affirmatiua. in alia autem prouincia ante legationem perfectam, nec fideiubere, nec conueniri potest. Et ita loquũtur, quæ pro negatiua cõsiderata fuerunt.

Intellige tamẽ, & declara superius firmata, vt procedant, quando negotia rempublicam, & Legatum taliter,
11 non impediant, quo minus officium suũ diligenter exerceat, & in alienas, & peregrinas cogitationes eum talia negotia nõ auocẽt. Zas. cons. 20. n. 25.
12 & 26. † & ideo Legatus alios defendere, & eorũ procurator esse nõ prohibetur, † vt etiã debitores suos cõuenire, mercimonia exercere, & alia quæcunq; tractum temporis, & frequẽtiã actuum requirentia exercere lex eidẽ
13 vetat ex S. C. de quo in l. Paulus in §. fi. l. legatus, & l. si absenti. in §. 1. ff. de legationibus. l. non alias, in §. fi. de iu-
14 dic. † debent legati festinare l. his, & ibi Luc. de Pen. C. de curs. pub. lib 12.
15 Zas. d. cons. 20. nu. 9 lib. 1. duabus †. n. rebus necessarius vnus non sufficit, nam cum vni adfuerit alter abesse necesse est. l. memor. C. de assess.

SVMMARIVM.

1 *Socius pro socio, & consors pro consorte rectè fideiubent.*
2 *Modo id expressè, & specificè egerint, aliàs vt socij, & consortes tenentur.*
3 *Societas mutuam fideiussionem non inducit, licet id, quod fideiussio inter socios præstet.*
4 *Socij inter se fideiubere dicuntur, eodem modo, quo plures magistri nauis.*

5 *Idem in pluribus sanguine coniunctis, qui & ipsi inter se fideiubere censentur.*
6 *Coniunctus pro coniuncto sine mandato admittitur ad agendum cum cautione de rato.*
7 *Vt etiam curatorem bonis absentis postulare potest.*
8 *Vt etiam Procuratorem constituere.*
9 *Rescriptum impetrare.*
10 *Et appellationem interponere potest.*

Socius pro socio, & consors pro consorte an fideiubeant.

CAP. XXIII.

1 SOcius † pro socio, & consors pro consorte rectè fideiubent: modo
2 id expressè, & specificè egerint: aliàs non vt fideiussor, sed vt socius tenetur: † societas enim non inducit fideiussionem mutuam, licet societas id, quod fideiussio inter socios præstet.
4 Socij enim tantum inter se fideiubere intelliguntur, eodem modo, quo plures nauis magistri. l. si tamen in princ. ff. de exercit. acti.
5 Extende † ad personas inter se sanguine coniunctas, nam & istæ pro se inuicem fideiubere possunt, l. 2. ff. qui satisd. cog. l. Lucius Titius. ff. eod.
6 † nam talibus sanguine cõiunctis hoc permittitur eodem modo, ac illis conceditur, qui nomine coniunctæ personæ sine mandato agunt cum cautione de rato. l. non solum. ff. solut. matri. l. sed, & hæ. ff. de procur. l. manifestissimi, in §. fi. C. de furtis, & diximus supra in prima par. dum egimus de cautione de rato. sect. 2. in ptę
7 lud. c. 9. nu. 11. cum seq. † vt etiam cõiuncta persona pro coniuncta persona curatorem bonis absentis postulare. l. 3. C. de capti. & postlim. reuers.
8 † Procuratorem constituere. l. exigen
9 di. C. de procur. † rescriptum impetrare. Felyn. in c. nonnulli, in §. sunt, & alij col. 16. de rescrip. tutorem pete-
10 re. l. quod dicis. ff. qui dar. tut. † & appellationem interponere potest. cap. auditis, vbi not. de electionibus, & conferunt tradita per nos in prima part. in prælud. sectio. 2. c. 9. num. 11. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Procurator causidicus, litigiosus, rixosus, & cauillosus, vt etiam qui nimis potens est, cum pro fideiussoribus idoneis non habeantur, fideiubere non dicuntur.*
2 *Idem est in aduocato, milite, & magno nobili.*
3 *Personæ difficilis conuentionis ad fideiussiones non recipiuntur.*

Procurator (cum pro idoneo fideiussore non habeatur) fideiubere non dicitur.

CAP. XXIV.

1 PRocurator, †& causidicus, litigiosus, rixosus, & cauillosus, cum pro idoneo fideiussore non habeatur, vt etiam est is, qui nimis potens est, fideiubere non dicitur: † vt etiam sunt aduocatus, miles, & magnus nobilis,
2 & ratio est: † quia istæ personæ sunt difficilis conuentionis. Bart. & alij in l. 2. in princ. ff. qui satisd. cog. Ias. in l. 2. num. 19. in princip. legis. ff. sol. mat. Marsil. cod. num. 257. Natt. cons. 143. num. 10. Anguis. cons. 40. in materia contractuum. num. 9. Eman. Suar. commun. opin. in littera E. num. 134. diximus in hac secunda par. sect. 7. c. 3. nu. 7.

SVB-

SVMMARIVM.

1 *Fiscus (licet soluendo sit) tamen, quia est difficilis conuentionis pro fideiussore idoneo non habetur.*
2 *Etiam de iudicio sisti, depositio, vel alio credito.*
3 *Fisci fideiussio non curanda, sed tamquam uana, & inanis respuenda.*

Fisco an fideiubere permittatur.

CAP. XXV.

1 FIscus: † cum & ipse difficilis conuentionis sit, toto tit. C. ne lic. potentior l. 1. C. si rect. prouinc. l. si per impressionem. C. quod met. caus. not. in l. pen. & fin. ff. de hæred. inst. licet soluendo sit, tamen pro idoneo
2 fideiussore non habetur, † etiam de iudicio sisti, & etiam pro depositio, vel alio credito. Bald. in l. sententia.
3 ff. eodem, † & ideo si fideiubet, eius fideiussio tamquam vana, & inanis non est attendenda, l. 3. in princ. & ibi glos. ff. eo. l. 2. in princip. ff. qui satisd. cog. Afflict. decis. 88. num. 1. Anton. Heringer. tract. de fideiuss. c. 7. num. 270. & diximus supra in hac 2. part. sect. 7. cap. 3. num. 9.

SVMMARIVM.

1 *Persona ficta dicuntur Vniuersitas. Populus, Communitas, Exercitus, Senatus, Ciuitas, Municipium, Oppidum, Terra, Collegium, Capitulum, Curia, Sodalitas, Societas, Confederati, Hereditas iacens, & alia ijs similia corpora imaginaria.*
2 *Persona ficta, licet integra corpora sint, tamen nomen iuris sunt, & animum, & intellectum non habent.*
3 *Et ideo municipes consentire non possunt.*
4 *Vt etiam nec fideiubere.*
5 *Persona ficta in tribus casibus bene fideiubet.*
6 *Primo quando est legitimè congregata.*
7 *Secundo, quando consentit in personam repræsentantem, puta syndico, uel procuratore.*
8 *Tertio, quando in utilitatem fictæ personæ nu 9.*
8 *Persona ficta nullum potest præstare consensum, sed benè illum dant syndici procuratoris, & repræsentantis ab ea deputati, & illam obligant, & pro ea fideiubent.*
10 *Vniuersitas in casibus in quibus se obligat, tamen ex hoc non obligãtur particulares personæ sine earum expresso consensu.*
11 *Respublica adæquatur minori.*
12 *Respublica quando se obligat requiritur decretum iudicis.*
13 *Ficta persona in casibus, in quibus non obligatur, obligantur nihilominus eius particulares personæ.*

Persona ficta an, & quando fideiubere possit.

CAP. XXVI.

1 NOno, † licet persona ficta, Puta, Vniuersitas: Populus, Communitas, Exercitus, Senatus, Ciuitas, Municipium, oppidum, Terra, Collegium, capitulũ, curia, sodalitas, societas, confederati, hæreditas iacens, &
2 alia similia † integra corpora sint, nomen iuris, & animum, & intellectum non habeant, sed imaginarium, & in abstracto, & intellectu consistant. l. 2. l. sicut in §. fi. ff. quod cuiusq; vniuers. nom. l. an vsusfructus. ff. de vsuf. † &
3 ideo dicitur municipes consentire nõ posse. l. 1. §. 1. ff. de libertis vniuersit. l. 1. in § fi. ff. de acquir. poss. & per hoc
4 videbatur dicendũ, † quod ficta persona fideiubere non possit.

Nihilominus per hoc non sequitur, quod eidem fideiussio interdicta sit. c. quod quibusdam extra eo. l. si quando. ff. vt legat. nom. cau.

5 Et hoc videtur † indubitatum præcipuè in tribus casibus. † Primus est, 6 quando vniuersitas est legitimè congregata: Nam tunc, cum personæ vicè fictione quadam substineat benè, & obligari, & fideiubere ficta persona poterit tutor. ff. de fideiuss. l. meum, in §. animadvertendum, ff de eo, 7 quod met. causa. Secundo, † quando vniuersitas consentit in persona repræsentante. Puta in Syndico, vel Procuratore à dictis vniuersitate, Ciuitate, & similibus ad negotium, & actum de quo agitur specialiter deputatis, & electis, quia tunc benè ficta persona se obligare, & fideiubere potest Bart. & alij, in d. l. mortuo. ff. eo. 8 † Nam licet vniuersitas (quatenus in iure est) nullum possit præbere consensum l. sed & ex dolo in §. 1. ff de dol. nihilominus isti tales Syndici, Procuratores, & alij repræsentantes, & vniuersitatum res administrantes benè obligari, & fideiubere pro vniuersitatibus possunt l. municeps, ff. ad municipal. l. municipibus ff. de cond. & demonstr. l. Tigni, in §. item. ff. ad exhiben. l. 3. §. à municipibus. ff. de bonor. poss. l. agitur. §. tenetur. ff. de reg. 9 iur. † Tertius casus est: quando in vtilitatem fictæ personæ, & obligatio, & fideiussio contracta, & versa fuerint. l. Ciuitas, in versic. alioquin ff. si cert. petatur.

10 Et in casibus † in quibus vniuersitas se obligare, & fideiubere posset: Tamen non potest obligare particulares sine eorum expresso consensu, Bart. in l. nulli. ff. quod cuiusque vni. nom. Bald. in l. 2. nu. 7. C. quæ sit lóg. consuetud. Alexan. in l. 4. in prin. & num. 24 vbi Rip. nu. 42. ff. de re iud. & facit tex. in l. Rempublicam, C. de 11 iure reipub. lib. 10. † & tali casu, cum respublica æquiparetur minori exigi- 12 tur † decretum iudicis, vt not. in l. fi. 13 C. de sacros. eccles. † Insuper additur, quod in casu, in quo ficta persona non obligatur, obligantur tamen particulares omnes illæ personæ quæ contraxerunt d. l. ciuitas d. versic. alioquin. ff. si cert. pet.

Fideiussio iudiciaria, seu prætoria sine officialis, vel iudicis interuentu facta non tenet.

CAP. XXVII.

DEcimo fideiussio iudiciaria, quando non fit coram officiali, vel notario non valet. Bossi. in prax. crim. tit. de carcer. fideiussor. committ. nu. 68. & facit l. eum pro quo quis. ff. de in ius vocand.

Fideiussio de iudicio sisti: quando actor actione caret de iure non subsistit.

CAP. XXVIII.

VNdecimo. Quando actor actione caret, idque notoriè constat, fideiussio de iudicio sisti præstita nullius est roboris, l. si cum vbi Castrens. Fulgos. & Alex. ff. si quis caut. Natt. consil. 82. num. 2. vol. 1.

Fideiussio prætoria coram incompetenti iudice præstita non tenet.

CAP. XXIX.

DVodecimo. Fideiussio præstita coram iudice incompetenti de pa-

patendo eius mandatis, vel de soluendo iudicatum; vti fundata super iudicio nullo est ipso iure nulla. Bald. in l. 2. in §. 11 per illum text. ff. qui satisd. cog. vbi Alex. quos refert, & sequitur Natt. d. consil. 82. num. 1. volum. 1. Vinc. de Franc. decis. 400. num. 8. in 2. part. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 14. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non fideiubere, & demum medio iuramento fideiubens non obligatur.*

2 *Contra protestationem iudici factam de non fideiubendo quis fideiubens non obligatur.*

Iurans non fideiubere: & medio iuramento fideiubens non obligatur.

CAP. XXX.

1 DEcimotertio: Quando quis iurauit non fideiubere, & demum medio iuramento fideiussit, ex tali fideiussione non obligatur. Marsil. tub. eod. q. 28. nu. 203. Iaf. in l. qui in aliena. §. Celsus, num. 12. cum seqq. ff. de acquir. hæred. Petr. Gerard. sing. 52. num. 1. vbi decidit: quod fideiussor,

2 † qui promisit fideiubere pro accusato, si antequam fideiubeat iudici, protestetur salua eius reuerentia, quod si ipsum recipit in fideiussorem, quod nullo modo intendit se teneri de tali fideiussione, & postea fideiussit: non tenetur. De quo latè diximus supra in hac 2. part. sect. 4. cap. 12. vbi declarauimus, quomodo hoc dictum intelligendum sit, & infra hac ead. sect. c. 57. & 58.

Fideiussio malorum morum: turpitudinis, inhonestatis ac peccati nutritiua seruanda non est.

CAP. XXXI.

DEcimoquarto: Fideiussio contra bonos mores, continens turpia, & causam inhonestam vti ab infecta radice emans, & scaturiens non valet. Bald. in l. si fideiussor. in princip. C. mand. diximus supra hac ead. sect. cap. 1. num. 9.

Fideiussor ad damnum ex iniuria iudicis proueniens non obligatur.

CAP. XXXII.

DEcimoquinto: Fideiussor datus ob damnum proueniens ex iudicis iniuria non obligatur. Et ratio illa assignatur, quia in omnibus promissionibus, & obligationibus, quæ factum alterius concurrunt numquã videtur de iudicis iniuria cogitatum. Bald. in l. si sine, in §. cum autem nu. 1. & 2. ff. rem rat. hab.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor ad pœnas legales non tenetur.*

Nisi hoc sit expressè cautum. nu. 4.

2 *Pœnæ legales sunt, quæ veniunt ob moram, iuramentum, contumaciam, vel inficiationem, vt etiam quæ augentur post litem contestatam.*

3 *Fideiubens pro accusato non tenetur ad pœnam, quæ creuit ob contumaciam, vel negationem.*

Fiudeſſio in pœnis legalibus non datur.

CAP. XXXIII.

1 FIdeiuſſor ad pœnas legales, vt ſunt
2 illæ, quæ veniunt † propter moram, iuramentum, contumaciam, vel negationem aſtringi non poteſt: vt etiam ad augmẽtum, quod venit poſt contractum. Bart. in l. 1. num. 4. ff. de
3 in litem iurando. † Fideiubens enim pro accuſato non tenetur ad pœnam, quæ creuit per contumaciam, vel inficiationem. Bartol. in l. quæro. ff. loc. Alex. & Iaſ. in d. l. 1. ff. de lit. ur. Rom. conſ. 507. Fely. in c. cum ordinem, in 4. col. num. 6. verſ. & dicit Petr. de Peruſio de reſcrip. Aug. Arret. de Malefic. in verb. pro quibus, vel quolibet, verſ. quæro an fideiuſſor teneatur. Marſil. rub. eo. q 8. num. 91. Boer. deciſ. 314. index col. 3. Rom. conſ. 270.
4 pro deciſione in fi. † niſi ſit promiſſum in obligatione fideiuſſoria ſoluere omnem pœnam, etiam per contumaciam, & negationem Iaſ. in §. quadrupli in prima, & ſecunda col. inſt. de act. diximus ſupra in prima part. in prælud. ſect. 2. c. 1. nu. 17. verſ. iſte fideiuſſor, & in hac 2. part. ſect. 5. c. 1. num. 7. & 8. lim. 2. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor fideiuſſioni non conſentiens nõ obligatur, & nu. 4.*
2 *Fideiuſſor dicitur fideiuſſioni non conſentire, quando puta alterius pro quo non interceſſit obligationi, conſentit.*
3 *Stipulatio ex carentia conſenſus, nulla, & inefficax eſt.*
5 *Conſenſus anima contractus dicitur.*
6 *Dans fideiuſſorem, me ignorante, vel diſſentiente, nihil eũ egiſſe dicendum eſt.*
7 *Si quis me ignorante, aut diſſentiente aliquem pro fideiuſſore dederit, & pro fideiuſſore deſcribi fecerit, pœna falſi tenetur.*

Defectus: & carentia conſenſus fideiuſſionem annullant.

CAP. XXXIV.

1 DEcimoſeptimo. † Quando fideiuſſor fideiuſſioni non conſentit: Puta, quia pro obligatione alterius
2 † pro quo non interceſſit: tunc talis eius fideiuſſio non tenet. l. 1. ff. de pact. l. conſenſu. ff. de act. & oblig. Pariſ. conſ. 162. nu 27. vol. 4. nam fideiuſſio per ſtipulationem fit. l. blanditus. C. eo. † ſtipulatio autem quæ verbis fit,
3 niſi conſenſum habeat nulla eſt. l. 1. §. 1. ff. de pact. l. 3. §. 2. ff. de act. & oblig. l. cum Aquiliana ff. de tranſactio.
4 Et quod fideiuſſio non teneat, niſi fideiuſſor fideiuſſioni conſenſerit faciunt text. in l. hæreditatem, ibi, præſens quis interrogatus fideiubeat. ff. mand. text. in l. item in §. Labeo. ibi. fideiuſſorem volentem dederit. ff. quod met. cauſ. & voluerunt Caſtr. in l. ſi quis pro eo. num. 5. ff. de fideiuſſ. Fului. Pacian. de prob lib. 1. cap. 191.
5 num. 70. † Conſenſus enim dicitur anima contractus Caſtr. in d. l. ſi quis pro eo. nu. 5. Curt. iun. conſ. 53. nu. 7. part. 1.
6 Et ideo nihil actum † eſſe dicitur, ſi quis me ignorante, aut diſſentiente fideiuſſorem dederit, l. fin. verſ. etenim abſurdum. C. de auth. præſt. † in
7 tantum quod ſi quis me ignorante, vel diſſentiente fideiuſſorem deſcribi fecerit, pœna falſi tenetur l. qui volentem ff. ad l. Corn. de fal. l. fin. verſ. iniquum. C. de conueni. fiſci debit. l. 1. C. de fideiuſſ. lib. 10.

SVM-

SVMMARIVM.

1 In fideiussione consensus requiritur.
2 In fideiussione consensus an debeat esse expressus, vel saltem præsumptus, & tacitus satis sit.
3 Præsens, tacens, & patiens se in aliqua dispositione pro fideiussore describi, ac vti fideiussor obligetur.
4 Præsens quãdo impedire potest: & non impedit, sed tacet, tunc pro consentiente habetur.
5 Taciturnitas consensum inducit, etiam in ijs, quæ præiudicialia sunt.
6 Præsens, sciens, tacens, & tolerans se in aliquo actu à debitore nominari, describi, & referri pro fideiussore fideiussor non efficitur, nisi expressè, & specifice dictæ fideiussioni consentiat, & num. 16.
7 Voluntas, & consensus fideiubentis est causa efficiens fideiussionis.
8 In fideiussione (cum per stipulationem fiat) verba requiruntur, & ideo taciturnitas cum tolerantia non sufficit.
9 Verba in fideiussione eodem modo requiruntur, quo facta in ijs, quæ pro eorum expeditione factũ requirunt.
10 Taciturnitas in ijs casibus non nocet, in quibus, quis scit us suum sibi saluum, & integrum esse.
11 Tacens pro dissentiente, inuito, & contradicente habetur, quando agitur de iuris nostri diminutione.
12 Idem quando tractatur de magno, & notabili præiudicio.
13 Etiam quando sumus in arduis explicandis, in re graui, & onerosa.
14 Tacens regulariter non consentit, nec dissentit.
15 Tacere est medium inter consentire, & dissentire, quod quando agitur de commodo extremo consentire, quando verò de damno præiudicio, & incommodo extremo dissentire applicatur.
17 Taciturnitas pro consensu habetur etiã in ijs, quæ præiudicium afferre solent, quando vltra præsentiam, & taciturnitatem interuenit aliquis actus extrinsecus, & positiuus.
18 Taciturnitas iniuncta alicui rei inductiuæ, & demonstratiuæ consensus, tunc tacens, & præsens, etiam in actu obligatorio consentire videtur.
19 Conclusio, quod præsens, & tacens, & patiens se in aliquo actu pro fideiussore describi, vti fideiussor non obligetur multis modis limitatur.
20 Primo quando in iudicio hoc fecerit, & in simul à iudice iussus, vt respondeat, tacuerit.
Secundo quando in iudicio, & actis non contradicente se describi permiserit in instrumento contractu, vel apocha. num. 23.
21 Iussus loqui, si tacet consentire dicitur.
22 Iussus loqui à iudice si cum indignatione, & murmuratione à loco iudicij recedit pro dissentiente habetur.
24 Paria sunt expressis verbis voluntatem suam declarare, & rebus, ac factis.
25 Patientia geminata fideiussionem inducit.
26 Calor iudicij multum operatur.
27 Fideiussor, qui patitur in actis curiæ poni, & describi nomen suum à Notario, & incontinenti non contradicat, quod efficaciter obligetur, multa remissiuè.
28 Cautela pro isto fideiussore est, quod statim contradicat, & declaret mentem suam, quod non vult fideiubere.

Præsens, tacens, & patiens se pro fideiussore describi, & in aliquo actu nominari, & non contradicens an, & quando vti fideiussor teneatur.

CAP. XXXV.

EX conclusione supra firmata inferunt doctores ad quæstionem:

1 † an (cum in fideiussione, vt dictum est requiratur consensus) iste talis

2 † consensus in fideiussione requisitus præcisè expressus esse debeat, vel saltem præsumptus, & tacitus sufficiat.

3 Et † sic an præsens, tacens, ac patiens se in aliquo actu, ac dispositione, puta instrumento contractu, chyrographo, vel aliqua alia scriptura pro fideiussore describi, annotari, referri, & nominari fideiussor taliter efficiatur, vt ad dictæ fideiussoriæ obligationis, obseruantiam astringi possit.

Et pro affirmatiua, quod astringi possit, hæc suadere videntur.

4 Primo, † quia præsens actui, quem impedire potest, etiam si taceat, consentire videtur: glos. in l. qui patitur, ff. mand. l. sæpè. vers. sed scientibus, & vers. cur autem ff. de re iudi. l. quidam ff. de euict. c. 1. de appel. in 6. Tiraq. de retract. §. 1. glos. 9. num. 113. Ofasch. decis. Pedam. 62. num. 19.

5 Corroborãtur præmissa. Quia † taciturnitas cõsensum inducit etiam in ijs, quæ præiudicium aliquod afferre solent. c. 1. in §. fin. de disp. impub. in 6. omnes in l. quæ dotis. ff. sol. matrim. Bart. in l. 1. ff. de relat. Bald. in l. 1. C. de neg. gest. Menoch. de præsump. lib. 6. præsump. 99. num. 15. cum seqq.

In contrariũm tamen est communis opinio. Videlicet. † Quod præsens,

6 sciens, ac tacens, & patiẽs se in aliquo actu à debitore nominari, describi, ac referri, fideiussor non efficiatur: nisi expressè, & explicitè dictæ fideiussioni consentiat: vt dixerunt Boer. decis. 314. nu. 5. Emanuel Suarez. com. opin. in littera F. opinione 145. qui dicit communem.

7 Et ratio est: † quia voluntas, & consensus fideiubẽtis, qui in hoc casu deest est causa efficiens fideiussionis.

7 Alia etiam ratio deducitur: † quia in fideiussione, quæ per stipulationem fit, verba requiruntur. Quò fit vt non sufficiat taciturnitas, l. 1. §. si quis ita, & l. si stipulor, in §. fi. ff. de verb. obli. Menoch. de præsumpt. 99. nu. 52. Et

9 eodem † modo requiruntur verba in fideiussione, quo in ijs, quæ pro eorum expeditione requirunt factum, in quibus verba non sufficiunt. l. 1. §. 1. ff. de vi, & vi arm. l. merũ. C. de his, quæ vi, metusque causa. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 19. num. 6.

10 Amplius: † taciturnitas numquam in ijs casibus nocet, in quib. quis scire potuit ius suũ saluum, & integrum sibi esse, & permanere. l. sicut. §. non videtur, ff. quibus mod. pign. vel hypot. sol. l. Titio. §. Lucia. ff. de leg. 1. l. Gaius. ff. de pig. act.

11 Et ideo, † quãdo agitur de iuris nostri diminutione tacens habetur pro inuito, contradicente, & dissentiente. l. filius fam. in §. inuitus. ff. de procur. l. inuitũ. ff. de seruit. vrb. prædio. Alex. in l. quæ dotis. num. 28. ff. sol. matrim.

12 Ceph. cons. 235. num. 29. vol. 1. † & maxime quando agitur de magno, & notabili præiudicio, quia tunc tacens pro dissentiente habetur. l. pænul. ff. de fund. Natt. in c. quamuis colum. 12. de

13 pact. in 6. Afflict. decis. 58. nu. 3. † & quod in arduis explicandis, in qua, re graui, & onerosa requiratur expressus consensus, nec sufficiat taciturnitas absque contradictione, firmant Abb. in

in c. in causis. colum. 2. de elect. & Felyn. in c. nonne. num. 12. de præscript.

114 Regula iuris † enim ille, qui tacet nihil dicit. l. qui tacet. ff. de reg. iur. & c.

115 qui tacet de reg. in. in 6. † tacere enim est medium inter consentire, & dissentire, quod extremo consentire applicatur, quando tractatur de tacentis commodo: extremo verò dissentire, quando de tacentis, & præsentis damno, præiudicio, & incommodo agitur Cagn. & Dec. in d. l. qui tacet. Dyn. in d. c. qui tacet.

116 Et quòd præsens, sciens, ac patiens se in aliquo actu pro fideiussore nominari vti fideiussor non obligetur, faciunt l. si pater tuus. C. eod. de fideiuss. l. si non subscripsisti. C. de admin. tut. l. Gaius Seius. ff. de pign. act. l. 2. C. de rebus alien. non alien.

Contraria autem procedũt, & præ-

117 sertim illud, † quod taciturnitas pro consensu habeatur, etiam in illis casibus, qui præiudicium afferre solent, quando vltra præsentiam, & taciturnitatem, etiã interuenit aliquis actus positiuus, & extrinsecus, qui declaret voluntarem eius, qui præsens, & tacens est, & ei, quod agitur, nõ contradicit. Aym. cons. 111. nu. 1. Olasch. decis. Pedam. 32. nu. 10 M noch. de præsump. d. præsumpt. 99. nu. 21 & præ-

118 sumpt. 9. nu. 20. quado enim taciturnitas est iuncta alicui rei inductiuę, & demonstratiuæ consensus, tũc præsens, & tacens etiam in actu obligatorio consistere dicitur. Atti. ct. decis. 308. num. 14.

119 Sit igitur conclusio. † Quod præsens, tacens, & patiens, se in aliquo actu pro fideiussore referri, adnotari, describi, & nominari, & non contradicens, nihil sibi præiudicat, & vti fideiussor non obligatur, nisi dictæ fideiussoriæ obligationi expressè consentiat.

Limit. modo primo hæc conclusio,

120 quando præsens, † tacens, & patiens in aliquo actu in iudicio se pro fideiussore nominari sinat, toleret, & permittat: & in simul iubeatur à iudice respõdere an fideiubere velit, aut nolit, & ipse tacear: Nam tali casu cum habeatur pro consentiente vti fideiuss-

121 sor tenetur, & ratio est † quia iussus loqui si tacet consentire dicitur l. de ætate in §. qui tacuit. ff. de interrog. in iure fact. l non solum, in fi. princ. ff. de procur. cap. 2. de confess. in 6. Innoc. in c. 1. de his quæ fiunt à maior. par. cap.

122 Sublimitatur tamen hoc: † quando quis statim post iussum iudicis pro indignatione, & cum murmuratione à loco iudicij abierit, tũc enim ista abitio, & subitus discessus denotant dissensum: argum. l. quid si fugitiuus. ff. de edil. edict.

123 Lim. secundo, quando quis † præsens, tacens, & patiens se in iudicio, & in actis pro fideiussore adnotari, & nominari sinat non cõtradicendo: sed toleret nomen suum in instrumento cõtractu, apocha, vel aliquo alio actu apponi, & referri: nam cum tunc pro consentiente habeatur vti fideiussor obligatur, & eodem modo, ac si expressè consenserit, & per stipulationem promisisset. l. cum ostendimus, in § fin. ff. de fideiuss tutorum, l. 2. in princ. ff. ad municip. l. honor. s. §. fin. ff. de decurio. l. 1. & 2. C de filijsfam. & quemad. pro his pater tene. lib. 10. l. si eo tẽpore, & l si hypothecas. C. de

124 remiss. pign. & ratio est: † quia paria sunt quem expressa uoce uoluntatem suam declarare, uel rebus, aut factis idem importãtibus. l. de quibus. ff. de legib. l. si debitor in §. agnouisse. ff. de

fidei-

fideicom.lib.l.1.§.scientiam ff.de tribur.act.auth.ad hoc ibi sciens eam dici. C. de lat. lib. toll. vel melius dicas

25 eam rationem esse: † quia geminata patientia fideiussionem inducit: vt est in proposito: in quo iste talis primo tacet, secundo, quia nomen suum ad acta, & in chyrographo referri patitur. Barbar.cons.80. in quinta colum. part.2. Petr.de Rauen.sing.199. Corsetr. de verbis gemin. num.30. Bald. consil.204.volum.1. Vini.com. opin. opin. 111. Boer. decisio.314. Gerard. Mazol.consil.26.num.8.cum alijs relatis ab Ant.Hering.de fideiuss.cap.7.

26 nu.55.additur, & tertia ratio: † quia calor ius, & fomentū iudicij hoc operantur Dec.in l.pacta nouissima.nu 6. C.de pact. Curt.in l.tale pactum. in §. qui procurauit, nu.25.& 27. de pact. Afflict.decis.387.num.1. Menoch.de præsump.præsumpt.99.num.43. Fului. Pacian.de probat. lib. 1.c.29.num. 35.38.& 39.

27 Et de hac regula, † quod fideiussor. qui patitur nomen suum poni, & describi in actis curiæ à notario pro fideiussore alicuius, & in cōtinenti non contradicat, licet expressè non dicat, promitto, & fideiubeo, quod vti fideiussor efficaciter obligetur diximus supra in prima part. principali in sect. 3.cap.17. aliàs 36. num.7. in prælud. & in hac eadem secunda part. sect. 3. cap.5.nu.17. & 18. vbi multa alia addidimus.

28 Cautela tamē darut † ad occurrendum præmissis,& ne temere quis huic periculo se exponat, vt incontinenti voluntatem suam declaret apud acta, vel alio modo quod fideiubere, & cōsentire non intendit l.1. in fin. princ. ff.ad municip.l.honores, in §. fin.ff.de decurt. l.1.§.scientiam. ff. de trib. act. l.1.& 2.C.de filijsfam.& quemadmodo his parer teneatur.lib.10.

Fideiussio sine stipulatione nihil est.

CAP. XXXVI.

DEcimooctauo. Fideiussio sine stipulatione concepta non valet. fideiussor enim non obligatur pacto nudo: sed exigitur expressa vel tacita stipulatio.l.Blanditus. C.de fideiuss.l. 5.§.satis acceptio, & l.sciendum. ff.de verb.oblig.§.fin.inst.eod. & hoc pronūciatum latè posuimus supra in hac 2.par.sect.3.cap.5.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio prætoria absque scriptura non tenet.*

2 *Acta requirunt scripturam.*

Fideiussio iudiciaria sine scriptura nullius est efficaciæ.

CAP. XXXVII.

1 DEcimonono. Fideiussio sine scriptura contracta non valet. auth. generaliter. C.de Episcop.& cler. vbi cauetur, quod in actis actor fideiussorem præstare debet, & certū est, quod

2 acta non fiunt nisi scribantur. Et dicit ad litteram text. in l. si fideiussor. C. de fideiuss. & aduertit Pet. Rocch. in suo cordistolog. rerum ciuil. c.20. Declara tamen, & intellige hæc vera in fideiussione iudiciaria de iudicio sisti ex causa priuata: secus si ex causa publica vt legitur in dicta l. si fideiussor.

Fide-

Fideiussio fundata super contractu, & iudicio nullo nullius virtutis est.

CAP. XXXVIII.

VIgesimo. Quando fideiussor accedit cõtractui. & iudicio nullo: vt etiam quando intercedit pro eo, qui nullo modo est obligatus: tunc eius fideiussoria obligatio non subsistit. l. cum lex. ff. eo. § fideiussores. inst. eo. glos. in l. 1. in verbo omni. ff. eo. signanter Ias. cons. 133. num. 36. vol. 4. Apposti. ad Alex. cons. 59. nu. 11. vers. accessoria lib. 1. Magon. decis. Floren. 137. nu. 2. vers. quo stante, diximus supra in hac eadem 2. patt. sect. 1. c. 1. & cap. 5. vbi plenius de hoc egimus, & hac eadem sect. 1.

Fideiussor obligationi extinctæ, vel caducatæ non accedit.

CAP. XXXIX.

VIgesimoprimo. Pro obligatione extincta non potest accedere fideiussor. Idem etiam si antequam sit extincta: sed sub conditione: & ante conditionem purificatam caducetur, & extinguatur. Quia tali casu non reperitur primum extremum habile l. postquam cũ ibi notatis vt lega. nom. caue. l. quoties. ff. de nouat. Castr. in l. creditorem. nu. 4. vers. item nota ex 2. dicto. ff. ad Macedon.

Inæqualitas, ac diuersitas inter obligationem fideiussoris, & principalis vitiant fideiussionem.

CAP. XL.

VIgesimosecundo. Disparitas inter obligationem fideiussoris, & principalis: Puta, quia fideiussor se obligauit in plus, quam principalis obligationem fideiussoriã vitiat. Bart. in l. hi qui accessionis. num. 1. ff. eo. Rimin. Sen. cons. 291. num. 4. & 5. vol. 2. fideiussor enim non potest teneri in plus, quã principalis teneatur. l. Græcè, in §. illud, vbi Bart. nu. 2. & in §. si quis Stichum. ff. eo. l. si testamento in §. fin. in fi. & l. si à reo sub conditione. ff. eo. § fideiussores instit. eo. cum alijs quæ latè deduximus supra in hac 2. p. sect. 1. c. 3. per totum, & ideo fideiussor promittens frumentum, vel aliam rem non obligatur, quando principalis tenetur ad pecuniam, l. si ita 43. ff. eo. Pinell. in rubr. C. de rescind. vend. num. 18.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pro illo non intercedit, apud quem actiua obligatio non residet, licet pro obligato intercedat, vbi de exemplo.*

2 *Fideiussor non potest se obligare alteri, quam creditori.*

3 *Principali deficiente non potest ineffe deduci accessorium.*

Fideiussio denegatur: quando sit penes illum, qui actiua obligatione caret.

CAP. XLI.

1 VIgesimotertio. † Fideiussor non potest intercedere apud illum, penes quem non est obligatio actiuè, 2 licet pro obligato intercedat. † Puta si es debitor meus, & vis dare fideiussorem: nam non potest fieri, vt fideiussor se obliget alteri, quam mihi. Cast. 3 in l. fideiussor. 17. nu. 1. & 2. ff. eo. † fideiussor enim non potest intercedere pro eo, qui nullo modo est obligatus: nam

nam deficiente principali non potest inesse deduci accessorium. l. qui contra. ff. eod. Cast. loco præcitato.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor liberatur, quando principalis est effectus non soluendo ob negligentiam, & culpam creditoris, vbi de exemplo.*

2 *Fideiussor an teneatur si ob negligẽtiam creditoris debitor est effectus non soluendo: vbi distinguuntur duo casus, & vtroque concluditur, quod sic.*

Fideiussor an teneatur data, & probata culpa, & negligentia in creditore in exigendo.

CAP. XLII.

1 VIgesimoquarto. † Fideiussor amplius nõ tenetur, quando principalis aliquando fuit soluẽdo, & creditor fuit negligens in exigẽdo suum creditum. l. si fideiussor creditori, & l. si fideiussores, vbi Castr. num. 1. ff. eo. Rimin. Sen. cons. 641. num. 3. vol. 3. Exemplũ assignatur, lapsum est tempus exigẽdi debitum, pro quo puta Titius fideiussor præstitus fuit, creditor differt exigere, & sic in exigendo est negligẽs: dubitat fideiussor, ne reus interim labatur facultatibus, & ideo denunciat creditori, vt agat contra debitorem, & creditum exigat, dum soluẽdo est, & protestatur, quod si efficiatur non soluendo, quod non vult teneri: Dubitatur, an excuset fideiussor, si negligat creditor exigere, si postea reus sit effectus non soluendo? Bertazzol. ponit hanc quæstionem in suo tract. de clausis clausula 43.

2 glos. 4. † & distinguit duos casus. Primus est, quando fideiussio est facta in subsidium. Secũdus quando fideiussio est facta simpliciter, & purè. Et licet in hoc secundo casu videatur dubitari, tamen tandem in fine in vtroque concludit fideiussorem excusati, & liberari: vide alia infra sect. 10. cap. 17. & 23.

Fideiussor non accedit: vbi saltem non est obligatio naturalis.

CAP. XLIII.

VIgesimoquinto. Vbi naturalis obligatio in principali debitore deest, ibidem fideiussor eidem accedens in nihilo obligatur. l. 1. & l. fideiussor obligari. in §. fideiussor. ff. de fideiuss. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. Iaf. in l. is cui bonis. nu. 7. qui dicit idem quando etiam deest quasi obligatio, quæ ab officio iudicis oritur. Ripa. in d. l. is cui bonis. num. 61. ff. de verbor. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoria obligatio trãsit ad hæredes.*

2 *Non tamen transit ad successorem Prælati.*

Successor Prælati ex fideiussione per Prælatum facta non ligatur.

CAP. XLIV.

1 VIgesimosexto. † Licet hæres fideiussoris obligetur vt fideiussor l. fideiussoris. C. eo. l. 4 in fi. ff. eod. §. fideiussor inst. eo. vbi Bal. Fab. Ang. Ozer. & alij. Hæres enim fideiussoris vt fideiussor obligatur. l. potest accipi. ff. eo. not. in l. ex contractibus, & in

2 l. ex depositi. ff. de verb. obl. † Tamen hoc secus est in successore Prælati, qui ex fideiussione per Prælatum facta nõ obligatur. Hostiens. in cap. peruenit.

eo.

eo Summa Armilla. in verbo fideiussor. §. 5. & diximus supra sect. 4. c. 17. lim. 4.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor pro prodigo non obligatur.*
2 *Prodigus nec naturalis obligationis est capax.*
3 *Prodigus consensum non habet, & ideo furioso, mentecapto, & infanti adæquatur.*

Fideiussio pro prodigo præstita non valet.

CAP. XLV.

1 VIgesimoseptimo. † Fideiubens pro prodigo, ad nihilum dictus
2 fideiussor tenetur, & ratio est: † quia prodigus nec naturaliter obligatur. l. is cui bonis, vbi hoc aduertunt Ias. num. 7. Rip. nu. 61. ff. de verb. oblig. Cald. in repetit. l. si curatorem, in verbo cum non absimilis. nu. 22. & 23. C. de in integ. restitutio. minorum.
3 † Prodigus enim caret consensu, ac discretione ad instar furiosi mentecapti, & infantis, qui nullum negocium obligatorium gerere possunt, quique, & ipsi prodigo adæquantur, vt vult glos. in §. furiosus. inst. de inutil. stip. & dixerunt Ias. & Rip. in d. l. is cui bonis, & ideo cum naturalis obligatio cesset etiã cessabit fideiussoria. l. Marcellus. ff. eo: & posuimus hæc omnia supra. eo. c. 7. & 25. & in hac 2. part. sect. 1. c. 3. lim. 3. cum seqq. vbi non nullas ad hoc pronunciatum ad notauimus limitationes.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non obligatur, nisi in instrumento fideiussionis adsit clausula sciens se non teneri: sed teneri volens.*
2 *Clausula ex certa scientia, uel æquipollens non est satis pro ualiditate fideiussionis.*
3 *Clausula sciens se non teneri, excludit omnem præsumptionis errorem.*
4 *Clausula ex certa scientia ponitur in instrumento ad duplicem effectum.*

Fideiussio si caret illis verbis: sciens se non teneri, sed teneri volens, vti erronea corruit.

CAP. XLVI.

1 VIgesimooctauo. † Quando in cõtractu fideiussionis non adest clausula sciens se non teneri, sed teneri volens, cum eo casu fideiussor censeatur per errorem promisisse, non obligatur. l. sed, & si quis, in §. item quæritur, vbi Alex. num. 1. & 2. ff. si
2 quis caut. dicens † non sufficere verba ex certa scientia, vel alia æquipollentia, vbi etiam hoc not. Ias. num. 2. &
3 3. † qui dicit per istam clausulam exceptionis errorem opponi non posse. Bart. in l. fi. in §. idem quæsiuit num. 3. vbi latè Ias. num. 2. & 3. ff. de cond. indeb. Socin. consil. 79. nu. 33. & 46. vol. 4. Gab. de clauss. conclus. 1. nu. 53. & 55.
4 Et scias clausulam † istam poni ad duplicem effectum. Primo vt ostendatur aliud obligationem debitoris principalis esse, & aliud fideiussoriã, pro qua principali obligatione non obligatus accedit fideiussor. Secundo, vt non possit fideiussor allegare se ignorasse in fideiubendo, & obligando credens se teneri ad illud debitum. Bertazz. de clauss. clausula 19. glos. 3. nume. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Fideiussio sine causa facta non tenet: nec ex ea agi potest: etiam quod per stipulationem fiat, & num. 5.

2 Fideiussio sine causa facta vti indiscreta non valet.

3 Nisi animo nouandi facta sit.

4 Veniens ex petitione promissionis sine causa, doli mali exceptione repellitur.

6 Promittens sine causa tenetur, etiam quando promissionem aliqua causa præcessit, ad quam promissio referri posset, & quando essemus in causa leui.

7 Causa vbi non exprimitur, ibi præsumitur error.

8 Error consensum excludit, nihil enim magis contrarium est consensui, quam error.

9 Causa generalis non sufficit, sed requiritur specifica.

10 Causa semper requiritur in promissione adeo quod ex ea quis agere possit.

11 Instrumentum, & contractus sine causa factus nullius est virtutis.

12 Cessio non tenet absque iusta, & legitima causa.

13 Liber rationum non probat nisi semiplenè, nisi in eius partitis causa exprimatur.

14 Confessio sine causa non tenet, nisi sit facta in articulo mortis.

15 Pactum nudum sine causæ expressione est inefficax, etiam de iure Canonico.

16 Mutuum, vel depositum præsumitur, vbi accipitur pecunia absque causa.
Vel saltem contractus innominatus. nu. 18. non autem donationis. nu. 19.
Secus quando fit confessio de recepto sine causæ expressione. num. 17.

20 Obligatio sine causa, nec in vim donationis valet.

21 Nisi ex certa scientia fiat.

22 Idem quando fit sub conditione: quia conditio pro causa habetur.

23 Idem inter mercatores, quorum obligatio nullam causam requirit.

24 Causa non tantum necesse est, quod à principio in dispositione interueniat, verum etiam quod duret.

25 Fideiussio sine causa facta non valet, nam eidem doli exceptio obstat.

26 Nisi cum iuramento fiat.

27 Idem quando pro amico interponitur.

28 Idem si in iudicio facta sit.

29 Idem si fiat animo nouandi, & donandi.

30 Fideiussio & obligatio sine causa scienter facta, animo donandi facta censetur?

31 Fideiussio ad liberandum, facta etiam sine causa valet.

32 Idem quando est conditionalis.

33 Conditio pro causa habetur.
Idem quando se obligat ex certa scientia. num. 34. & 37.
Idem quando fit inter mercatores. numero 35.

36 Fideiussio causam non desiderat: quando in actu præcedenti de ipsa causa fuit tractatum.
Idem quando est apposita clausula sciens se nō teneri: sed teneri volens. nu. 41.

37 Stipulatio, & promissio recipiunt interpretationem ab actu præcedenti.

38 Ex primordio tituli posterior formatur euentus.

39 Actus præsumitur factus in executionem causæ præcedentis.

40 Fideiussor quādo se obligat pro alio respectu illius cui se obligat requiritur causa secus respectu sui.

42 Fideiussoria obligatio nullam aliam causam, præter obligationem principalem, expostulat, & sufficit id solum, quod sit cum causa facta, vt creditori magis cautum sit.

Fide-

Fideiussio sine causa facta non valet.

CAP. XLVII.

1 VIgesimonono. † Sicut promissio, & obligatio, etiam per stipulationē factæ nulla subsistente causa 2 † tanquam indiscrete non tenēt l. 2. §. circa. ff. de dol. excep. l cum de indebito. in §. fin. ff. de probationibus c. si 3 cautio, de fid. instrum. † nisi appareat, quod fuerint factæ animo donandi. Alex. consil. 13. col. 1. num. 2. cons. 159. num. 2. lib. 2. & cons. 180. lib. 7. Soein. iun. cons. 106. num. 6. lib. 3. qui dicit 4 venientem ex petitione † promissionis sine causa repelli doli mali excep- 5 tione. † Et quod obligatio sine causa facta non valeat: vltra allegatos hoc etiam tenent Seraph. tract. de priuil. iuram. priuil. 77. num. 67. Strach. de adiect. part. 4. num. 1. Ann. sing. 250. 6 Ceph. cons. 108. num. 1. vol. 1. † qui in duobus casibus hoc pronunciatum limitat, & quando aliqua præcessit causa, ad quam obligatio referri posset, vt etiam quando essemus in causa leui, idem Ceph. cons. 220 num. 27. vol. 2. qui huius dicti eam rationē esse vult: 7 quia † vbi non exprimitur causa, ibi 8 præsumitur error, † qui cōsensum excludit. Adde eundem Ceph. cōs. 332. nu. 1. volum. 3. quod, & voluit Ic. de Amic. consil. 129. qui dicit, hoc verum, etiam quod causa generalis † exprimatur, quia requiritur specifica, & certa, vt ibidem per eum nu. 3. Alex. consil. 181. incip. lectis, & ponderatis: qui dicit, quod non solum requiritur, quod causa sit in obligatione: verum etiam quod sit apta, & intelligibilis: cum paria sint causam non exprimere: vel exprimere, sed non aptè, & intelligibiliter. Marsil. in rubr. de probat. num. 159. qui vult huiusmodi exceptionem retardare executionē instrumenti. Carpan. super stat. Mediol. 10 c. 42. nu. 185. lib. 1. † Ad hoc enim, vt quis ex promissione agere possit, semper requiritur causa. d. l. 2. in §. circa. vbi glos. ff. de dol excep. gl. in l. generaliter in verbo communem, vbi Bal. Ang. & Salyc. C. de non num. pec. gl. etiam in l. cum de indebito, in §. fi. ff. de prob. Lanfran. de Orian. in c. quoniam contra. nu. 25. de probat. & hæc adeò vera sunt, quod fideiussionis causa cessante cessat etiam dicta fideiussio. Bart. in l. in omnibus. ff. de adopt. Tiraq. de causa cessant. part. 1. nu. 12. Surd. decis. 260. & 276. num. 7. Ant. Hering. tract. de fideiuss. c. 10. nu. 58.

11 Hinc est. † Quod instrumētum sine causa factum nullum est. d. l. cum de indebito in fi. Gig. cons. 58. nu. 12. & nullam executionē meretur. Alex. consil. 4. & cons. 83. vol. 1. Io. de Amicis cons. 129.

12 Hinc etiam fit, † quod cessio non valet, quando sine iusta, & legitima causa, & sine iusto, & legitimo titulo facta est. Gabriel. de actio. concl. 5. num. 2.

13 Hinc pariter resultat. † Quod liberationum debet cōtinere causam partitæ in eo appositæ. Aym. de antiquit. temp. p. 1. §. 4. limitatur dicta conclusio. nu. 46. qui dicit talē obligationem probare semiplenè tantum: & ineffi- cacem ex ea obligationem oriri, quando partita est sine causa. Ioseph. Lud. cōsel. 29. vers. 4. requiritur, quod causam in scriptura subiunxerit.

14 Hinc itidem oritur. † Quod confessio sine causa facta non valet. Alex. cons. 37. num. 7. vol. 3. nisi fuerit facta in articulo mortis. Rol. cons. 37. nu. 5. volum. 3.

15 Hinc etiam detinat. † Quod pactũ nudum sine causa factum, etiã de iure Canonico non subsistit. Ceph. consil. 642. num. 113. volum. 4.

16 Est benè verum: † quod quando accipitur pecunia, & non exprimitur causa censetur causa, & titulus mutui, vel depositi, & præsertim quando numeratur pecunia. gl. in l. cum quid vbi Bart. num. 11. ff. si cert. pet. Crott. consil. 186. num. 20. vol. 2. Alex. cons. 37. num. 8. vol. 3. qui dicit hoc secus

17 esse, † quando fit confessio de recepto sine causæ expressione. Rom. cõs. 238. num. 3. qui vult hoc, quando quantitas pecuniæ soluta fuit magna. † Vel saltem præsumitur contractus innominatus. Crott. d. consil. 186. num. 8.

19 † & quod quándo nõ est expressa aliqua species contractus, vel causa nominati: quod in dubio iudicetur titulus mutui, depositi, commodati, contractus innominati, & nõ donationis. firmant Bart. in d. l. cum quid. nu. 11. vbi Cagn. num. 76. ff. si cert. pet.

20 Sed an talis obligatio † substineatur in vim donationis? glos. in d. l. generaliter. C. de non num. pec. Alexan. cons. 118. num. 3. vol. 4 Bero. cons. 56. num. 16. vol. 1. dicunt quod non, & attestantur de communi.

21 Limitatur tamẽ † hoc in tribus casibus. Primo quando debitor se obligasset ex certa scientia, licet sine causæ omnes in l. campanus. ff. de cert. pet. lib. Bart. in l. si dam. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 157. nu. 10. vol. 6.

22 Secundo, † quando obligatio esset conditionalis, quia tunc conditio habetur pro causa. l. à Titio 108. & l. si quis ita stipulatus. 129. ff. de verb. obl. Hypol. de Marsil. sing. 482. nu 4.

23 Tertio, † inter mercatores: nam inter eos scriptura etiam sine causæ expressione tenet. Bart. in l. si litteras. vbi Salyc. Cast. & alij C. mand. idem Bart. in l. quintus. ff. mand. Bald. in l. si pro ea, in fin. C. mand.

24 Aduerte tamen: † quod non est satis, quod interueniat causa à principio, sed requiritur, quod duret, & non deficiat. Carol. de Grass. tract. de except. ad materiam stat. exclud. omnes excepi. excep 40. num. 10.

Redeundo modo ad materiam, à qua digressum fecimus, Dico: quod sicut promissio, & obligatio sine

25 causa facta non valet: eodem † modo fideiussio sine causa facta nõ subsistit. Marsi. in tub. de fideiuss. q. 45. nu. 318. Decian. cons. 72. nu. 8. uol. 2. qui dicit saltem non valere, ita quod doli exceptione remoueri possit.

26 Lim. 1. † quando fideiussio est cum iuramento, nam tunc non requiritur causa. Socin. iun. cons. 106. nu. 26. uol. 3. Marsi. d. q. 45. nu. 321. Dec. d. resp. 72. num. 9.

27 Limit. 2. † quando probatur amicitia inter fideiussorem, & principalem reum debendi, quia talis amicitia facit, ut præsumatur causa, & fideiussorem contemplatione amici obligationem sumpsisse. Soc. iun. cons. 27. num. 17. uol. 2.

28 Limi. 3. † quando fideiussio est facta in iudicio, nam tunc calore iudicij sine causæ specificatione facta tenet. Marsi. d. tub. de fid. q. 45. nu. 319. in fi. Arret. nostri in l. sciendum. nu. 3. ff. de verb. oblig.

29 Limit. 4. † quãdo coniecturis constat, quod promittentes, & fideiubentes uoluerunt donare, & fideiubendo se obligare, & sic quòd fideiusserunt (ut dicitur) animo donandi: quia tunc fideiussio sine causa facta tenet.

30 Imò † quando de alia causa non apparet:

paret: & fideiubentes sciunt se non debere, nec in aliquo obligatos esse, & sine causa promittunt cēlentur donare, l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. Corn. cons. 121. nu 8. vol. 4.

31 Limit. 5. † quando cautio tendit ad liberandum: quia tunc sine causa facta valet. Corn. cons. 104. nu. 12. in 2. qui dicit cautionem, acquietationem sine causa factas valere: modo liberatoria sint.

32 Limit. 6. † quando fideiussio est cō-
33 ditionalis: nam tūc conditio pro causa habetur, omnes in l. à Titio. vbi Alex. nu. 3. ff. de verb. obl. Afflict. decis. 389. nu. 3.

34 Limit. 7. † quādo fideiussor se obligauit ex certa scientia: licet sine causa. Alex. cons. 157. nu. 10. lib. 6. diximus supra hac ead. sect. c. 28.

35 Limit. 8. † inter mercatores: qui si fideiubent pro alijs, in eorum fideiussionibus causæ specificatio non desideratur, vt pondetauimus supra hoc eodem cap. nu. 23.

36 Limit. 9. † quando in actu præcedenti de causa fuit tractatum: quia tunc actus sequens cum præsumatur factus cum illa causa: licet in eo causa nulla exprimatur: nihilominus cum præsumatur in eo repetita, & tacitè sūb intellecta dicta causa, valet, & tenet Alex. cons. 25. in vlt. col. & cons. 197. nū. 12. lib. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 24. nu. 2. Socin. Sen. cons. 273. col. 4. vers. secūdo quia lib. 2. Menoc. de præsumpt. lib. 3. præsum. 49. nu. 4. & lib. 6. præsumpt. 12. num. 10. Mascard. de probat. concl. 614 nu. 4. Decian. resp. 72. nu. 8. lib. 2. iam sti-
37 pulatio, † & promissio recipiunt interpretationem ab actu antecedenti. gl. in l. triticum in verbo cogitauerit. vbi Bart. & Alex. nu. 5. ff. de verb. ob.

38 † ex primordio enim tituli posterior. formatur euentus l. 1. C. de impo. luc. descrip. Menoch. de præsump. d. li. 3. præsumpt. 49. & indubitata est in iure
39 conclusio. † Quod actus præsumitur factus in executionem causæ præcedētis. glos. in l. quædam mulier. vbi Bar. Alb. Ang. & Castr. ff. de re iud. Aym. cons. 231. nu. 12. & 226. nu. 4. Qiasch. decis. Pedam. 51. nu. 17. Menoch. de præsump. lib. 2. præsump. 74. num. 3. lib. 3. & præsumpt. 134. nu. 30.

Adnotandum tamen est in propo-
40 sito. Quod † fideiussor quando pro alio se obligat, respectu illius cuius causa se obligat, requiritur causa: sed respectu sui alia causa non requiritur, nisi vt alienę obligationi accedat. Soc. iun. cons. 69. num. 5. vol. 2. Cephal. cons. 603. nu. 37. vol. 4.

Et hac de causa multi contrarium
41 tenuerunt. † Quod fideiussio sine causa facta teneat: & maximè quando in fideiussione apponuntur illa verba, vt regulariter fit in omnibus cautionib. sciens se non teneri, sed teneri volens. Mars. d. sing. 482. nu. 2. cum seqq. Decia. d. resp. 72. nu. 8. & quod pro causa satis sit ipsa scientia se nō teneri, dicit Rom. cons. 87. circa d, dū vult, quod per hoc non tollitur, quod non possit
42 allegare indebitum, & errorē. † Imo si principalis obligatio est cum causa, & valida, fideiussio aliam causam non requirit, sed illa sufficit, & satis est pro causa allegare, & docere de obligatione principalis debitoris. Decia. d. resp. 72. num. 8. Socin. iun. consil. 206. lib. 3. Gozad. consil. 61. col. fin. Fanucc. de inuentar. part. 5. num. 125. Plus fideiussoria obligatio nullam aliā causam desiderat, nisi vt principalis obligatio contrahatur, ad hoc vt sit magis cautum creditori. Mantic. de

tacit. & ambig. conuent. part. 2. lib. 6. de tacit. & ambig. fid. conuent. tit. 8. si quis sine causa fideiusserit an astrictus intelligatur. num. 1.

SVMMARIVM.

1 Fideiussor ad pœnam capitalem, & corporalem astringi nequit.
Limitatur tamen hoc multis modis remissiue. num. 4.
2 Statutum, quod fideiussor ad pœnam corporalem teneatur, non valet.
3 Fideiussor an teneatur ad pœnam corporalem hoc totum arbitrarium est.
5 Reus non relaxatur in causa criminali, etiam præstitis fideiussoribus idoneis.
6 Nemo potest se ex cõtractu ad pœnam capitalem obligare.
7 Nemo est dominus membrorum suorũ.
8 Fideiussor, si fideiubendo ad pœnam capitalem se obligare posset, sequeretur, quod in casu condemnationis reus aufugeret, vt dictam pœnam euitaret, & sic eluderetur iudicium, & delicta remanerent impunita, & maxime cum fideiussor ad pœnam corporalem se obligare non possit.
9 Cautela ad hoc vt fideiussor ad pœnam corporalem astringi queat.
10 Fideiussio denegatur, quando imponitur pœna corporis, & sanguinis, nec per eam recipitur, quod fideiussoribus reus à carceribus relaxetur.
11 Fideiussio de representando sub pœna mortis non valet.
12 Cautio de non offendendo non sufficit, vbi odium est capitale.
13 Vxor timens mariti sæuitiam non tenetur redire cum eo, etiam cum satisdatione, & maxime quando imminet periculum vitæ.
14 Cautio, nemo se committere cogitur in [illegible]
[illegible] ad nullam pœnam corporis afflictiuam, imò nec etiam ad carceris pœnam astringi potest.
Excipiuntur tamen tres casus. ibid.
16 Idem in pœna pecuniaria suffecta in defectum pœnæ corporis afflictiuæ.
17 Idem quando pœna esset à lege, vel statuto iudicis arbitrio remissa.
18 Idem in pœna exilij, nam & ipsa capitalis est.
19 Idem in pœna ictus, aliàs sufligationis dicta.
20 Idem in pœna mitræ.
21 Idem tam in laico, quam in clerico.
22 Idem quando fideiussor se vt custodem obligasset.
23 Fideiussor pro custode carcerum, etiam ad pœnam mortis tenetur.
24 Idem in fideiubente pro effractore, & violatore pacis, idem, vt infra numero 26.
25 Idem in fideiussione, quæ præstatur à satellitibus de custodiendo reo extra carceres in aliquo loco tuto.
27 Idem quando extat in contrarium consuetudo.
28 Idem quando pœna alternatiuè imponitur.
29 Idem in causa criminali pecuniaria graui quantumcunque magna, per quam quis in carceribus detineri non potest.
30 Idem in causa ciuili quantumcunq; ardua, in qua quis fideiussoribus relaxandus est, & fideiussor ad pœnam debiti astringi potest.
31 Idem in mulcta, ad quam fideiussor tenetur, licet ad pœnam corporalem non teneatur.
32 Idem in obligatione habente ortum à delicto, pro qua fideiussor se obligare efficaciter potest.
37 Idem, quando lege, statuto, & consuetudine aliter disponeretur.
26 Fideiussores licet in causa criminali non reci-

recipiantur: Tamen bene possunt cogi consanguinei fideiubere pro bannitis, quod non intrabunt confinia, & tali casu isti fideiussores ad pœnam corporalem, & mortis astringi poterunt.

33 *Reus, quando noluit à principio incarcerari, si demum quando in fine fertur sententia dicit se velle dare fideiussores non auditur.*

34 *Idem quando fatetur crimen, etiam quod pœna pecuniaria esset, nam nolendo dare fideiussores repellitur.*

35 *Idem quando semel à carceribus aufugit, nam tali casu cadit à priuilegio, quòd fideiussoribus ueniret relaxandus.*

36 *Persona graduata, & maximæ existimationis, & diuitiæ, etiam quod agetur de pœna corporali, nihilominus fideiussoribus est relaxanda.*

38 *Reus in diebus Paschalibus, natalitijs, infirmitatis, leuium delictorum, & ubi agitur de pœna pecuniaria semper præstitis fideiussoribus à carceribus relaxatur, etiam quod pœna corporalis infringenda esset in aliquibus ex prædictis.*

39 *Quando est dubium an pœna capitali locus esse possit, interim fideiussoribus non est cauendum.*

Fideiussio pro pœna capitali præstita non valet.

CAP. XLVIII.

1 TRigesimo, † quando infligitur pœna corporis, puta sanguinis, vel mortis: tunc fideiussor ad dictam pœnam se obligare non potest, gl. quæ quotidie allegatur in c. cũ homo. 23. q. 5. l. diuus. ff. de cust. reor. Bart. in l. 1. d. tit. de cust. reor. Bald. in l. si barsatorem. nu. 5. C. eod. Hyppol. de Marsil. in l. vnius facinoris. §. cognitorum. num. 9. de quæst. in prax. crim. §. examinanda. num. 12. in rubr. de fideiuss. quæst. 29. num. 206. & cons. crim. 16. nu. 27. Iaſ. in l. non impossibili. nu. 2. ff. de pact. Neuiz. cons. 61. nu. 22. Becci. consil. 14. nu. 34. Rol. cons. 38. nu. 1. lib. 1. Cum. consil. 32. in princip. Bald. consil. 337. num. 3. vol. 3. Crott. consil. 152. num. 9. volum. 2. Capic. decis. 30. num. 5. & 7. Viui. decis. 215. nu. 2. lib. 2. Rom. consil. 15. nu. 2. vbi dicit, 2 † quod nec lex, nec statutum in contrarium disponẽtia valent Couar. var. resolu. cap. 8. nu. 8. lib. 2. Clar. in prax. §. fin. q. 46. versic. sed numquid nu. 18. Io. de Anan. cons. 1. vbi Bologn. in add. 3 nu. 13. Menoch. qui † hoc totum arbitrarium dicit de arbit. iud. cas. 303. nu. 16. cent. 4. lib. 2. Angel. Arret. noster in tract. de Malefic. in versic. pro quibus vbi bona additio Aug. Arim. quæ ad hoc pronunciatum dat multas 4 † limitationes: ad saturitatem Prosp. Farin. in prax. crim. de carcer. & carc. 5 quæst. 33. num. 48. † & ratio est: quia fideiussoribus quantumcunque idoneis reus in causa capitali à carceribus non relaxatur. Bald. d. consil. 337. duo famuli: Clar. d. q. 46. vbi dicit communem. Vel dicas illam esse tationẽ: 6 † quia non potest quis ex cõtractu ad capitalem pœnam se obligare: cum nemo † sit dominus membrorũ suorum 7 l. liber. ff. ad l. Aquil. c. si non licet 23. 8 q. 5. Menoch. d. cas. 303. nu. 16. † alia etiam multum concludens assignatur ratio: quia vbi veniret imponenda pœna corporis facilè esset, quod in casu cõdemnationis reus aufugeret, vt dictam pœnam corporalem eunaret, & sic eludetet iudicium, & delicta remanerent impunita, & maximè cum fideiussor. ad pœnam corporalem se

astringere nequeat, cū, vt dixi, nemo sit dominus membrorum suorum: vt per Farin. in d. prax. q. 33. num. 49.

9 Et † ideo cum iudices maleficiorum, quādo recipiunt tales fideiussores, soleant reos facere obligare ad omnem pœnam, quæ posset requiri ratione processus Bart. in l. cum in iudicio quæ est prima nu. 5. in fi. vbi Cast. nu. 8. ff. de in lit. iur. Ang. de Malefic. in d. versi. pro quibus.

10 Hinc est, † Quod quando infligitur pœna corporis, puta sanguinis, vel mortis fideiussio denegatur, nec admittitur, quòd fideiussoribus relaxetur reus. gl. in d. c. cum homo. 23. q. 5. Bald. in cap. ex relcripto. colum. 3. de iureiur. Salyc. in l. ad Commentariensem. C. de custod. reor. Abb. in rub. de fideiuss. num. 1. Iaſ. in l. 1. in prima, & secunda col. ff. de in lit. iur.

11 Hinc, & secundo fit, † Quod fideiussio de se repræsentando sub pœna mortis non valet, Iaſ. in l. non impossibile. num. 2. de pact. Add. ad Bart. in l. si quis reum. ff. de custod. reorum. Rom. cons. 129.

12 Hinc etiam est, † Quod vbi odium est capitale, cautio sufficiens confideration non potest † quòd fit, quod quando timetur de sæuitia mariti, tunc non tenetur vxor ad eum redire, licet maritus iuret, aut caueat de nō offendendo Aym. cons. 321. num 4. & maximè quādo tutò cum viro commorari non potest absq; vitæ periculo. Natt. cons. 616. nu. 2. 6. & 11. vol. 3. Ceph. cons. 384. num. 69. & 70. vol. 3. † nam in arduis, quis secauionis fragilitati committere compelli non potest. Bal. consil. 240. num. 1. lib. 3. Ceph. dicto cons. 384. num. 66. & ideo vbi personæ periculum vertitur quis cautionis fragilitati se committere non debet. Bald. ibi. Sanctinus in 4. not. C. de sacrosanct. eccl.

15 Extendo præmissa † etiam ad pœnam corporis afflictiuā, & sic ad carceres, & ideo licet rus principalis, puta colonus, & affictuarius carceribus emancipari possint, tamen eorum fideiussores nō possunt. Plot. de in lit. iur. §. 49. num. 18. & 19. quia dicit hoc esse ex eo, quia fideiussores nec tacitè, nec expressè possunt se obligare ad pœnam corporalem, minusque ad carceres: qualitercunque fideiussores fuerint siue de soluēdo, siue de repræsentando, & etiā quod se principales debitores constituerint. Excipit tamen à prædictis nō nullos casus, id est quando sunt fideiussores de iudicatum soluendo. Secundo, quando sunt fideiussores in omnem casum. Tertiò, quando quis vellet contra eos iurare in litem ex eorum proprio dolo.

16 Ampl. 2. † quod fideiussor ad pœnam corporalem se obligare non possit, vt non tantū procedat in pœna corporali simpliciter: verū etiam quando est pœna corporalis in defectum pecuniarię. Bart. in l. 1. num. 1. cum seqq. C. de custod. reor. Farinac. in sua prax. tit. de carcer. & carcer. quæst. 33. nu. 51. & 52.

17 Ampl. 3. † etiam quod pœna esset arbitraria, & à lege, vel statuto iudicis arbitrio remissa Farinac. d. q. 33. num. 54.

18 Ampl. 4. † quando veniret imponenda pœna exilij: cum & ipsa inter pœnas capitales connumeretur. Boss. de carcer. fideicommisso commit. numero 7.

19 Ampl. 5. † ad pœnā ictus, quę vulgo fustigationis dicitur: nam & ipsa capitalis est. Clar. in prax. §. fi. q. 70. vers. est, & pœna ad finem. Diaz. in prax. crim.

crim.cap.9.135. num.4. Farin. in d. prax.crim.tit.de carcer. & carc.q.33.
20 num.57. ampl.4. † qui hoc extendit ad pœnam mittæ, quæ non afficit corpus sicut fustigatio: qui num.58. subdit
21 ista non † tantum procederc in laico: verum etiam in clerico.
22 Ampl.6. † etiam quod se, vt custodes obligassent. Farin. d.q.33.nu.76.
23 Limit. † modo prædicta primo in fideiussore custodis carcerum: quia ad pœnam mortis bene obligatur. Clar. in d.§.fin.q.46.nu.18.in fin. Marc. dubr. eo.num.168.
24 Limit.2. † in obligante se pro alio, & fideiubente ad pœnam capitalem, & mortis: & maxime quando vnà cũ dicta obligatione lex, vel statutũ concurrunt: vt est in effractoribus pacis, qui si tenentur ad pœnã mortis, etiam eorum fideiussores astringi possunt. Alb. de stat. in prima part.q.51.incip. ex prædictis. Couar. variar. resol.c.8. num.8.lib.2.
25 Limit.3. † in fideiussione, quæ præstatur à militibus, & satellitibus de custodiendo reo extra carceres in loco tuto, puta in domo, Palatio, vel Ciuitate. Clar.d.quæst.46.nu.11.
26 Lim.4. † quod licet in causa criminali capitali fideiussores non admittantur, bene tamen cõpelluntur consanguinei fideiubere pro bannitis, quod non intrabunt confinia, & hoc ob vtilitatem publicam. Aog. cons.63. qui excipit consanguineos minores.
27 Limit.5. † quando extat in contrarium consuetudo, quod inquisitus capitaliter fideiussoribus relaxari possit Lud. Bologn. ad l.1. de Ann. consil.1. num.13. Rom. consil.15. & sing.128. Marc. de fideiuss.q.29. Couar. var. c.8.nu.8. Duen. reg.231 lib.2. Menoch. d.cas.303.num.11.cent.4 lib.2.
28 Limit.6. † quando pœna alternatiuè imponitur pecuniaria, & capitalis. Io. de Ann. cons.21.nu.8.
29 Limit.7. † in causa criminali pecuniaria quantumcunque magna, per quam quis detineri carceratus nõ debet, & si vult potest dare fideiussores. Io. de Anna. d.cons.21.nu.8. vbi Bolog. in add. † Idem in causa ciuili ardua quantumcunque grauj, nam in ea carceratus fideiussoribus idoneis est relaxãdus, etiam si pater daret filiam in fideiussorem Bald. cons.90. quæritur an captus. lib.5.num.2.
31 Limit.8. † in mulcta: nam licet fideiussor non teneatur ad pœnam corporis, tamen tenetur ad mulctam, & pro ea potest præstari fideiussor. Cum. cons.32. ante med. vers. Tutius in est.
32 Lim.9 † in obligatione ortum habente à delicto, nam licet quis nõ possit se obligare, intercedere, ac fideiubere pro delicto: Tamen bene potest quis se obligare, & fideiubere pro obligatione habente ortum à delicto, l. si à reo in §.fin.ff.eod. Bertazz. de claus. claus.39.gl.1.num.13.
33 Limit.10. † quando reus noluit à principio incarcerari, & postmodum in fine quando sententia fertur, dicit se velle dare fideiussores, nam non debet audiri, vt etiam quando † fatetur
34 crimen, etiam, quod pœna pecuniaria
35 esset. Vt patet † quando semel aufugit à carceribus, nam tali casu amittit huiusmodi priuilegium, etiã quod fideiussoribus veniret relaxandus. Ald. ad Angel. in d.tract. de Malef. in vers. pro quibus.
36 Lim.11. † in persona graduata, & maxime existimationis, & diuitis. is enim licet agatur de pœna corporali, nihilominus fideiussoribus est relaxandus. Farinac. in sua prax. crimin. tit. de

carcer. & carcer. quæst.33.nu.60. qui demum hoc dictum modificat quando vnà cum nobilitate concurreret etiam eius innocentia, vt ibid.nu.63.

37 Lim.12.† quando sic lege, statuto, vel consuetudine caueretur. Farin.d. loco num.74. & aduertimus supra limit.5.

38 Limit.13.† in diebus Paschalibus, natalitijs, & infirmitatis, vt etiam in leuibus delictis, & vbi agitur de pœna pecuniaria. Farinac.d.quæst.33. num.1.& 77.

39 Aduerte tamen, † quod stante dubietate, an pœna corporis sit infligenda, vel ne interim fideiussoribus non est locus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio pro dote præstari non potest, ne causa perfidiæ detur in connubio.*

2 *Et non tantum pro dote danda, verum etiam pro ea restituenda fideiussor non datur.*

3 *Cautela quomodo possit hæc cautio præstari absque nullitatis in cursu remissiuè.*

4 *Duo rei stipulandi pro dote non possunt dari.*

5 *Quid si sit renunciatum dispositioni iuris, ne fideiussores dotium detur medio iuramento. Articulus est controuersus, sed communis est opinio, quod dictæ dispositioni renunciari non possit.*

6 *Iuramentum contra bonos mores, publicam vtilitatem, & maritalem reuerentiam præstitum, cum per illud detur occasio perfidiæ, & dolus futurus remittatur, non tenet.*

7 *Iuramentum cõtra vim legum, & authoritatẽ iuris præstitum est nullum.*

8 *Iuramentum contra publicam vtilitatem datum non firmatur.*

9 *Eadem facilitate quis iurat, qua contrahit.*

10 *Iuramentum quando non est contra ius diuinum, nec etiam ius naturale: Minusque quando peccatum non continet, & sic quando potest absque dispendio salutis æternæ seruari, tunc omnino seruandum est.*

11 *Cautio non tantum pro dote præstari nõ potest, verum etiam nec pro donationibus propter nuptias, & rebus paraphernalibus.*

12 *Differentiæ multæ dãtur inter dotem, & donationem propter nuptias.*

13 *In dote, quod est vetitum, est etiam prohibitum in donatione propter nuptias, & è contra.*

14 *Donatio propter nuptias eadem pacta recipit, quæ, & ipsa dos.*

15 *Donatio propter nuptias debet remanere semper penes virum, vti dos pro oneribus matrimonij.*

16 *Mulier pro donatione propter nuptias habet bona viri tacitè hypothecata.*

17 *Perfidiæ ratio tam in dote, quam in donatione propter nuptias viget.*

18 *Fideiussor pro dote danda marito accedere potest, secus pro dote vxori reddenda conseruanda, & constante matrimonio restituenda.*

19 *Sed quid si sit iuratum?*

20 *Fideiussor pro dote restituenda vxori in casu vergentiæ viri ad inopiam accedere potest.*

21 *Idẽ in casu sequestrationis dotis, quando maritus fideiussorem idoneum non inuenit. num.24.*

22 *Vt etiam quando aliquis ut correus se principaliter cum marito ad dotis restitutionem obligasset, nam tũc etiam quod agatur de dote conseruanda, valet talis fideiussio.*

23 *Duo rei debendi in dote constitui possunt, qui cum inuicem inter se fideiubere*

bere censeantur, in solidũ obligantur.
25 Fideiussor pro dote soluẽda recipi potest.
26 Idem quando in contrarium extat consuetudo.
27 Fideiussor dotis soluto matrimonio recte obligatur, cùm tunc cesset ratio perfidiæ.
28 Fideiussorem sponte dare maritus non prohibetur, coactus sic.
29 Perfidiæ ratio cessat in marito uolutar è fideiubente.
30 Onus affectatum excusare non solet.
31 Lex non fauet illi, qui se ipsum in necessitate posuit.
32 Iuri prohibitiuo renunciari non potest.
33 Legi prohibitiuæ, penali, annullatiuæ, & mali exempli, nec quidem à uolente renunciari potest.
34 Pactio contra publicam utilitatem, & nutritiua peccati non ualet.
35 Pater potest esse fideiussor pro filio in dote restituenda.
36 Pater pro dote filij potest se obligare.
37 Naturalis caritas inter patrem, & filium, & è contra non patitur inter eos aliquid esse sinistrum suspicionis, & perfidiæ.
38 Pater pro filio dotem suscipiens pro eo fideiubere dicitur.
39 Pater ob dotem filij susceptam, non tãtum nomine filij, uerum etiam nomine proprio conueniri potest.
40 Vsusfructus, quem habet uxor in bonis uiri, dotalitium appellatur.
41 Mulier habens usumfructum in bonis uiri tenetur fideiussores dare de utendo, & fruendo arbitrio boni uiri.
42 Licet pro dote restituenda denegetur dare fideiussores: Tamen non denegantur hypotheca bonorum, & datio pignorum.
43 Ratio differentiæ quare in dote, & hypothecatio, & oppignoratio licitæ sint, non autem fideiussionum datio.
44 Pignus, & hypotheca à pari cum fideiussione procedunt.
45 Per hypothecam, & pignus causæ perfidiæ, maleuolentiæ, & inimicitiæ nõ generantur, ut fit per fideiussores.
46 Pignus remanet in dominio debitoris mariti.
47 In dando fideiussore contumelia est, quę nulla est in pignore.
48 Fideiussio est grauamen probo, & honesto viro.
49 Priuilegium tacitæ hypothecæ, quod habet mulier in bonis uiri etiam cõpetit in bonis fideiussoris qui pro uiro interuenit pro dote restituenda.
50 Fideiussor pro dote restituenda non potest petere se à fideiussione eximi, etiã quod diu in ea steterit, nisi aduenientè cãsu restitutionis dotis.
51 Maritus, qui fideiussores dedit de dote restituenda, hoc non obstante dictam dotem alienare poterit.
52 Mulier pro dote restituenda fideiubens beneficio Velleiani non iuuatur.
53 Mulier à uiro aufugiens malè tractata ab eo, non potest cogi ad eum redire, nisi prius maritus eidem dederit cautionem de non offendendo.
54 Arbitrarium tamen est, an ista cautio sit præstanda, & istud arbitrium à circunstantijs regulatur.
55 Quãdo metuitur sæuitia uiri, quod malè sit tractaturus reuersam uxorem, tunc iudex potest uirum cogere ad dandam hanc cautionem de non offendendo, & in euentum, quod non reperiat fideiussores quod iuratoriam cautionem præstet.
56 Modo sæuitia non sit magna, & de qua valdè timendum sit, & sic cum uitæ periculo.
57 In arduis, quis se cautionis fragilitati committere compelli non potest.
58 Vbi personæ, & uitæ periculum uertitur,

titur, quis cautionis fragilitati committere non debet.

59 *Pratica tamen est, quod mulier in similibus facti contingentis committatur custodiæ alicuius honestæ matronæ in aliquo loco tuto vbi uir, & eius parentes non possint mulieri aliquam vim inferre, donec controuersia finiatur.*

60 *Mulier interim debet petere sibi alimenta decerni, vel fundum dotalem locari pro annua pensione, quæ eidem loco alimentorum deseruiat.*

Fideiussio pro dote præstari non potest. Et de l. 1. & 2. C. ne fideiuss. dotium dentur.

CAP. XLIX.

1 TRigesimoprimo. † Fideiussio pro dote præstita non valet, & hoc ne causa perfidiæ in connubio generetur. l. 1. & 2. C. ne fid. dot. dentur, vbi Batr. & alij. Alex. in l. si constante, in §. quoties, nu. 5. ff. sol. matr. vbi dicit communem, & in l. si cum dotem in §. si mulier. nu. 5. vbi hoc dictū vno modo limitat. ff. sol. matr. dum vult,

2 prohibitum esse fideiussionē † in dote non tantum pro ea consecuanda, verum etiam pro ipsa restituēda Rip. in d. l. si cōstante, nu. 12. Castr. cōs. 188.

3 & 190. vol. 1. vbi dat † cautelam quomodo præmissa eludi possint. Socin. consil. 82. super quæstionibus lib. 3. Corn. cons. 13. nu. 8. in 4. Bald. in l. si cum dotem, in §. transgrediamur. nu. 5. ff. solut. matr. & cons. 29. casus vit donauit, nu 2. versi. item prohibitum lib. 1. Menoch. de præsump. p. esump. 190. nu. 43. lib. 4. præs. 2. Ioseph. Lud. concl. 12. Rom. cōs. 392. nu. 6. Rimin. Sen. cons. 104. nu. 31. vol. 1. Rimin. Iun. in instit. de donat. in princ. nu. 1217. cum seqq. Couar. in prælect. ad rub. de pact. par. 2. §. 2. num. 9. vers. 6. ex præmissa resolutione Lup. in c. per vestras circa fin. vers. quinto dū dicitur mandamus. de donat. inter virum, & vxorem fol. mihi 168. Anch. regi. quæst. fam. 29. nu. 2. †

4 qui dicit idem in duobus reis stipulandi, latè Anton. Heringer. in suo tract. de fideiussoribus. c. 6. num 98. cum infinitis seqq.

5 Ampl. vt hoc adeo verum sit, † vt procedat, etiam quod esset renunciatum medio iuramento, titulo, ne fideiussores dotium dentur: nam illi expressè renunciari non potest. Bald. Nouell. de dote part. 6. priuil. 21. nu. 5. versic. 4. limitatur, qui dicit communem, & in decidendo tenendam, licet contraria in puncto iuris, & in disputando sit verior, secundū Alex. in d. l. si constante, in §. quoties, n 2. limitatione num. 5. Hi autem, qui sequuntur hanc ampliationem quod l. 2. C. ne fid. dot. dentur, etiam medio iuramento renunciari nō possit ad ita tenendum ea præcipua ratione mouētur,

6 † quia hoc iuramentum est contra bonos mores, publicam vtilitatem, & maritalem reuerentiam, cum occasionem perfidiæ det, & per eum dolus futurus remittatur, vnde ex ijs hæc iurata renunciatio attendenda non erit. Batr. in l. si quis pro eo. nu. 9. ff. de fideiuss. Butr. in c. cum contingat, vbi Alciat. num. 11. de iureiur. Add. ad Barr. in d. l. si constante, in §. quoties, nu. 2. Barb. cons. 64. vol. 4. Seraph. de

7 priuil. iuramenti priuil. 69. iuramentum enim contra vim legum, & authoritatem iuris præstitum est nullū l. si quis inquilinos, in §. fi. ff. de leg. 1. l. 3. §. & generaliter, ff. de pact. l. non dubium. C. de leg. Auth. quod eis permittitur, de nupt. & maxime cum iuramentum non firmetur contra fauo-

8 rem

rem publicum. Neuiz. consil. 21. nu. 22. & etiam, quia eadem † facilitate
9 quis iurat, qua contrahit. l. doli mali. ff. de nouat. Bartol. in l. si ex cautione ad finem. C. de non num. pecun. Neuiz. consil. 22. num. 10.

Contrarium quod imo dispositioni l. 2. C. ne fideiuss. dot. detur medio iuramento renũciari possit, & talis renunciatio teneat voluerunt Abb. & Imo. in c. cum contingat. memb. 10. q. 2. extra de iureiur. Castr. consil. 188. & seq. lib 1. & in l. si quis pro eo. in princ. ff. de fideiuss. Alex in d. l. si constante, in §. quoties. nu. 5. Couar. in c. quamuis, part. 2. prælect. §. 2 nu. 9. de pact. in 6. qui alios citat, & communem dicit. Corn. consil. 13. nu. 8. volum. 4. Soc. cons. 103. num. 6. in 3. Bald. Nouell. d. priuil. 21. num. 15. & 18. vbi distinctione vtitur. Et ratio
10 est (secundum prędictos) quia † hoc iuramentum nec iuri diuino, nec naturali contrariatur, minusque vllum peccatum continet: vnde bene absq; dispendio salutis æternæ seruari poterit.

11 Extende secundo, † vt dicta superius non tantum procedant in dote: verum etiam in donationibus propter nuptias, & rebus paraphernalibus: Nam & in ijs fideiussio marito
12 imponenda non est. † Licet enim multæ sint differentiæ inter dotem, & donationẽ propter nuptias, vt per Nat. cõsil. 561. num. 6. 7. & 8. volum. 3.
13 † Nihilominus quod in dote est prohibitum, etiam in donatione propter nuptias veritum cẽsetur, & è conuerso. l. vbi adhuc. C. de iure dot. l. sed iam necesse cum l. seq. C. de donat.
14 propter nuptias. † Donatio enim propter nuptias eadem pacta recipit,
15 quæ & ipsa dos. † Nam donatio propter nuptias, vt idos debet remanere penes virũ semper pro oneribus ma-
16 trimonij. Et ideo mulier † pro tali donatione habet bona viri tacitè hypothecata. l. si constante, in §. iura. C. de donat. ante nupt. l. vbi adhuc. C. de iure dot. Auth. siue à me. C. ad Vel-
17 lei. † vltra quod in vtroque casu viget eadem ratio pel fidiæ.

Limit. tamen, & intellige præmissa, † vt procedant pro dote vxori reddenda, eidemque conseruãda, siue constante matrimonio restituenda: secus
18 pro dote danda marito, pro qua potest accedere fideiussor, vt etiam dari pignus. Bart. in §. est quoque num. 1. in Auth. de nup. Bald. in d. §. transgrediamur. num. 5. & in l. 1. num. 7. ff. de iure dot. bene Alex. in d. l. si constante in § quoties. num. 5. ff. solut. matrim. Bald. Nouell. in d. tract. de dot. in 6. par. priuil. 21. Neguſ. de pignor. in 4. memb. in 2. part. nu. 89.

19 Limit. 2. & intellige prædicta † vera in fideiussione simplici: secus vero est, quando fideiussio iuramento vallata est, quia tunc etiam quod accedat promissioni dotis, restituendæ, ac reddendæ, nihilominus vi iuramenti substinetur. Corn. d. cons. 13. num 8. & consil. 287. num. 3. volu. 4. Ioseph. Lud. d. concl. 13. & decis. Peruſ. 57. nu. 5. in prima part. Couar. de pact. d. part. 2. §. 2 num. 9 versic. 6. ex præmissa. Bald. cons. 29. nu. 2. versic. item prohibitum lib. 1.

Contrarium tamen tenent Cast. d. cons. 188. prafati. in fi. lib. 1. & 190. cum tempore num. 2. vers. & tertio, d. lib. 1. Iaſ. in d. l. si constante. nu. 18. & de veritate istius difficultatis diximus supra proximè in hac eadem conclusione in prima ampliatione.

20 Limit. 3. † in casu vergentis vti ad

inc-

inopiam: nam tali casu cum mulier à viro dotem repetere possit l. vbi adhuc, & l. in rebus. C. de iure dot. etiã, & multo magis fideiussorem pro seruanda dote recipere poterit, sibique constante matrimonio reddenda d. l. si constante, in §. quoties vbi Ias. num. 18. Bald. Nouell. d. priuil. 21. num. 6. cap. per vestras, vbi Abb. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 22. num 11. Andr. Gail. lib. 2. obser. obser. 83. num. 7. & 84.

21 num. 10. † quod extende, vt non tãtum mulier in casu vergentiæ viri ad inopiam habeat facultatem petendi à viro fideiussorem: verum etiam sequestrationem dotis, quando maritus fideiussorem idoneum non inuenit. Bart. in l. si constante, in §. quoties, num. 4. & 20. vbi Alex. & Ias. num. 6. ff. solut. matr. & dicemus infra proxime num. 24.

22 Limit. 4. † quando aliquis, vt correus se principaliter obligasset cum marito ad dotis restitutionem, quia tunc etiam quod agatur de dote conseruanda nihilominus valet talis fideiussoria obligatio. Natt. consil. 52. nu. 5. volum. 1. qui dicit communem, licet enim non possit dari fideiussor pro dote: tamen potest quis se obligare vt correus. glos. Din. & Cyn. in d. l. 2. C. ne fid. dot. dentur. Bar. in l. fi. vbi Saly. C. de dot. caut. non num. Bart. Alex. & alij in d. l. si constante, in §. quoties. Castr. cons. 171. incip. cum tempore, secundum antiquam impressionem. Specul. de dot. post diuortium testi. §. 1. num. 8. vers. illud quoque Paul. de Cittad. de iurepat. part. 3. cas. 2. post. nu. 31. Anch. q. fam. reg. 29. num. 3. Costa. de porti. rat. q. 21. nu. 7. Natt. d. consil. 52. num. 5. Ant. Heringer. de fid. c. 6. num. 195.

23. Fundatur autem ista limitatio in l. fi. C. de dot. caut. & non num. vbi duo rei debendi constituuntur in dote, & vnusquisque eorum in solidum obligatur. Igitur cum duo rei pro se inuicem fideiubere censeantur l. vir vxor. ff. ad Vellei. sequitur, quod quando aliquis se cum marito obligat, quod ambo, vt fideiussores teneantur Anton. Hering. de fidei. d. cap. 6 nu. 195. qui num. 196. conatur ostendere istud fundamentum hanc limitationem nõ probare.

24 Limit. 5. † in casu sequestrationis. Bald. Nouell. d. priui. 21. nu. 7.

25 Limit. 6. † in fideiussione de dote soluenda, quæ à muliere bene recipi potest. Bald. priuil. 21. limit. 8. q. 9. vt latius id diximus. nu. 18.

26 Limit. 7. † quando contrarium de consuetudine seruaretur. glo. magna in l. 1. C. ne fid. dot. dentur. Castr. in d. l. si constante, in §. quoties, num. 7. & cons. 62. & 80. lib. 1. Rom. consil. 392. num. 5. & 6. vbi add. in verbo Florentini. Io. And. in cap. per vestras de donat. inter vir. & vx. & in add. ad Spec. tit. de dot. post diuor. test. nu. 8. vers. illud quoque in fi. Fely. in c. quę in ecclesiarum num. 13. de constit. Decis. cons. 37. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 190. nu. 43. Bal. Nouell. d. priu. 21. limi. 13. qui in hoc vtitur distinct.

27 Limit. 3 † quando soluto matrimonio daretur fideiussor, tunc enim cum cesset cõnubium, cessat ét ratio per fidiæ Glo. Bar. & alij in d. l. si constante, in §. quoties. Io. And. ad Specul. de dote post diuort. test. §. 1. num. 9. vers. secundum Odofred. Glo. & Cyc. in d. l. 1. C. ne fid. dot. dentur Bal. Nouell. d. priuil. 21. vers. 2, fallit, & priuil. 2. nu. 11. vers. in fideiussores dotis, & faciũt pro hac limitatione text. in l. & si fide-

fideiussor. ff. de re iud. & in l. exceptiones, in princ. ff. de except. & ratio huius limitationis, vt dixi, illa est, quia cum tali casu nullum sit amplius matrimonium, frustra metuimus, vt perfidia in connubio generetur.

28 Limit. 9. † vt conclusio supra firmata procedat, quando inuitus cogitur ad dandum fideiussorem: sponte enim maritus dare fideiussorem non prohibetur. Bal. Nouell. d. priui l. 21. nu. 5. vers. tamen in puncto iuris. Bar. in d. §. quoties. num. 3. in verbo, quod mihi placet. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 190. nu. 43. ad finem, & lib. 6. præsumpt. 1. nu. 17.

Pro comprobatione huius limitationis multæ viuidæ rationes adducuntur.

29 Prima est: † quia in matito voluntarie fideiubente cessat illa ratio perfidiæ, nam maritus voluntarius fideiussionem præstans necessitatem illã cõprobare dicitur, arg. l. eum mulier, ff. sol. matr. & l. si vxor. ff. ad l. Iul. de
30 adulter. & hinc est, † quod onus affectatum excusare non solet. l. tria onera. ff. de excusat. tut. Neuiz. consil. 46. nu. 17. & cons. 50. nu. 50. Hinc etiam
31 fit, quod † lex non fouet illi, qui se ipsum in necessitate posuit l. Imperatores. in verbo, ipse te huic pœnæ subdidisti. ff. de iure fisc. Menoch. de præsump. d. lib. 4. præsumpt. 190. nu. 23.
32 & 49. Hinc pariter est, † quod iuri prohibitiuo renunciari non potest. Alex. in d. §. quoties. Deci. in l. de alimentis. nu. 12. C. de transact.

Non defuerunt tamen: qui in contrariam ierunt sententiam inter quos fuerunt glos. & Cyn. C. eod. Azo. in summa. C. ne fid. dot. dentur Alex. in d. l. si constante, in §. quoties, num. 5. Andr. Fachi. lib. 8. controu. iur. nu. 76.

Mouentur autem ad sic firmandũ,
33 † quia legi prohibitiuæ, pœnali, & annullatiuæ, & mali exempli ne quidem à volente renunciari potest. Tiraq. de iure primog. quæst. 24. nu. 9.
34 & seq. Rom. cons. 402. num. 3. † imo, quando pactio est contra publicam vtilitatem, & nutritiua peccati non valet. l. iurisgentium, in §. si paciscar, & in l. si vnus. §. pacta, quæ turpem. ff. de pact. l. illud, ff. de pact. dot.
35 Limit. 10. † in patre, qui potest esse fideiussor pro filio in dote restituenda, vt per Bart. in d. §. quoties vers. ic. præterea principaliter videtur. Bald. Nouell. d. priuil. 21. nu. 4. Alex. in l. si eum dotem, in §. transgrediamur. ff.
36 sol. matr. Et ratio est, † quia pater pro dote filij potest se obligare. l. si cũ dotem, in §. transgrediamur. ff. sol matr.
37 & l. fi. C. de dote caut. non num. † vt etiam, quia naturalis caritas inter patrẽ, & filiũ, & è contra non patitur inter eos aliqd esse sinistrũ suspicionis, & perfidiæ. arg. l. Aurelius §. Titius testamento. ff. de lib. causa. l. isti quidẽ, ff. de eo, quod met. causa. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsump. 83. nu. 37.

Contrarium tamen videtur decidere text. in d. l. 2. C. ne fid. dot. dentur, vbi dicitur satisdationem nec à matito, nec à patre exigendam.

38 Est benè verum: † quod cum pater pro filio dotem suscipiat, quod etiam
39 pro eo fideiubere dicitur: † vnde pater propter dotem susceptam non tãtum nomine filij, verum etiam proprio nomine cõueniri potest. d. §. trãsgrediamur. Salyc. & Bald. in d. l. fin. C. de dot. caut. nõ num. Io. Pet. Anch. lib. 1. quæst. fam. quæst. 29. num. 2.
40 Limit. 11. † in muliere habente vsumfructum in bonis viri, quem no-
41 strates dotalitium appellant: † nam

in

in eo fideiussores date cogitur de uiẽdo, & fruẽdo arbitrio boni viri. Guid. Pap. decis. 248. 249. & 250. Cassan. in consuetud. Burgund. Rub. 4. §. 6. nu. 1. 2. 4. & 5. Anton. Hering. de fideiuss. c. 6. num. 229.

42 Limit. 12. † in hypothecatione bonorum, & in datione pignorum, nam licet pro dote restituenda, datio fideiussorum damnetur, tamen hypotheca bonorum, & datio pignorum non damnantur; de hypotheca bonorum, quæ ipso iure datur mulieri in bonis viri est, tex. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. in l. vnica. C. de rei vxor. act. & in l. assiduis. C. qui pot. in pig. habe. & quod pro dote pignora accipi possint, de hoc sunt iura clara tex. in l. vir vxori, in §. si mulier, ff. ad S. C. Vellei. in l. quod autem in §. si vxor à matito. ff. de donat. inter vir. & vx. l. 1. ff. qui pot. in pig. habeantur. l. quamuis, aliàs Calipodius. ff. de solut.

43 Sed quæ est † differentiæ ratio: cur pignus accipere liceat, non liceat autẽ

44 accipere fideiussores? † & maxime cũ paria sint pignota, & fideiussores accipere. l. 4. §. quid est idonee, ff. de fid. lib. §. venditæ, instit. de rerum diuis. l. promissor. in §. fi. ff. de const. pec. Io. And. in addit. ad Specul. de dot. post diuort. testi. §. 1. num. 8 & 9. versic. secundum Odofredum. Bal. Nouell. d. tract. de dot. pat. 6. priuil. 20 nu. 10. dicit illam rationem differentiæ esse,

45 † quia per hypothecã, & pignus cauſę perfidiæ, maleuolentiæ, & inimicitiæ non generãtur, vt fit per fideiussores.

46 Quę ratio confirmatur † tum quia pignus remanet in dominio debitoris mariti. l. rescriptum in princ. ff. de

47 distract. pig. tum etiam † quia in dando fideiussore cõtumelia est, quæ nulla est in pignore. l. testamento in fin. ff. de testam. tut. vbi Bal. dicit, quod

48 † fideiussio est grauamen probo, & honesto viro, cum fideiussores dare graue onus, & detrimentum sit, vt supra in hac secunda part. sect. 2. cap. 1. latè de hoc egimus.

Aduertenda tamen sunt nonnulla 61 in hac materia.

49 Primo, † quod priuilegium tacitæ hypothecæ, quod habet mulier in bonis mariti, dictæ mulieri etiam competit in bonis fideiussoris, qui intercessit ex parte viri pro dote restituenda, in ijs casibus, in quibus fideiussor pro dote reddenda interuenire potest. Negus. de pignor. in 2. parte principali memb. 4. nu. 62.

50 Secundo, † quod talis fideiussor pro dote restituenda non potest agere, vt à dicta fideiussione liberetur, etiam quod diu steterit in obligatione, cum casus ille restituendæ dotis non se obtulerit Bald. & alij, in l. si pro ea. C. mand. Bertazz. de claus. clausula 43. glo. 3. num. 4.

Tertio, an maritus, qui fideiussorẽ dedit de dote restituenda: An isto ca-

51 su dictam dotẽ alienare possit? Rom. sing. 251. ego habui. Card. Alban. in suis lucubrat. ad Bart. in l. filius fam. 1 in §. diui. ff. de leg. 1. videntur firmare quod sic, quod, & aduertit Sebast. Medic. de conser. poss. nu. 76. versic. 5. fallit, vbi determinat maritum fundum dotalem alienare posse si fideiussores dederit.

52 Quarto, † quod mulier pro dote restituenda fideiubens beneficio Velleiani priuatur. Anton. Hering. de fideiuss. c. 6. nu. 224. qui alios refert.

Quinto, non omitto in proposito

53 etiam vnum adnotare, quod † mulier malè tractata à viro aufugiens, si demum ad virum redeat, potest ab ipso fide-

fideiussorem de non offendendo petere; Bald. cons. 176. vol. 1. & 240. volum. 2. † sed demum concludit, quod hoc totũ iuditis arbitrio remittitur, qui inspectis, & consideratis circunstantijs, & qualitate facti hoc decidat ponderando multa. Primo, an ista mulier iuste aufugerit. Secundo, si maritus est zelotypus, morosus, & sæuus, & alia. Communiter tamen in hoc
55 Doctores volũt. † Quod si metuitur sæuitia viri, quod malè sit tractaturus reuersam vxorem, quod iudex eum cogat ad præstandam hanc satisdationem de non offendendo. cap. litteras, & c. ex transmissa, de restit. spol. l. præsenti. §. pen. ff. de his, qui ad Eccl. confug. Anton. Gomes. de delict. cap. 6. nu. 16. vers. octauo fallit. Et dato, quod fideiussorem repetire nõ possit, quod stetur eius iuratoriæ cautioni Rimin.
56 cons. crim 81. nu. 37. & seqq. † quod intellige, & declara: modo sæuitia viri non sit magna, & de qua summoperè timendum non sit: aliàs secus quando sæuitia mariti est magna, & vxor, nisi cum vitæ periculo, cum viro habitare possit. Abb. in cap per vestras, nu. 7. de donat. inter vir. & vxo. Aym. cons. 31. nu. 4. Ceph. cons. 384. nu. 7. vol. 3. nam tali casu quando timetur de magna viti sæuitia, tunc non potest cogi vxor ad virum redire, licet maritus iuret, aut caueat vxori de non offendendo, & maximè quando tuto commorari non potest cum viro absque vitæ periculo. Aym. d. cons. 31. nu. 4. Cephal. d. cons. 384. nu. 7. & 66.
57 Natt. cons. 616. nu. 26. & 27. † nam in arduis quis se cautionis fragilitati committere compelli nõ potest. Bald. cons. 243. nu. 1. in 3. Ceph. d. cõs. 384.
58 nu. 66. & ideo vbi † persona, & eius vitæ periculum vertitur, quis cautionis fragilitati se committere non debet. Bal. in l. sancimus, in 4. not. C. de sacrosanct. eccl. Thomas Treuis. decis. 45. nu. 13. cum alijs seqq.
59 Vnde in similibus † factorum contingẽtijs semper praticari vidi, quod mulier cõmittatur custodiæ alicuius honestæ matronæ in aliquo loco tuto, vbi vir, vel eius parentes non possint illi vim aliquam inferre donec controuersia finiatur, vel acceptabilis, & idonea cautio sequatur d. c. ex transmissa, & d. c. litteras.
60 Poterit † tamen mulier interim iustè petere sibi alimenta à viro præstari. Rip. in l. 2. num. 2. ff. solut. matrim. Aufred. ad Capell. Tolos. decis. 77. vel fundum dotale locare pro annua pensione, quæ loco alimentorum eidem deseruiat. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 6. nu. 240.

SVMMARIVM.

1 *Nemo pro se ipso fideiubere potest.*
2 *Actio, & passio, vti contraria uno momento non possunt esse in uno, & eodem subiecto, & circa idem, & ad idem eodem modo simul concurrere.*
3 *Vnum, quod est (secundum naturam) impossibile est, quod sit duo, & duorum nice, & officio fungatur.*
4 *Fideiussor fideiussoris si daretur, s. quæretur, qđ fideiussoriæ obligationi principalis obligatio præuia non esset.*
5 *Nemo sibi ipsi debitor esse potest.*
6 *Nemo hæres à seipso sibi legatum, soluere, & consignare potest.*
7 *Nemo sibi ipsi libertatem adimere, vel dare potest.*
8 *Nemo sibi ipsi hæreditatem restituere potest.*
9 *Nemo sibi ipsi beneficium dare potest.*
10 *Nemo patronus potest se ipsum præsentare.*

11 *Præsentatio de se ipso facta uti ambitiosa non ualet.*

12 *Præsentare se ipsum licet quis non possit, potest tamen præsentationi de se factæ consentire, ita quod talis consensus pro una uoce computatur, data in reliquis paritate.*

13 *Nemo sibi ipsi donare, & uendere potest.*

14 *Nemo est sibi ipsi par.*

15 *Nemo sibi ipsi soluere potest.*

16 *Imperatiuus caret prima persona.*

17 *Nemo sibi iudex, & arbiter esse potest.*

18 *Nemo se ipsum generare potest.*

19 *Fideiubere in rem suam unusquisque potest.*

20 *Aliud pro seipso fideiubere, aliud in rē suam fideiubere. Primum denegatur. Secundum conceditur.*

21 *Fideiubere in rem suam, est pro suo negocio, & in sui utilitatem se obligare, quod benè fieri potest.*

22 *Procurator in rem suam est, qui alienas actiones commodo suo exercet.*

Nemo sibi ipsi fideiussor esse potest.

CAP. L.

TRigesimo secundo. Satis notum est pronunciatum illud: † quod nemo pro se ipso fideiubere potest: iura de hoc sunt clara, tex. in l. hæres à debitore in §. seruo, ff. de fideiuss. & in l. Tutor pupilli. ff. ad Vellei.

1

Et ratio satis palpabilis adducitur: 2 quia impossibile est, quod † actio, & passio tanquam contraria uno momēto sint in uno, & eodem subiecto, & circa idem, & ad idem eodem modo simul concurrant l. prætor. ff. de tut. & curat. dat. ab his. l. fin. ff. de off. præto. Iaſ. in l. debitori. num 4. C. de pact. & 3 etiam quia id, quod est † vnum secundum naturam impossibile est, quod sit duo, & duorum uice, & officio fungatur. Tum denique, quia tali casu fideiussoriæ † obligationi non daretur 4 præuia principalis obligatio contra l. Græcè, in §. illud, ff. eod. & hanc regulam benè explicat Odd. de restit. in integ. part. 2. q. 54 art. 6. nu. 24.

5 Hinc est: † quod nemo sibi ipsi quicquam debere potest l. legatum, & l. qui filiabus, in §. fi ff. de legat. 1.

6 Hinc itidem fit. Quod † hæres à se ipso sibi legatum soluere, aut consignare non potest. l. legatum. 116. ff. de leg. 1. l. Titia, 34. in fin. ff. de leg. 2.

7 Ab hoc pariter emanat, † quod nemo sibi ipsi potest libertatem adimere, vel dare. l. sed, & si, in §. fi. ff. de hæred. instit.

8 Ab hoc etiam fonte scaturit, † quod nemo sibi ipsi hæreditatem restituere potest. l. 1. § si autem collegium. ff. ad S. C. Trebelli.

9 Ab hac etiam radice pullulat. † Qđ nemo sibi ipsi beneficiū dare potest.

10 Et ideo patronus se † ipsum præsen-
11 tare non potest: Nam eius † præsentatio aliàs de se ipso facta dicitur ambitiosa, & ideo non ualet: est benè ue-
12 rum, † quod potest consentire præsentationi de se factæ in tantum, quod talis consensus auget unam uocem, & fabam, & operatur data paritate in reliquis, ut dicatur præsentatus à maiori parte patronorum Glo. in cap. cum in iure peritus in uerbo consentiat de elect. Abb. consil. 25. num. 3. uolum. 2. & in c. per uestras. num. 5. de iure patr. Barbat. cons. 33. num. 13. uol. 2. Rocch. de intrepat. in uerbo. Nonorificum num. 20. Lamb. d. tract. lib. 2. part. 1. art. 8. quæst. 8. principali fol. mihi 85. Rip. resp. 2. num. 7. lib. 3. de iure patronat. Brug. decis. Fiuiz. 20.

num. 4.

num. 4. cum seqq. Rot. diuers. decis. 185. num. 1. par. 1.

13 Minus, † quis sibi ipsi aliquid donare, ac vendere potest.

14 Vt itidem: † quia nemo est sibi ipsi par. Marc. Anton. de Amatis decis. 51. num. 14. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 7. num. 1. cum seqq.

Hinc itidem fit. Quod regulariter

15 † nemo sibi ipsi soluere potest. Rot. Ianu. Mercat. decis. 32. nu. 4. diximus in tract. de solut. c. 71.

16 Et ideo solet dici. † Quod imperatiuus caret prima persona. Glo. in l. si de re, in verbo imperare. ff. de recep.

17 arb. subdens hoc respectu, † quod nemo sibi iudex, & arbiter esse potest.

18 Tãdem ab hoc emanat, quod † nemo se ipsum generare potest. Anchar. cons. 245. nu. 4. Alexan. cons. 17. nu. 14. lib. 5. Magon. decis. Lucens. 8. num. 12.

19 Nec præmissis resistit: quod † quis in rem suã fideiubere possit. l. de die, in §. 1. ff. qui satisd. cogan. l. sed si fideiussor. ff. de pactis.

20 Nam facilis est responsio: † quia aliud est pro se ipso fideiubere, aliud in rem suam fideiubere: nam primũ denegatur. Secundum vero permit-

21 titur, † nam fideiubere in rem suam est pro suo negotio, & in sui vtilitatem se obligare. l. aliquando. §. si mu-

22 lier. ff. ad Velleia. † vt dicitur de procuratore in rem suã, qui alienas actiones suo commodo exercet. l. 4. ff. de re iud. l. 4. ff. de procur. l. si procuratorẽ, in §. fi. ff. mand. quod secus est in eo, qui pro se ipso fideiubet.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio adiecto solutioni facta non valet.*

2 *Adiecto solutioni promittens non obligatur, & nu. 5.*

3 *Adiecto solutioni promittens soluere, si soluit, benè soluit.*

4 *Promittens soluere adiecto solutioni si demum solutionem recusat, iuri dicè hoc facit.*

Fideiussio facta pro promittente soluere alij solutioni adiecto puta Titio, non valet.

CAP. LI.

1 TRigesimotertio. Fideiussio præstita ei, qui solutioni adiectus

2 est, non valet. Et ratio est: quia adiecto solutioni non obligatur, l. si mihi, aut Titio. ff. de fideiuss. l. sed, & si filiofam. in §. 1. ff. de consti. pecun. Azz. in summa. C. ec. nu. 3. nam licet pro-

3 4 mittens soluere solutioni adiecto, si eidem soluit benè, soluat: Nihilominus si promittens soluere solutioni adiecto recusat solutionem benè, &

5 iuri dicè hoc facere potest: quia dicto solutioni adiecto non est obligatus. l. cum qui in §. qui sibi, cum ibi nor. ff. de verb. obl. §. planè in sti. de inuti. stipul. diximus in tract. de solut. c. 49.

Fideiussio in delictis præstita non opitulatur.

CAP. LII.

TRigesimoquarto. Fideiussor in criminalibus ad pœnam: minusque ad eius augmentum tenetur. Bar. in l. 1. num. 5. ff. de in lit. iur. qui dat cautelam seruandam ad hoc, vt etiam ad augmentũ pœnę teneatur. Inquiens esse necesse, vt fideiubens non tantum promittat soluere omnem pœnam, & omnem cõdemnationem, quæ sequitur ex maleficio illo, vel ex accusa-

tione, vel ex inquisitione, verum etiã opus est addere ex processu. supra hac eadem sectio. cap. 48. vbi latissimè.

Executor merus non tenetur cauere.

CAP. LIII.

TRigesimoquinto. Quando sumus in mero, & puro executore testamentario, vel alio eidem simili, tali casu dictus merus executor ad cauendũ astringi non potest: & astrictus non tenetur, nisi testator contrarium iusserit. l. Diuus Pius. ff. si cui plus quam per legem falcidiam.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio super incerta summa ex calculis iustificanda, an valeat?*
2 *Stipulatio, & promissio super incerta summa factæ non valent.*
3 *Fideiussio super incerta summa ex calculis liquidanda, & certificanda, facta valet.*
4 *Certum est id, quod per relationem ad aliud fit.*

Fideiussio pro summa incerta, certificanda tamen factis calculis, an valeat.

CAP. LIV.

1 TRigesimosexto. Quærunt Doctores, †Fideiussit quis pro summa incerta: certificanda tamen factis
2 calculis: an talis fideiussio teneat? † Et licet stipulatio, & promissio factæ super summa incerta non valeant. l. ita stipulatus. la grande. ff. de verb. oblig.
3 † Tamen in proposito dicunt istam fideiussionem valere: cum in ea relatio fiat ad illud, quod apparebit, & liquidabitur in calculis: quo casu satis dicitur certa hæc obligatio, cum possit
4 ex relato verificari. † Certũ enim est id, quod per relationem ad aliud fit. l. 4. §. si iudex. ff. de re iud. l. vbi autẽ, in §. 1. ff. de verb. ob. l. pen. ff. de sent. quæ sin. cert. quant. profer. & est rex. in pũcto, in l. si ita stipulatus à Seio. ff. de verb. obl. ita Dec. cons. 72. nu. 11. vol. 2. alia posuimus inf. hac ead. sect. c. 60.

Fideiussoris rem creditor occupans à iure crediti sui non cadit.

CAP. LV.

TRigesimoseptimo. Quæro, res fideiussoris à creditore occupatur, & detinetur, Num creditor ius crediti sui perdat: ita quod veniat resoluta, & extincta dicta creditoris obligatio? Et creditorem ius suum non amittere censuit Menoch. de recuper. poss. remed. 5. q. 12. nu. 40. cum seqq. qui huius dicti causa rationem assignat: quia factum fideiussoris à facto principalis est valdè diuersum: nam sicut sunt distinctæ personæ, ita sunt distincta facta: & ideo factũ vnius alterius esse non potest: vt ibidem aduertit nu. 42. quò fit, vt nec debitor principalis, nec fideiussor veniant ab eorum obligatione liberati.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris obligatio solemnitatibus statutarijs non adhibitis est ipso iure nulla: vbi de ratione.*
2 *Quod procedit etiam, quod statutum non annullet actum, nec pœnam imponat.*
3 *Et etiam quoad naturalem obligationẽ.*
4 *Idem concluditur in fideiussore mulieris, qui nec ipse naturaliter obligatur.*

5 Con-

5 *Contrarium tenuerunt multi.*
6 *Prima opinio vera, & communis est.*
7 *Limitatur tamen quando fideiussor se obligauit vt principalis, principaliter, & in solidum.*
8 *Fideiussor soluens pro muliere absque solemnitatibus obligata, non habet regressum contra eam, & ab omni repetitionis commodo cadit.*
9 *Statutum annullans mulierum contractus sine solemnitatibus statutarijs factos, annullat etiam mandatum, quo mulier eius fideiussori tenetur.*
10 *Etiam quod mulier indemnitatem promiserit.*
11 *Regula illa, quod mulier se obligans sine solemnitatibus faciat obligationem nullam, recipit non nullas declarationes, & restrictiones.*
12 *Mulier quæ vult infringere contractum à se factum dicendo non interuenisse solemnia, & proximiores non fuisse adhibitos, cum suam obligationem impugnet, ad hoc vt audiri possit debet multa articulare, & probare. Primo, quod proximiores adfuerint in loco tempore celebrati contractus, & quod potuerint interuenire, & nō interuenerint, & quod fuerint habiles ad consentiendum, nec aliquo impedimento impediti. Secundo, quod essent perfectæ ætatis, & maiores 25. ann. cives, & haberent domicilium, in loco celebrati contractus, incolatum in ciuitate, & bonæ conditionis, & famæ. Tertio est probanda descendentia omnium stipitum per concludentes, & veras probationes de gradu in gradum incipiendo à primo stipite usque ad ultimum. Quarto est probandum, quod illi tales, qui qui prætenduntur proximiores non tantum sint proximiores: verum etiā successibiles.*
13 *Mulier dicens in instrumento nominatos, proximiores, & eos sic attestans esse: Demum contra eius assertionem docendo de contrario nullo modo uti mendax, & dolosa uenire potest.*
14 *Mulier necessitatibus, & urgentijs arctata contrahens, etiam absque solemnitatibus, nihilominus efficaciter obligatur.*

Mulier contrahens solemnitatibus statutarijs non adhibitis, nec naturaliter obligatur, minusque dicte mulieris fideiussor.

CAP. LVI.

1 SIcut † mulier se obligans sine solemnitatibus à statuto requisitis obligationem ipso iure nullam facit: quia statutum censetur resistere actui à principio, & inducere dictam solēnitatem pro dictæ obligationis forma. Ang. cons. 160. col. 2. vers. contrarium dico, & ecl. fin. vers. sed quia ex prædictis. Rom. cons. 437. in primo dubio. Soci. cons. 93. col. penult. vers. postremo hæc concluſio. & cons. 112. col. 6. versic. quarta difficultas lib. 1. & consil. 130. col. 2. versic. & quantūcumque lib. 2. Calcan. cons. 13. col. 1. Arret. consil. 22. col. vlt. versic. venio nunc ad secundum, & consil. 73. col. 4. versic. his ergo præmissis. Iraq. qui alios citat. de legibus connub. glo. 4. num. 2. & seqq. versic. ex quo illud assumitur, & vers. seq. Plot. de in lit. iurand. §. 5 num. 47. versic. lex autem Lambert. de contract. eorum quibus sine certa solemnit. contrah. permissum non est glos. 16. in uerbo non ualeat. q. 1. num. 1.

2 Quod procedit etiam, † quod statutum expressè actum nō annullaret, & pœnam non imponeret Ang. cons.

170.per totum. Tiraq.d.glos.4.nu.5. versic. & benè facit Alex.consil.37.in princ. lib. 1.

3 Et † hæc adeo sunt vera, vt nec mulier sic contrahens naturaliter obligetur. Bart.in l.cum lex.col.pen.vers.sed iuxta prædicta ff.eod de fideiuss. Angel.d.cõs.160.col.2.vers.cum igitur, & col.fin.vers.sed, quia ex prædictis. Rom.d consil.437. in primo dubio. Castrens.cons.124.col.1.lib.1. Arret. d.cons.22.col.fi.vers. venio nunc ad secundum Socin.d.cons.93.d.versic. postremo hæc conclusio. Calcan.d. cons.13.col.1. Tiraq.loco præcitato. nu.12. versic.ex his autem Plot.d.§. 5.nu.47. vers.lex autem, & versic.ergo sequitur Lambert.d.gl.16.in verbo non valeat. q.3.num.5.

4 Igitur † sicut mulier sine solemnitatibus statutarijs contrahens se, nec naturaliter obligat, ita, & ipsius mulieris fideiussor naturaliter non obligabitur, & ratio est, quia fideiussor accedens obligationi per mulierem sine solemnitatibus à statuto requisitis contractæ (vt dictum est) nec etiã naturaliter obligatur: vnde de eius obligatione nulla erit habenda ratio. Certum est enim, quod fideiussor nõ accedit non obligato saltem naturaliter l. fideiussor obligari, in §. fideiussor ff. de fideiuss. Tiraq. de leg. connub.d.gl.4.nu.14.versic. hinc dici potest Iaſ.in l.si non sortem in prin.in 4. not.ff.de condit.indeb. Plot.de in lit. iur.§.5.num.47.d.vers. lex autem, & vers. ergo sequitur. Lambert.dict. glo.16.quæst.4.num.10.cum seq.vbi respondet tenentibus contrariam sententiam.

5 Contrariũm tamen, † quod imo fideiussor tali obligationi mulieris accedere possit, & efficaciter obligetur, tenuerunt. Alberig. de stat. lib. 1. quæst.181. Alex. in add. ad Bart.in l. Marcellus in princ. in littera A. ff.eo. Tiraq. d. tract. de leg. connub. dict. glos.4.num.14. post versiculum hinc dici potest. Cast.cons.434. col. fi. nu. 3. vers quarto videtur obstare lib. 1. Lambert. d.glo.16.q.4.nu.9.

6 Tenẽdo † primam opinionem quæ vera, & communis est, Quod fideiussor accedens obligationi mulieris factæ sine solemnitatibus à statuto requisitis non obligetur, † eam limita, 7 quando fideiussor se obligauit, vt principalis principaliter, & in solidum, nam hoc casu benè subsistineri eius obligationem voluerunt Lambert.d. glos. 16. q. 6. num. 15. Petr. Caball. cons.36. num.7.

Illud tamen verissimum est in proposito, † Quod quando fideiussor 8 obligatur, & soluit, non habet mulierem obligatam, nec contra eam regressum habet: & est ac si intercessisset animo donandi.

9 Et ratio est, † quia statutum annullat omnem obligationem mulieris sic contrahentis. quo fit, vt etiam annullet mandatum, quo mulier eius fideiussori tenetur. Alberig. dict. tract. de stat. quæst. 181. Tiraquel. dict.glos.4.num.14. versic.hinc dici potest.Castr. d.consil.434.nu.1. versic. quarto videtur lib.1 Lamb.dict. glo.16.quæst.9.num.22.& quęst.10. 10 num.23. † etiam quod tali fideiussori mulier indemnitatem promiserit. Lamb.d.loco.q.11.num.24. Alexan. consil.29.num.14.& 15.lib.7.Caball. d.cons.36. nu 9.

Non omitto etiam vnum in hac materia addere. Quod conclusio su- 11 pra in principio firmata. † Quod mulier se obligans sine solemnitatibus

sta-

statutarijs faciat obligationem ipso iure nullam, recipit non nullas declarationes.

12 Et prima illa est, † Quando mulier, quæ vult dicere contractum à se factum nullum ex defectu interuentus duorum proximiorum: & sic solemnitatis non seruatę dixit in instrumento ptopinquos proximiores, plus etiam quod in dicto instrumento tales adhibiti simpliciter enuncientur proximiores. Nam tali casu cum veniat contra instrumẽtum à se factum, & suam obligationem impugnet, ad hoc vt audiri, & obtinere possit, requiritur, vt per eam articulentur, & probentur multa. Et primo, quod proximiores adfuerint in loco celebrati contractus, & quod potuerint interuenire, & non interuenerint, & sic quod fuerint præsentes, & habiles ad consentiendum, nec aliquo impedimento impediti. Cast. cons. 124. nu. 11. versic. 2. videndum, volum. 1. Arron. Soliloq. 17. Tiraqu. de leg. connub. glos. 8. num. 51. q. 7. & nu. 113. & infra, cum alijs relatis ab Horat. Carp. ad Stat. Mediol. c. 328. nu. 161. cum seqq. Menoch. de arbit. ud. lib. 2. cent. 3. cas. 212. num. 2. Coin. consil. 241. de duobus num. 7. lib. 2. Passetr. consil. 147. nu. 40. Amar. decis. March 46. num. 22. Secundo etiam requiritur, quod ista mulier probet, quod tales proximiores per eam prætensi, essent habiles ad præstandum consensum, & sic maiores 25. annorũ, & essent ciues, & haberent domicilium in loco celebrati contractus, & incolatum in ciuitate: nec non, quod essent bonæ conditionis, & famæ. Grati. decis. March. 38. nu. 2. 3. & 5. Tertio pariter per istam fœminam probáda venit descendentia omnium stipitum de gradu in gradum incipiendo à primo stipite vsque ad vltimum plenè, & concludenter. Cast. d. cons. 124. nu. 11. signanter Petr. Caball. cons. 166. difficultas nu. 9. cum seqq. Quarto est ét vltra præmissa iustificandum per istã fœminam, ad hoc, vt ex hoc nulliratis capite obtinere possit, quod illi tales, qui per eam proximiores prætenduntur, non tantum sint proximiores, verum etiam ipsi mulieri successibiles. Alexan. in l. fi. nu. 6. C. de milit. test. & cons. 189. nu. 2. vol 3. Ias. in l. non solum. nu. 2. vers. istud etiam. ff. de nou. oper. nunci. Porti. insti. de legit. agnat. tut. in princ. nu. 3. vers. ex quo infertur doct. Pereg. de fideicom. art. 21. nu. 10. qui alios citat. Hier. Gabr. cons. 86. num. 3. aliàs 106. num. 3. 12. & 32. volum. 1.

13 Secunda pariter declaratio sit. † Quando mulier, in contractu per eam facto, fatetur, & attestatur tales eidem proximiores esse: & ratio illa assignatur, quia mulieri asserenti in contractu per eam inito tales esse eidem proximiores creditur, ita quod si demum vult docere de nullitate cõtractus ob solemnitatem agnatorum proximiorum omissam, dicendo eos non esse proximiores non debet audiri; sed tãquam dolosa, & mendax à limine iudicij prorsus repelli debet. fuit dictũ originale Fulgos. in consil. 219. visis binis processibus. col. 3. ad medium. versic. tursus posito. qui in fortioribus terminis hoc esse verum vult, eriã quod mulier sine tali assertione esset præsens, & tacens, & pateretur talem assertionẽ fieri eidẽ se nõ opponendo, nec cõtradicẽdo. Et hãc pariter sentẽtiã sectati fuerũt Lamb. de cont. mul. glo. 11. q. 17. sub nu. 95. cũ al. js Tiraq. de leg. cõnubia. glo. 8. q. 16. nu 136. q licet

licet anceps videatur in huius articuli resolutione, tamen demum sub nu. 142. hoc pro regula firmat limitando duobus modis. Et hoc idem tenent Steph. Fed. in suo tract. de legū interpret. par. 2. vers. item debet intelligi, qui hoc dictum optimis fundamētis, & rationibus cōprobat. Carp. ad Stat. Med. c. 328. nu. 354. benè Alex. cons. 122. quoniam abundè. nu. 2. versic. tamen contra dictos lib. 6. qui hoc pronunciatum multis modis comprobat, & illustrat. Et nouissimè hoc idem firmat Steph. Grat. decis. March. 234. qui licet sub nu. 7. videatur dicere cōtrariam opinionem veriorem esse: tamen sub nu. 18. vers. ramen in eo casu, de quo agebatur addit hoc indubitatum, quādo sumus in persona, in qua verisimiliter alij proximiores nō poterant esse noti, & ciuitas erat populosa: vt etiam quando talem assertionem facit in alijs contractibus, nam ex hoc, cum videatur approbare, & confirmare primā assertionem, videtur, quod nō amplius eam impugnare possit, si non ex alio, saltem ex capite geminationis: & maxime cum actū semel approbatum, & ratificatum amplius illum impugnare non possit, vt ibidem dicitur in dicta decis. nu. 11. versic. preterea quicquid. Et multum cōferunt ad premissa, quę deduximus supra in hac 2. part. sect. 6. cap. 3. num. 149. cum multis seqq.

14 Tertia itidē sit declaratio, † Quando mulier vrgentibus necessitatibus facit contractum, & sic quando mulier facit obligationem necessariam: Nam tunc in contractibus mulierum non exigi, ac desiderari solemnia voluerūt Ias. cons. 17. nu. 19. vol. 3. Aym. cons. 115. nu. 5. Rol. cons. 21. nu. 15. vol. 3. Ceph. cons. 51. nu. 21. in prima part. Surd. cons. 367. num. 27. vol. 3. Socin. iun. in l. sciendum, nu. 67. ff. de verb. obl. & in l. filius fam. in §. diui. num. 41. ff. de leg 1. Vinc. de Franc. decis. 237. num. 4. in 2. part. Carp. ad Stat. Mediol. cap. 328. num. 12. cum seqq. & latè id à nobis explicatum fuit supra hac ead. sect. 8. c. 3. nu. 73. cum alijs sequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Iurans non fideiubere, si demum pro paupere fideiubet: An obligetur.*
2 *Laicus, qui prius iurauit non fideiubere, si fideiubet obligatur, clericus non.*
3 *Iurans non fideiubere, si demum fideiubet indistinctè non obligatur.*
4 *Quādo quis à principio iurauit aliquod licitum non facere, si demum facit, tunc tale secundo loco factum non valet, sed primum iuramentum omninò seruandum est.*
5 *Actus factus contra iuramentum de non faciendo, & si cum iuramento fiat, est ipso iure nullus.*
6 *Filia, quæ semel iurauit se nolle consentire alienationi suæ dotis, nisi coram iudice ordinario, & in casu veræ necessitatis, non potest postea consentire etiam cum iuramento alienationi extraiudiciali.*
7 *Iuramentum seruandum est, quando absque dispendio salutis æternæ seruari potest.*
8 *Iurans non fideiubere, si pro amico paupere fideiubet, valet dicta fideiussio.*
9 *In necessitatibus semper proximo nostro subuenire tenemur.*
10 *Mercator, qui se de cætero nolle exercere mercaturam iurauit, poterit tamen non obstante tali iuramento eam exercere, si aliàs commodè viuere non possit.*
11 *Qui iurauit se non fore de tali magi-*

stratu,

stratu, nec susceperum tale officium, poterit nihilominus talis esse de tali magistratu, & officio non obstante tali iuramento.

12 *Qui iurauit tale factum non reuelare, poterit attamen super illo testificare.*

13 *Iuramentum illicitum, temerarium, contra bonos mores, nutritiuum peccati, & fontem pietatis exhauriens non est seruandum.*

14 *Iuramentum peccati nutritiuum est ipso iure nullum.*

15 *Iuramentum non debet esse uinculum iniquitatis.*

16 *Pacta contra bonos mores, & turpitudinem continentia omnino repelluntur, modo obseruantia aliud non suadeat.*

17 *Iurans non fideiubere, si necessitate urgente fideiubet, iuridicè fideiubere dicitur.*

18 *Necessitas facit de improbabile, & inconcessibili, probabile, & concessibile.*

19 *Necessitate coactus iuramentum uiolare non dicitur.*

Quæstio. Iurans non fideiubere: si demum pro paupere fideiubet, an obligetur?

CAP. LVII.

1 QVæstio. † Iurãs pro nemine velle fideiubere: si demum ab amico egeno rogatus fideiubet, an dicta fideiussio teneat?

2 Oldrad. consil. 96. † quidam iurauit, distinguit inter clericum, & laicum: inquiens laici fideiussionem tenere, clerici non: cum eidem à iure fideiussio interdicatur.

Sed Mars. in rub. eod. num. 204. Hanc Old. distinctionem impugnat,

3 † firmans absolutè primam obligationem ad iuramenti obseruantiam arctare, & fideiussionem per eum vltimo loco factam non valere. Nititurque ad sic credendum his fundamentis.

4 Primo, † quia quando quis à principio iurauit aliquid licitum non facere: si demum illud facit: tunc tale secundo loco factum nõ valet, sed primum iuramentum omnino seruandũ est. glo. in c. licet mulieres de iureiur. in sexto. Bart. in l. si prædium. C. de iure dot. Felyn. in c. cum M. Ferrariensis in pen. col. de const. And. Gail. lib. 2. obser. 147. nu. 18. & 19. Bero. quæst. fam. 27. Port. Imo. consil. 17. lib. 4. Alex. cons. 16. vbi Add. lib. 3. Couar. in epitom. de spons. part 2. cap. 4. nu. 9. Gabr. de iureiur. concl. 1. quibus in

5 locis conclusionem firmant, † quod actus factus contra iuramentum de non faciendo, etiam si cum iuramento fiat, sit ipso iure nullus.

Secundo: Confert optimum simile, † quod de filia dicitur, quæ semel

6 iurauit se nolle consentire alienationi suę dotis, nisi coram iudice ordinario, & in casu necessitatis vetæ, nam postea non potest consentire, etiam cum iuramento alienationi extraiudiciali, cum tale iuramentum sit contrarium priori licito, & honesto. Spec. d̃ empt. & vend. §. tertio loco. vers. quid ergo: cuius dictũ sequuntur Ferd. Vasq. de

7 succes. creat. §. 158. Simon. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 195. qui dicit cõmunẽ. Tessa. decis. 123. nu. 19. † & maximè cum tale iuramentum absque dispendio salutis æternæ seruari possit. c. cũ contingat. & ca. si verò. de iureiur.

8 Contrarium. Quod imo talis † fideiussio valeat, modò amico pauperi sit præstita, voluerunt. Io. And. ad Specul. in rub. de iureiur. Gemin. in c. fin.

de for. comper. Archid. in c. non est contra. 22. q. 1. Barb in c. si verò il primò de iureiur. Fely. in d. cap. cum M. Ferrariensis. col. 3. & seq. Aufred. ad Capell. Tolos. q. 130. Marant. in Specul. part. 6. ar. 9. nu. 50 Couar. in c. quamuis par. 1. § 6. nu. 7. de pactis. Ant. Hering. de fideiuss. c. 1. num. 63. qui alios refert dicens istam opinionem veriorem, æquiorem, & communiorem, & nos idem firmauimus supra conclusiuè procedendo in hac secunda part. sect. 4. c. 10. Fulcitur autem hæc opinio his rationibus.

9 Primo, † quia in necessitatibus sæpe proximo nostro subuenire tenemur. c. pasci. 85. distin. c. sicut 47. distinct. ita quod si non facimus peccamus. Archid. in c. sicut. 12. quæst. 1. vnde per iuramentum nostrum nos non possumus ab hoc onere, & debito subtrahere. c. si diligenti, de for. comper. c. innocens in fi. vers. iusiurãdum in verbo indigenti 22. q. 4. Panor. in c. si verò col. 3. de iureiur.

10 Secundo, † qui se de cætero nolle exercere mercaturam iurauit, poterit nihilominus non refragante tali iuramento mercaturam exercere, si aliter commodè viuere non possit. Archid. in c. animadüertendum. 22. q. 2. Abb. in c. si verè, col. 3. de iureiur. Stracch. de mercat. part. 3. nu. 37.

11 Tertio, † qui iurauit se non fore de tali magistratu, nec susceptum tale officium etiam, quod millies eligeretur. Poterit tamen iste talis fungi dictis magistratu, & officio, etiam non obstante eius iuramento. l. fi. in princ. ff. ad municip. & de incol Roman. sing. 517 quid si vnus.

12 Quarto, † qui iurauit aliquid fidei suæ commissum seruare in secreto, & nunquam reuelare: poterit attamen super tali facto testificari, & ad se examini subijciendum astringi. Capell. Tolos. q. 240. Marant. cons. 43 nu. 8. Menoch. de arbit. cas. 345 nu. 4. Mascard. de prob concl. 5. nu. 50. cũ seq. Gail. lib. 1. obser. 100. num. 4 5. & 6.

13 Quinto, † iuramentum illicitum, temerarium, contra bonos mores, nutritiuum peccati, & fontem pietatis exhauriens vti non obligatorium non est seruandum, & maxime, quia is dicitur peccatum committere, qui iurat se homini egenti prodesse nolle, & inhabitatum est, quod quis ad pec-
14 candum † se iramento valido astringi non potest: cum tale iuramentum sit ipso iure nullum. gl. in c. constiterit, in verbo non teneri extra de testi.
15 aliàs iuramentum † esset vinculum iniquitatis, contra c. quantum de iureiur. c. inter cætera. 22. q. 4.

16 Sexto facit: † quia pacta contra bonos mores, & turpitudinem causę cõtinentia omninò repelluntur l. iurisgentium. § generaliter, & l. si vnus. §. pacta. ff. de pact. l. pacta. C. de pact. licet ergo pacta inuiolabiler seruanda sint: tamen hoc non habet locum (vt in proposito) quando necessitatis ratio aliud suadeat: eo, quia obseruantia pactorum redderet ea illicita, & contra bonos mores ad cap. quamuis, de pact. in 6.

Ex quibus cessant ponderationes ex aduerso factæ per Hypp. de Marsil. quia procedunt, quando quis nulla ratione, & necessitate vrgẽte vult facto iurato contrauenire ad eius vtili-
17 tatem, quod iura damnant: † secus verò est, quando hæc facit necessitate vrgente, & ad effectum subueniendi viro egeno, & pauperi, & in necessi-
18 tate constituto: & ratio est, † quia necessitas facit aliquid probabile, & cõ-

cessi-

cessibile, quod aliàs improbabile, & inconcessibile esset. l.qui poterunt.ff. de manum.test. Rol.cons.1.num.70. vol.2. Ferret.de duell.nu.6.quo fit vt
17 necessitate † coactus iuramentũ violare non dicatur c.si verò, de iureiur. Rodean. de reb. Eccl.non alien.tit.de causa alen.nu.48. Sebast.Med.de cas. fortui.par.1.q.6.num.35.

Alia diximus supra in hac eadem sect.c.30 & in hac eadem 2.par.sect. 4.sub cap.10.

SVMMARIVM.

1 *An iurans non fideiubere, si pro amico egeno fideiubet efficiatur periurus.*
2 *Iurans se nolle ludere, si pro ludente fideiubeat, vel ipsi pecuniam mutuo dat, vel ludentem doceat, ludatq pro alterutro, periurus efficitur.*
3 *Iuramentum etiam metu extortum requirit absolutionem.*
4 *Quod lege permittente fit pœnam non meretur.*
5 *Qui lege permittente iuramentum violat periurus non efficitur.*
6 *Legis promissio pro gratia, & absolutione habetur.*
7 *Qui iurat se velle persistere in lite vsq; ad finem si demum iustis de causis ei renunciant, peieraſse non dicitur.*
8 *Clericus in casu necessitatis, etiam non obstante iuramento absque absolutione, agere potest.*
9 *Quis in casu necessitatis potest venire contra iuramentum proprium, absq; incursu periurij, & maxime quando copia superioris, qui habilitare potest, non possit haberi.*
10 *Necessitas, quando est celer, res Ecclesiasticæ, etiam absque solemnitatibus alienari possunt.*
11 *Necessitas, & impossibilitas excusant quem à periurio.*
12 *Periurus non est, qui ex iusta, & legitima causa deserit iuramentum.*
13 *Iurans tenere in aliquo loco hostagia, si non habet ibi quid comedere possit, ibi dicta hostagia tenere astringi non potest.*

An iste sic iurans fideiubendo efficiatur periurus.

CAP. LVIII.

1 SEd difficultas stat, † An iste talis sit effectus periurus: quia non obseruato iuramento, vel non petita prius, & obtenta absolutione pro amico egeno, & paupere fideiussit?

Et quod sit effectus periurus: ijs medijs ostendi posse videtur.

2 Primo per simile, de eo, † qui iurauit se nolle ludere, nam si demum iste pro ludente fideiubeat, vel ipsi pecuniam det mutuo, vel ludentem doceat ludatque pro alterutro, periurus fit. Bal.in Auth.interdicimus. C.de epis. & cler. Marant.in Spec. part.6. art.9. nu.46. Caccialup.de Lud.num.63.& dicit glos. in l. Lucius, ff. de his, qui not. inf.

3 Amplius, quia † iuramentum, etiã metu extortum, absolutionem requirit. Mart. Laud.cons.36.num.19. Couar.in c.quamuis, par.1. §.5.nu.3.de pact.in 6.& vari.resol.c.4. nu.7.

Contrarium tamen est verum istũ esse à periurio excusatum, & absolutione non egere: quod † enim lege
4 permittente fit, pœnam non meretur,
5 & qui lege permittente † iuramentum violat peieraſse non dicitur: nam
6 legis promissio pro gratia, † & absolutione habetur. l.fin. ff. qui satisd. cogan. l.fin.in princip.ff.ad municip. l.Gracchus. C.ad l.Iul. de adult. cap. cui est illa. 12, q.3. Mascard. de probat.

16 *Valet argumentum de hypotheca, & pignore ad fideiussionem.*

17 *Contingentia non solent aliquid ponere, & determinare.*

18 *Habendus est respectus ad id, quod vt plurimum fit, & non ad id, quod aliquando ob hominum malitiam contingit.*

19 *Tristes euentus non sunt considerandi.*

20 *Prohibitus alienare, quod non censeatur prohibitus fideiubere multi authores hanc opinionem tenentes referuntur.*

An prohibita alienatione censeatur prohibita fideiussio.

CAP. LIX.

1 QVæro itidē, † An prohibita alienatione, etiam verbis multum generalibus, & prægnantibus, & etiā alienationis latissime sumpto vocabulo: etiam censeatur prohibita fideiussio?

Et videbatur primo aspectu dicendum, quod sic.

2 Primo, quialiàs, † quod vna via prohiberetur, alia concederetur, contra l. scire, in §. si mater ff. de excusat. tut. cap. cum quid. vbi Dyn. & alij de reg. in 6.

3 Secundo, † quia mediante obligatione bonorum deuenitur ad alienationem, vt etiam exprælatione fideiussoris, casu quo debitor principalis non soluerit.

4 Tertio, † quia prohibito fine, videtur etiam prohibita omnia ea, per quæ

5 ad finem tēditur: cum qui † vult consequens, velit omne necessarium antecedens. l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procurat. l. oratio. ff. de sponsa.

6 Quarto, † quia prohibitus alienare, nec occasionem dare potest, per quam alienatio sequatur. Ceph. cons. 175. nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 93. num. 2.

7 Imò † omnes modos debet euitare is, cui alienatio prohibita est, ne alienatio sequatur gl. in l. si ita quis, in §. ea lege. ff. de ver. oblig. Silua. cons. 25. nu. 12. Rol. cons. 31 nu. 27. & 84. nu. fin. vol. 1. Natt. cons. 110. num. 11. & cons. 111. nu. 1.

8 Quinto, † quia venditione prohibita omne eius præambulum prohibitum cēsetur Bart. in l. quorum. ff. de pign. Soc. Iun. cons. 119 num. 5. vol. 2. Natt. cons 470. nu. 2. & 474. num. 21. Burs. cons. 151. num. 42.

9 Sexto, † quia prohibito effectu, omnis causa prohibita censetur. Menoch. de præsump lib. 6. præsump. 93. Osasch. decis. Pedam. 101. num. 9.

In contrarium tamen est veritas,

10 † quod prohibita alienatione à canone, lege, statuto, contrahente, testatore, Principeque non censeatur prohibita fideiussio.

11 Primo, † quia prohibitio alienationis est odiosa, omnes in l. filius fam. in §. diui. ff. de leg. 3. Dec. cōs. 337. nu. 5. 513. nu. 6. 635. nu. 11. & 639. nu. 8. & contra ius commune, secundum quod vnicuique licitum est de rebus suis ad libitum disponere. l. in re mandata. C. mād. l 2. ff. si quis à parent. manum. fuer. Ias. in l. 1. num. 29. de adoptio. ergo strictè intelligi deber. l. dudum. C. de contrah. emp. vnde non erit extendenda ad fideiussionem.

12 Secundo, † quia prohibita alienatione, non statim dicitur prohibita fi-

13 deiussio. Cum alienatio sit † tantum is actus per quem dominium trāsfer-

14 tur. l. 1. ff. de fun. dot. quo fit, † vt alienatione prohibita tm̄ ille actus prohibitus

bitus censeatur, per quem dominium transfertur strictè, & proptiè loquendo, gl. in l. in ambigua. ff. de leg. Castr. in l. sciie. ff. de leg. Alex. cons. 41. vol. 6. Soc. cons. 75. nu 2. vol. 1 igitur cum fideiussione interposita, & præstita nulla sequatur alienatio minus ab initio dominium in creditorem transferatur. Meritò.

15 Tertio, † prohibita alienatione non censentur prohibita obligatio, oppignoratio, & hypothecatio bonorum Ang. in l. benignius. ff. de leg. Bal. in l. fi. C. de rebus alie. non alie. Arret. consil. 75. circa præsentem num. 1. vol. 1. Asin. de execut. in prolelog. nu. 5. Barnab. Corn. dec. Lucens. 10. nu. 14. 15. & 16. Carroc. decis. 117. nu. 19. Anto. de Gamar. dec. Lusit. 107. nu. 2. Bal. in c. 1. in §. aut si libellario, in fin. quibus
16 mod. feud. ad mit. Ergo idem † erit in fideiussione cum valeat argumentum de hypotheca, & pignore ad fideiussionem, & è contra.

17 Quarto, † futura contingentia, non solent aliquid ponere, vel determinare, quia iuxta dictum Philosophi, de futuris contingentibus nulla est determinata veritas, nam possunt esse, &
18 & non esse, sed potius † habendus est respectus ad id, quod fit vt plurimū, non quod ob hominum malitiam aliquando cōtingit. l. nam ad ea. ff. de leg.
19 & maximè cum tristes † euentus non sint habendi in consideratione. l. inter stipulantem, in §. sacram. ff. de verbor. oblig. igitur cum possit esse, quod fideiussor, etiā non soluat, ideo de hoc, quod soluat nulla est habenda ratio.

20 Et † quod prohibitus alienare, & quod plus se obligare, nō dicatur prohibitus fideiubere, dixerunt. Bald. de stat. in verbo fideiussor nu. 6. & in l. fi. num. 7. vers. statutum dicit C. ad S. C. Maced. Carp. ad Stat. Med. c. 162. nu. 82. & cū hac opinione pertransit Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 1. num. 120.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio debet continere summā certam, vel ex futuro euentu, aut per relationem ad aliud certificādam, aliàs non valet.*

2 *Summa certa ea habetur, quæ vel ex futuro euentu, aut per relationem ad aliud certificanda veniat.*

3 *Etiā quod pro forma requireretur certa, & præcisè summæ expressio.*

4 *Quando certa summa non est relicta, tūc in eius liquidatione recurritur ad arbitrium boni viri, & iudicis.*

Fideiussio debet continere summam certam, aliàs ratione incertitudinis non valet.

CAP. LX.

1 FIdeiussio debet continere summā certam, vel ex futuro euentu, aut per relationē ad aliud certificandam, aliàs non valet, quod quomodo procedat fusissimè explicat. Ant. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 10. à nu. 70. vsq; ad 90. & quod fideiussio rei incertæ nulla sit, est tex. in l. ità stipulatus. ff. de ver. oblig. & ità cauit Decia. cons. 72. num. 10. & 11. vol. 2. Hering. d. loco nu. 71. qui ex Amat. decis. 4. Marchiæ
2 num. 29. inquit, † & summam certam eam dici, quæ vel ex futuro euentu, vel per relationem ad aliud certificā-
3 da venit, † etiam quod pro forma requireretur certæ, & præcisè summæ expressio, & specificatio. Quo fit,
4 quod quando certa summa † non est relicta, tunc in eius liquidationem recurritur ad boni viri, & iudicis arbitrium.

trium.l.si quando. ff. vt leg. nom. cau. adde quæ supra traduntur in hac ead. sect. cap. 54.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio errore iuris, & facti infirmatur. & nu 3.*
2 *Errans non consentit.*

Errore inefficax redditur fideiussio.

CAP. LXI.

1 ERrore fideiussio inualida redditur, etiam quod errans in iure errauerit, l. si quis. ff. de fideiuss. & ratio
2 est, † quia errans non consentit. l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. l. cũ testamentum. C. de iur. fact. ign. l. sed hoc ita. ff. de acq. pluu. arcenda. l. non ideireo. C. de iur. & fact. ign. Anchar.
3 cons. 128. num. 2. & † quod fideiussio errore iuris, & facti infirmetur tradit Ant. Herin. in suo tractatu de fideiuss. c. 19. num. 1. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio vi, & metu extorta non valet.*
2 *Nihil magis est contrarium consensui, quam vis, & metus.*
3 *Fideiussio metu mortis, corporis cruciatu, vel minis capitalibus contracta nullius est virtutis.*
4 *Etiam quod alius prò creditore, vel debitore fideiussori vim intulerit.*
5 *Fideiussor pro relaxatione carcerati acceptus, si dicta fideiussio fuit meticulosa, nec ad pœnam, nec ad reum sistendum tenetur.*
6 *Vi, & metu probatis non suffragatur clausula in instrumentis apponi solita non vi dolo, & metu, etiam concurrente iuramento.*
7 *Clausula non vi dolo, & metu de consuetudine notariorum apponi solet.*

Fideiussio vi, & metu extorta nullius est efficaciæ.

CAP. LXII.

1 FIdeiussio vi, & metu extorta, nullius est virtutis. † Cõsensui enim nihil magis contrarium est, quamuis, & metus, l. nihil consensui. ff. de reg. iur. l. si donationis. C. de his, quæ vi. met. caus. & † ideo si ob metum mortis cruciatum corporis, vel capitales minas quis fideiusserit coactus huius fideiussionis nulla est habenda ratio. l. 2. & l. fin. C. de his, quæ vi, & met. causa. l. 1. ff. quod metus causa. Natt. cons. 50. num. 20. volum. 1.
4 Quod † procedit non solum, si creditor, aut debitor fideiussori vim, metumque intulerint, verum etiam si
5 alius pro eis; & ideo † fideiussor pro relaxatione carcerati acceptus, si fideiussio fuit meticulosa, nec ad pœnam, nec ad reum sistendum tenetur. Afflict. decis. 148. Farin. de carc. & carcer. lib 1. tit. 4. quæst. 35. per totum. Et hæc † procedunt probatis vi,
6 & metu: nam ipsis iustificatis non tãtum procedunt prædicta, verumetiã nihil operatur clausula in instrumentis apponi solita non vi dolo, & metu, sed sponte, etiam concurrente iuramento. Patet, † quia talis clausula de consuetudine notariorum apponitur, vnde parum operatur. Batt. in l. 1. q. 6. ff. de iure cod. patet etiam, quia hæc clausula operatur in dubio: secus quando de mente clarè constet: nam tunc nullius est efficaciæ. Hond. cons. 23. nu. 43. & cons. 29. nu. 50. & 51. vol. 1. Eodẽ enim modo, quo partes fuerunt inductæ ad contrahendum,

dum, etiam pari ratione ad apponendam istam clausulam cõtractui accessoria. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 126. nu. 30. par. 1. diximus. sect. 10. cap. 43 infra.

Dolo, & fraude, fideiussio inita non attendenda.

CAP. LXIII.

FIdeiussio fraude, & dolo inualida redditur, vt multis exemplis hoc comprobat. Ant. Hering. de fid. c. 19. num. 25. & in specie. nu. 29. cum seqq.

Fideiussio blandis, & dolosis verbis facta non obligat, cuius dicti exempla referuntur multa.

CAP. LXIIII.

FIdeiussio blandis, & dolosis verbis inducta fideiussorem nõ obligat: puta si in ea ineunda fuerit promissum, quod pignora tradẽtur, & id nõ fuerit factum. Vt etiam si promissum sit infra tale tempus fideiussorem à fideiussione liberare, & hoc nõ fuerit effectuatum. Vt etiam multis alijs modis hoc cõtingere refert. Ant. Hering. d. tract. c. 19. nu. 41. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Fideiusio si non valet vt fideiusio, valet vt iusio.*
2 *Acceptilatio si non valet vt acceptilatio valet tamen vt pactum.*
3 *Stipulatio si vt stipulatio sustineri non potest, potest tamen vt pactum valere.*
4 *Testamentum, si non valet, ut testamentum sustinetur tamen in uim codicillorum.*
6 *Nuptiæ si in uim nuptiarum non valent, sustinentur ut sponsalia.*
6 *Aliud est iubere, aliud fideiubere.*
7 *Solus iussus fideiussio, & intercessio dici non potest.*

Fideiussio si non valet, vt fideiussio, valebit tamen vt iussio.

CAP. LXV.

1 FIdeiussio † si est, quoad formam inutilis, inualida, & inefficax, & sic si non valet, vt fideiussio, valebit tamen vt iussio. §. item inutilis, instituti. de inutil. stip. † Vnde acceptilatione habetur, quæ si non valet, vt acceptilatio, valet tamen vt pactum. l. an
2 inutilis. ff. de acceptil. † vt, & pari ratione de stipulatione dicitur, quæ si, vt inutilis non subsistit, nihilominus in vim conuentionis, & pacti sustinetur. l. 1. §. cum. ff. de constit pecun. † &
4 de testamẽto nullo traditur, quod valeat in vim codicillorum. † Et de nuptijs inualidis, quod in vim sponsalium sustineantur. Videatur Ant. Heringer in suo tract. de fideiuss. cap. 11.
6 nu. 154. cum seq. & aduerte, † quod aliud est iubere, aliud fideiubere. l. 1.
8 § quid ergo. ff. quod iussu. † Nec solus iussus fideiussio, & intercessio dici potest. Bartol. in l. si domina. ff. ad Velleian.

TRA-

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

GESTA PER PRINCIPALEM, AN, ET QVANDO PROSINT, & noceant fideiussori, & è contra. Et de communicatione, & non communicatione beneficiorum inter debitorem principalem, & fideiussorem, & è contra, & sic, an, & quando immunitates, exemptiones, priuilegia, beneficia, indulta, prærogatiuæ, exceptiones, iura, & facta per reum, & principalem debitorem prosint, & noceant fideiussori, & è conuerso. An, & quando beneficia, indulta, immunitates, exemptiones, priuilegia, gratiæ, prærogatiuæ, iura, defensiones, & gesta per fideiussorem iuuent, & noceant reo principali. Et enumerantur casus LI. Materia certè satis pulchra, elaborata praticabilis, & curiosa.

SECTIONIS NONÆ.

SVMMARIVM.

Gesta per principalem, an, & quando noceant fideiussori, & è contra.

1 *Mora principalis nocet etiam fideiussori, nisi mora creditoris, quoad ipsum fideiussorem præcesserit, num. 2. & 8. Contrarium tamen. num. 10.*

Secus è contra, quia mora fideiussoris principali non nocet, num. 6.

3 *Mora principalis nocet fideiussori, siue commissa sit omittendo, siue committendo.*

4 *Mora principalis nocet fideiussori, etiam si principalis in mora constitui non possit.*

5 *Itè ei nocet siue datus sit ante moram, siue post moram accesserit.*

9 *Mora principalis nocet fideiussori quoad perpetuandam obligationem.*

Secus quo ad pœnam, nisi spoponderit in omnem casum nu. 12.

10 *Fideiussori magis fauetur quo ad moram, quam ipsi principali.*

11 *Moram fideiussor potest purgare infra sex menses, reus verò infra duos, vel tres.*

13 *Mora principalis nocet fideiussori, etiam quo ad augendum obligationem, quando fideiusit in omnem casum.*

14 *Reus si moram purgare non potest, potest tamen eam purgare fideiussor.*

15 *Fideiussor laborat morbo alieno, & ideo facilius ei subuenitur.*

16 *Mora principalis grauior reputatur, quam fideiussoris.*

17 *Fideiussor de iudicio sisti debitoris morosi, moram ob diei lapsum purgare potest.*

Gesta per reum, & principalem debitorem, an, & quando prosint, & noceant fideiussori, etiam è contra: Gesta per fideiussorem, an, & quando iuuent, & noceant reo principali. Et enumerantur multi casus.

CAP. I.

1 MOra † principalis debitoris nocet fideiussori: secus est in mora fideiussoris, quæ non nocet principali.

2 Regulariter. † Mora principalis rei debendi præiudicat fideiussori, nisi creditoris mora quo ad fideiussorem præcesserit, sunt verba tex. in l. mora 88. ff. de verb. oblig. Bar. in l. cum filius famil. 48. num. 1. d. tit. Ias. in d. l. cum filius fam. in §. si stipulatus. nu. 3. qui dicit quid seruandum in obligationibus faciendi.

3 Ampliatur, † etiam quod mora sit commissa omittēdo. Prat. Pap. in forma libelli contra plures reos debendi. §. solutionem facere. nu. 1. vbi firmat, moram debitoris nocere fideiussori, siue dicta mora, vel culpa sit incursa faciendo, & committendo, siue negligendo, & omittendo.

4 Ampliatur secundo, † etiam quod principalis debitor non possit in mora constitui ex persona sua, adhuc tamen mora principalis nocet fideiussori. Ias. in l. si pupillus. nu. 4. ff. de verbor. oblig.

5 Extende tertio, † vt non tantū procedat, quādo fideiussor fuit datus ante moram, verū etiam si post moram accesserit. l. si seruum, in §. nūc videamus in fin. ff. de verb. oblig. d. l. mora rei, & l. vinum, vbi Alex. num. 9. ff. si certum pet, l. centum capuæ, versic. nec oportebit. ff. de eō, qui cer. loc.

6 Lim. 1. † in mora fideiussoris, quæ non nocet principali: licet enim mora principalis debitoris noceat fideiussori, tamen nō est è conuerso, quod mora fideiussoris noceat principali. d. l. mora, vbi dicitur, quod mora fideiussoris ipsi soli nocet.

7 Limit. 2. † quando post factā oblationem per fideiussorem reus fuerit in mora: nā tunc mora debitoris non nocet fideiussori. Matth. Matthesil. singul. 174. & præsertim quando facto, & culpa debitoris mora commissa fuit Augustin. Bero. cons. 193. nu. 36. vol. 1.

8 Limit. 3. † quando mora creditoris præcessit, quo ad fideiussorem. Petr. de Rauen. sing. 764. & habetur in d. l. mora, ff. de verb. oblig.

9 Lim. 4. & intellige † regulam prædictam procedere quoad conseruandam obligationem ex interitu speciei: secus verò est quoad augendam: quia tali casu, mora principalis debitoris non nocet fideiussori: Bart. in l. centum Capuæ num. 2. & 8. ff. de eo, qui cert. loco. vbi facit longam distinctionē, & in istis terminis procedunt quæ ponit, & respōdendo ad d. l. mora firmatur. Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 24. num. 156.

10 Et aduertas, † Quod fideiussori magis fauetur circa moram commissam per ipsum reum principalē, quam
11 ipsi reo principali. † Et ideo fideiussor potest purgare moram infra sex menses, reus autem infra duos, vel tres. Ias. in l. vinum, num. 14. ff. si certum pet.

12 Etiam scias. † Quod fideiussor, qui in omnem casum spopondit tenetur, & ad vsuras post moram principalis debitoris, l. quæro, in princ. ff. locat. l. initio. ff. de pact. inter empt. & vend.

quod

quod procedit non tantum in contractibus bonæ fidei, d. l. quæro, verum etiam stricti iuris. l. si seruum Stichũ. §. nũc videamus. ff de verb. obl. Boro. d. cons. 193. num. 43. lib. 1. regulariter enim mora principalis debitoris perpetuat, obligationem fideiussoris. d. l. si seruum Stichum in §. nunc videamus in fi. ff. de verb. oblig. sed d. obligationem non auget. Rom. cons. 270. num. 7. Alex. in l. 1. nu. 2. & 3. ff. de in
13 lit. iur. † Sed si in omnem casum fideiussor intercessit tenetur ad vsuras, & omnes alias accessiones, quibus obligatus extitit principalis. l. si postea. ff. rem pup. sal. for. l. si quis pro eo in §. si nummos. ff. eo. l. centum Capuæ. ff. de eo quod cert. loc. Alex. cons. 34. nu. 7. lib. 2. Boroi. d. cõs. 93. nu. 41. lib. 1. posuimus supra ampl. 3. & sect. 5. cap. 1. num. 13. Carp. ad Stat. Mediol. part. 2. cap. 189. num. 10.

14 Sed quid † si reus purgare moram nequeat: an etiam fideiussor à motæ purgatione repellatur. Et quod non, & sic quod fideiussor moram purgare possit, licet hoc reo interdictum sit faciunt. l. sancimus. C. de fideiuss. Anto. Hering. de fideiuss. c. 27. par. 5. nu. 25.
15 † & ratio est, quia fideiussor laborat morbo alieno, & ideo, vt dictum supra proxime, facilius ei subuenitur l. legem. C. de nat. lib. Roncag. in l. 3. §. vbi duo. num. 88. & 194. & in l. duos reos, nu. 3. ff. de duobus reis. Magon. decis. Floren. 57 nu. 61 & Lucens. 92.
16 nu. 6. & 29. † Mora enim principalis grauior reputatur, quam fideiussoris l. mora. ff. de verb. oblig. Salyc. in l. semel mora, in 2. q. principali. nu. 27. ff. sol. matrim. Anton. Hering. d. tract. de
17 fid. c. 24. nu. 124. † Iterum, quod debitoris morosi ob diei lapsum fideiussor de iudicio sisti morã purgare possit, ita quod cõtra eum ad pœnam procedi nequeant, faciunt d. l. sancimus. C. eod l. & si post tres. ff. si quis caut. Menoch. de arbit. cas. 40. Gram. decis. 95. Osasch. 49. nu. 11. & 12. Moscat. in prax. fid. par. 2. q. 1. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Culpa rei principalis nocet fideiussori, etiam quod reus non sit soluendo.*
2 *Culpa fideiussoris reo principali non obstat.*
3 *Culpa fideiussoris ei nocet quando venit ex natura contractus.*

Culpa rei debendi nocet fideiussori, sed non è contra.

CAP. II.

1 SI † contingat reum esse in culpa; Talis rei principalis culpa afficit fideiussorem, etiam quod reus non sit
2 soluendo, † sed non è conuerso, nam culpa fideiussoris non nocet reo: Bald. in l. si quis iniquum in §. si is pro quo,
3 num. 1. & 3. ff. quod quisque iur. † Et vnum aduerte, quod ad hoc, vt culpa fideiussoris ei noceat requiritur, quod veniat ex natura contractus. Butr. in l. exceptione. num 6. ff. eod.

SVMMARIVM.

1 *Delictum principalis an, & quando noceat fideiussori, distinguitur.*
2 *Delictum principalis non nocet fideiussori quo ad inducendam obligationẽ.*
3 *Idem quoad iam inductam tuendam.*
4 *Delictum rei nocet fideiussori, quod ad actionem conseruandam.*
5 *Delictum principalis nocet fideiussori: quando fideiussor delicto consentit.*
6 *Delictum rei principalis nocet fideiussori quando obligatio, & actio sunt exceptione elisæ.*

7 *Delictum principalis regulariter fideiussori non nocet.*
8 *Minusque prodest ad liberationem consequendam.*
9 *Factum alterius, alteri nocere non debet.*
10 *Culpa alterius, alteri non debet esse nocua.*
11 *Nocentis respectu innocens puniri non debet.*
12 *Fideiussor non habet causam lucrativa, sed tractat de damno euitando.*

Delictum rei principalis an, & quando noceat fideiussori.

CAP. III.

1 DElictum rei, an, & quando noceat fideiussori, distingue vt per Bart. in d.l.si quis iniquum, in §. si is pro quo. num. 1. ff. quod quisque iur. & per Alex. in l. quoties. C. de precib. imp. offer. qui dicunt, † quod ad inducendā obligationem, delictum principalis non nocet fideiussori; secus verò est ad actionem iam natam augēdam, vel conseruandam, quia tūc nocet, nisi sit exceptione elisa quia: tali casu delictum principalis fideiussori non obest. Vel dic melius, & clarius, quod aut primo loco agitur de inducenda obligatione contra fideiussorem, & tunc delictum rei principalis non nocet fideiussori l. si in pignore ff. eod. 3 † aut, & secundo delictum tendit ad obligationem iam natam augendam, & tunc idem l. ñ. ff. de eo, per quem factum erit. l. centum Capuæ. ff. de eo 4 quod cert. loc. † aut, & tertio delictū actionis conseruationem respicit, & tunc nocet, & maxime quando actio 5 erat iam exceptione elisa: † nisi fideiussor consentiat, d.l.si quis iniquum, 6 in §. si is pro quo, vbi gl. † secus verò est, si actio non erat exceptione elisa. Quia tunc non nocet d.l. mora. ff. de verb. oblig. l. si seruum. §. nunc videamus d. tit.

7 Regulariter † autem dolus, & delictum principalis fideiussori non nocet. l. fin. ff. de pactis. l. 2. C. ad Turpill. l. apud Celsū. in §. Auctoris. ff. de dol. excep. Sebast. Medic. de cōpensat. p. 2. 8 q. 4. nu. 2. & 7 † sicut nec prodest ad liberationem cōsequendam l. 1 & l. sententia. C. de fideiuss. Anto. Hering. de fid. c. 27. par. 4. nu. 41. & c. 24. nu 172. 9 & ratio est: † quia factum alterius alteri nocere nō debet, quam ei, qui fecit l. de pupillo. §. si pluriū. ff. de nou. oper. nunc. l. neq; infantes. ff. de fideicom. lib. l. procurator ff. de dol. mal. 10 except. l. 4. ff. de tab. exhiben. † nam alterius culpa alteri nō debet esse nocua, delictum enim non egreditur personam sui Authoris l. 7. C. de cens. & censit. lib. 11. & id potissimum est spe- 11 ctandum, ne † respectu nocentis puniatur innocens l. fi. in fine. C. de his, qui latr. occ. l. si quis in suo, in §. legis. C. de inoff. test. l. cum ratio. in princip. ff. de bon. damn. alia etiam ratio deduci- 12 tur: † quia fideiussor nō habet causam lucrativam: sed tractat de damno euitando, vnde non mirum si dolus principalis debitoris, fideiussori non noceat d. l. apud Celsum in §. Authoris. ff. de dol. excep. inquit Vinc. Hondad. cons. 111. nu. 57 par. 1.

SVMMARIVM.

1 *Factum rei principalis non obest fideiussori nisi consentiat.*
2 *Fideiussoris facto principalis non lædi-tur, nec iuuatur.*
3 *Fideiussoris factum à facto principalis multum distat.*

Fa-

Factum principalis debitoris non nocet fideiussori: minus factum fideiussoris nocet principali debitori.

CAP. IV.

1 FActum rei † principalis debendi non nocet fideiussori, nisi fideiussor dicto facto consentiat. l. 1. ff. de alie. iud. mut. causa fact. l. 3. § si is pro quo. ff. quod quisque iur. & fideiussor. ff. de re iud. & ibi Bald. & Salyc. in l. fin C. de fideiuss. Mandos. de inhib. q. 68. num. 2. DD. omnes in l. fin. ff. de
2 pact. † Idem etiam est è cõuerso: nam fideiussoris facto principalis debitor non lædirur, nec iuuatur. l. & hæredi in fin. & l. fideiussoris, ff. de pact. l. si cũ exceptione in §. Labeo vbi Alberi. ff.
3 quod met. caus. Et ratio est: † quia fideiussoris factũ à facto principalis est valde diuersum, nam sicut sunt diuersæ personæ, ita sunt distincta facta. Menoch. de recuper. remed. 5. q. 12. num. 41. & 42.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor non tantum ad sortem: verum etiam ad augumentum sorti factum tenetur.*

2 *Fideiubens pro conducente domum vltra pensionem, etiam ad maseritias, & superlectilia domus conductæ tenetur.*

Augumentum sorti principali factum extenditur ad fideiussoriam.

CAP. V.

OBligationi fideiussoriæ accedit omne id, quod principali obli-
1 gationi accrescit: † fideiussor enim nõ tãtum ad sortem: verum etiam ad additamentum sorti factum tenetur. l. si ab vno. ff. vt leg. nom. cau. Marsil. in rub. eo. q. 8. n. 95. vers. item, & vltra prædicta Beroi. decis. 314. Rom. sing. 153. & 550. an fideiussor intercedens. Cepol. caut. 126. ille qui quos sequitur. Surd. decis. 212. nu 9. & diximus
2 in hac 2. part. sect. 5. cap. 2. & 3. † quò fit, vt intercedens pro conducente domum, nõ tantum teneatur ad pensionem, verum etiam ad superlectilia, & maseritias domus conductæ.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio interrupta contra vnum ex correis contra alium etiam interruptam censetur.*

2 *Præscriptio interrupta contra principalem non dicitur interrupta contra fideiussorem, etiam si se vt principalis, & cum iuramento obligauerit. num. 4.*

Nec etiam è contrario. num. 3.

5 *Fideiussor, & principalis tenentur diuersi obligationis specie.*

6 *Interruptio contra principalem non prodest contra fideiussorem ignorantem, & non citatum.*

7 *Præscriptio interrupta contra principalem non afficit fideiussorem, nisi ex dicta interruptione fideiussor in malæ fide veniret constitutus.*

Interruptio præscriptionis contra principalem facta non nocet fideiussoris & è contra.

CAP. VI.

1 LIcet in duobus † reis debendi interruptio præscriptionis facta per vnum Correum, vel contra vnum ipsorum alijs prosit, & noceat. l. fi. C. de
2 duobus reis. † Tamẽ hoc secus est inter principalem debitorem, & eius fideiussorem: nam in eis petitio debiti

facta cõtra reum principalem per creditorem, & rei verum dominum non inducit interruptionem præscriptionis contra dicti rei fideiussorem, ipsumque non afficit: & è contra interruptio facta contra fideiussorem non
3 nocet reo principali. Bal. in l. tã mandatori. num 25. vers. quæro quod si fideiussor. C. de non num. pec. quæ procedunt † etiam quod fideiussor se vt
4 principalem principaliter, & in solidum obligauerit: & etiam quod cum iuramento. Bart. in l. cum quis, in §. si quis pro reo. num. 6. & 7 ff de solutio. vbi dicit, eã huius dicti rationem esse:
5 † quia reus, & fideiussor tenentur diuersa obligationis specie: cum vna sit principalis, alia verò accessoria obligatio Abb in c. illud in vlt. col. nu. 24. vers. quæro, an extra de præscript. qui dicit hoc ideo esse: quia interruptio prodest tantum exercenti, quasi restringatur actus ad certam personam.
6 † Et quod interruptio præscriptionis contra principalem facta non noceat fideiussori, & è contra quòd interruptio facta contra principalem nõ prosit contra fideiussorẽm ignorantem, & non citatum est glos. in l. cum quis in §. si quis pro reo ff. de soluti. Alex. in l. mora rei. ff. de ver. oblig. Ang. cons. 32. Cardin. Alba. in lucubr. ad Bart. in rubr. de fideiuss. num. 7 & tenent hoc idem Cyn. in l. fin. C. de ann. except. vb. Bald. & Ang. 1mo. in l. si seruum, in §. nunc. ff. de verb. oblig. Felyn. in d. c. illud nu. 15. vers. decima conclusio. Balb. de præscript. in tertia par. 6. par. principalis quæst. 4. num. 47. cum seqq. Pute. decis. 512. nu. 1. & 3. in 2. part. Chisin. decis. 174. in manuscriptis. Anton. Hering. tract de fideiuss. c. 27 par. 5. num 28.
7 Limit. † prædicta quando ex interruptione facta contra reum principalem, etiam fideiussor esset in mala fide constitutus, vt etiam è contra: nam tali casu huiusmodi mala fides existẽs, in vno, afficit etiam alium. Abb. in d. c. illud num. 24. vers. ego dico.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio à iuramẽto ad effectum agendi concessa principali debitori, non prodest fideiussori.*

2 *Et ideo si per instrumentum, & cum iuramento duo se obligant in solidum, & vnus petit absolutionem à iuramento coram iudice Ecclesiastico, & facit inhiberi iudici seculari, ex hoc non tollitur, quin possit fieri executio contra alium debitorem.*

Absolutio à iuramento concessa principali debitori, non suffragatur fideiussori, quin contra ipsum possit fieri executio.

CAP. VII.

1 SI † per superiorem ecclesiasticum impertiatur alicui principali debitori absolutio à iuramento ad effectum agendi: talis absolutio non suffragatur eius fideiussori, quin contra illum instrumenti executio fieri possit: Iaſ. in l. 1. num. 3. C. de diuersis rescriptis. Qui dicit † quod quãdo duo
2 se obligant in solidum cum iuramento, & instrumento, & vnus petit absolutionem à iuramento in foro ecclesiastico volens probare instrumẽtum esse vsurarium, & propterea facit inhibert iudici seculari, quod poterit fieri executio contra aliũ debitorem, quib. adde Marſ. in rub. eo. nu. 274 q. 36. benè Arret. noster cons. 33. incip. cõsultatio præmissa vers. secundũ dubium. nu. 2. ibi, & ideo dicebat Bald.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio facta per iudicem Ecclesiasticum seculari ad fauorem principalis debitoris talis inhibitio non prodest fideiusori.*

2 *Exceptiones competentes reo principali etiam competunt fideiussori.*

3 *Inhibitio facta per iudicem Ecclesiasticum seculari ad fauorem rei, non proderit fideiussori, ne possit capi: fallit ut num.7.*

4 *Executio potest fieri contra fideiussorem pendente lite cum principali absque nitio attentatorum.*

5 *Inhibitio per iudicem appellationis facta ad fauorem unius non prodest alteri.*

6 *Inhibitio ad instantiam fideiussoris concessa non opitulatur principali ne conueniri possit.*

Inhibitio facta principali debitori, ne pendente lite super absolutione à iuramento molestetur non prodest fideiussori.

CAP. VIII.

1 SI cõtingat. † Quod inhibitio concedatur principali debitori, ne pendente lite, super absolutione à iuramento molestetur, talis inhibitio non prodest fideiussori. Hyppol. de Marsil. sing. 125. vbi firmat, quod licet 2 exceptiones † cõpetentes reo principali, etiam competant fideiussori. l. omnes. ff. de exceptio. Tamen si reus 3 † principalis dicit instrumẽtum vsurariũ coram iudice Ecclesiastico suo, & fideiussoris nomine, & fecerit per iudicem Ecclesiasticũ iudici seculari inhiberi, ne procedat ad capturam: talis inhibitio non proderit fideiussori, sed poterit grauari, & capi. † Et qd 4 pendente lite contra teũ executio possit fieri contra fideiussorem non obstante litis pendentia, & vitio attentatorum, dicit Surd. decis. 301. num. 6. 5 † Imò inhibitio facta per iudicem appellationis in fauorem vnius non prodest alteri, iãquam res inter alios acta. cap. Romana. §. in alium de appel. vbi Franc. August. Bero. q. famil. 77. nu. 8. dum inquit, quod inhibitio facta ad instantiam principalis non prodest fideiussoribus. Quinct. Mand. de inhibitio q. 47. & 68. qui ad partes disputat, & dicit articulum dubium, tenendo negatiuam.

6 Ampl. † hoc idem esse, si fideiussor dicit instrumentum vsuratium, & obtinet inhibitionem: nam nihilominus creditor poterit cõuenire principalem debitorẽ. l. creditor, in princ. ff. mand. Marc. rub. cod. q. 36. nu. 274. & sing. 225. incip. tu scis regulam esse. Lancellot. de attentatis. lib. 1. c. 3. nu. 150 Aug. Bero. d. q. fam 77. nu. 8. Mand. de inhibit. q. 48. & 68. Hond. cons. 50. nu. 37. vol. 1. Musca 1. in prax. fid. par. 2. quæst. 8. num. 18. cum seqq. Anton. Hering. de fid. c. 27. pat. 5. nu. 51. & 52. Surd. d. decis. 301. num. 5. & diximus supra proximè.

7 Limit. † quando fideiussor esset nominatus in petitione inhibitionis, seu in instantia facta per debitorem in illa obtinenda, quia tunc inhibitio concessa ad fauorem principalis debitoris, etiam prodest fideiussori Mand. de inhibitionibus. q. 47. nu. 1. & q. 68. qui nu. 8. dicit conclusionem hanc veram in fideiussore contractus, quod secus ait in fideiussore iudicij.

SVMMARIVM.

1. *Cessionis bonorum beneficium concessum principali non iuuat fideiussorem; etiam num. 4. vbi de ratione.*

2 *Fideiussor non obstante beneficio cessionis bonorum elargito suo principali nihilominus tenetur soluere.*

3 *Quinquennalis dilatio principali concessa non prodest fideiussori.*

4 *Beneficium cessionis bonorum est personale.*

5 *Creditor fideiussorem recipiens id potissimum agit, quod si facultatibus labitur debitor in subsidium à fideiussore suum consequatur.*

Beneficium cessionis bonorum principali debitori concessum non iuuat fideiussorem.

CAP. X.

1 SI debitori principali conceditur beneficium cessionis bonorum, talis concessio nõ suffragatur fideiussori §. fin. instit. de replicat. l. hæres à debitore. §. quod si stipulator vbi Bar. nu. 1. & 2. ff. eo. Ias. in §. fi. in 4. col. nu. 25. vbi Ang. nu. 10. Inst. de actio. doct. in l. 1. C. qui bon. ced. possunt. Bald. in l. tam mandatori. C. de non num. pec. Matth. Brun. de cessio. bon. q. 8. cessio principalis debitoris, an fideiussori prosit. nu. 1. 6. & 20. dum vult, quod

2 † fideiussor non obstante principalis debitoris cessione bonorum eidē concessa, tenetur soluere, qui id etiã ampliat

3 † ad quinquēnalem dilationem, & notat Arret. in § fi. nu. 3. versic. non quod exceptio personalis. instit. de replicat. Guid. Pap. decis. 211. ad fin. nu. 3. vers. sed an cessio bonorum. Cum. super rit. Sicil. c. 95. num. 30. Siluan. cons. 24. nu. 1. quiex Bart. Ang. Arret. Castr. & alijs hanc sententiam communem, & veram esse attestãtur. Carpan. ad Stat. Med. nu. 408. nu. 18. lib. 1. Carolus de Grass. in tract. de except. ad materiam. statut. excludentis omnes exceptiones except. 17. num. 67. Ioan. Bernardus Moscat. in sua prax. fideiuss. part. 2 q. 8. num. 21. Ant. Hering. de fid. c. 20. §. 15. nu. 34. qui hoc dictum duobus modis limitat, & 27.

4 par. 4. nu. 99. & ratio † huius pronunciati ea est, quia nõ tantum hoc beneficium personale est, verum etiã, quia

5 is † qui fideiussorem accipit, id potissimum facit, quod si facultatibus labitur, quod debitor in subsidium à fideiussore suum consequatur.

SVMMARIVM.

1 *Moratoria dilatione solet munirì debitor, ne ab eo infra quinquennarium quid petatur.*

2 *Moratoria dilatio cõcessa debitori, non prodest eius fideiussoribus.*

3 *Dummodo dicti fideiussores non sint in supplicatione nominati.*

4 *Moratoria, & quinquennalis dilatio priuilegium personale est, quod personam non egreditur.*

5 *Moratoria ad hoc, vt fideiussorib. prosit duæ cautelæ referuntur remissiuè.*

6 *Beneficia cessionis bonorum, & quinquennalis ad fideiussores non transeunt.*

7 *Lite pendente cum principali interim potest exigi fideiussor.*

8 *In obligationibus soluendi exceptiones, quæ competunt reo principali, fideiussores eorum non iuuant.*

9 *Exceptio respiciens personam debitoris ipsum non egreditur.*

10 *Beneficium concessum debitori principali, ne conueniatur vltra vires non opitulatur fideiussori.*

11 *Dilatio concessa debitori per maiorem partem creditorum suffragatur eius fideiussori.*

12 *Reus comparens ad fideiussoris defensionem, & ex persona sua opponens*

de

de dilatione sibi concessa, tunc talis dilatio, & reo, & fideiussori est vtilitatis.

13 *Dilatio cõcessa etiam vni debitori motu proprio principis, non tantum ipsum debitorem, verum etiam eius fideiussorem iuuat.*

14 *Quando fideiussor beneficio cedendarũ non renunciauit, tunc dilatio concessa principali, etiam fideiussori prodest.*

15 *Cautela, ad hoc, vt exceptio personalis competens principali, etiam fideiussori sit proficua.*

16 *Fideiussor denuncians litem suo principali, quod molestatur, & instans quod compareat, & veniat, & suscipiat iudicium in se, & quod opponat hanc dilationis exceptionem in personam suam dicens sua interesse, ne fideiussor in solidum conueniatur, recipitur, & gaudet beneficio huius dilationis, etiam reo inuito.*

17 *Vbi huius cautelæ duplex ratio deducitur.*

Dilatio, & moratoria concessa reo principali non prodest fideiussori.

CAP. X.

1 MOratoria, † qua solet muniri debitor, ne ab eo intra quin-
2 quenniũ quid petatur: cõcessa † principali debitori non prodest suis fide-
3 iussoribus, & maximè si non sunt † in
4 supplicatione expressè nominati. † Priuilegium enim personale est, & personam debitoris nõ egreditur. Cyn. Bal. & Salyc. in l. quoties, vbi Ias. in fin. C. de præcibus imper. offer. Bart. in l. filiusfamilias in § si stipulatus sum. nu. 2. ff. de verb. obl. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 203. num. 10. & Cas. 337. in fi. Mirchesan. de cõmiss. 4. q. 1. nu. 25. & 27. Asin. de executi in prolego. c. 2. nu. 19. & 20. Anguse. cõs. 142. nu. 2. lib. 3. Io. Bernard. Muscatell. in sua praxi fideiuss. in 2. p. q. 9. Carauit. super tit. Sicil. rit. 287. num. 16. qui
5 † dat duas cautelas ad hoc, vt moratoria prosit fideiussoribus. Bru. in suo tract. de cessione bonorum, q. 8. nu. 6. qui dicit, quod nec beneficium ces-
6 sionis, nec quinquennalis extenditur ad fideiussorẽ. Boui. de statu. vt bi. præscrip. glos. 21. num. 64. & 65. qui post multas distinctiones. nu. 66. & 67. pro hac parte concludit. Surd. cons. 327.
7 nu. 23. vol. 3. vbi vult, † quod lite pẽdente cum principali interim potest
8 exigi fideiussor. † Nam in obligationibus soluendi exceptio, quæ competit reo principali, non prodest suis fideiussoribus Bald. in d. l. quoties. Bouius d. tract. glos. 21. num. 65. Et ratio
9 est, † quia hæc exceptio respicit personam debitoris, ideo ipsum non egreditur. l. exceptiones. ff. de excep l. quia personale, & ibi Bart. ff. solut. matrim. Matth. sing. 104. Cremo. sing. 22.

10 Hinc est, † quod beneficium concessum debitori principali, ne conueniatur vltra quam facere possit, cum sit personale non prodest eius fideiussoribus l. & si fideiussor, vbi gl. Bar. & Alex. ff. de re iud. Brun. d. tract. q. 25. 4. q. principalis. num. 1. & seqq. & q. 6. nu. 3. eiusdem 4. q. principalis.

11 Limit. † tamen primo hæc conclusio in dilatatione concessa debitori per maiorem partem creditorũ, quæ concessa principali, etiam suffragatur eius fideiussoribus. Ias. in l. si cũ Procuratore. col. 1. ff. de re iud. c. Vrsill. ad Affl. & decis. 228. nu. 1. Bursat. cons. 214. nu. 29. lib. 2. Felyn. in c. 2. num. 34. de sponsi. Bird. tract. de tẽp. vtilit. & contin. nu. 8. vers. in supradictis, quos refert, & sequitur Anto. Hering. in suo

tract. de fideiuſſ. cap. 27. par. 4. nu. 69.

12 Limit. 2. † quando teus comparet ad fideiuſſoris defenſionem, & opponit de dilatione ſibi conceſſa. Cyn. & Bald. in d. l. quoties C. de precib. imp. offer. Bald. in l. tam mandatori nu. 8. C. de non num. pec. Cuccus de Morat. præſcript. num. 135. Sutd. deciſ. 301. num. 16.

13 Limit. 3. † ſi conceſſa ſit dilatio vni debitori motu proprio Principis: nam tali caſu etiam operatur, quo ad fideiuſſorem. Anna. conſilio 82. num. 9. 10. & 27.

14 Limit. 4. † quando fideiuſſor non renunciauit beneficio cedendarum. Cucc. d. tract. de morator. nu. 139 Valent. Franc. de fideiuſſ. c. 3. à num. 154. vſque ad num. 183. Bernard. Moſcar. in prax. fideiuſſ. p. 2. q 9. Anguiſ. conſ. 142. num. 2. lib. 3. Ant. Hering. de fid. c. 27. par. 5. num. 76. cum ſeqq.

15 Cautela tamen eſt, † vt tetigimus ſupra in ſecũda limitatione ad hoc, vt fideiuſſor fruatur dilatione principali

16 debitori conceſſa, quod † præfatus fideiuſſor denunciet litem ſuo principali, quod moleſtatur, & ideo inſtet, quid compareat dictus principalis: ac veniat, & ſuſcipiat in ſe iudicem, & opponat hanc exceptionem in perſonam ſuam, dicendo ſua intereſſe, ne dictus fideiuſſor in ſolidum cõueniatur. l. Neſennius. ff. de re iud. l. fi. in fi. C. de vſuris rei iudic. l. idemque in §. generaliter. ff. mand. l. procurator ad exhibendum in §. 1. ff. rem rat. hab. Bart. & Bal. in l. verum, in princ. ff. pro ſoc. idem Bart. in l. ſi fideiuſſor. nu. 2. ff. de re iudicata, & in l. Stichum. §. quod vulgò num. 2. circa medium. ff. de ſolut. Caſtr. in l. maritum. num. 10. ff. ſolut. matrim. verſic. ſolutio, fideiuſſor conuentus. Imo. & alij in l. non tamen cum l. ſeqq. ff. de rebus dub. Petr. Surd. deciſ. 301. num. 16. Bald. in l. tam mandatori. nu. 26. C. de non num. pecun. qui dicit, quod fideiuſſor poteſt excipere ex perſona rei, etiã reo inuito. Et hoc idem fatentur Arron. caut. 32. Valent. Franc. de fideiuſſ. c. 3. 124. & 125. Ant. Heringer. d. tract. de fideiuſſ. c. 27. par. 5. nu. 78. & 81. & nos de hoc egimus inf. hac eadem ſectio. c. 13. nu. 5. & 6.

17 Duplex † autem cautelæ huius ratio aſſignatur. Prima, quia hoc modo fideiuſſori pro debitore ſoluenti daretur regreſſus contra debitorẽ principalem, etiam vltra quam facere poſſet. & ſic, quod vna via prohibitum eſſet, altera permitteretur, vt aduertit. Anton. Hering de fideiuſſ. cap. 27. par. 4. num. 51. altera, quia principalis debitor fideiuſſores cõuentos defendere, & exceptiones, quæ fideiuſſoribus non communicatur, ratione ſui intereſſe opponere poteſt. Bart. in d. l. idemque, §. generaliter, ff. mand. Fab. & Arret. in §. 1. num. 7. inſtit. eo. Arri. Pinell. in l. 2. part. 2. cap. 33. num. 44. C. de reſcinden. vend. Emanuel Suarez. in Theſaur. commun. opin. littera, F. num. 173. Hering. loco præcitato. Ad materiam alia vide ſupra in prima part. in prælud. ſect. 3. capit. 2. aliàs 11.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio competens principali etiam ſuffragatur fideiuſſori.*

2 *Etiam quo ad impediendam obligationem cameralem.*

3 *Exceptio reſpiciens merita cauſæ, & principali competens, iuuat etiam fideiuſſorem.*

4 *Fideiuſſor ipſo iure liberatur per nouationem cum principali factam: niſi fide-*

fideiussor nouæ obligationi accesserit, & num. 5.

6 *Fideiussor accedens naturali obligationi ob stipulationem efficaciter tenetur, quamuis sic efficaciter teneatur.*

7 *Exceptio competens, principali, etiam fideiussori opitalatur, etiam dissentiente principali debitore.*

8 *Exceptio competens principali, prodest fideiussori, etiam quod principalis ea vti non possit, vt quia excommunicatus.*

9 *Item siue dicta exceptio sit orta ante, siue postquam interceserit.*

10 *Exceptio declinatoria fori, competens principali non prodest fideiussori.*

11 *Exceptio respiciens personam principalis debitoris non prodest fideiussori.*

12 *Exceptio cohærens rei, & caussæ prodest, etiam fideiussori.*

13 *Exceptio competens principali de æquitate, vel iure speciali fideiussori non suffragatur.*

14 *Exceptio mutationis status competens principali non extenditur ad fideiussorem.*

15 *Exceptio omnis attingens merita caussæ, & principalem negotiationem, ac obligationem competens principali, etiam eius fideiussorem iuuat.*

16 *Exceptio competens principali, quod etiam competit fideiussori hæc regula sibi locum uindicat in ciuilibus, & non in criminalibus.*

17 *Fideiussor qui nullã exceptionem obijcere iurauit: num possit opponere dilationem quinquennalem, motu proprio concessam per superiorem principali debitori.*

Exceptio, & nullitas, quæ competunt principali, etiam suffragantur fideiussori.

CAP. XI.

1 EXceptio omnis, † ac defensio realis, seu rei, & obligationi cohærens, quæ competunt principali debitori, etiam vtiliter suffragantur, & cõpetunt spontaneo fideiussori, omnia enim iura; & exceptiones, reales, & rei, & obligationi cohærentes, & cõpetentes principali debitori, ex quib. se tueri potest aduersus creditorem, competunt etiam fideiussori. Hęc cõclusio fundata est in l. exceptiones secunda §. rei. ff. eo. l. omnes. ff. de excep. l. defensiones, C. d. tit. de except. & l. si quis postquam, & l. vbicumque, ff. de fideiuss. cũ l. si stipulatus, & l. ex persona. ff. dicto tit. & faciunt textus in l. & si quis in §. quæsitum. vers. itẽ quęritur. ff. si quis caut. l. fin. in §. fi. C. de vsur. rei iud. l. 1. in princ. ff. vt in poss. leg. Bald. in §. 1. nu. 2. in fi. eo. qui ponit ad hoc dictum Fallentias, & in l. si stipulatus, nũ. 1 ff. eo. & in l. 1. nu. 1. ff. de compens. & in l. si is, qui. ff. si quis cautio, idem in l. quod dictum, & in l. & hæredi in §. in his. ff. de pact. Marsil. in rub. de fideiuss. q. 36. num. 267. cum seqq. & q. 50. nu. 350. Ceph. cõs. 577. nu. 8. in quarto. Rot. diuersorum in impress. decis. 95. num. 1. par. 1. vbi
2 dicit hoc procedere † etiam ad obligationem cameralem impediendam. Ias. consil. 133. num. 35. in 4. Paris. cons. 96. nu. 39. vol. 3. Rom. sing. 321. Surd. decis. 301. nu. 12. qui nu. 13. dicit hoc etiã habere locum, quando ex-
3 ceptio concernit meritũ, & obligationem ipsam Paris. cons. 121. nu. 8. vol. 1. Magon. decis. Florent. 110. num. 3.

Fla-

Flamin. Cattar. decis. Ianuen. 4. nu. 2. Farinac. in prax. etim. de carc. & carc. q. 34. nu. 25. qui dicit nu. 27. hæc non procedere in criminalibus, in quibus requiritur præsentia personæ. Et hanc conclusionem sectantur Becci. consil. 45. nu 45. Mazuol. cons. 51. num. 28. Neuizz. cons. 51. nu. 27. Marant. cõs. 145. nu. 7. Carp. ad stat. Mediol. par. 2. c. 159. nu. 16. Valẽt. Franc. de fideiuss. c. 3. num. 20. & 24. Muscat. in prax. fideiuss. par. 2. q. 8. nu. 1. & 2. Grat. resp. 28. nu. 18. vol. 1. & ideo si reus est tutus ratione obligationis nondum natæ, vel inutilis, tali exceptione etiam fideiussor defendi potest. l. si testamẽto. §. fi. & l. si quis pro eo. §. si nũmos. ff. eod. Bald. in l. tam mandatori. nu. 7. vers. & ad hoc, vt hęc materia liqueat. C. de nõ num. pec. pari ratione si reus est securus ratione dissolutæ obligationis ipso iure, vel ope exceptionis, etiam fideiussor talem exceptionem allegare poterit. l. ex persona. ff. eo. l. exceptiones. §. tei autem. ff. de excep. l. 1. §. exceptiones. ff. quarum rerum actio non detur. Bald. in d. l. tam mandatori. num. 4. vers. quandoq; reus est
4 tutus. C. de non num. pec. Prętera † si reus nouauerit obligationem, cui fideiussor accessit ipso iure fideiussor intelligitur liberatus: quia prior obligatio est extincta, & in alium transfusa, quò fit vt exceptio nouitatis, quæ prodest debitori principali, etiam suf-
5 fragetur eius fideiussori, † nisi fideiussor, etiam nouę obligationi accesserit. l. vbicunque. §. cum verò. ff. eod Bald.
6 in d. l. tam mandatori. num 4. † quod idem est quando fideiussor accedit naturali obligationi: nam tali casu non potest obijcere naturalem obligationem non parere actionem. Cum ex stipulatione fideiussor efficaciter obligetur, l. blanditius. C. eod.

Et videantur ad præmissa Marsil. d. tub. eo. q. 36. nu. 267. Gram. consil. 170. nu. 2. Mag. d. decis. Flor. 110. nu. 4. & ratio est, ne si debitor principalis non sit soluendo fideiussor suam pecuniam perdat. l. fideiussor, & l. si stipulatus esset. ff. eod. Bald. post glos. in d. l. tam mandatori, num. 15. Paris. cons. 121. nu. 9. & 10. qui communem dicit vol. 1.

7 Ampl. 1. † vt hoc etiam procedat principali inuito, negante, & contradicente. d. l. omnes. ff. de exceptio. Bal. in l. si stipulatus. nu. 1 ff. eod. Paris. d. cõs. 96. nu. 39. vol. 3. Bertazz. de claus. clausula 41. gl. 7. nu. 4. vbi dicit, quod regulariter, fideiussor potest opponere illas met exceptiones, quam reus principalis, etiam reo inuito. Anton. Hering. de fideiuss. c. 27. part. 4. num. 5. & 6.

8 Ampl. 2. † etiam quod principalis talem exceptionem opponere, & ea vti non possit, ex aliquo accidenti puta, quia excommunicatus: nam eam nihilominus fideiussor obijcere potest. Paris. cons. 121. nu. 10. vol. 1. Mars. d. rub. eo. q. 36. nu. 269. & 271. Franc. Becci. cons. 45 nu. 46 qui dicit, quod fideiussor etiam illas exceptiones opponere potest, à quibus principalis est excluſus. Abb. in c. cum inter. nu 26. de excep.

9 Ampl. 3. † vt fideiussor possit se tueti exceptione, quæ reo competit, etiã quod dicta exceptio sit orta non tantum ante, verum etiam postea quam interceſſit. l. de fideiussoribus. ff. eod. glos. magna in l. verum. ff de compẽs. Paris. d. cons. 121. nu. 8. vol. 1. Bald. in d. l. tam mandatori. num. 7. C. de non num. pec.

10 Limit. 1. † in exceptione fori, nam ex-

exceptio declinatoria fori competens principali, quia clericus non suffragatur eius fideiussori, l. sed, & si restituatur, in §. 1. ff. de iud. l. si reus. ff. iud. sol. Roman. sing. 627. Aflict. decis. 206. nu. 2. Ang. in l. si reus. ff. iud. solui. Et ideo fideiussor laicus, qui est fideiussor clerici non remittitur ad iudicem Ecclesiasticum. Specul. de comperér. iud. additione. §. regulariter vers. pone quod fideiussor. Bald. in l. vndecim, num. 11. C. de priuil. cred. Guid. Pap. decis. 562. nu. 6.

11 Limit. 2. † in exceptione, quæ tantum personam principalis debitoris respicit, & ipsius tantum intuitu contemplatione, & respectu concessa est, & quæ cohæret personæ principalis debitoris. Bald. in l. tam mandatori. nu. 3. C. de non num. pec. Prati. Pap. in forma actio. real. in glos. saluis alijs exceptionibus, nu. 14. cum enim personalis sit, personam rei principalis non egreditur. l. exceptiones, quę personæ. ff. de except. l. priuilegia, & in l. in omnibus. ff. de reg. iur. Brun. de cessione bonorum, q. 8. nu 3. exceptiones enim, quæ sunt inseparabiles à persona debitoris non possunt prodesse fideiussori, l. vbicumque. ff. eo. Bald. in
12 d. l. tam mandatori nu. 1. † secus verò est, si non personæ, sed rei, & causæ concedantur, & cohæreant. Marsil. in rub. eo. q. 36. nu. 275. Illustriss. Mantic. de tacit. & ambig. par. 2. lib. 6. tit. 15. nu. 6. qui hoc exemplificat in exceptione non numeratæ pecuniæ. Et ideo exceptio, ne quis conueniatur, nisi in qnantum facere potest, competens principali non extenditur ad fideiussionem. Flam. Cartar. d. decis. exe
13 cut. Ian. 7. nu. 9. Hinc etiam fit, quod exceptio, quę de æquitate, & iure speciali competit, principali non suffragatur fideiussori, vt per d. Cartar. in d. decis. 7. nu. 10. ex hoc etiam deducitur, quòd si reus bonis cesserit, licet ipse conueniri non possit, cum excessionis beneficio se defendi possit. §. fin. inst. de act. l. 1. qui 60. ced. possint, non tamen huiusmodi exceptio competit fideiussori. §. fi. insti. de repli. Bald. in l. Titius. nu. 2. ff. de procur. & diximus
14 supra. † Hinc etiam fit, quod exceptio mutationis status competens principali non iuuat fideiussorem l. si scias. la prima. C. eo. Bald. d. l. tam mandatori. num. 4.

15 Limitat. 3. † & perpetuo tene menti in hac materia, quod conclusio supra firmata, Quod exceptio omnis, quæ competit debitori principali, etiã cõpetat fideiussori, vt procedat, quando ipsa exceptio respicit obligationẽ, & merita causæ: aliàs secus: vt tetigimus supra, & habetur, in l. 2. ff. quæ res pign. oblig. poss. & in l. constitutionibus. Vbi Bald. C. de vsur. Marsil. d. rub. eo. num. 268. Becci. cons. 45. num. 46. Euerard. cons. 7. nu. 1. Surd. cons. 20. nu. 1. & 36. vol. 1. idem decis. 301. num. 13.

16 Limit. 4. † in criminalibus: nam regula, quod exceptio competẽs principali competat etiam fideiussori procedit in ciuilibus: secus tamen est in criminalibus. Rimin. iun. consil. 378. num. 26. Surd. decis. 271. nu. 13. Farin. in prax. q. 34 num. 27.

17 Sed an fideiussor, † qui iurauit nullam exceptionem opponere: sed statim adueniente tali die soluere: possit allegare dilationem quinquennalem motu proprio concessam per superiorem suo principali, diximus supra in c. 9. num. 3.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Compensatio potest opponi per fideiussorem ex persona sui principalis.*
2 *Item ex persona propria, scilicet de eo, quod sibi per creditorem debetur.*
3 *Compensatio potest opponi per fideiussorem, etiam principali debitore reniente. num. 5*
4 *Et etiam, quod talis compensatio incipiat post fideiussionem, condemnationem, & sententiam.*
6 *Vt etiam quod simus in secunda instantia, vel in actu executionis.*
7 *Nisi forsitan talis compensationis exceptio personalis esset.*

Exceptio compensationis allegata per debitorem, etiam eius fideiussori opitulatur.

CAP. XII.

1 COmpensatio,† quę potest opponi per principalem debitorem, potest etiam obijci per eius fideiussorem l. verum, vbi Bart. Bald. & Salyc. ff. de compens. Bald. in l. tam mandatori, num. 9. vers. sed hic dubitatur. C. de non num. pec. Roncag. in l. si duo rei, num. 4. & 8. ff. de dubb. reis. Menoch. cons. 119. nu. 5. lib. 2. Iaſ. in §. in bonæ fidei. nu. 76. inſti. de actionibus. Vbi Dyn. nu. 12. Sebaſt. Medic. de cõpens. par. 1. q. 11. num. 3. & par. 2. q. 4. vbi hoc dictum ſex modis ampliat. Pariſ. conſ. 121. nu. 7. lib. 1. Menoch. conſ. 120. num. 5. lib. 2.

2 Ampl.† vt id non tantum procedat de eo, quod ſibi debetur: verum etiam de eo, quod debetur debitori principali. Sebaſt. Med. d. q. 4. nu. 2. & 5. Pariſ. d. conſ. 21. nu. 7. vol. 1. qui addit

3 iſta procedere, etiam † quod veniret compenſandum debitum principalis debitoris, quod habuit ortum ante præſtitam fideiuſſionem. Carol. de Graſſ. in tract. de excep. exceptione 16. nu. 41. & 41. qui nu. 43. dicit hæc etiam locum habere debitore principali inuito, & contradicente cum talis exceptio realis ſit.

4 Ampl. 2.† etiam quod talis exceptio compenſationis incipiat competere poſt fideiuſſionem: Bald. & DD. in l. 4. ff. de compenſat. Pariſ. d. conſil. 121. num. 7. cum ſeqq. Med. d. tract. de compenſ. par. 2. q. 31. nu. 47. Notabili 51. & etiam poſtquã fideiuſſor fuit condemnatus, & ſententia tranſiuit in rem iudicatam. Caſtr. in l. & poſt rem nu. 3. ff. de tranſact. Macch. Brn. conſ. 41. num. 19.

5 Ampl. 3.† quod iſta exceptio compenſationis poſſit per fideiuſſorẽ etiã opponi inuito debitore. Pariſ. d. conſ. 121. nu. 13 lib. 1. vt dictum fuit ſupra proximè.

6 Ampl. 4.† quod iſta exceptio non tantum poteſt opponi in prima inſtãtia, verum etiam in ſecunda, & quod plus eſt, etiam poſt latam ſententiam, quando dictæ ſententiæ executio petitur. Affl. dec. 121. num. 3. Pariſ. d. conſ. 121. num. 18. vol. 1.

7 Limit.† prædicta, quando exceptio compenſationis eſſet perſonalis: nam tunc exceptio compenſationis, competens principali debitori non ſuffragatur fideiuſſori eius, & è cõtra. Sud. conſ. 327. num. 22. lib. 3. & circa hanc materiam adde nonnulla alia, quæ poſuimus infra. Fideiuſſor in quibus caſibus à fideiuſſione liberetur. cap. 9. ſect. 10.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel immunitas competens principali ad fideiuſſorem quoque*

por-

porrigitur, nisi sit personale. num. 20.
2 Etiam quod fideiussor talis priuilegij sit incapax.
3 Securitas concessa per principem reo, ac debitori principali, competit etiã fideiussori.
4 Fideiussor vtitur exceptionibus, ac iuribus principalis.
5 Cautela necessaria, vt priuilegium principalis prosit etiam fideiussori.
6 Fideiussor opponens se in iudicio non vt fideiussor, sed vt defensor, potitur priuilegijs ipsius principalis.
7 Item dicitur necessarius defensor.
8 Remedium l. 2. C. de rescindend. vend. prodest etiam fideiussori.
9 Fideiussor mariti gaudet priuilegijs mariti.
10 Cessionarius mariti non potest licitè recipere vsuras, quas maritus caperet. Item nec vtitur priuilegijs mariti.
11 Exceptio Velleiani competens mulieri prodest, & per fideiussorem opponi potest.
12 Fideiussor vtrum habeat beneficium restitutionis in integrum ex persona minoris sui principalis.
13 Beneficium restitutionis competens minori eius fideiussori non competit.
14 Restitutionis beneficium habet etiam fideiussor minori succedens.
15 Idem vbicunque suadet æquitas.
16 Item quando minor suscipit in se iudicium.
17 Item quando minor fuit dolo aduersarij circundatus.
18 Exceptio Macedoniani competit etiam fideiussori.
19 Priuilegium concessum, fisco prodest etiam eius fideiussori.
20 Priuilegium personale non extenditur ad fideiussorem.
21 Dilatio, seu moratoria concessa principali, an, & quando prosit fideiussori.
22 Priuilegium competens fideiussori non transit ad principalem.

Priuilegium, immunitas, exemptio, & securitas competentes principali debitori, an, & quando transeant in fideiussorem.

CAP. XIII.

1 PRiuilegium, † immunitas, exemptio, ac securitas, quæ principali debitori competunt, etiam ad fideiussorem protrahuntur, ac porriguntur. Bart. in l. cum filiusfam. §. si stipulatus. nu. 2 ff. de verb. oblig. & in l. Marcellus, in fi. ff. eo. Marc. in rub. cod. q. 37. nu. 284. in fi. vers. mihi autem magis placet, qui sub num. 286. inquit,
2 Priuilegium, & principalis securitatẽ suffragari fideiussori, etiam quod fideiussor dicti priuilegij incapax sit. Quia secundum eum inhabilis sustineretur per habilem. Et hoc idẽ firmat
3 Dyn. cons. 11. † dum ponit, quod securitas, & salus conductus datus à principe debitori, & reo principali opituletur fideiussori. quod, & aduertunt Barzius decis. Bon. 78. per tot. Surd. decis. 301. nu. 16. quos refert, & sequitur Ioan. Bapt. Costa. de rat. rat. q. 309.
4 nu. 8. & ratio illa assignatur, † Quia fideiussor vtitur omnibus iuribus, & exceptionibus, quibus & principalis. l. cõstitutionibus, vbi Bald. C. de vsur. l. tam mandatori, vbi idem Bald. hoc not. C. de non num. pec. Bart. in l. quicunque. ff. de fideiuss. not. omnes in l. si cum, in §. 1. ff. si quis cauti. Ias. cons. 133. nu. 35. vol. 3. & diximus in cap. supra proximo præcedenti in princ.
5 Et aduertas † in proposito, quod perpetuò tenementi, Quod ad hoc, vt priuilegiũ competens principali, etiã suffragetur eius fideiussori, requiritur, quod

quod reus principalis suscipiat in se iudicium contra fideiussorem motũ, & opponat tale priuilegium, & exceptionem ex sui persona. Idemque in §. sed generaliter. ff. mand. gl. magna
6 in l. si fideiussor. ff. eo. Idem est † quando fideiussor se opponit in iudicio nõ vt fideiussor, sed vt principalis defensor. l. verum, in §. 1. ff. pro soc. Lanfrãc. Balb. decis. 17. cent. 1. Marsil. tub. eo.
7 nu. 275. & 284. Imo fideiussor † tali casu poterit se defendere ex persona rei principalis. Nat. cons. 658. num. 6. qui dicit, quod tunc fideiussor dicitur necessarius defensor, & infra dicemus sub lim. 1. vers. ex quo infertur, & adnotauimus supra hac eadem sectio. c. 10. in fi.

8 Hinc est, † quod remedium, ac beneficium, l. 2. C. de rescind. vend. non tantum suffragatur ipsi principali debitori: verum etiam eius fideiussori. Alex. & Ias. in l. 1. C. de fideiuss. min.

9 Hinc, & secundo fit. † Quod fideiussor mariti gaudet priuilegio, & securitate mariti. Alex. in l. quia tale pactum. nu. 9. ff. sol. matrim. qui declarat quomodo procedere debeat fideiussor, ad hoc vt gaudeat priuilegio mariti.

10 Cuius † tamen contrarium statuitur in cessionatio mariti. Qui non licitè capit vsuras, quas maritus caperet: & sic non gaudet priuilegio mariti. Ias. cons. 92. nu. 13. & 37. vol. 1.

11 Hinc, & tertio fit. † Quod fideiussor mulieris iuuatur auxilio Velleiani: sicut ipsa mulier. l. si mulier. §. fin. ff. ad Velleian. Bald. in l. si vxor. nu. 2. C. ad Velleian. Mars. in rub. eo. q. 36. num. 270.

12 Hinc, & quarto est, † quod fideiussor pro minore habet beneficium restitutionis in integrũ ex persona minoris. Alex. in l. postquã. nu. 2. C. eod. Natt. cons. 50. nu. 24. vol. 1. qui loquitur de restitutione in integrum concessa reipub. vt etiam suffragetur eius fideiussoribus. Natt. de minore dicẽs. cons. 658. nu. 6. lib. 3. Ioseph. Lud. decis. Perus. 27. num. 4. in prima par. & quod fideiussor gaudeat beneficio restitutionis in integrum competenti principali debitori, dicunt Maurit. de restitutione in integrum, c. 6. & c. 14. Viui. decis. 86. nu. 15. etiam inuito, & contradicente principali debitore. gl. in l. fi. vbi Bart. & Bald. num. 6. C. de vsur. Ferrud. Carol. de Gras. in tract. de except. ad materiam ital. exclud. omnes except. except. 34. num. 19 & 20.

13 Contrarium † tamen tenet nouissimè Caldes. Lusitanus in repetitione legis, si curatorem. in verbo minoribus. num. 46. C. de rest. in integr. minor. dum vult, quod fideiussor non iuuetur restitutione minoris, qui hoc dictum multis modis limitat ibidem num. 48. 49. 50. cum seqq.

14 Et primo † quando fideiussor mi-
15 noris succesit, secundo † quando concurrit æquitas. Nam tunc potest officium iudicis implorari ad obtinendã exceptionem, quæ principali competit; licet de iure fideiussori non competeret, & sibi, tali casu deberet concedi: nam qui non potest opponere exceptionem, potest officium iudicis implorare, vt ibi per eum num. 48.
16 † Tertio quando ipse minor compareret in iudicio, vt defensor necessarius pro ipso fideiussore, & peteret restitutionem in integrum: nam tũc eidem conceditur, vt ibi per eũ nu. 49.
17 & diximus supra. † Quarto quando dolus aduersarij intreuenit: nam tunc restitutio fideiussori minoris conceditur. Cald. d. loco num 51.

Et

Et hanc opinionem, quod restitutio competens minori non suffragetur eius fideiussori tenent Arret. in §. fi. nu. 4. de replicat. Inst. Sforz. Odd. de restit. in integrum q. 48. per totũ, adde alia, cap. 19. hac cad. sect. infra.

18 Hinc, † & quinto infertur quod fideiussor filij familias iuuatur beneficio Macedoniani. l. & si pater. in §. non solum: vbi Bart. ff. ad Maced. modò pater non habuerit ratum mutuũ contractum per ipsum filium. Mars. in rub. de fideiuss. q. 36. num. 269.

19 Hinc, † & sexto fit, Quod Priuilegium concessum principi, & eius fisco, & cameræ fiscali, etiam competit fisci fideiussoribus. l. in fraudem §. qui pro alio. ff. de iur. fisci. & ita dicit seruari. Peregrin. de iur. fisci lib. 6. tit. de debitoribus fiscalibus. nu. 8.

20 Limit. 1. † & declara, ac intellige prædicta in priuilegio, beneficio, exẽptione, ac immunitate reali, & quæ rei, & causæ intuitu concessa est, secus tamẽ est in priuilegio personali, quod personæ contemplatione est datum, quod cum non egrediatur personam non transit in fideiussorem. Bart. in d. l. cum filiusfam. in §. si stipulatus. nu. 2. ff. de verb. obligat. Matth. Brun. de cession. bon. q. principali. 25. Mars. in d. rubr. de fideiuss. q. 36. num. 273. & q 37. nu. 284. Ceph. cons. 437. nu. 12. vol. 3. Alex. in l. cum filius, §. si stipuler. ff. de verb. oblig. Ias. in l. lecta. col. 6. & 7. ff. rem. pet. & in l. 1. in. 5. & 6.

21 col. C. de iud. Din. d. consil. 11. † qui loquuntur in dilatione, & moratoria concessa principali, & firmant tunc iuuare, & suffragari fideiussori, quando verba dilationis sunt directa ad rẽ, secus quando ad personã, vt per Bald. in l. quories, C. de precibus imp. offer. qui dicit de moratoria statuti. Gabri. de reg. iur. concl. 2. num. 65. & 66. ex quo infertur, quod si debitor principalis habet priuilegium, ne conueniatur vltra quã facere possit, quod istud priuilegium non transit in eius fideiussorem cum personale sit. l. & si fideiussor vbi gl. & Bart. ff. de re iud. est bene verum, quod fideiussor poterit se defendere, vt non condemnetur, nisi in quantum facere potest si principalis compariẽdo in ius iudicium suscipiat tanquam necessarius defensor ex persona sua propria exceptionem opponendo, quod bene facere potest, l. idem §. generaliter, vbi Bart. & cæteri. ff. mand. vel fideiussorem suum procuratorem constituat. Arret. in §. in omnibus, colum. 2. inst. de fideiuss. Brun. d. tract. de cessio. bonorũ q. 25. nu. 5. qui nu. 6. vsque ad finem dicit. Quod si aliter fiat, & fideiussor in solidum cõdemnatus fuerit etiam principalis ad idem condemnabitur, & sic per indirectum principalis priuabitur beneficio, quod habet, & diximus in hoc eodem cap. vers. & aduertas, & supra c. 10. in fi.

22 Limita, † & intellige secundo, Qd licet priuilegium competens principali iuuet fideiussorem, tamen non est è contra, quia priuilegium competẽs fideiussori non transit in principalem debitorem l. mora. ff. de verbor. oblig. Bald. in l. fideiussori, nu. 1. ff. de pact. & in l. si ego. §. sed si cum ero. ff. cert. pet. Ias. cons. 20. num. 4. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo, vel alia liberatio facta principali, prodest etiam fideiussori.*

2 *Liberatio facta reo prodest etiam fideiussori, quando soluendo haberet regressum, aliàs secus. & nu. 5.*

3 Pa-

3 *Pactum de non petendo factum principali, non prodest fideiussori, quando principalis non esset soluendo.*

4 *Fideiussor semel liberatus sine nouo cõsensu, in obligationem non reincidit.*

6 *Pactum de non petendo factum principali non prodest fideiussori, qui intercessit animo donandi.*

7 *Fideiussor intercedens animo donandi nihil à principali repetit.*

8 *Pactum de petendo factum principali non nocet fideiussori, quando defensio est iam per fideiussorem quæsita.*

9 *Pactum personale factum cum debitore principali, non nocet eius fideiussori.*

10 *Pactum fideiussori factum non prodest reo, vbi de ratione.*

11 *Pactum, quando est expressè actum, quod prosit, & quando sumus in fideiussore in rem suam, tunc factum, fideiussori iuuat etiam principalem.*

12 *Pactum de non petendo, acceptilatio, vel alius actus liberatorius, factus cum principali debitore prodest etiã fideiussori in fideiussione conuentionali, secus in iudiciaria.*

13 *Pactum de non petendo factum à maiori parte creditorum hæredibus debitoris, etiam præiudicat pauciorib⁹ creditoribus, si vellent contra fideiussorem agere.*

Pactum de non petendo, acceptilatio, vel alia liberatio facta principali debitori per ipsum creditorem, etiam prodest fideiussori.

CAP. XIV.

1 SI creditor facit † principali debitori pactum de non petendo, acceptilationem, vel aliam similem liberationem: talia non tantum iuuant principalem debitorem, verum etiam eius fideiussorem, etiam quoad directam exceptionem, nisi contrarium sit actum expressè l. exceptiones in §. 1. ff. de exceptionibus, §. exceptiones instirut. de replicationibus. l. fin. & l. quod dictum, vbi Ias. nu. 15. & 6. ff. de pact. Castr. in l. & hæredi in §. fin. ff. de pactis, qui hoc dictum num. 5. & 6. quattuor modis limitat, & tenẽt. Corn. cons. 103. num. 1. vol. 3. Valent. Franc. de fideiuss. c. 3. nu. 50. & 51. & de acceptilatione, quod facta principali liberet fideiussorem Bart. in l. & per iusiurandum in §. 1. ff. de fideiuss. Alex. in l. 2. in §. sed tamen, ff. de verb.
2 obligat. † nam liberatio facta reo prodest, & fideiussori. l. cum principalis, ff. de reg. iur. l. nouatio, vbi Batt. & alij, ff. de nouat. & maxime quando fideiussor si solueret haberet regressum per actionem mandati contra reum, aliàs secus, & habetur in d. l. quod dictum, & ratio est quare pactum de nõ
3 petendo † factũ reo principali, etiam prosit fideiussori, quia nisi eidem prodesset etiam in effectu non prodesset reo principali, ex quo fideiussor, qui cogeretur soluere, haberet regressum contra ipsum debitorem. Ias. in d. l. quod dictum, nu. 1. in primo not. & sic per indirectum etiam non prodesset ipsi reo principali. Ias. cons. 20. nu.
4 4. vol. 1. vt etiam quia † fideiussor semel liberatus sine nouo consensu in obligationem nõ reincidit. arg. l. obligamur. ff. de actionibus, & oblig.

5 Limit. igitur primo, vt pactum de non petendo factum principali debitori, rũc demum prosit etiam fideiussori, qñ fideiussor, si solueret haberet regressum per actionẽ mãdati contra ipsum reũ: aliàs secus, d. l. quod dictũ, vbi Ias. nu. 1. 5. & 6. & d. cons. 20. nu. 4. vol. 1. & diximus supra proximè.

6 Li-

6 Limit.2.† in fideiussore, qui intercedit animo nouandi, nam in eo pactum de non petendo factum cũ principali debitore eidem non suffragatur cum in fideiussore intercedente animo nouandi, cesset ratio regressus, de
7 qua sup.† nam fideiussor, qui intercedit animo nouandi si soluat, non habet regressum contra debitorem, nec aliquid ab eo repetere potest actione mandati. glo.in l.& hæredi, in §.fi.in verbo nisi, ff.de pact. Iaſ.in d.l. quod dictum num.1. & 9.

8 Limit. 3. † vt pactum de petendo factum principali noceat fideiussori, vt non procedat, quando defensio est iam per fideiussorem quæsita. vt l. fi. vbi Bart.& alij, ff.de pactis, puta, quia primo loco fuerit factum pactum de non petendo, ex quo fuerit secura liberatio, & defensio fideiussoris, & post modum fuerit factum pactum petendo, quia tunc tale secundum pactum non nocet fideiussori, & defensioni iam quæsitæ per ipsum. d. l. fin. multa alia ad propositum adnotauimus infra sect. 10. c.3.

9 Limit. 4. † quando pactum esset personale, vt supra adnotauimus.cap. 12. & 13. hac eadem sect.

10 Limit.5.† quod è conuerso pactum fideiussori factũ non prodest reo principali, quia sua nõ interest, quod prosit, sed benè interest è cõuerso scilicet reo, quod prosit fideiussori: nam si nõ prodesset, conueniis,& soluens recuperaret à reo, & sic nihil sibi proficeret pactum. Castr.in d.l. & hæredi in §.fi.ff.de pact.in summ.vbi etiam hoc not. Alex. in princ.

11 Limit.6. † quando expressè actum est, quod non iuuet, & in fideiussore in rem suam glos. in d.l. & hæredi, in §. fi.in verbo nisi, ff.de pact.

12 Limit. 7. † & intellige prædicta in fideiussore contractus, quia secus se haberet in fideiussore iudicij. Tradũt Soci.cons 91.nu.8.9. & 10.volum.2. Anch.reg. 9.15.lib.2.

13 Limit.8.† quando maior pars creditorum fecit pactum de non petendo hæredi futuro debitoris: nam tale pactum præiudicat paucioribus creditoribus, si agere vellent contra fideiussorem Mart. sing.103.in ca.nota casum pulchrum, & ratio est, quia hoc pactum est personale, & ideo ad fideiussorem non extenditur, l. nisi hoc actum. ff.de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra fideiussorem iudicij absque nouo processu.*

2 *Sententia lata contra principalem, nõ potest exequi contra fideiussorem cõuentionalem, nisi sit in eo iudicio citatus, & nu. 4.*

Et hæc in tantum sunt vera, quod in dicto processu de nouo fabricando poterunt opponi nullitates, & iniquitates dictæ primæ sententiæ. nu 3.

5 *Quomodo tali casu debeat formari libellus contra fideiussorem.*

6 *Libellus quomodo formetur, quando proceditur ad executionem laudi.*

7 *Sententia latà contra principalem, An, & quando noceat, & prosit fideiussori, vel è contra remissiuè.*

8 *Iuramentum præstitum per fideiussorem, an, & quando principali prosit, vel obsit, vel è contra remissiuè.*

9 *Sententia lata pro fideiussore non prodest reo, ac principali debitori.*

10 *Nisi fideiussoris interfit, eo, quia pro suo procuratore fideiusserit.*

11 *Vt etiam si esset fideiussor de iudicio sisti.*

12 *Sententia lata pro reo non prodest fideiussori.*

Contrarium tamen tenent nonnulli, & num. 14.

Sententia stricti iuris dicitur num. 13.

15 *Sententia declaratoria excussionis lata inter creditorem, & debitorem probat in præiudicium fideiussoris.*

16 *Et maximè quando dicta sententia transiuit in rem iudicatam.*

17 *Fideiussor, qui fuit præsens in iudicio moto contra principalem, non potest se tueri ex persona principalis, quasi indebitè condemnati.*

18 *Aliud est, quod fideiussor se tueatur ex persona sua, aliud quod ex persona sui principalis.*

Sententia lata contra principalem debitorem potest executioni demandari contra fideiussorem iudicij sine nouo processu: quod secus est in fideiussore contractus.

CAP. XV.

1 SI † feratur sententia contra principalem debitorem potest executioni demandari contra fideiussorem iudicij, qui aliàs cautionalis, & prætorius dicitur, ab'que nouis actis, citatis, & processu, & sic sententia contra reum principalem lata præiudicat eius fideiussori iudicij absque nouis, scripturis, iuribus, & processu. Cuma. cons. 32. nu. 1. Guid. Pap. decis. 26. nu. 1. & 2. Arret. noster in § fi. instit. de satisd. nu. 2. vbi vult, quod in fideiussore de iudicatũ soluendo executio fiat, sine nouo processu, & dicit commu-

2 nem. † Quod secus est in fideiussore contractus: nam si aliquis sit fideiussor ex contractu: & sententia feratur contra eius principalem etiam absentem, & contumacem; huiusmodi sententia contra istum fideiussorem non citatum, nec auditum absq; nouo processu executioni demandari non potest: sed fideiussori integrũ erit in executione deducere iura sua etiã negando se fideiussorem. Bart. in l. à sententia in princ. ff. de app. Imo. in c. peruenit extra eod. Castr. in l. 1. nu. 3. ff. iud. sol. Speculator de execut. sẽt. §. sequitur, vers. quid si sententia. Arret. cons. 78. Lanf. Balb. decis. 136. Nart. cons. 345. nu. 1. lib. 2. Butsar. cons. 203. li. 2. Siluar. consil. 84. & 85. num. 6. lib. 2. Anch. regi. quæst. fam. 19. par. 2. Ruin. cons. 121. nu. 9. vol. 5. Ceph. cons. 106. vol. 1. Bertazzol. de clauſ. clausula 43. glos. 8. nu. 1. Guid. Pap. decis. 26. Brugn. Caual. decis. Fiuiz. 10. num. 6. 7. & 26. Seraph. decis. 1477. nu. 3. cum seqq. part. 2. Magon. decis. Florent. 94. nu. 16. & dicit communem. Ias. in l. in duobus §. quis ergo. num. 2. ff. de iur. iu and. Emanuel Suarez. in Thesauro com. op. littera C. num. 125. Valent. Franc. tract. de fideiuss. cap. 5. nu. 138. Mising. centur. 4. obseruationum obseruat. 96. Alba. consil 251. vbi addentes in littera G. qui dicit

3 † opus esse tali casu nouo processu, & quod in eo poterunt opponi nullitates, & iniquitates dictæ sententiæ. Anton. Hering. qui alios citat in suo tract. de fideiuss. c. 27. par. 5. num. 53. quod, & tradunt Ripa in l. bis apud acta num. 34. C. de edendo, & Surd. ex multis congestis per eum decis. 218. num. 11. qui num. 10. hoc limi-

4 tat † quando fideiussor cõtractus fuerit citatus: nam tunc sententia lata contra principalem præiudicat fideiussori. Part. in l. 1. ff. iud. sol. & latius hæc explicauimus supra in hac secunda part. sect. 4. c. 34.

5 Aduertendum † tamen est in pra-

xi,

xi, & modo agendi, quod non debet petere quis sententiam latam contra reum principalem mandari executioni, contra fideiussorem sed bene stipulationem, & obligationem, qua fideiussor obligatus est, declaratam per sententiam: Talis enim promissio sic per sententiam declarata executioni demandari debet, vt dicitur, in d.l.1. ff ind.sol. Arter. in d.§.fi.nu.3. qui dicit idem esse in † laudo, ex quo ego non possum agere: cum laudum non pariat neque actionem, neque exceptionem, sed debeo agere ex stipulatione, & compromisso qualificato, & declarato à laudo, vt docet Arter. in d.loco.

7 Et an † sententia lata contra principalem præiudicet, aut prosit fideiussori, & è contra, An sententia lata in fauorem fideiussoris, vel contra ipsum prosit, vel præiudicialis sit suo principali. Videantur. Bart. in l. duobus, in § à fideiussore, nu. 5. cum seqq. ff. de iur. iur. & in l. 1. ff. iud. solui. Add. ad Bart. in l. à sententia in littera B ff. de appellat. qui etiam loquuntur

8 † quid decidendum sit in iuramento scilicet, An iuramentum præstitum p fideiussorē prosit, & noceat reo. Et è contra: An iuramentum præstitum per reum prosit, & noceat fideiussori

9 de quo dicemus infra. † Et in specie quod sententia lata pro fideiussore nō prosit reo, tenuerunt, glo. & Bart. in l. aduersus. ff. de arbit. idem Bart. in l. fi. in §. fi. ff. de iureiur. & facit l. 2. C. qui-

10 bus res iud. non noceat. † Quod intellige nisi fideiussoris interest, eo, quia pro suo procuratore fideiusserit. l. sed, & si fideiussor, ff. de pact. Franc.

11 Marc. q. Delfinat. 518. par. 1. † Vt etiam, si esset fideiussor de iudicio sisti: nam huius victoriam etiam prodesse principali victo dicit Brug. decis. Fuz. 10. num. 7. nam in talibus casibus sententia lata pro fideiussore prodest etiam reo.

12 Et † quod sententia lata pro reo non prosit fideiussori benè, & signanter hoc docent Castr. cons. 87. in causam quæ vertitur colum. 2. num. 3. lib. 1. Aym. cons. 8. num. 3. sententia

13 † enim dicitur stricte iuris. Aym. cons. 188. num. 6.

14 In contrarium tamen, † quod imo sententia lata pro reo prosit fideiussori, tenent Bartol. in l. fin. ff. de pact. Alberi. de Rosat. in 2. part. stat. q. 146. Franc. Marc. decis. Delfinat. 518. par. 1. & facit, text. in d.l. aduersus, ff de recept. arb. qui loquitur in arbitrio.

15 Idem est † in sententia declaratoria excussionis lata inter creditorem, & debitorem, quæ etiam probat in præiudicium fideiussoris l. 2 vbi Bald. C. edendo. Natt. consil. 345. num. 2. volum. 2. Alexan. in l. sæpe. colum. 6. ff. de re iud. Mascard. de probat. con-

16 clus. 707. quæ † opinio absque scrupulo procedet quando dicta sententia transiuit in rem iudicatam d. l. à sententia. ff. de appel.

17 Et aduertatur † circa præmissa. Quod fideiussor qui fuit præsens in iudicio moto contra principalem, nō potest se tueri ex persona principalis quasi indebitè condemnati, cum per præsentiam sibi præiudicauerit. Bald. in l. 3. in §. 1. nu. 5. C. de vsur. rei iud. Gabr. de execut. rei iud. concl. 1. num.

20. Felyn. in c. quamuis num. 3. de re

18 iud. † qui dicunt aliud esse, quando fideiussor se tuetur ex persona sua, & diximus supra hac ead. sect. cap. 13. lim. 1. num. 21. vers. est bene verum. Et latius materiam istam deduximus supra in hac 2. part. sect. 4. c. 34.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio principalis prodeſt fideiuſſori, & è contra, & nu. 3.*
2 *Appellatio interpoſita per vnum ex condemnatis, ea pendente non poteſt fieri executio contra alios qui non appellarunt.*
4 *Appellatio tertij tunc victo prodeſt, & nocet, quando tertius cum victo habet ius vnitum, connexum, & inſeparabile.*
5 *Alia de hac materia remiſſiuè.*

Appellatio principalis prodeſt fideiuſſori, & è contra.

CAP. XVI.

1 SI ſententia † feratur contra principalem debitorem, & ipſe à dicta ſententia appellat, talis appellatio non tãtum prodeſt ipſi: verum etiam eius fideiuſſori l. à ſententia. ff. de appell. gloſ. & Caſtr. in l. fi. C. de vſur. rei iud. in fin. Faber in §. alia inſtit. de ſatiſd. Anch. reg q. fam. 19. num. 6. in 2. part. cum alijs relatis à Brug. deciſ. Fiuiz. 10. nu. 6. & rationem ponit Mandoſ. de inhibit. q. 47. num. 2. vbi vult
2 hoc ideo eſſe quia appellatio interpoſita per vnum ex condemnatis illa pẽdente non poteſt fieri executio contra alios, qui non appellarunt. Idem, & è
3 conuerſo: † nam quod appellatio fideiuſſoris proſit principali cenſuit Ruin. conſil. 121. num. 9. vol. 5. qui
4 vult, quod appellatio tertij † tunc victo proſit, & noceat quando tertius cum victo habet ius vnitum, connexum, & inſeparabile. † Et multum conferunt iam dictis notata per Natta conſil. 457. in ſecundo, & Ceph. conſil. 106. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio ficta principalis debitoris non nocet fideiuſſori, & è contra. nu. 4.*
2 *Fideiuſſor non poteſt cogi ad ſolutionem pœnæ ex ficta confeſſione, & contumacia: ſed requiritur quod ſit conuictus per veras probationes.*
3 *Confeſſio vnius non nocet alteri.*

Confeſſio ficta principalis non præiudicat fideiuſſori.

CAP. XVII.

1 FIctam † principalis confeſſionem, quæ per contumaciam inducitur non præiudicare fideiuſſori ponit Corn. conſ. 111. num. 5. in 3. vol. Bene. Beroi. conſ. 203. nu. 5. vol. 3. qui dicit hoc verum quo ad pœnam, & ratio
2 eſt, quia † fideiuſſor non poteſt cogi, ad ſolutionem pœnæ ex ficta confeſſione, & contumacia, ſed requiritur, quod ſit conuinctus per veras probationes, & hæc eò magis, quia † confeſ-
3 ſio vnius regulariter non nocet alteri. Surd. deciſ 218. ſub nu. 2. qui loquitur de vera cõfeſſione, & inquit quod ex ſola principalis confeſſione probatur debitum aduerſus fideiuſſorem, ita quod in vim talis probationis conueniri poterit, & hoc multis exemplis comprobat, & ſub nu. 9. ſubdit, quod
4 ſicut † confeſſio fideiuſſoris non nocet reo, ita confeſſio rei nõ poteſt nocere fideiuſſori licet in contrarium ibidem arguat nu. 1. & 2. ex Tiraq. de tract conſanguin. §. 1. gloſ. 18. nu. 83. Ruin. conſ. 140. nu. 7. & 9. vol. 1. Rota. Ianu. Flam. Cartar. in exeeutionis deciſ. 71. quibus adde Ant. Hering. tract. de fideiuſ. cap. 27. par. 5. nu. 38. & diximus ſupra ſect. 3. cap. 2. nu. 11. in fine.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Impetratio principalis nocet fideiussoris sed non è contra.*

Impetratio principalis debitoris nocet fideiussori.

CAP. XVIII.

1 IMpetratio † facta à principali nocet fideiussori, sed non è contra. quia impetratio fideiussoris nō nocet principali, l. si quis iniquum, in §. si is pro quo, ff. quod quisque iur. in aliū statu.

SVMMARIVM.

1 *Minor aduersus fideiussionem à se factam in integrum restituitur, nisi in quibusdam casibus.*

2 *Minoris fideiussor non restituitur regulariter. Fallit tamen in casibus hic expressis.*

3 *Contrarium tamen.*

4 *Minor licet aduersus fideiussionem à se factam in integrum restituatur: tamen per hoc eius principalis debitor non liberatur.*

5 *Quædam prosunt fideiussori, quæ non prosunt reo.*

Restitutio in integrum aduersus fideiussionem quando concedatur minori, & eius fideiussori, & quando non.

CAP. XIX.

1 LIcet † minor aduersus fideiussionem à se factam in integrum restituatur. l. 1. C. de filiofam. minore. l. air prætor in §. 1. ff. de mino. l. Titius in §. Seia. ff. de fideiuss. Bart. in l. Stichum, §. qui vulgo. ff. de solut. Odd. de rest. in integr. part. 2. q. 54. art. 2. nu. 4. cū seqq. vbi nu. 25. hoc restringit ad nonnullos casus. Primo quando minor pro patre fideiussit. Secundo quando cum iuramento. Tertio, quando, vt principalis. Quarto, quando intra quinquennium maior factus

2 ratificauerit. Tamen hoc † non est verum in fideiussore minoris: qui licet minor ipsius principalis restituatur, tamen ipse non restituitur. l. 1. C. de fid. minor. l. in causa in princ. ff. de min. l. Marcellus. ff. de fideiuss. Cald. in rep. l. si curatorem in verbo minoribus, num. 43. vers. 3. circa fin. C. de in integ. restit. min. Menoc cons. 179. nu. 1. vol. 2. Mising. cent. 4. obseruatio num. 18. & 19. Sebast. Med. de conser. poss. in verbo aut in conseruando glo. 2. part. 3. nu. 422. Valent. Franc. de fideiuss. c. 3. num. 68. Anto. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 27. part. 4. nu. 113. & infra, nisi in quibusdam casibus. videlicet, quando fideiussor efficitur hæres minoris. secundo quando concurrit æquitas. tertio quando minor comparet in iudicio vt necessarius defensor pro ipso fideiussore. quarto, quando interuenit dolus aduersarij. Cald. loco præcitato num. 48. cum seqq. quod, & aduertit Odd. de rest. in integ. q. 48. part. 1. art. 1. qui nu. 83. ista etiam nō procedere firmat, Quādo fideiussio est iudiciaria. & q. 18. part. 1. art. 1. num. 11. addit etiam ista locum non habere, quando fideiussor minoris, alias non haberet regressum. Cętera vide sup. c. 13. nu. 12. illatione 4. hac eadem sect. & supra in hac 2. part. sect. 4. c. 11.

3 Non † defuerunt tamen multi, qui contrarium absolutè tenuerūt, Quod restitutio in integrum concessa minori, vel vniuersitati, etiam suffragetur eorum fideiussoribus, vt fuerunt.

Franc. Cald. in d. l. si curatorem in verbo minoribus. nu. 49. Franc. d. tract. de fid. c. 3. num. 63. cum seqq. Gomez. var. resol. par. 2. cap. 14. num. 9. Nau. cons. 51. nu. 13. lib. 1. & 658. nu. 6. lib. 4. Auch. cons. 330. Ioseph. Lud. decis. Perus. 27. num. 4. par. 1.

4 Aduerte tamen, † Quod licet minor aduersus fideiussionem à se factã in integrũ restituatur, tamen per hoc eius debitor principalis nõ liberatur.

5 l. minor. 48. ff. de minor. † Nam quædam prosunt fideiussori, quę non prosunt reo. Abbas. in c. cum inter, extra de except. Becci. cons. 45. nu. 46. Magon. decis. Flor. 110. num. 4. & diximus infra c. 43.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum rei nocet, & prodest fideiussori, & è contra, & præsertim quãdo interponitur super delicto, uel contractu negatiuè.*

2 *Iuramentum principalis non nocet, nec prodest fideiussori, quando respicit personam iurantis tantum.*

3 *Iuramentum fideiussoris in dubio præsumitur reale, & non personale.*

4 *Iuramentum delatum vni ex reis credendi nocet etiam alijs.*

5 *Iuramenti exceptio realis est: & ideo quo ad efficaciam obligationis, & vtilitatem contractus extenditur de persona in personam, licet secus sit, quo ad vinculum periurij, quia in hoc personalis est.*

Iuramentum rei nocet, & prodest fideiussori.

CAP. XX.

1 SI † debitor principalis in instrumẽto debiti per eum facto ad fauorẽ principalis creditoris, pro quo debito etiam fideiussores præstitit, iurauerit. Tale iuramentum per dictum principalem debitorem præstitum, non solũ obest, verum etiã suffragatur fideiussori Ias. in l. duob. reis. ff. de iure iur. sub nu. 1. qui è conuerso hoc etiam esse verum fatetur, quod iuramentum fideiussoris nocet, & prodest reo principali d. l. duobus reis, in §. à fideiussore. ff. de iure iur. qui declarat hęc vera, quando interponitur super debito, vel contractu negatiuè: secus † verò est secundum eum, quando iuramentum restringeretur ad personam tantum iurantis. vt per Bart. in d. l. duobus reis, in §. à fideiussore nu. 1. 2

3 qui nu. 9. inquit, quod † iuramentum fideiussoris in dubio præsumitur de re, & non de persona.

4 Extende ad iuramentum delatum vni ex reis credendi, quod etiam alteri nocet. Ias. in d. l. duobus reis, in prin. ff. de iure iur. vbi sub num. 3. dicit hoc indubitatum in iudicialibus.

5 Regulariter † enim iuramentum, cum exceptio realis sit, extenditur de persona ad personam, quo ad efficaciã obligationis, & vtilitatem cõtractus, licet secus sit quo ad animam, & vinculum periurij: quia in hoc personale est. Gabr. de iure iur. concl. 6. nu. 2. & 3. Surd. decis. 159. nu. 11. & 24. Anton. Hering. de fideiuss. c. 27. part. 4. nu. 29. & c. 20. §. 2. num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium, & actionum facta contra principalem debitorẽ, etiam ad eius fideiussorem porrigatur: immo etiam ad pignora.*

2 *Intellige in casibus, in quibus utilis actio sine cessione transit, aliàs secus, nisi sit expressum.*

3 *Actio contra fideiussorẽ regulariter sine cessione principalis actionis nõ trãsit.*

Ces-

Cessio iurium, & actionum facta contra principalem debitorem, etiam aduersus eius fideiussorem extenditur.

CAP. XXI.

SI contingat: quod contra principalem debitorem cedantur iura, & actiones, hæsitant doctores, An talis cessio extendatur ad dicti debitoris principalis fideiussorem? Azzo. in summa. C. de hæred. vel actio. vend. Bar. in l. si hæres, nu. 1. in versic. quæro vtrum facta, vbi Alex. in add. in litera B. ff. ad Treb. vbi etiam Castr. dicunt extendi non tantum ad fideiussorem, verum etiam ad pignora. † Regulariter enim facta cessione contra principalem, transeunt actiones contra fideiussores, & pignora Bart. in d. §. si hæres. num. 1. vers. respondeo si regulariter.

1

Cæterum Bettazz. de claus. claus. 27. glos. 18. num. 2. ex Specu. & Ioan. Andr. vult conclusionem supra firmatam procedere in casibus tantum, in † quibus transit vtilis actio sine cessione: in alijs autem, in quibus cessione opus est, vult non transire, nisi expressè dictum, ac specificatum sit; & subdit. num. 3. quod † regulariter actio contra fideiussorem sine cessione principalis actionis non transit ex multis, quos congerit.

2

3

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fori declinatoria personalis cõpetens ipsi reo principali, quia clericus, non prodest fideiussori ipsius clerici laico, & nu. 4*

2 *In clerico priuilegium fori est personale.*

3 *Exceptio declinatoria fori alterius quã clerici transit de principali in fideiussorem.*

Fori exceptio competens † fideiussorem non porrigitur *eos imi-*

noponderit: quia

CAP. XXII.

1 DOctores † formant hanc conclusionem in fideiussore Clerici, & resoluunt quod non: illa potissimum

2 ratione ducti: quia in † Clerico priuilegium fori est priuilegium personale; quod ad fideiussorem transire non potest. Benè Cabal. de euict. §. 3. q. 7. nu. 132. in alio, qui non sit Clerici fi-

3 deiussor credo contrarium, † cum omnis exceptio, quæ principali datur, vt etiam immunitas, & priuilegium, etiam ad fideiussorem eius extendatur. † Et quod exceptio fori declinatoria personalis, competens ipsi reo principali clerico non competat eius fideiussori laico est text. in l. si reus. ff. iud. sol. Rom. singul. 627. aliàs 629. Ioach. de Arno. problem. 79. Vitall. ad Afflict. decis. 206. nu. 1. Carp. ad Stat. Medio. part. 1. c. 44. num. 66. & 67. & par. 2. c. 189. nu 18. Specul. de comp. iud. add. §. regulariter 10. Fabri. in auth. statuimus. C. de Episc. & cler. & in §. fi. instit. de satisd. Bouer. sing. 11. incip. num. 6. Marsc. rub. eo. num. 311. Franc. Marc. q. 325. lim. 8. Guid. Pap. decis. 562. nu. 6. & sing. 449. num. 2. Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 23. nu. 16. & egimus de hoc latè supra de fideiussoribus circa diuersa. c. 32. sect. 4. in hac 2. par.

4

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio rei fideiussori prodest.*

2 *Modo præscriptio ipso iure obligationem tollat.*

3 *Præscriptionis exceptio est cohærens rei, & ideo ad fideiussorem transit.*

4 *Præscriptionis exceptio solutioni adæquatur.*

Vsurarum exceptio non tantum principali debitori: verum etiam eius fideiussori datur.

CAP. XXVIII.

VSurarum exceptio competens recipienti ad vsuram non tantum suffragatur ipsi: verum etiam eius fideiussori signanter Franc. de fideiuss. cap. 3. num. 79 cum seqq. Ant. Heringer. d. tract. de fideiuss. cap. 27. part. 4. num. 53. qui nume. 54. reicit Horatium Carp. ad Stat. Mediol. p. 2. cap. 189. num. 17. contrarium tenentem, & malè.

Exceptiones libertatis onerandæ causa obligationis sine causa, & donationis immoderatæ, etiam fideiussori competunt.

CAP. XXX.

EXceptiones libertationis onerandæ causa obligationis sine causa, & immoderatæ donationis, non tantum prosunt principali debitori, verum etiam eius fideiussoribus, d. l. exceptiones in §. 1. ff. de excep. Valent. Franc. in suo tract. de fideiuss. c. 3. nu. 44. 72. & 76. vbi signanter hoc explicat.

Velleiani, & Macedoniani exceptiones non solum mulieri, & filiofam. dantur: verum etiam eorum intercessoribus: nam potissimum in lęsione fundantur.

CAP. XXIX.

EXceptiones tam Velleiani, quam etiam Macedoniani, S. C. competentes, & mulieri, & filiofam. cum potissimum in lęsione fundentur, non tantum suffragantur ipsis: verum etiã eorum fideiussorib. l. exceptionibus, in §. 1. ff. de excep. l. 6. & l. si mulier. ff. ad Velleian. l. mulierem. C. d. tit. l. sed, & si, in §. non solum, ff. ad Maced. l. fratius, ff. quæ res pign. oblig. poss. Valent. Francus tract. de fideiuss. c. 3. à nume. 53. vsque ad 63. Anto. Hering. dict. tract. cap. 27. part. 4. nume. 56.

Quatuor menses concessi iudicatis, vt soluant: etiam eorum fideiussoribus dantur.

CAP. XXXI.

QVadrimestre condemnatis elargitum, vt soluant: etiam eorum fideiussoribus concessum esse censetur. l. fi. §. fi. C. de vsur. rei iud. Mascard. de probat. conclus. 102. nu. 8. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 27. part. 4 num. 58.

Euictionem passus non tantum habet electionem soluendi interesse, aut restituendi rem: verum etiam eius fideiussor.

CAP. XXXII.

SIcut venditor, qui succubuit conuentus ab emptore passo rei venditæ euictionem, habet electionem, vel restituendi rem euictam, vel interesse soluendi. Ità etiam talem electionem

ctionem habet eius de euictione fideiussor. Bartol. in l. fideiussor. ff. de dol. mal. except. & in l. insulam. num. 14. ff. de verb. oblig. Caball. de euict. §. 2. nu. 21. Ant. Hering. d. c. 27. nu. 74.

SVMMARIVM.

1 *Doli mali exceptio est in rem scripta.*
2 *Doli mali exceptio competens reo principali etiam eius fideiussori suffragatur.*
3 *Reus dolo alterius, si est circumuentus: tunc eius fideiussor tali exceptione mali doli uti potest; & eam allegando auditur.*
4 *Reus dolo venditoris se læsum docens, & obtinens, non tantum id ipsi opitulatur, verum etiam eius fideiussori.*
5 *Minor dolo aduersarij deceptus, non tantum ex tali deceptione ipsi succurritur, verum etiam eius fideiussori.*

Doli mali exceptio etiam fideiussori proficit.

CAP. XXXIII.

1 EXceptio doli mali, quæ † in rem scripta est, competens reo prin-
2 cipali, † etiam eius fideiussori opitu-
3 latur. Exemplum † quando reus dolo alterius est circumuētus, d. l. exceptiones in §. 1. ff. de excepr. l. test. in princ. ff. de fideiuss. Franc. de fideiuss. cap. 3. num. 34. cum seqq.

4 Hinc est, † quod si reus dolo venditoris se læsum esse doceat, & beneficio. l. 2. C. tescind. vend. agat contra venditorem, & obtineat: id non tantum prodest ipsi, verum etiam fideiussori per eum dato. Angel. in l. 1. ff. de fideiuss. min. Arri. Pinell. in l. 2. p. 2. cap. 3. nu. 43. & 44. C. de rescin. vend. Cabal. de euictio. §. 2. nu. 20. Emanuel Suarez. in Thesaur. comm. opin. littera F. num. 174. & 175.

5 Pari ratione † dicendum est de minore dolo aduersarij decepto, & circumuento: nam non solum ipsi succurritur: verum etiam eius fideiussori per doli mali exceptionem d. l. exceptiones. §. 1. l. 2. C. de fid. min. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 27. part. 4. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quod metus causa in rem scripta dicitur.*
2 *Exceptio quod metus causa competens debitori principali proficit etiam eius fideiussori.*

Exceptio, quod metus causa principali competens, etiam fideiussorem iuuat.

CAP. XXXIV.

1 EXceptio, quod metus causa, quæ etiam ipsa in rem scripta est: non
2 † tantum principali reo: vetum etiam eius fideiussori oppitulatur d. l. exceptiones in §. 1. ff. de excep. Sebast. Medices de casibus fortuitis, part. 2. q. 7. num. 35. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 3. num. 45.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ne quis vltra vires exigatur tantum principali debitori conceditur, nec ad eius fideiussorem porrigitur, & num. 5.*
2 *Exceptio ista operatur, ne quis conueniatur in plus, quam facere possit, & quod non egeat, nec mendicare cogatur.*
3 *Exceptio ista datur parentibus, liberis, patro-*

SVMMARIVM.

1 *Compensatio potest opponi per fideiussorem ex persona sui principalis.*
2 *Item ex persona propria, scilicet de eo, quod sibi per creditorem debetur.*
3 *Compensatio potest opponi per fideiussorem, etiam principali debitore renitente. num. 5*
4 *Et etiam, quod talis compensatio incipiat post fideiussionem, condemnationem, & sententiam.*
6 *Vt etiam quod simus in secunda instantia, vel in actu executionis.*
7 *Nisi forsitan talis compensationis exceptio personalis esset.*

Exceptio compensationis allegata per debitorem, etiam eius fideiussori opitulatur.

CAP. XII.

1 COmpensatio,† quę potest opponi per principalem debitorem, potest etiam obijci per eius fideiussorem l. verum, vbi Bart. Bald. & Salyc. ff. de compens. Bald. in l. tam mandatori, num. 9. vers. sed hic dubitatur. C. de non num. pec. Roncag. in l. si duo rei, num. 4. & 8. ff. de duob. reis. Menoch. cons. 119. nu. 5. lib. 2. Ias. in §. in bonæ fidei. nu. 76. inst. de actionibus. Vbi Dyn. nu. 12. Sebast. Medic. de cõpens. par. 1. q. 11. num. 3. & par. 2. q. 4. vbi hoc dictum sex modis ampliat. Paris. cons. 121. nu. 7. lib. 1. Menoch. cons. 120. num. 5. lib. 2.

2 Ampl.† vt id non tantum procedat de eo, quod sibi debetur: verum etiam de eo, quod debetur debitori principali. Sebast. Med. d. q. 4. nu. 2. & 5. Paris. d. cons. 21. nu. 7. vol. 1. qui addit

3 ista procedere, etiam † quod veniret compensandum debitum principalis debitoris, quod habuit ortum ante præstitam fideiussionem. Carol. de Grass. in tract. de except. exceptione 16. nu. 41. & 42. qui nu. 43. dicit hæc etiam locum habere debitore principali inuito, & contradicente cum talis exceptio realis sit.

4 Ampl. 2.† etiam quod talis exceptio compensationis incipiat competere post fideiussionem: Bald. & DD. in l. 4. ff. de compensat. Paris. d. cons. 121. num. 7. cum seqq. Med. d. tract. de compens. par. 2. q. 31. nu. 47. Notabili 51. & etiam postquã fideiussor fuit condemnatus, & sententia transiuit in rem iudicatam. Castr. in l. & post rem nu. 3. ff. de transact. Macch. Bru. cons. 41. num. 19.

5 Ampl. 3.† quod ista exceptio compensationis possit per fideiussoré etiã opponi inuito debitore. Paris. d. cons. 121. nu. 13 lib. 1. vt dictum fuit supra proximè.

6 Ampl. 4.† quod ista exceptio non tantum potest opponi in prima instãtia, verum etiam in secunda, & quod plus est, etiam post latam sententiam, quando dictæ sententiæ executio petitur. Affl. & decis. 121. num. 3. Paris. d. cons. 121. num. 18. vol. 1.

7 Limit.† prædicta, quando exceptio compensationis esset personalis: nam tunc exceptio compensationis, competens principali debitori non suffragatur fideiussori eius, & è cõtra. Sua d. cons. 327. num. 22. lib. 3. & circa hanc materiam adde nonnulla alia, quæ posuimus infra. Fideiussor in quibus casibus à fideiussione liberetur. cap. 9. sect. 10.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium, vel immunitas competens principali ad fideiussorem quoque*

por-

porrigitur, nisi sit personale. num. 20.
2 Etiam quod fideiussor talis priuilegij sit incapax.
3 Securitas concessa per principem reo, ac debitori principali, competit etiã fideiussori.
4 Fideiussor vtitur exceptionibus, at iuribus principalis.
5 Cautela necessaria, vt priuilegium principalis prosit etiam fideiussori.
6 Fideiussor opponens se in iudicio non vt fideiussor, sed vt defensor, potitur priuilegijs ipsius principalis.
7 Item dicitur necessarius defensor.
8 Remedium l. 2. C. de rescindend. vend. prodest etiam fideiussori.
9 Fideiussor mariti gaudet priuilegijs mariti.
10 Cessionarius mariti non potest licitè recipere vsuras, quas maritus caperet. Item nec vtitur priuilegijs mariti.
11 Exceptio Velleiani competens mulieri prodest, & per fideiussorem opponi potest.
12 Fideiussor vtrum habeat beneficium restitutionis in integrum ex persona minoris sui principalis.
13 Beneficium restitutionis competens minori eius fideiussori non competit.
14 Restitutionis beneficium habet etiam fideiussor minori succedens.
15 Idem vbicunque suadet æquitas.
16 Item quando minor suscipit in se iudicium.
17 Item quando minor fuit dolo aduersarij circundatus.
18 Exceptio Macedoniani competit etiam fideiussori.
19 Priuilegium concessum, fisco prodest etiam eius fideiussori.
20 Priuilegium personale non extenditur ad fideiussorem.
21 Dilatio, seu moratoria concessa principali, an, & quando prosit fideiussori.
22 Priuilegium competens fideiussori non transit ad principalem.

Priuilegium, immunitas, exemptio, & securitas competentes principali debitori, an, & quando transeant in fideiussorem.

CAP. XIII.

1 PRiuilegium, † immunitas, exemptio, ac securitas, quæ principali debitori competunt, etiam ad fideiussorem protrahuntur, ac porriguntur. Bart. in l. cum filiusfam. §. si stipulatus. nu. 2 ff. de verb. oblig. & in l. Marcellus, in fi. ff. eo. Marc. in rub. eod. q. 37. nu. 284. in fi. vers. mihi autem magis placet, qui sub num. 286. inquit,
2 Priuilegium, & principalis securitatẽ suffragari fideiussori, etiam quod fideiussor dicti priuilegij incapax sit. Quia secundum eum inhabilis sustinetur per habilem. Et hoc idẽ firmat
3 Dyn. cons. 11. † dum ponit, quod securitas, & salus conductus datus à principe debitori, & reo principali opituletur fideiussori. quod, & aduertunt Barzius decis. Bon. 78. per tot. Surd. decis. 301. nu. 16. quos refert, & sequitur Ioan. Bapt. Costa. de rat. rat. q. 309.
4 nu. 8. & ratio illa assignatur, † Quia fideiussor vtitur omnibus iuribus, & exceptionibus, quibus & principalis. l. cõstitutionibus, vbi Bald. C. de vsur. l. tam mandatori, vbi idem Bald. hoc not. C. de non num. pec. Bart. in l. quicunque. ff. de fideiuss. not. omnes in l. si cum, in §. 1. ff. si quis cauti. Ias. cons. 133. nu. 35. vol. 3. & diximus in cap. supra proximo præcedenti in princ.
5 Et aduertas † in proposito, quod perpetuò tenementi, Quod ad hoc, vt priuilegiũ competens principali, etiã suffragetur eius fideiussori, requiritur, quod

quod reus principalis suscipiat in se iudicium contra fideiussorem motũ, & opponat tale priuilegium, & exceptionem ex sui persona. Idemque in §. sed generaliter. ff. mand. gl. magna
6 in l. si fideiussor. ff. eo. Idem est † quando fideiussor se opponit in iudicio nõ vt fideiussor, sed vt principalis defensor. l. verum, in §. 1. ff. pro soc. Lanfrãc. Balb. decis. 17. cent. 1. Matsil. rub. eo.
7 nu. 275. & 284. Imo fideiussor † tali casu poterit se defendere ex persona rei principalis. Nat. cons. 658. num. 6. qui dicit, quod tunc fideiussor dicitur necessarius defensor, & infra dicemus sub lim. 1. vers. ex quo infertur, & adnotauimus supra hac eadem sectio. c. 10. in fi.

8 Hinc est, † quod remedium, ac beneficium, l. 2. C. de rescind. vend. non tantum suffragatur ipsi principali debitori: verum etiam eius fideiussori. Alex. & Ias. in l. 1. C. de fideiuss. min.

9 Hinc, & secundo fit. † Quod fideiussor mariti gaudet priuilegio, & securitate mariti. Alex. in l. quia tale pactum. nu. 9. ff. sol. matrim. qui declarat quomodo procedere debeat fideiussor, ad hoc vt gaudeat priuilegio mariti.

10 Cuius † tamen contrarium statuitur in cessionario mariti. Qui non licitè capit vsuras, quas maritus caperet: & sic non gaudet priuilegio mariti. Ias. cons. 92. nu. 13. & 37. vol. 1.

11 Hinc, & tertio fit. † Quod fideiussor mulieris iuuatur auxilio Velleiani: sicut ipsa mulier. l. si mulier. §. fin. ff. ad Velleian. Bald. in l. si vxor. nu. 2. C. ad Velleian. Matsil. in rub. eo. q. 36. num. 270.

12 Hinc, & quarto est, † quod fideiussor pro minore habet beneficium restitutionis in integrũ ex persona minoris. Alex. in l. postquã. nu. 2. C. eod. Natt. cons. 50. nu. 24. vol. 1. qui loquitur de restitutione in integrum concessa reipub. vt etiam suffragetur eius fideiussoribus. Natt. de minore dicẽs. cons. 658. nu. 6. lib. 3. Ioseph. Lud. decis. Perus. 27. num. 4. in prima pat. & quod fideiussor gaudeat beneficio restitutionis in integrum competenti principali debitori, dicunt Mauric. de restitutione in integrum, c. 6. & c. 14. Viui. decis. 86. nu. 15. etiam inuito, & contradicente principali debitore. gl. in l. fi. vbi Bart. & Bald. num. 6. C. de vsur. rerum. Carol. de Graf. in tract. de excep. ad materiam stat. exclud. omnes excep. except. 34. num. 19 & 20.

13 Contrarium † tamen tenet nouissimè Caldes. Lusitanus in repetitione legis, si curatorem, in verbo minoribus. num. 46. C. de rest. in integr. minor. dum vult, quod fideiussor non iuuetur restitutione minoris, qui hoc dictum multis modis limitat ibidem num. 48. 49. 50. cum seqq.

14 Et primo † quando fideiussor mi-
15 noris succesſit, secundo † quando concurrit æquitas. Nam tunc potest officium iudicis implorari ad obtinendã exceptionem, quæ principali competit; licet de iure fideiussori non competeret, & sibi, tali casu debet concedi: nam qui non potest opponere exceptionem, potest officium iudicis implorare, vt ibi per eum num. 48.
16 † Tertio quando: ipse minor compareret in iudicio, vt defensor necessarius pro ipso fideiussore, & peteret restitutionem in integrum: nam tũc eidem conceditur, vt ibi per eũ nu. 49.
17 & diximus supra. † Quarto quando dolus aduersarij interuenit: nam tunc restitutio fideiussori minoris conceditur. Cald. d. loco num 51.

Et

Et hanc opinionem, quod restitutio competens minori non suffragetur eius fideiussori tenent Arret. in §. fi. nu. 4. de replicat. Inst. Sfotz. Odd. de restit. in integrum q. 48. per totũ, adde alia, cap. 19. hac ead. sect. infra.

18 Hinc, † & quinto infertur quod fideiussor filij familias iuuatur beneficio Macedoniani. l. & si pater. in §. non solum: vbi Bart. ff. ad Maced. modò pater non habuerit ratum mutuũ contractum per ipsum filium. Mars. in rub. de fideiuss. q. 36. num. 269.

19 Hinc, † & sexto fit, Quod Priuilegium concessum principi, & eius fisco, & cameræ fiscali, etiam competit fisci fideiussoribus. l. in fraudem §. qui pro alio. ff. de iur. fisci. & ita dicit seruiari. Peregrin. de iur. fisci lib. 6. tit. de debitoribus fiscalibus. nu. 8.

20 Limit. 1. † & declara, ac intellige prædicta in priuilegio, beneficio, exẽptione, ac immunitate reali, & quæ rei, & eaussæ intuitu concessa est, secus tamẽ est in priuilegio personali, quod personæ contemplatione est datum, quod cum non egrediatur personam non transit in fideiussorem. Bart. in d. l. cum filius fam. in §. si stipulatus. nu. 2. ff. de verb. obligat. Matth. Brun. de cession. bon. q. principali. 25. Mars. in d. rubr. de fideiuss. q. 36. num. 273. & q. 37. nu. 284. Ceph. cons. 437. nu. 12. vol. 3. Alex. in l. cum filius, §. si stipulet. ff. de verb. oblig. Ias. in l. lecta. col. 6. & 7. ff. rect. petat. & in l. 1. in 5. & 6.

21 col. C. de iud. Din. d. consil. 11. † qui loquuntur in dilatione, & moratoria concessa principali, & firmant tunc iuuare, & suffragari fideiussori, quando verba dilationis sunt directa ad tẽ, secus quando ad personã, vt per Bald. in l. quoties, C. de precibus imp. offer. qui dicit de moratoria statuti. Gabri. de reg. iur. concl. 2. num. 65. & 66. ex quo infertur, quod si debitor principalis habet priuilegium, ne conueniatur vltra quã facere possit, quod istud priuilegium non transit in eius fideiussorem cum personale sit. l. & si fideiussor vbi gl. & Bart. ff. de re iud. est bene verum, quod fideiussor poterit se defendere, vt non condemnetur, nisi in quantum facere potest si principalis comparẽdo in se iudicium suscipiat tanquam necessarius defensor ex persona sua propria exceptionem opponendo, quod bene facere potest, l. idem §. generaliter, vbi Bart. & cæteri. ff. mand. vel fideiussorem suum procuratorem constituat. Arret. in §. in omnibus, colum. 2. inst. de fideiuss. Brun. d. tract. de cessio. bonorũ q. 25. nu. 5. qui nu. 6. vsque ad finem dicit. Quod si aliter fiat, & fideiussor in solidum cõdemnatus fuerit etiam principalis ad idem condemnabitur, & sic per indirectum principalis priuabitur beneficio, quod habet, & diximus in hoc eodem cap. vers. & aduertas, & supra c. 10. in fi.

22 Limita, † & intellige secundo, Qđ licet priuilegium competens principali iuuet fideiussorem, tamen non est è contra, quia priuilegium competẽs fideiussori non transit in principalem debitorem l. mora. ff. de verbor. oblig. Bald. in l. fideiussori, nu. 1. ff. de pact. & in l. si ego. §. sed si cum etc. ff. cert. pet. Ias. cons. 20. num. 4. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo, vel alia liberatio facta principali, prodest etiam fideiussori.*

2 *Liberatio facta reo prodest etiam fideiussori, quando soluendo haberet regressum, aliàs secus. & nu. 5.*

3 *Pactum de non petendo factum principali, non prodest fideiussori, quando principalis non esset soluendo.*

4 *Fideiussor semel liberatus sine nouo cõsensu, in obligationem non reincidit.*

6 *Pactum de non petendo factum principali non prodest fideiussori, qui interceſſit animo donandi.*

7 *Fideiussor intercedens animo donandi nihil à principali repetit.*

8 *Pactum de petendo factum principali non nocet fideiussori, quando defensio est iam per fideiussorem quæsita.*

9 *Pactum personale factum cum debitore principali, non nocet eius fideiussori.*

10 *Pactum fideiussori factum non prodest reo, vbi de ratione.*

11 *Pactum, quando est expressè actum, quod prosit, & quando sumus in fideiussore in rem suam, tunc factum, fideiussori iuuat etiam principalem.*

12 *Pactum de non petendo, acceptilatio, vel alius actus liberatorius, factus cum principali debitore prodest etiã fideiussori in fideiussione conuentionali, secus in iudiciaria.*

13 *Pactum de non petendo factum à maiori parte creditorum hæredibus debitoris, etiam præiudicat pauciorib⁹ creditoribus, si vellent contra fideiussorem agere.*

Pactum de non petendo, acceptilatio, vel alia liberatio facta principali debitori per ipsum creditorem, etiam prodest fideiussori.

C A P. X I V.

1 SI creditor facit † principali debitori pactum de non petendo, acceptilationem, vel aliam similem liberationem: talia non tantum iuuant principalem debitorem, verum etiam eius fideiussorem, etiam quoad directam exceptionem, nisi contrarium sit actum expressè l. exceptiones in §. 1. ff. de exceptionibus, §. exceptiones instirut. de teplicationibus. l. fin. & l. quod dictum, vbi Iaſ. nu. 15. & 6. ff. de pact. Castr. in l. & hæredi in §. finali. ff. de pactis, qui hoc dictum num. 5. & 6. quattuor modis limitat, & tenẽt. Corn. conſ. 103. num. 1. vol. 3. Valent. Franc. de fideiuſſ. c. 3. nu. 50. & 51. & de acceptilatione, quod facta principali liberet fideiussorem Bart. in l. & per iusiurandum in §. 1. ff. de fideiuſſ. Alex. in l. 2. in §. ſed tamen, ff. de verb.
2 obligar. † nam liberatio facta reo prodeſt, & fideiuſſori i. l. cum principalis, ff. de reg. iur. l. nouatio, vbi Bart. & alij, ff. de nouat. & maxime quando fideiuſſor ſi ſolueret haberet regreſſum per actionem mandati contra reum, aliàs ſecus, & habemr in d. l. quod dictum, & ratio eſt quare pactum de nõ
3 petendo † factũ reo principali, etiam prosit fideiuſſori, quia niſi eidem prodeſſet etiam in effectu non prodeſſet reo principali, ex quo fideiuſſor, qui cogeretur ſoluere, haberet regreſſum contra ipſum debitorem. Iaſ. in d. l. quod dictum, nu. 1. in primo not. & ſic per indirectum etiam non prodeſſet ipſi reo principali. Iaſ. conſ. 20. nu.
4 4. vol. 1. vt etiam quia † fideiuſſor ſemel liberatus ſine nouo conſenſu in obligationem nõ reincidit. arg. l. obligamur. ff. de actionibus, & oblig.

5 Limit. igitur primo, vt pactum de non petendo factum principali debitori, tũc demum prosit etiam fideiuſſori, qñ fideiuſſor, ſi ſolueret haberet regreſſum per actionẽ mãdati contra ipſum reũ: aliàs ſecus, d. l. quod dictũ, vbi Iaſ. nu. 1. 5. & 6. & d. conſ. 20. nu. 4. vol. 1. & diximus ſupra proximè.

6 Li-

6 Limit.2.† in fideiussore, qui intercedit animo nouandi, nam in eo pactum de non petendo factum cũ principali debitore eidem non suffragatur cum in fideiussore intercedente animo nouandi, cesset ratio regressus, de
7 qua sup.† nam fideiussor, qui intercedit animo nouandi si soluat, non habet regressum contra debitorem, nec aliquid ab eo repetere potest actione mandati. glo.in l.& hæredi, in §.fi.in verbo nisi, ff.de pact. Iaſ.in d.l. quod dictum num.1. & 9.

8 Limit. 3. † vt pactum de petendo factum principali noceat fideiussori, vt non procedat, quando defensio est iam per fideiussorem quæsita. vt l. fi. vbi Bart.& alij, ff.de pactis, puta, quia primo loco fuerit factum pactum de non petendo, ex quo fuerit secuta liberatio, & defensio fideiussoris, & post modum fuerit factum pactum petendo, quia tunc tale secundum pactum non nocet fideiussori, & defensioni iam quæsitæ per ipsum. d. l. fin. multa alia ad propositum adnotauimus infra sect. 10. c.3.

9 Limit. 4. † quando pactum esset personale, vt supra adnotauimus.cap. 12. & 13. hac eadem sect.

10 Limit.5.† quod è conuerso pactum fideiussori factũ non prodest reo principali, quia sua nõ interest, quod prosit, sed benè interest è cõuerso scilicet reo, quod prosit fideiussori: nam si nõ prodesset, conuentus, & soluens recuperaret à reo, & sic nihil sibi proficeret pactum. Castr.in d.l. & hæredi in §.fi.ff.de pact.in summ.vbi etiam hoc not. Alex. in princ.

11 Limit.6. † quando expressè actum est, quod non iuuet, & in fideiussore in rem suam glos. in d.l. & hæredi, in §. fi.in verbo nisi, ff.de pact.

12 Limit. 7. † & intellige prædicta in fideiussore contractus, quia secus se haberet in fideiussore iudicij. Tradũt Soci.cons 91.nu.8.9. & 10.volum.2. Anch.reg. 9.15.lib.2.

13 Limit.8.† quando maior pars creditorum fecit pactum de non petendo hæredi futuro debitoris: nam tale pactum præiudicat paucioribus creditoribus, si agere vellent contra fideiussorem Matt. sing.103.in ca.nota casum pulchrum, & ratio est, quia hoc pactum est personale, & ideo ad fideiussorem non extenditur, l. nisi hoc actum. ff.de pactis.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem potest exequi contra fideiussorem iudicij absque nouo processu.*

2 *Sententia lata contra principalem, nõ potest exequi contra fideiussorem cõuentionalem, nisi sit in eo iudicio citatus, & nu. 4.*

Et hæc in tantum sunt vera, quod in dicto processu de nouo fabricando poterunt opponi nullitates, & iniquitates dictæ primæ sententiæ. nu 3.

5 *Quomodo tali casu debeat formari libellus contra fideiussorem.*

6 *Libellus quomodo formetur, quando proceditur ad executionem laudi.*

7 *Sententia lata contra principalem, An, & quando noceat, & prosit fideiussori, vel è contra remissiuè.*

8 *Iuramentum præstitum per fideiussorem, an, & quando principali prosit, vel obsit, vel è contra remissiuè.*

9 *Sententia lata pro fideiussore non prodest reo, ac principali debitori.*

10 *Nisi fideiussoris interfit, eo, quia pro suo procuratore fideiusserit.*

11 *Vt etiam si esset fideiussor de iudicio sisti.*

12 *Sententia lata pro reo non prodest fideiussori.*

Contrarium tamen tenent nonnulli, & num. 14.

Sententia stricti iuris dicitur num. 13.

15 *Sententia declaratoria excussionis lata inter creditorem, & debitorem probat in praeiudicium fideiussoris.*

16 *Et maximè quando dicta sententia transiuit in rem iudicatam.*

17 *Fideiussor, qui fuit praesens in iudicio moto contra principalem, non potest se tueri ex persona principalis, quasi indebitè condemnati.*

18 *Aliud est, quod fideiussor se tueatur ex persona sua, aliud quod ex persona sui principalis.*

Sententia lata contra principalem debitorem potest executioni demandari contra fideiussorem iudicij sine nouo processu: quod secus est in fideiussore contractus.

CAP. XV.

1 SI † feratur sententia contra principalem debitorem potest executioni demandari contra fideiussorem iudicij, qui aliàs cautionalis, & praetorius dicitur, absque nouis actis, citatis, & processu, & sic sententia contra reum principalem lata praeiudicat eius fideiussori iudicij absque nouis, scripturis, iuribus, & processu. Cuma. cons. 32. nu. 1. Guid. Pap. decis. 26. nu. 1. & 2. Arret. noster in § fi. instit. de satisd. nu. 2. vbi vult, quod in fideiussore de iudicatò soluendo executio fiat, sine nouo processu, & dicit communem. † Quod secus est in fideiussore contractus: nam si aliquis sit fideiussor ex contractu: & sententia feratur contra eius principalem etiam absentem, & contumacem; huiusmodi sententia contra istum fideiussorem non citatum, nec auditum absq; nouo processu executioni demandari non potest: sed fideiussori integrum erit in executione deducere iura sua etiam negando se fideiussorem. Bart. in l. à sententia in princ. ff. de app. Imo. in c. peruenit extra eod. Castr. in l. 1. nu. 3. ff. iud. sol. Speculator de execut. sent. §. sequitur, vers. quid si sententia. Arret. cons. 78. Lanf. Balb. decis. 136. Nauar. cons. 345. nu. 1. lib. 2. Bursat. cons. 203 li. 2. Siluan. consil. 84. & 85. num. 6. lib. 2. Anch. regi. quæst. fam. 19. par. 2. Ruin. cons. 121. nu. 9. vol. 3. Ceph. cons. 106. vol. 1. Bertazzol. de clauſ. clausula 43. glos. 8. nu. 1. Guid. Pap. decis. 26. Brugn. Caual. decis. Fiuiz. 10. num. 6. 7. & 26. Seraph. decis. 1477. nu. 3. cum seqq. part. 2. Magon. decis. Florent. 94. nu. 16. & dicit communem. Ias. in l. in duobus §. quis ergo. num. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. Emanuel Suarez. in Thesauro com. op. littera C. num. 125. Valent. Franc. tract. de fideiuss. cap. 5. nu. 138. Mising. centur. 4. obseruationum obseruat. 96. Alba. consil 251. vbi addentes in littera G. qui dicit

3 † opus esse tali casu nouo processu, & quod in eo poterunt opponi nullitates, & iniquitates dictæ sententiæ. Anton. Hering. qui alios citat in suo tract. de fideiuss. c. 27. par. 5. num. 53. quod, & traduni Ripa in l. bis apud acta num. 34. C. de edendo, & Surd. ex multis congestis per eum decis. 218. num. 11. qui num. 10. hoc limitat

4 † quando fideiussor cõtractus fuerit citatus: nam tunc sententia lata contra principalem præiudicat fideiussori. Part. in l. 1. ff. iud. sol. & latius hæc explicauimus supra in hac secunda part. sect. 4. c. 34.

5 Aduertendum † tamen est in praxi,

xi, & modo agendi, quod non debet petere quis sententiam latam contra reum principalem mandari executioni, contra fideiussorem sed bene stipulationem, & obligationem, qua fideiussor obligatus est, declaratam per sententiam: Talis enim promissio sic per sententiam declarata executioni demandari debet, vt dicitur, in d.l.1. ff iud.sol. Artet. in d.§.fi.nu.3. qui dicit idem esse in † laudo, ex quo ego non possum agere: cum laudum non pariat neque actionem, neque exceptionem, sed debeo agere ex stipulatione, & compromisso qualificato, & declarato à laudo, vt docet Artet. in d.loco.

7 Et an † sententia lata contra principalem præiudicet, aut prosit fideiussori, & è contra, An sententia lata in fauorem fideiussoris, vel contra ipsum prosit, vel præiudicialis sit suo principali. Videantur. Bart. in l.duobus, in § à fideiussore, nu.5. cum seqq. ff. de iur. iur & in l.1. ff. iud. solui. Alid. ad Bart. in l. à sententia in littera B ff. de appellat. qui etiam loquuntur

8 † quid decidendum sit in iuramento scilicet, An iuramentum præstitũ p fideiussorẽ prosit, & noceat reo. Et è contra: An iuramentum præstitum per reum prosit, & noceat fideiussori

9 de quo dicemus infra. † Et in specie quod sententia lata pro fideiussore nõ prosit reo, tenuerunt, glo. & Bart. in l. aduersus. ff. de arbit. idem Bart. in l.fi. in §.fi. ff. de iureiur. & facit l.2. C. qui-

10 bus res iud. non noceat. † Quod intellige nisi fideiussoris interfit, eo, quia pro suo procuratore fideiusserit. l. sed, & si fideiussor, ff. de pact. Franc.

11 Marc. q. Delfinat. 518. par. 1. † Vt etiam, si esset fideiussor de iudicio sisti: nam huius victoriam etiam prodesse principali victo dicit Brun. de. cit. Fuiz. 10. num. 7. nam in talibus casibus sententia lata pro fideiussore prodest etiam reo.

12 Et † quod sententia lata pro reo non prosit fideiussori benè, & signanter hoc docent Castr. cons. 87. in causam quæ vertitur colum. 2. num. 2. lib. 1. Aym. cons. 8. num. 3. sententia

13 † enim dicitur stricti iuris. Aym. cons. 188. num. 6.

14 In contrarium tamen, † quod imo sententia lata pro reo prosit fideiussori, tenent Bartol. in l. fin. ff. de pact. Alberi. de Rosat. in 2. part. stat. q. 146. Franc. Marc. decis. Delfinat. 518 par. 1. & facit, text. in d.l. aduersus, ff de recept. arb. qui loquitur in arbitrio.

15 Idem est † in sententia declaratoria excussionis lata inter creditorem, & debitorem, quæ etiam probat in præiudicium fideiussoris l.2 vbi Bald. C. ædendo. Natt. consil. 345. num. 2. volum. 2. Alexan. in l. sæpe. colum. 6. ff. de re iud. Mascard. de probat. con-

16 clus. 707. quæ † opinio absque scrupulo procedet quando dicta sententia transiit in rem iudicatam d. l. à sententia. ff. de appel.

17 Et aduertatur † circa præmissa. Quod fideiussor qui fuit præsens in iudicio moto contra principalem, nõ potest se tueri ex persona principalis quasi indebitè condemnati, cum per præsentiam sibi præiudicauerit. Bald. in l.3. in §.1. nu.5. C. de vsur. rei iud. Gabr. de execut. rei iud. concl.1. num. 20. Felyn. in c. quamuis num.3. de re

18 iud. † qui dicunt aliud esse, quando fideiussor se tuetur ex persona sua, & diximus supra hac ead. sect. cap. 13. lim.1. num. 21. vers. est bene verum. Et latius materiam istam deduximus supra in hac 2. part. sect. 4. c. 34.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio principalis prodest fideiussori, & è contra, & nu.3.*
2 *Appellatio interposita per vnum ex condemnatis, ea pendente non potest fieri executio contra alios qui non appellarunt.*
4 *Appellatio tertij tunc victo prodest, & nocet, quando tertius cum victo habet ius vnitum, connexum, & inseparabile.*
5 *Alia de hac materia remissiuè.*

Appellatio principalis prodest fideiussori, & è contra.

CAP. XVI.

1 SI sententia † feratur contra principalem debitorem, & ipse à dicta sententia appellat, talis appellatio non tãtum prodest ipsi: verum etiam eius fideiussori l. à sententia. ff. de appell. glos. & Castr. in l. fi. C. de vsur. rei iud. in fin. Faber in §. alia instit. de satisd. Anch. reg q. fam. 19. num. 6. in 2. part. cum alijs relatis à Brug. decis. Fiuiz. 10. nu. 6. & rationem ponit Mandos. de inhibit. q. 47. num. 2. vbi vult
2 hoc ideo esse quia appellatio interposita per vnum ex condemnatis illa pẽdente non potest fieri executio contra alios, qui non appellarunt. Idem, & è
3 conuerso: † nam quod appellatio fideiussoris prosit principali censuit Ruin. consil. 121. num. 9. vol. 5. qui
4 vult, quod appellatio tertij † tunc victo prosit, & noceat quando tertius cum victo habet ius vnirum, connexum, & inseparabile. † Et multum conferunt iam dictis notata per Narta consil. 457. in secundo, & Ceph. consil. 106. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Confessio ficta principalis debitoris non nocet fideiussori, & è contra. nu. 4.*
2 *Fideiussor non potest cogi ad solutionem pœnæ ex ficta confessione, & contumacia: sed requiritur quod sit conuictus per veras probationes.*
3 *Confessio vnius non nocet alteri.*

Confessio ficta principalis non præiudicat fideiussori.

CAP. XVII.

1 FIctam † principalis confessionem, quæ per contumaciam inducitur non præiudicare fideiussori ponit Corn. cons. 211. num. 5. in 3. vol. Bene. Beroi. cons. 203. nu. 5. vol. 3. qui dicit hoc verum quo ad pœnam, & ratio
2 est, quia † fideiussor non potest cogi, ad solutionem pœnæ ex ficta confessione, & contumacia, sed requiritur, quod sit conuinctus per veras probationes, & hæc eò magis, quia † confessio vnius regulariter non nocet alteri. Surd. decis 218. sub nu. 2. qui loquitur de vera cõfessione, & inquit quod ex sola principalis confessione probatur debitum aduersus fideiussorem, ita quod in vim talis probationis conueniri poterit, & hoc multis exemplis comprobat, & sub nu. 9. subdit, quod
4 sicut † confessio fideiussoris non nocet reo, ita confessio rei nõ potest nocere fideiussori licet in contrarium ibidem arguat nu. 1. & 2. ex Tiraq. de tract consanguin. §. 1. glos. 18. nu. 83. Ruin. cons. 140. nu. 7. & 9. vol. 1. Rota. Ianu. Flam. Cartar. in executionis decis. 71. quibus adde Ant. Hering. tract. de fideiuss. cap. 27. par. 5. nu. 38. & diximus supra sect. 3. cap. 2. nu. 11. in fine.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Impetratio principalis nocet fideiussori: sed non è contra.*

Impetratio principalis debitoris nocet fideiussori.

CAP. XVIII.

1 IMpetratio † facta à principali nocet fideiussori, sed non è contra. quia impetratio fideiussoris nō nocet principali, l. si quis iniquum, in §. si is pro quo, ff. quod quisque iur. in aliū statu.

SVMMARIVM.

1 *Minor aduersus fideiussionem à se factam in integrum restituitur, nisi in quibusdam casibus.*

2 *Minoris fideiussor non restituitur regulariter. Fallit tamen in casibus hic expressis.*

3 *Contrarium tamen.*

4 *Minor licet aduersus fideiussionem a se factam in integrum restituatur: tamen per hoc eius principalis debitor non liberatur.*

5 *Quædam prosunt fideiussori, quæ non prosunt reo.*

Restitutio in integrum aduersus fideiussionem quando concedatur minori, & eius fideiussori, & quando non.

CAP. XIX.

1 LIcet † minor aduersus fideiussionem à se factam in integrum restituatur. l. 1. C. de filiofam. minore. l. ait prætor in §. 1. ff. de mino. l. Titius in § Seia. ff. de fideiuss. Bart. in l. Stichum, §. qui vulgo. ff. de solut. Odd. de rest. in integr. part. 2. q. 54. art. 2. nu. 4. cū seqq. vbi nu. 25. hoc restringit ad nonnullos casus. Primo quando minor pro patre fideiussit. Secundo quando cum iuramento. Tertio, quando, vt principalis. Quarto, quando intra quinquennium maior factus

2 ratificauerit. Tamen hoc † non est verum in fideiussore minoris: qui licet minor ipsius principalis restituatur, tamen ipse non restituitur. l. 1. C. de fid. minor. l. in causa in princ. ff. de min. l. Marcellus. ff. de fideiuss. Cald. in rep. l. si cutatorem in verbo minoribus, num. 43. vers. 3. circa fin. C. de in integ. restit. min. Menoc cons. 179. nu. 1. vol. 2. Mising. cent. 4. obseruatio num. 18. & 19. Sebast. Med. de conser. poss. in verbo aut in conseruando glo. 2. part. 3. nu. 422. Valent. Franc. de fideiuss. c. 3. num. 68. Anto. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 27. part. 4. nu. 113. & infra, nisi in quibusdam casibus. videlicet, quando fideiussor efficitur hæres minoris. secundo quando concurrit æquitas. tertio quando minor comparet in iudicio vt necessarius defensor pro ipso fideiussore. quarto, quando interuenit dolus aduersarij. Cald. loco præcitato num. 48. cum seqq. quod, & aduertit Odd. de rest. in integr. q. 48. part. 1. art. 1. qui nu. 83. ista etiam nō procedere firmat, Quādo fideiussio est iudiciaria. & q. 18. part. 1. art. 1. num. 11. addit etiam ista locum non habere, quando fideiussor minoris, alias non haberet regressum. Cętera vide sup. c. 13. nu. 12. illatione 4. hac eadem sect. & supra in hac 2. part. sect. 4. c. 11.

3 Non † defuerunt tamen multi, qui contrarium absolutè tenuerūt, Quod restitutio in integrum concessa minori, vel vniuersitati, etiam suffragetur eorum fideiussoribus, vt fuerunt.

Franc. Ald. in d. l. si curatores in verbo minoribus. nu. 49. Franc. d. tract. de fid. c. 3. num. 63. cum seqq. Gomez. var. resol. par. 2. cap. 14. num. 9. Nau. cons. 51. nu. 13. lib. 1. & 658. nu. 6. lib. 4. Auch. cons. 330. Ioseph. Lud. decis. Perus. 27. num. 4. par. 1.

4 Aduerte tamen, † Quod licet minor aduersus fideiussionem à se factã in integrũ restituatur, tamen per hoc eius debitor principalis nõ liberatur.

5 l. minor. 48. ff. de minor. † Nam quædam prosunt fideiussori, quę non prosunt reo. Abbas. in c. cum inter, extra de except. Becci. cons. 45. nu. 46. Magon. decis. Flor. 110. num. 4. & diximus infra c. 43.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum rei nocet, & prodest fideiussori, & è contra, & præsertim quãdo interponitur super delicto, uel contractu negatiuè.*

2 *Iuramentum principalis non nocet, nec prodest fideiussori, quando respicit personam iurantis tantum.*

3 *Iuramentum fideiussoris in dubio præsumitur reale, & non personale.*

4 *Iuramentum delatum vni ex reis credendi nocet etiam alijs.*

5 *Iuramenti exceptio realis est: & ideo quo ad efficaciam obligationis, & vtilitatem contractus extenditur de persona in personam, licet secus sit, quo ad vinculum periurij, quia in hoc personalis est.*

Iuramentum rei nocet, & prodest fideiussori.

CAP. XX.

1 SI † debitor principalis in instrumẽto debiti per eum facto ad fauorẽ principalis creditoris, pro quo debito etiam fideiussores præstitit, iurauerit. Tale iuramentum per dictum principalem debitorem præstitum, non solũ obest, verum etiã suffragatur fideiussori Ias. in l. duob. reis. ff. de iure iur. sub nu. 1. qui è conuerso hoc etiam esse verum fatetur, quod iuramentum fideiussoris nocet, & prodest reo principali d. l. duobus reis, in §. à fideiussore. ff. de iure iur. qui declarat hęc vera, quando interponitur super debito, vel contractu negatiuè: secus † verò est secundum eum, quando iuramentum restringeretur ad personam tantum iurantis. vt per Batt. in d. l. duobus reis, in §. à fideiussore nu. 1.

2

3 qui nu. 9. inquit, quod † iuramentum fideiussoris in dubio præsumitur de re, & non de persona.

4 Extende ad iuramentum delatum vni ex reis credendi, quod etiam alteri nocet. Ias. in d. l. duobus reis, in prin. ff. de iure iur. vbi sub num. 3. dicit hoc indubitatum in iudicialibus.

5 Regulariter † enim iuramentum, cum exceptio realis sit, extenditur de persona ad personam, quo ad efficaciã obligationis, & vtilitatem cõtractus, licet secus sit quo ad animam, & vinculum periurij: quia in hoc personale est. Gabr. de iure iur. concl. 6. nu. 2. & 3. Surd. decis. 159. nu. 11. & 24. Anton. Hering. de fideiuss. c. 27. patt. 4. nu 29. & c. 20. §. 2. num. 27.

SVMMARIVM.

1 *Cessio iurium, & actionum facta contra principalem debitorẽ, etiam ad eius fideiussorem porrigatur: immo etiam ad pignora.*

2 *Intellige in casibus, in quibus utilis actio sine cessione transit, aliàs secus, nisi sit expressum.*

3 *Actio contra fideiussorẽ regulariter sine cessione principalis actionis nõ trãsit.*

Ces-

Cessio iurium, & actionum facta contra principalem debitorem, etiam aduersus eius fideiussorem extenditur.

CAP. XXI.

SI contingat: quod contra principalem debitorem cedantur iura, & actiones, hæsitant doctores, An talis cessio extendatur ad dicti debitoris principalis fideiussorem? Azzo. in summa. C. de hæred. vel actio. vend. Bar. in l. si hæres, nu. 1. in versic. quæro vtrum facta, vbi Alex. in add. in litera B. ff. ad Treb. vbi etiam Castr. dicunt extendi non tantum ad fideiussorem, verum etiam ad pignora. † Regulatiter enim facta cessione contra principalem, transeunt actiones contra fideiussores, & pignora Bart. in d. §. si hæres. num. 1. vers. respondeo si regulatiter. 1

Cæterum Bertazz. de claus. claus. 27. glos. 18. num. 2. ex Specu. & Ioan. Andr. vult conclusionem supra firmatam procedere in casibus tantum, in † quibus transit vtilis actio sine cessione: in alijs autem, in quibus cessione opus est, vult non transire, nisi expressè dictum, ac specificatum sit; & subdit. num. 3. quod † regulariter actio contra fideiussorem sine cessione principalis actionis non transit ex multis, quos congerit. 2 3

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fori declinatoria personalis cõpetens ipsi reo principali, quia clericus, non prodest fideiussori ipsius clerici laico, & nu. 4*

2 *In clerico primlegium fori est personale.*

3 *Exceptio declinatoria fori alterius quã clerici transit de principali in fideiussorem.*

Fori exceptio competens principali ad fideiussorem non porrigitur.

CAP. XXII.

DOctores † formant hanc conclusionem in fideiussore Clerici, & resoluunt quod non: illa potissimum ratione ducti: quia in † Clerico priuilegium fori est priuilegium personale; quod ad fideiussorem transire non potest. Benè Cabal. de euict. §. 3. q. 7. nu. 132. in alio, qui non sit Clerici fideiussor credo contrarium, † cum omnis exceptio, quæ principali datur, vt etiam immunitas, & priuilegium, etiam ad fideiussorem eius extendatur. † Et quod exceptio fori declinatoria personalis, competens ipsi reo principali clerico non competat eius fideiussori laico est text. in l. si reus. ff. iud. fol. Rom. singul. 627. aliàs 629. Ioach. de Arno. problem. 79. Visill. ad Afflict. decis. 206. nu. 1. Carp. ad Stat. Medio. part. 1. c. 44. num. 66. & 67. & par. 2. c. 189. nu 18. Specul. de comp. iud. add. §. regulariter 10. Fabri. in auth. statuimus. C. de Episc. & cler. & in §. fi. instit. de satisd. Bouer. sing. 11. incip. num. 6. Marc. rub. eo. num. 311. Franc. Marc. q. 325. lim. 8. Guid. Pap. decis. 562. nu. 6. & sing. 449. num. 2. Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 23. nu. 16. & egimus de hoc latè supra de fideiussoribus circa diuersa. c. 32. sect. 4. in hac 2. par. 1 2 3

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio rei fideiussori prodest.*

2 *Modo præscriptio ipso iure obligationem tollat.*

3 *Præscriptionis exceptio est cohærens rei, & ideo ad fideiussorem transit.*

4 *Præscriptionis exceptio solutioni adæquatur.*

Præscriptio rei an prosit fideiussori.

CAP. XXIII.

DE hac quæstione videatur. Bald. in l. tam mandatori. nu. 16. vers. Item dubitatur. An præscriptio rei prosit fideiussori, C. de non num. pec.
1 † qui firmat, quod sic cum distinctione, vt ibi per eum, quod hæc vera sint
2 † in præscriptione, quę ipso iure obligationem tollit: quod secus esse ait in præscriptione, quę tantum obligationem elidit. Et hoc idem tenēt Balbus de præscriptionibus in 2. part. principali, q. 2. nu. 13. & 14. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 31. nu. 23. qui dicit hoc nō esse absolutè verum: quod sicut potest opponi exceptio præscriptionis à principali, ita possit opponi à fideiussoribus ex Bald. in d. l. iam mandatori. Et ratio est, quod præscriptio rei prosit
3 fideiussori: † quia præscriptionis exceptio est cohærens rei, quò fit, vt in fideiussorem transeat.

Contrarium tamen indistinctè verum esse volunt. Quod exceptio præscriptionis, quæ competit ipsi principali etiam eius fideiussori commodo sit. Franc. de fideiuss. c. 3. nu. 31. Ant. Hering. d. tract. c. 27. par. 4. num. 44. ea ratione moti: tū quia exceptio præscriptionis realis est: tum etiam: quia
4 † exceptioni solutionis adæquatur.

Denunciatio litis facta debitori principali nocet etiam fideiussori eius.

CAP. XXIV.

DEnunciatio litis, si est facta principali debitori hoc satis est: nec requiritur, quod fiat eius fideiussori. Nam fideiussor euitare potest conueniri sola denunciatione facta venditori, & sic reo principali. Quod procedit etiam si agitari causam fideiussor ignorauerit. l. Authore laudato, vbi Salycet. & alij. C. de euictionibus.

Pactum legis commissoriæ est illicitum inter debitorem, & creditorem accipientem pignora: Tamen hoc secus est inter debitorem, & fideiussorem.

CAP. XXV.

LIcet in pignoribus pactum legis commissorię, illicitum, & improbum sit, inter debitorem, & creditorem accipientem pignora. c. significante de pigno. l. 2. & fin. C. de pact. pign. tamen huiusmodi pactio inter debitorem, & fideiussorem valida est absque vlla criminis, & vsurę labe. l. fin. ff. de contrahen. empt. Bart. in l. quamuis. ff. de solut. Abb. in d. c. significante num. 6. Negus. de pign. in 4. part. nu. 7. & est communis opin. Couar. variar. resol. lib. 3. c. 2. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussoris, & principalis idem est iudicium.*
2 *Fideiussor iure principalis nititur.*
3 *Principalis si non appellat, ita nec fideiussor.*
4 *Sicut principalis vti coniuncta persona potest petere fieri compromissum, ita, & eius fideiussor.*
5 *Sententia contra principalem lata afficit etiam eius fideiussorem iudicatū solui.*
6 *Fideiussor iudicatum solui dicitur sententiæ contra suum principalem latè consentire, & esse in confessis.*

Fi-

Fideiussoris, & principalis idem est iudicium.

CAP. XXVI.

1 DE fideiussore † idem iudicatur,
2 quod de principali: ex quo † iure principalis nititur. Surd. cons. 171. num. 23. & 25.

3 Et ideo sicut † principalis non appellat, ita nec fideiussor Castr. in l. ab executore in §. alio num. 4. ff. de app. Surd. d. cons. 171. nu. 16. & 66.

4 Hinc etiam est, † Quod sicut principalis, si est coniuncta persona, potest petere ex vigore statuti fieri compromissum, ita, & fideiussor Gabr. consil. 34. nu. 5. vol. 2. licet de hoc eius dicto semper valdè dubitauerim: cum hoc sit priuilegium personale, quod personam principalis non egreditur, nisi in casu de quo supra hac eadem sect. cap. 13. limit. 1. num. 21. vers. est benè verum.

5 Hinc etiam fit, † quod sententia lata contra principalem afficit etiam fideiussorem iudicatum solui. l. iudicatum, & l. cum quærebatur. ff. iud. sol. Bald. in l. 3. §. 1. nu. 1. C. de vsur. rei iud. Fely. in c. quamuis num. 17. C. de sent. & re iud. Surd. d. consil. 171. nu.
6 37. & 41. † nam tali casu fideiussor dicitur sententiæ consentire, & esse in confessis. Marius Antoninus variar. resol lib. 2. resol 19. nu. 9. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Pactum cum reo initum etiam fideiussoris commodo cedit.*
2 *Modo dictum pactum reale sit.*
3 *Pactum personale ad fideiussorem non transit.*
4 *Pactum fideiussoris generaliter factum reo non prodest.*
5 *Secus si in rem suam spoponderit: quia tunc prodest.*
6 *In pactis confideiussorum inter eos initis, quid seruandum remissiuè.*

Pactum debitoris an fideiussori noceat: & quid è contra.

CAP. XXVII.

1 PActum † cum reo factum, etiam
2 prodest fideiussori, modo † reale sit. l. & hæredi, in §. fin. & l. quod dictum. ff. de pact. l. ex persona, ibi, & cætera rei commoda. ff. de fideiuss. l. si quis reum in princip. ff. de lib. leg. l. si procuratorem, in §. si ignorantes, ff. mand. Anton. Hering. de fideiuss. c. 27. par. 5. num. 1.

3 Secus verò est, † quando pactum est personale: quia tali casu ad fideiussorem non transit. l. idem in duobus. §. personale. ff. de pact. l. & si fideiussor ff. de re iud. Dec. consil. 11. nu. 3. 4. 5. & 6.

Sed quid è contra, An pactum fideiussoris prosit reo? Reperio Doctores in hoc passu talem distinctionem
4 facere, videlicet, quod † aut fideiussor generaliter pactus fuit: & tali casu cõuentio eius reo non prodest: & ratio est: quia fideiussoris non interest à debitore pecuniam non peti. l. si fideiussoris. ff. de pact. † aut secundo fideiussor in rem suam fideiubendo spopondit se dare non oportere: & tunc pactio fideiussoris prodest reo. l. sed si fideiussor. ff. de pactis. ita Anton. Hering. d. cap. 17. part. 5. nu. 5. qui nu. 6.
6 cum seqq. dicit, quid † seruandum sit in pactis confideiussorum inter eos initis.

Vsurarum exceptio non tantum principali debitori: verum etiam eius fideiussori datur.

CAP. XXVIII.

VSuratum exceptio competens recipienti ad vsuram non tantum suffragatur ipsi: verum etiam eius fideiussori signanter Franc.de fideiuss.cap.3.num.79 cum seqq. Ant. Heringer.d.tract. de fideiuss. cap. 27. part. 4. num. 53. qui nume. 54. reicit Horatium Carp.ad Stat.Mediol. p.2. cap.189.num.17.contrarium tenentem, & malè.

Exceptiones libertatis onerandæ causa obligationis sine causa,& donationis immoderatæ, etiam fideiussori competunt.

CAP. XXX.

EXceptiones libertationis onerandæ causa obligationis sine causa, & immoderatæ donationis, non tantum prosunt principali debitori, verum etiam eius fideiussoribus, d.l.exceptiones in §.1.ff.de excepr. Valent. Franc. in suo tract. de fideiuss. c.3.nu. 44. 72. & 76. vbi signanter hoc explicat.

Velleiani, & Macedoniani exceptiones non solum mulieri, & filiofam. dantur: verum etiam eorum intercessoribus: nam potissimum in lęsione fundantur.

CAP. XXIX.

EXceptiones tam Velleiani, quam etiam Macedoniani, S. C. competentes,& mulieri, & filiofam. cum potissimum in lęsione fundentur,non tantum suffragantur ipsis: verum etiã eorum fideiussorib. l. exceptionibus, in §.1.ff.de except. l. 6. & l.si mulier. ff.ad Velleian.l.mulierem.C.d. tit. l. sed,& si,in §.non solum,ff.ad Maced. l.si alius, ff. quæ res pign. oblig. poss. Valent.Francus tract. de fideiuss. c.3. à nume. 53. vsque ad 63. Anto. Hering. dict. tract. cap. 27. part. 4. nume. 56.

Quatuor menses concessi iudicatis, vt soluant: etiam eorum fideiussoribus dantur.

CAP. XXXI.

QVadrimestre condemnatis elargitum,vt soluant: etiam eorum fideiussoribus concessum esse censetur.l.fi.§.fi.C.de vsur. reiiud. Mascard. de probat. conclus. 102. nu. 8.Anton. Hering. de fideiuss. cap.27. part.4.num.58.

Euictionem passus non tantum habet electionem soluendi interesse, aut restituendi rem: verum etiam eius fideiussor.

CAP. XXXII.

SIcut venditor, qui succubuit conuentus ab emptore passo rei venditæ euictionem, habet electionem, vel restituendi rem euictam, vel interesse soluendi. Ità etiam talem electionem

ctionem habet eius de euictione fideiussor. Bartol. in l. fideiussor. ff. de dol. mal. except. & in l. insulam. num. 14. ff. de verb. oblig. Caball. de euict. §. 2. nu. 21. Ant. Hering. d. c. 27. nu. 74.

SVMMARIVM.

1 *Doli mali exceptio est in rem scripta.*
2 *Doli mali exceptio competens reo principali etiam eius fideiussori suffragatur.*
3 *Reus dolo alterius, si est circumuentus: tunc eius fideiussor tali exceptione mali doli vti potest; & eam allegando auditur.*
4 *Reus dolo venditoris se læsum docens, & obtinens, non tantum id ipsi opitulatur, verum etiam eius fideiussori.*
5 *Minor dolo aduersarij deceptus, non tantum ex tali deceptione ipsi succurritur, verum etiam eius fideiussori.*

Doli mali exceptio etiam fideiussori proficit.

CAP. XXXIII.

1 EXceptio doli mali, quæ † in rem scripta est, competens reo prin-
2 cipali, † etiam eius fideiussori opitu-
3 latur. Exemplum † quando reus dolo alterius est circumuētus, d. l. exceptiones in §. 1. ff. de excep. l. test. in princ. ff. de fideiuss. Franc. de fideiuss. cap. 3. num. 34. cum seqq.

4 Hinc est, † quod si reus dolo venditoris se læsum esse doceat, & beneficio. l. 2. C. rescind. vend. agat contra venditorem, & obtineat: id non tantum prodest ipsi, verum etiam fideiussori per eum dato. Angel. in l. 1. ff. de fideiuss. min. Arri. Pinell. in l. 2. p. 2. cap. 3. nu. 43. & 44. C. de rescin. vend. Cabal. de euictio. §. 2. nu. 20. Emanuel Suarez. in Thesaur. comm. opin. littera F. num. 174. & 175.

5 Pari ratione † dicendum est de minore dolo aduersarij decepto, & circumuento: nam non solum ipsi succurritur: verum etiam eius fideiussori per doli mali exceptionem d. l. exceptiones. §. 1. l. 2. C. de fid. min. Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 27. part. 4. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quod metus causa in rem scripta dicitur.*
2 *Exceptio quod metus causa competens debitori principali proficit etiam eius fideiussori.*

Exceptio, quod metus causa principali competens, etiam fideiussorem iuuat.

CAP. XXXIV.

1 EXceptio, quod metus causa, quæ etiam ipsa in rem scripta est: non
2 † tantum principali reo: verum etiam eius fideiussori opitulatur d. l. exceptiones in §. 1. ff. de excep. Sebast. Medices de casibus fortuitis, part. 2. q. 7. num. 35. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 3. num. 45.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio ne quis vltra vires exigatur tantum principali debitori conceditur, nec ad eius fideiussorem porrigitur, & num. 5.*
2 *Exceptio ista operatur, ne quis conueniatur in plus, quam facere possit, & quod non egeat, nec mendicare cogatur.*
3 *Exceptio ista datur parentibus, liberis, patro-*

patronis, socijs, soceris, maritis, Clericis, militibus, & similibus.

4 *Est personalis, nec personas à iure specificatas egreditur.*

Exceptio ne quis vltra vires exigatur, tantum principali debitori competit.

CAP. XXXV.

1 EXceptio † competentiæ, ne scilicet, quis in plus conueniatur,
2 quam facere potest, neque † ipse post modum egeat, mendicareque cogatur: † quæ cadit in parentibus, † liberis, patronis, socijs, soceris, maritis, clericis, & militibus, similibusq; per-
4 sonis: tantum cum merè † personalis sit, & intuitu, respectu, & contemplatione personæ à lege concedatur personas ipsas, quibus in specie concessa
5 est, non egreditur, † & ad earum fideiussores hac ratione attenta non porrigitur. l. sunt qui cum ll. seqq. ff. de re iud. d. l. exceptiones. ff. de except. notatur in l. tam mandatori. C. de non num. pec. Marsil. rubr. eo. nu. 273. Fiãc. tract. de fideiuss. c. 3 nu. 106. vsque ad num. 124. Petrus de Vbald. de duobus fratri. part. 15. principali. nu. 4. Deci. & Cagno. in l. Diuus. ff. de reg. iu. Alciat. in l. non potest. nu. 3. ff. de verbor. oblig. Flamin. Cartar. decis. Ian. execut. 7. num. 9. Carp. ad Stat. Mediol. part. 2. cap. 189. num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio beneficij inuentarij ad debitoris principalis fideiussorem non extenditur, & ideo ad solidum adstringi poterit.*

2 *Fideiussor non auditur volens beneficio inuentarij vti, si hoc intuitu, & contemplatione suæ personæ faciat, secus si ex persona defuncti.*

Beneficij Inuentarij defensio ad fideiussorem non extenditur.

CAP. XXXVI.

EXceptio beneficij inuentarij, an ad debitoris principalis fideiussorem extendatur, in hoc varij fuerũt interpretes. Nam Speculat. in tit. de fid. num. 2. Paris. cons. 121. nu. 3. & 4. vol. 1. Roland. de inuentari. part. 3. §. quæritur. num. 9. Ant. Hering. de fi-
1 deiuss. c. 20 § 16. num. 37. † volunt fideiussorem beneficio inuentarij frui non posse: sed eo non obstante, ad solidum astringi posse, qui hãc opinionem communem appellant.

Cõtrarium tamen tenuerunt glos. & Cyn. in l. fin. in §. in computatione. C. de iure delib. Bart. in l. generaliter. ff de fideiuss. & in l. debitor. ff. de separat. Angel. Arret. noster tract. de test. glo. 112. nu. 19. Franc. de fideiuss. c. 6. num. 103. qui in huius articuli resolutione vtuntur hac distinctione videli-
2 cet. † Quod si fideiussor respectu suæ personæ beneficio inuentarij innitatur: quod tunc talis beneficij inuentarij allegatio nihil proficiat: sed in solidum conueniri possit: secus verò esse volunt si conueniatur nomine defuncti: nam tali casu beneficio inuentarij se tueri poterit.

Litis pendentiæ exceptio tantum reo proficit.

CAP. XXXVII.

EXceptionem litis pendentiæ tantũ proficere debitori principali: non autem eius fideiussori, admonet Franç. Marc. q. 313. par. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exceptio sequestri personalis est.*
2 *Fideiussorem non iuuat.*
3 *Et quando iudiciale est, nihil immutat.*

Sequestrum tantum debitorem principalem, & non eius fideiussorem includit.

CAP. XXXVIII.

1 SEquestri exceptio (cum non concernat radicem obligationis, sed personæ cohęreat) licet principali cõperat: † tamen non datur eius fideiussori. † imò si iudiciale sequestrum est, nihil alterat. Grat. resp. 28. num. 19. & 20. vol. 1. & Salyc. in l. tam mandatori C. de non num. pec. & in l. 1. C. de prohib. sequest. pecun.

Saluus conductus per principem debitori concessus, eius fideiussorem non comprehendit.

CAP. XXXIX.

SAluus conductus pro debitore impetratus, non prodest eius fideiussori, nisi specialiter sit dictum. Menoch. de arb. iud. cas. 203. nu. 26. & 27.

Renunciatio principalis non nocet fideiussori.

CAP. XL.

DEbitor principalis si facit renunciationem, talis renunciatio dũtaxat dicto debitori praiudicat, & non dicti debitoris fideiussori. Vinc. Corroce. de excus. bon. p. 2 q. 17. in fi. Ant. Hering. tract. de fid. c. 17. p. 5. nu. 39. cum Io. Fab. & Guid. Pap. quos recenset, qui firmant, Quod renunciatio facta per principalem debitorem non præiudicat, nec in aliquo fideiussorem lædit.

Edictum quod quisque iuris incursum per fideiussorem non afficit debitorem principalem.

CAP. XLI.

FIdeiussor si inciderit in edictum, quod quisque iuris, Certè reus non poterit tali exceptione vti: Fideiussor sic, l. si quis iniquum. §. si is pro quo. ff quod quisq; iur. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 3. num. 144.

Nouatio pupillo non præiudicialis, est, tamen præiudicialis eius fideiussori.

CAP. XLII.

PVpillus sine tutoris authoritate obligationem nouans, licet sibi non præiudicet, nocet tamen eius fideiussoribus. Anto. Hering. qui alios citat in suo tract. de fideiuss. capit. 27. par. 5. num. 41.

Restitutio in integrum minori fideiussori elargita non liberat eius principalem debitorem.

CAP. XLIII.

MInor fideiussor si à cõtractu fideiussionis fuerit in integrum restitutus: per hoc tamen eius debitor principalis non liberatur. l. minor. 48. ff. de minor. quædam enim prosunt fide-

fideiussori, quæ non prosunt reo. Abb. in capit. cum inter extra de except. Bocc. consil. 45. nume. 46. Magon. decis. Florent. 110. num. quarto, posuimus supra hac eadem sectio. capit. 19.

Si fideiussori bona fuerint ablata, & sic per eum, qui abstulit fuerit incursa pœna. l. extat. ff. de eo. quod met. causa. Hoc tamen liberat creditorem, & fideiussorem, sed non principalem debitorem.

CAP. XLIV.

FIdeiussori si sibi fuerint ablata bona, eò quia auferens commiserit, in l. extat. ff. de eo, quod met. causa. Ex hoc, & creditor, & fideiussor veniunt liberati: sed principalis debitor ex tali bonorum ablatione non venit à nexu obligationis per eum contractæ liberatus. Alberi. de Rosat. in dicta l. extat. Menoch. de recuper. rem. 5. nu. 40. & infra.

Licet fideiussor de euictione non teneatur, si res fuerit euicta ex capite retractus: Tamen tali retractu, non tantum possunt vti habentes beneficium retractus: verum etiam eorum fideiussores.

CAP. XLV.

LIcet fideiussor nõ teneatur de euictione: si res fuerit euicta beneficio statuti admittentis ad retractum agnatum, socium, vicinum, & alium. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 9 illatione 34. & seq. Decian. resp. 68. num. 15. volum. 2. & resp. 105. per totum vol. 3. Benedellus de iure prothom. in Rubr. num 63. Tamen si agnato, socio, vicino, vel alio vigore iuris municipalis aliàs ad rem venditam contra emptorem conceditur retractus: hoc beneficio non tantum possunt vti ipsi retractum habentes: verum etiam eorum fideiussores. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 27. par 5. num. 48.

Iuramentum in litem, licet noceat principali debitori, eius tamen fideiussorem non afficit.

CAP. XLVI.

ET si contra principalem debitorem lex admittat, vt iuramentum in litem concedi possit, & concessum, ac delatum eidem noceat: Tamen non admittit, quod tale iuramentum afficiat, ac noceat eius fideiussoribus, & hæredibus, etiam quod fideiusserint soluere, & repræsentare se principales cõstituendo. Anch. Imo. & Abb. in rubr. extra eo. Castr. consil. 124. num. 3. volum. 1. Ioseph. Lud. in commun. conclus. 18. num. 29. Natt. consil. 201. nu. 4. Plot. de in litem iur. §. 48. num. 18. qui num. 19. id duobus modis limitat: Et in fideiussore de iudicatum soluendo: vt etiam si contra proprium fideiussoris dolum in litem iuratum fuerit.

Casus fortuitus rei fideiussori non obest.

CAP. XLVII.

CAsus fortuitus in personam principalis debitoris contingens non præiu-

præiudicat eius fideiussori. Bald. consilio 119. num. 9. volum. 2. Dec. consil. 7. num. 2. Imol. in l. amissi. num. 1. ff. eod. Sebast. Medic. de casibus fort. part. 1. quæst. 11. num. 48. & quæstio. 16. numero 25. & part. secunda, quæstio. 10. numero 110. Anton. Heringer. tractat. de fideiuss. capit. 24. numero 210.

Transactio facta cum debitore principali prodest eius fideiussori, etiam condemnato: sed non è contra.

CAP. XLVIII.

TRansactio facta cum principali prodest fideiussori etiam condemnato: Vnde reo per transactionem, & concordiam liberato, & eius fideiussores liberati censentur. l. fideiussorem in §. fin. ff. de fideiuss. Et ratio est, quia transactio est exceptio realis: & eamdem vim habet quam exceptiones iuramenti, & rei iudicatæ. l. non minorem. C. de transactio. l. 2. ff. de iureiuran. quod aliter se habet in transactione facta cum fideiussore condemnato: Quia licet transactio rem iudicatam non tollat, tamen solutum per fideiussorem in causa rei iudicatæ cedit, & solutum ex causa transactionis inualidæ in debiti solutionem conuertitur. l. & post. in §. primo. ff. de transactio. l. eleganter in §. 1. ff. de cond. indeb. & ideo reo principali non prodest transactio à fideiussore facta.

Liberatio solutione, vel acceptilatione contingens porrigitur facta reo, etiam ad eius fideiussorem, secus si hoc tempore fiat.

CAP. XLIX.

LIberato reo solutione, vel acceptilatione, etiam fideiussor liberatur, quod secus est in reo liberato tempore, quia non liberatur eius fideiussor. Multum enim interest, si res soluatur, an persona liberetur. l. fin. ff. de duobus reis. l. cum quis in §. si quis pro reo. ff. de solutio. Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 20. §. 18. num. 9.

Reo condemnato, publicatisque bonis, si à Principe demum eidem fuerint ex indulgentia dicta bona restituta, non tantum ipse tenebitur creditoribus satisfacere, verum etiam fideiussores.

CAP. L.

SIcut debitor condemnatus, & cuius bona à fisco publicata, & occupata fuerint, demum si principis indulgentia reintegretur ad bona, creditoribus suis integraliter satisfacere tenetur, & sic actio contra ipsum reuiuiscit. l. si debitor, & l. si deportationis. C. de sentent. pass. Nellus de banniris in prima part. 3. temp. quæstio. 21. Ita, & pariter fideiussor taliter restituti debitoris actione vtili rursus prioribus creditoribus tenebitur. Moscatell. in prax. fideiussoria. part. secunda, quæst. septima, num. 15. & infra.

De-

Desertio causſæ tutoris, & curatoris negligentia causata: non solum ipsis: verum etiam eorum fideiussoribus præiudicat.

CAP. LI.

SI tutor, & curator causſam pupilli, & adulti agentes, eorum incuria, desidia, ac negligentia triennium labi neglexerint, & sic à causſa cecidernt, non tantum illa desidia nocet tutori, & curatori, verum etiam eorundem fideiussoribus l. properandum in §. fin. C. de iud. Negusang. de pigne. par. 2. principali membro 4. num. octauo, Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. capit. 27. part. 5. num. 20.

TRACTATVS DE FIDEIVSSORIBVS SECVNDÆ PARTIS PRINCIPALIS.

TITVLI.

FIDEIVSSOR IN QVIBVS CASIBVS à fideiussione liberetur: & modi, quibus obligatio fideiussoria soluitur: & enumerantur 80.

SECTIONIS DECIMÆ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor quibus modis liberetur à fideiussione.*

2 *Solutione eius, quod debetur, liberatur fideiussor.*

3 *Solutione eius, quod debetur, vel alterius loco ipsius consentiente creditore tollitur omnis obligatio.*

4 *Solutione fideiussoris liberatur principalis, & è contra solutione principalis liberatur fideiussor.*

5 *Solutio de pecunia, & re aliena liberat fideiussorem, & de ratione.*

6 *Contrarium seruatur de æquitate.*

7 *Fideiussor liberatur, quando bona principalis debitoris subhastata fuerunt, & creditori plus offerenti in solutum data.*

8 *Fideiussor liberatur, etiam quòd res in solutum data creditori ab eo demum euincatur, vide tamen sub numero 12.*

9 *Fideiussor soluens creditori creditoris, liberatur saltem ope exceptionis.*

10 *Fideiussor soluens adiecto solutioni liberatur, & habet actionem mandati.*

11 *Fideiussor liberatur, quamuis creditor speciem pro qualitate recipiat.*

12 *Quid si species sit deinde euicta.*

13 *Fideiussio resoluitur non tantum rei, & fideiussoris solutione uerum etiam alterius cuiusque.*

14 *Fideiussor, an alius soluat non interest ad hoc vt rei, & fideiussoris liberatio contingat.*

15 *Debitor creditoris expulsi à ciuitate coactus ciuitati soluere, non tantum ipse, verum etiam fideiussor liberantur.*

Contrarium tamen tenent non nulli.

16 *Fideiussor etiam debitore absente soluendo liberatur.*

17 *Fideiussor creditore volente rem vilissimam soluens, non tantum ipse, verum etiam, & principalis debitor liberantur.*

1 Multi sunt casus, per quos fideiussoria obligatio expirat, quos sigillatim hic recensebimus.

CAP. I.

2 PRimo igitur fideiussio
3 solutione soluitur. Puta si illud, quod debetur, vel aliud loco ipsius, consentiente creditore, soluitur. l. in omnibus 43. ff. de solutio. Solutione enim eius, quod debetur omnis obligatio tollitur. Inst. quibus modis tollitur obligatio in princip. l. nulla, & l. obsignatione. C. de sol. l. nihil tam naturale, & l. omnia. ff. de reg. iur. cap. 1. de reg. iur. & quod solutio fideiussoris liberet reum, & principalem debitorem, dicit Rimin. Sen. cons. 156. num. 1. vol. 1. Rot. Ian. Mercat. decis. 4. nu. 20. vbi decidit, quod si fideiussor soluit creditori liberat se, ipso iure à fideiussoria obligatione, & ope exceptionis, propter talem solutionem liberatur principalis debitor, pro quo ille fideiussit, nam per solutionem, à fideiussore factã fideiussoria obligatio ipso iure extincta est, & licet respectu debitoris hoc ope exceptionis contingat, cum tamen contemplatione principalis soluerit ipse soluisse videtur. l. Modestinus, & l. Stichum. §. mandauero de solut. Asin. in prax. iud. § 19.
4 c. 40. num. 2. † vt etiam, & versa vice, quod fideiussores liberentur per solutionem factam per principalem debitorem condemnatum ad soluendum tenent, Salyc. in l. si pro ea num. 7. C. mand. Patis. cons. 107. nu. 135. vol. 3. Socin. Iun. consil. 106. nu. 36. vol. 3. & vult tex. in l. nõ ambigui. ff. de fid. tut.
5 Ampl. † etiam quod solutio fiat de pecunia, & te aliena: Nam adhuc liberatio sequitur. Bart. ff. de solut. si alieni, & l. si is cui: soluẽs enim ex alienis pecunijs, non tantum proprium, verum etiam debitum alienum extinguit, l. Cassius. ff. de solut. & maximè qñ pecunia sunt immixtę, vel cõsumptæ, ita quod non possint euinci Cæs. de Graff. decis. 3. num 19. de solut.
6 Contrarium † tamen de æquitate seruãdum asserit Marc. Ant. Barezius de empt. vtil. & contin. c. 18. num. 23. qui dicit, quod debitor principalis soluens creditori de re aliena de æquitate fideiussorem non liberat.
7 Ampl. 1. † quando creditor agit cõtra debitorem principalẽ, & obtinuit subhastari eius bona: quę ipsi creditori, tãquam plus offerenti, fuerunt concessa: Nam tali casu, non potest pœnitere, & dicere, se velle satisfieri, à fideiussore, & maximè cum datio in solutũ vim solutionis habeat Guid. Pap.
8 decis. 348. Immo, † quando aliqua res datur in solutum creditori, fideiussor liberatur, etiã quod euincatur. Surd. cons. 145. num. 23. in princ. cum seqq. vol. 1. diximus infra hoc eodem tit. casu 6. & 33.
9 Ampl. 3. † etiã quod fideiussor soluat creditori creditoris. Nam, etiam tali casu liberatur, si non ipso iure: saltem ope exceptionis, cum rem vtilem ipsi creditori faciat Bart. in l. solutum. ff. de pign. act. & in l. si opera. ff. de dol. except. Socin. Sen. cons. 65. nu. 5. volum. 4. qui longa distinctione vtitur, diximus in nostro tract. de solut. cap. 5. cas. 2.
10 Ampl. 4. † etiam quod fideiussor soluat adiecto: nam etiam tali casu liberatur, & à principali debitore repetit. Bart. in l. si ita stipulatus. ff. de solutio. & diximus supra de fideiussore sol-

soluente sect.4.c.38.num.12.& in dicto nostro tract. de solut. in princ. casu 12.cap.5.

11 Ampl.5 † etiam quod creditor speciem pro quantitate recipiat. nam adhuc nihilominus fideiussor intelligitur liberatus: cum aliud pro alio ex consensu creditoris solui possit, l.2.§. 1.ff.si cert.pet. l.item liberatur. §.1.ff. quibus mod.pign.vel hypoth. solut.l.
12 manifestissimi.C.de solut.sed si † species postea sit euicta,& debitor non sit soluendo fideiussor conueniri potest: Nam quãdo principale tollitur ex rigore, non tollitur accessorium, quod, ex æquitate sustinetur, ita firmat. Illustriss. Mant. de tacit. & ambig. p 2. lib.16. tit.20. nu.23. alia vide ad materiam huius cap per nos adnotata, in tract.de solut.cap.54.

13 Ampl.6. † vt non tantum, ex solutione rei, & fideiussoris obligatio fideiussoria extinguatur, verum etiam ex alterius cuiuscumque, eo nomine
14 solutionem facientis. † Nam non interest, an reus, an fideiussor, an alius quispiam, extraneus soluat ad hoc vt rei,& eius fideiussoris contingat liberatio: modo ad effectum præfatũ solutio fiat.l.qui fide, & l.si is qui. ff.mãd. l.5.C.de sol.l.2.C.de fid.tut. Surd.decis.118.num.1.& 2. Paris.consil.107. vol.3.nu.135.Bero.cons.197.vol.1.

15 Ampl.7. † in debitore creditoris expulsi,à ciuitate debitum ciuitati coacto soluere,nam ex tali solutione,non tantum liberatur ipse, verum etiam eiusdem fideiussor. Dec cons.15.

Contrarium tamen voluerunt. Ias. cons.26.lib.3. Ruin.consil.171.lib.4. Menoch.cons.68. num.1.lib.1.

16 Ampl.8.† etiam quod soluerit fideiussor debitore principali absente. nã nihilominus, & ipsius, & principalis contingit liberatio. Bart. in l.fideiussoribus. ff.eo. Cyn.in l.2.C.eo. Mõscatell. in prax. fidei. part. 1. mod. 5. num.10.

17 Ampl.9. † etiam quod fideiussor rem vilissimam soluerit modo creditorem contentauerit, nam, & ipsius, & debitoris liberationem contingere inquit, text in l.si quis, in §.fideiussoremi.ff.mand.

SVMMARIVM.

1 *Acceptilatio est imaginaria solutio,& liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusque ab eodem nexu contegit liberatio.*

2 *Soluisse dicitur, qui acceptione liberatur.*

3 *Acceptilatio facta reo principali liberat etiam fideiussorem.*

4 *Fideiussor non potest astringi pro eo, qui obligatus non est.*

5 *Acceptilatio facta fideiussori pendente conditione potestatiua, non prodest principali, & maximè quando euentus conditionis, non fingit quem retrò obligatum.*

Contrarium tamen determinatur in casuali.

6 *Acceptilatio personalis facta principali, non prodest fideiussori.*

7 *Solutio vni facta non porrigitur ad alium.*

8 *Acceptilatio personalis quæ sit.*

9 *Acceptilatio facta principali non prodest fideiussori, quando hoc est expressè cautum.*

10 *Acceptilatio facta per fideiussorem, non prodest principali in quatuor casibus.*

11 *Acceptilatio facta secundo fideiussori, an liberet primum remissiuè.*

Acceptilatione liberatur fideiussor.

CAP. II.

1 SEcundo † acceptilatione fideiussio tollitur: quæ nihil aliud est quã imaginaria solutio, & liberatio per mutuã interrogationem, qua vtriusq; contingit ab eodem nexu absolutio. l. 1. ff. de acceptilat. §. præterea inst. quibus mod. tolli. obl. & ratio est, † quia soluere dicitur, qui acceptione liberatur. l. in diem, & l. si ex pluribus. ff. de acceptil.

3 Et quod fideiussor † acceptilatione liberetur: Hoc non tantum procedit, quando acceptilatio est facta ipsimet fideiussori, Verum etiam quando reo principali. §. item per acceptilationem, inst. quibus mod. toll. oblig. l. si ex pluribus in §. 1. ff. de acceptil. Barr. in l. & per iusiurandum in §. qui ita, num. 1. & per totum. ff. de accept. qui sub num. 4. inquit, Ideo acceptilationem factam reo liberare fideiussorẽ,

4 † quia fideiussor non potest teneri pro eo, qui nullo modo est obligatus. l. fideiussor obligari in princip. ff. eod. Alex. in l. 2. in §. sed in. ff. de verb. obl.

5 Limit. 1. † quando acceptilatio est facta fideiussori pendente cõditione, cuius existentia non fingit quem retro obligatum: quia talis acceptilatio, nõ prodest principali l. 1. ff. ad Sillan. l. si mater, in §. eandem, ff. de excep. rei iud. Barr. in d. §. qui ita, nu. 1. qui hoc dicit verum in conditione potestatiua, secus in casuali.

6 Limit. 2. † quando aceeptilatio est personalis, & intuitu, & contemplatione certæ personæ facta est, quia nõ porrigitur de vna persona ad aliam, d. l. & per iusiurandum, in §. qui ita vbi gl. & Bart. & facit tex. in l. in his, in §. 1. ff. de solut. qui loquens de solutione vult solutionem vni factã non porrigi ad alium, nisi hoc in specie dictum sit, & hoc idem firmant Immol. & Ro. in l. si hæres, pecuniã. ff. ad trebell. † & dicitur personalis, quando persona in specie prospecta fuit; vel ex verbis constat, quod persona, cui acceptilatione facta est, tantum contẽplata sit.

8

9 Limit. 3 † quando in acceptilatione est dictum, vt non transeat in fideiussorem, quod bene fieri potest Imo. & Rom. in d. l. si hæres pecuniam glo. & Bart. in l. si cum exceptione in § labeg ff. quod met. causa, & in l. à sententia, in princ. ff. de appell. glos. in d. §. qui ita vbi Alex. in add. ad Bar. in lit. A.

Contrarium nihilominus tenent Ang. in d l. si hęres pecuniam Fulg. in l. 1. ad fi. C. de transa. Cuman. in d. §. qui ità, & allegatur, text. in l. si quis reum, ff. de lib. leg. qui volunt acceptilationẽ tali modo factam non valere.

Sed tenendo opinionem Bart. in d. §. labeo, & in l. à sententia, qui in dicta l. si quis reum. ff. de lib. leg. longa dist. vtitur, & respõder contrarijs, sequere tamen limitationem supradicta firmatam.

10 Quatuor alias † limitationes ponit ad regulam istam Ant. Hering. in suo tract. de fideiuss. c. 20. §. 5. num. 7. Primo, quando acceptilatio est facta per vim, & metum. Secundo, quando est facta cum minore. Tertio, quando animo fraudandi creditores Quarto, quando est facta pendente conditione, de qua diximus sup. in prima limi.

11 Et an † per acceptilationem secũdi fideiussoris liberetur primus, Videãtur. Socin. consil. 18. quæst. 2. in prima part. num. 14. Alex. in l. 4. §. si ex conuentione, sub num. 8. ff. de re iud. ibi,

ibi, & per hoc habetis notabilem limitationem ad regulam, & notatur infra hac eadem sect. cas. 32.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo factum principali prodest fideiussori.*
2 *Nisi sit personale.*
3 *Si creditori per debitorem post pactum de non petendo iterum fuerit factum pactum de petendo ex hoc fideiussor in obligationem non reincidit, nisi de nouo consentiat.*
4 *Pactum factum, ad fauorem debitoris prodest fideiussori, sed non è contra.*

Pactum de non petendo liberat fideiussorem.

CAP. III.

1 PActum de † non petendo prodest non tantum omnibus, quorum pecuniariter interest, verum etiam fideiussori, qui ex tali pacto venit liberatus l. 4. ff. de negocijs gestis l. nisi l. quod dictum est, & l. fin. ff. de pact. in-
2 tellige † tamen hoc quando pactum est reale, eo quia fiat fideiussori respectu rei. Secus si personale sit. l. fideiussoris. ff de pact. Bertazz. de clausul. clausul. 35. gl. 6. num. 6. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 6. num. 91.
3 Ampl. † hoc adeo verù quod etiam si debitor pactus fuerit, vt à se peti liceret, iterum fideiussor in obligationem, nó reincidit. d. l. fi. ff. de pact. Valent. Franc. d. c. 6. num. 2. cum distinctione vt per eum ibidem, & dicemus infra ex Tiraq. & alijs. c. 60.
4 Et est † notandum vnum in proposito, quod per pactú, & conuentionem factam à creditore ad fauorem debitoris succurritur fideiussori: non tamen è contra pactum, & cõuentio facta ad fauorẽ fideiussoris prosunt debitori principali, nisi quoad doli mali exceptionẽ, l. fideiussoribus, l. idem in duobus. § quamuis. ff. de pact. Aug. Bero. cons. 103. num. 17. vol. 3. Tiraq. in l. Boues in §. hoc sermone. nu. 136. ff. de verb. signif. qui subdit, quod si iterum pactum fiat à creditore debitori, quod peti possit, quod per hoc fideiussor non reincidit in obligationẽ: nisi actui illi, de nouo consentiret, & diximus supra in tit. gesta per reum, & principalem debitorẽ, an, & quando prosint, & noceant fideiussori, & è contra sect. 9. c. 14.

SVMMARIVM.

1 *Nouatione, & transfusione necessaria, & voluntaria fideiussor liberatur.*
2 *Nouatio est prioris debiti in aliam nouam obligationem; vel ciuilem, vel naturalem, transfusio, & translatio.*
3 *Nouatio solutioni similis est.*
4 *Nouatio necessaria oritur ex laudo lato inter creditorem, & debitorem, sed quid si fiat cum reseruatione, num. 10.*
Siue nouatio inducatur ipso iure, siue ope exceptionis num. 6.
5 *Laudum, & sententia vim nouationis necessariæ habent cumulatiuè, & additiuè, & non priuatiuè, & extinctiuè.*
7 *Nouatio quibus modis inducta censeatur.*
8 *Transactio nouationem inducit.*
9 *Nouatio inducitur in locatione translata de vna persona in aliam.*
10 *Idem quando in solutione pensionis noua pacta fuerunt adiecta.*
11 *Item si post locationem fiat societas.*
12 *Item quando locatio ad annum facta extenditur ad alium annum.*
13 *Item quãdo tales locationes fiunt cum*

reſeruationibus iurium contra fideiuſſores.

14 *Proteſtatio contraria facto non prodeſt proteſtanti.*

15 *Nouatio inducitur per conuentionem, & ſententiam factis ad fauorem principalis.*

16 *Idem quando principalis obligatio eſt alterata. Et quando dicatur obligatio alterata.*

17 *Nouatio neceſſaria inducit, per ſententiam, laudum, litis conteſtationem. Vt etiam ſi aliquis habeat per me iudicium animo nouandi, & me liberandi à fideiuſſore.*

18 *Nouatio non præſumitur niſi coniecturis, & ſignis valdè notis præſumatur.*

19 *Nouatio hodie non fit, niſi expreſsè.*

20 *Nouatio non fit, niſi creditore volente.*

21 *Nouatio quibus coniecturis, & ſignis præſumatur.*

22 *Nouatio cenſetur inducta quãdo ſecundus cõtractus eſt incompatibilis cum primo, & ad inuicem ſunt contrarij: Secus, ſi ſecundus cõtractus cum primo conueniat, & concordet nu. 26.*

23 *Nouatio inducta cenſetur quando prima, & ſecunda obligatio in nullo inter ſe diſtant; & ſunt factæ per inſtrumentum alijs coniecturis concurrentibus.*

24 *Nouatio non fit abſque ſtipulatione.*

25 *Nouatio inducitur per ſecundam ſtipulationem pœnalem quando prima obligatio eſt ex cauſa lucratiua; ſecus ſi ex oneroſa.*

26 *Nouatio inducitur ex ſecundo pacto, à primo diuerſo.*

27 *Item quoties in ſecunda ſtipulatione longius tempus apponitur.*

28 *Idem quando vnus contractus, in alium transfertur.*

29 *Nouatio inducitur per delegationem debitoris.*

30 *Nouatio fit quando in ſecunda ſtipulatione minus tempus apponitur.*

31 *Nouatio inducitur quoties ſecunda obligatio plus continet, quam prima. Secus ſi minus, re, cauſa, loco, & tempore contineret, num. 32.*

32 *Nouatio non præſumitur quoties tendit in præiudicium nouantis.*

33 *Nouatio numquam inducitur in ſecundo contractu generali, vbi primus eſt ſpecialis.*

34 *Generi per ſpeciem derogatur, non è contra.*

35 *Nouatio ex actu imperfecto nunquam inducitur.*

36 *Nouatio inducta non dicitur, vbi in ſecundo contractu pecunia non eſt præſens.*

37 *Item quando prima obligatio eſt priuilegiata, quia non inducitur, niſi cumulatione.*

38 *Item nec in ijs, quæ fiunt ad maiorem cautelam.*

39 *Nouatio inducta cenſetur ex interuentu nouæ perſonæ. Et de diuerſitate perſonarum, & earum effectu multa.*

40 *Nouatio quod nouæ perſonæ interuentu fiat multipliciter comprobatur.*

41 *Mutationem perſonæ mutatur priuilegium.*

42 *Perſonarum diuerſitas deciſionem, & reſolutionem diuerſam requirunt.*

43 *Perſonarum diuerſitas diuerſitatem rationis facit, vt diuerſitas rerum.*

44 *Perſonarum ex mutatione rei conditio, & diſpoſitio mutatur.*

45 *Etiam quod ſimus in perſonis patris, & filiorum.*

46 *Fideiuſſio nouatione non ſoluitur quando in nouatione apponitur clauſula præſeruatiua, citra præiudicium, & nouationem priorum iurium.*

47 *Litis conteſtatio nouationem, in ſubſtan-*

tia,

stantia, non inducit, sed tantum in forma.

48 *Alia de nouatione remissiue.*

Nouatione voluntaria, & necessaria fideiussores liberantur.

CAP. IV.

1 TErtio nouatione † tollitur fide-
2 iussio. est autem nouatio † prioris debiti in aliam nouam obligationem, vel ciuilem vel materialē transfusio, & translatio l. 1. ff. de nouati. & quod fideiussio nouatione, & trāsfusione voluntaria, vt etiam necessaria soluatur, faciunt l. vbicunque. ff. eo. l. 1. & l. 2. & l. nouatione. ff. de nouat. l. nouatione. C. de fideiuss. vbi hoc dictum limitatur, nisi fideiussor obligationi nouatæ, se de nouo obligauerit. l. vnica. C. etiam ob chyrog pec. §. præterea inst. quib. mod. tollitur obligatio. Bar. in l. aliam, num 4. ff. de nouat. Bald. cons. 77. num. 1. & 215. in fi. lib. 1. & cons. 92. circa medium in 3. part. Barb. cons. 15. in 6. & 7. col. volum. 2. Grat. resp. 126. num. 6. vol. 1. & 122. num. 1. in 2. vol. Crott. cons. 111. nu. 2. vol 1. Pariſ. cons. 110 num. 71. vol. 1. Franc. Marc. decis. 537. part. 1. Dec. cons. 107. Sebast. Medic. de nouat. par. 1. q. 1. 2. & 3.

3 Et ratio est; † quia nouatio solutioni similis est, l. si rem in §. 1. ff. de nouat. Alexan. in l. si diuortio, & in l. qui vsumfructum. ff. de verbor. obligat.
4 † Exemplum sit, si inter creditorem, & debitorem, est factum compromissum, & subsequutum laudum super negotio, pro quo fideiussor tenebatur, nam ex laudo oritur nouatio necessaria. Bald. d. cons. 77. quidam D. Galeatius, vol. 1. & d. cons. 215. quatuor lib. 1. & d. cons. 92. circa medium lib. 3. Iaſ.
5 cons. 16. n. 6. lib. 1. qui dicit † laudum, ac sententiam vim nouationis necessariè habere cumulatiuè, & additiuè, non autem priuatiuè, & extinctiuè. Affl. d. decis. 93. num. 3. in fin. certum est enim quod per nouationē factam inter ipsos principales obligatio fideiussoria extinguitur. Bart. in l. penult. num. 3. ff. de Prætorijs stipulat. Rip. in l. si se non obtulit, in §. si ex conuen. num. 7. ff. de re iud. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 134. num. 4.
6 in 1. part. & hæc procedunt, † siue ipso iure, siue ope exceptionis sit inducta nouatio, nam vtroq; casu fideiussores liberari vult tex. in l. vbicunque. ff. eo. vbi hoc etiam notant D. D. Abb. in c. constitutiones. extra de fideiussori, vbi add. in verbo, & ad hoc. Bald. cons. 500. nu. 1. circa finem vers. subtiliter vol. 5. Illustris. Mant. de tacit. & ambig. part. 2. lib. 16. tit. 20. nn. 19.

7 Et aduertatur † quod vltra exemplum de compromisso, & laudo, per quæ fuit dictum nouationem necessariam induci: etiam multis alijs modis, nouatio fit, quos hic in vnum redigemus.

8 Primo † per transactionem, & concordiam, quę fuerit inter principalem debitorem, & creditorē subsequuta: nam per eam induci nouationem, & liberari fideiussores, dicit Bald. cons. 177. in primo vol.

9 Secundo in locatione, † Quod contingit, quando res conducta fuerit, in alium alienata, vel sublocata; nam ex talibus venditione, & sublocatione (cum sit inducta nouatio) fideiussores primi conductoris liberantur nec tenētur amplius locatori ad solutionem pensionis l. nouatione C. de fideiuss. l. 1. C. etiam ob Chyrog. pec. amp.

10 Tertio exemplificat † quando in

solutione pensionis fuerunt variata pacta, & conuentiones ab initio firmatæ in locatione. Nam cum ex istis inducatur nouatio fideiussores liberantur, nã dicitur mutata species eius, quod debetur pro affictu. Puta si debebatur granum, & promittatur pecunia quasi vendiderit locator granum conductori, & ipse pretium promiserit, l. singularia. ff. si cert. pet. l. licet, §. quoties, ff. de iure dot. l. aduersus in §. 1. C. de non num. pec.

11 Quarto. † Idem dic esse quando Dominus, conductori, qui dedit fideiussores post contractum conductionis facit contractum societatis, & locat, vt dicitur, ad medium, nam cum ex hoc inducatur nouatio liberantur fideiussores. l. nouatione. C. eod. Bald. consil. 128. factum tale proponitur, num. 1. & 2. lib. 2. & cons. 318. pratica ciuitatis. nu. 3. lib. 1. Socin. consil. 21. visis, & diligenter, nu. 9. lib. 1. Mars. rub. eod. nu. 89. quæst. 6.

12 Quinto hoc etiam † extende, quando locatio ad annum facta prorogatur ad alium annum. Nam cum ex prorogatione inducatur nouatio, fideiussores, ex ea præstiti liberantur. Decia. consil. 72. habita lib. 2. & dicemus infra latius, in fin. huius sectionis. c. 33. & sect. 5. c. 2. nu. 10.

13 Limit. tamen præmissa, † quando in laudo transactione, locatione, vel alia dispositione sit facta reseruatio, per quam cum non sint extincta iura priora, sed præseruata fideiussores nõ sunt liberati. Bald. d. consil. 77. versic. in contrarium. lib. 1. nam potest creditor, etiam sibi reseruare ius contra fideiussorem quando non fieret solutio per principalem debitorem. Bart. in l. si quis aliam, ff. de solut. Bart. & alij in l. libera. C. de sentẽ. & interloc. omnii iudicium. Ias. in l. 1. circa fi. C. de iud. quo fit, quod quando apponitur clausula in 2. instrumento iura iuribus addendo, & cumulando nunquam intelligitur, à primo recessum Grat. resp. 126. nu. 8. vol. 1.

14 Contrarium, † quod imo tales protestationes, & reseruationes, non releuent, quin sit inducta nouatio, & liberati fideiussores, cum sit protestatio repugnans, & contraria facto iuta sunt clara. tex. in l. nouatione. ff. de nouat. nam protestatio contraria facto, non releuat. Bart. in l. 1. num. 16. C. de lit. contest. Ias. in l. si quis extraneus num. 8. ff. de acquir. hæred. diximus supra sectione 4 cap. 12. num. 10. cum seqq. in hac 2. parte.

15 Sexto idem dicas esse. † In conuentione, ac sententia factis ad fauorem principalis, per quas etiam nouationem induci, & liberari fideiussores dixerunt Castr. in l. & hæredi in §. in his, nu. 3. & 4. ff. de pact. Bart. in l. fin. §. fi. vers. 3. nota. ff. de iure iuran. & ibi Ias. idem Ias. d. consil. 16. num 6. in fin. lib. 1.

16 Septimo, amplia idem seruandum, etiam quando prima obligatio, est alterata respectu rei, loci, vel temporis sine fideiussoris consensu. tali enim casu fideiussores veniunt liberati. Bar. in l. Vranius. ff. de Prætorijs stip. Alexand. in l. vbicũque. ff. de fideiuss. Paris. cons. 107. nu. 28. vol. 3. nam cum per dictam alterationẽ, sit inducta nouatio, fideiussio, iam præstita resoluitur. Bald in l. tam mandatori. C. de nõ num. pec. relatus, à Socin. Sen. consil. 62. num. 23. vol. 4. Mars. rub. eo. q. 6. num 89. & ideo fideiussores dati sub certa narratiua, & forma, superueniente noua clausula liberati censentur. Ofasch. decis. Pedam. 24. num. 2.

ver-

vet sic. 2. & nu. 8. vers. nec aduertatur. Rot. Rom. in nouiss. nouiss. decis. 292. num. 17. in vna Rom. census 15 Maij 1577. coram Seraphino vt per Farin. in suis recollect. & tunc dicitur facta alteratio quando, puta debitor principalis tenebatur soluere vinum, & conuentum est de soluendo pecuniã, frumentum, vel quid simile diuersum, à vino Alex. dicto consil. 72. nu. 6. volum. 6. Socin. d. cons. 62. nu. 23. Mart. de clauss. clauss. 370. qui hoc extẽdit ad fideiussiones prætorias. Marss. d. rub. eod. quæst. 6. vbi hoc ad partes disputat, & tetigimus in tertia ampliatione, & exemplo supra.

17 Octauum, † exemplum sit in litis contestatione, sententia, & laudo, per quæ nouatio necessaria inducitur, vt etiam si aliquis subeat meo nomine pro me iudicium, & illud faciat animo nouandi, & me liberandi ab obligatione fideiussoria. l. delegare, la prima in §. 1. & l. aliam, ff. de nouat.

Et vt dilucidius, & plenius huius materiæ nouationis notitia habeatur aduertenda sunt multa.

18 Primo, † quod in dubio quando aliud non apparet, nouatio non præsumitur, cum debeat vel concludentissimis, vel expressis verbis probari, vel saltem signis vrgentibus, ac coniecturis valdè notis, & indubitatis.

19 † Hodie enim nouatio non fit, nisi expressè agatur. l. fin. C. de nouat. §. præterea. inst. quibus modis tollitur obligatio. Iaf. cons 87. nu 9. in tertio, vbi Becci. in addit. in littera H. Alex. d. cons. 72. nu. 1 in 6. & in l. lecta, num. 53. ff. si cert. per. Dec. cons. 12. num. 1. Gabr. de nouat. concl 1. Tessa. decis. Pedemont. 125. num. 9. Rot. diuers. in
20 impress. decis. 456. nu. 1. part. 1. † In contractibus enim non fit nouatio, nisi creditor velit quod nouatio sit, vt per Mascard. de probat. conclus. 1107. nu. 20. in secunda part. qui dicit cõiecturas debere esse manifestas, & per necesse concludentes.

21 Secundo quod ad cognoscendum, an sit inducta nouatio, necne, tenenda est infrascripta regula, & recurrendum est ad coniecturas, & signa infra posita.

22 Primum signum est. † Quando cõtractus sunt incompatibiles, inuicem pugnantes perplexi, & contrarij inter se: Nam tunc ex hoc resultat signum euidentissimum, quod sit inducta nouatio, secus verò si secundus contractus cum primo compatitur. Quia tunc nouatio facta non censetur esse. Rot. diuers. in impress. d. decis. 456. nu. 1. & 562. nu. 2. in prima part. Seraph. decis. 1063. nu. 2. in secunda part. in nouiss. Quando enim contractus secundus se cum primo compatitur tunc numquam per secundum nouatur, & extinguitur primus; sed omnes insimul stant, in suo esse. Dec. in l. singularia num. 28. ff. si cert. per. & in l. pacta nouissima. C. de pact. sub num. 5. Benè Menoch. de præsumpt. præsumpt. 134. num. 39. lib. 3. part. 1. Gab. de nouat. concl. 1. nu. 60. Bertaz. cons. ciuil. 1. num. 165. Quando enim contractus conciliari possunt: tunc primus contractus, à secundo non tollitur; sed secundus intelligitur iuxta tenorem, primi, & translatiuus nuncupatur. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 20. §. 3. nu. 14.

23 Secundum quando prima, & secũda obligatio, ambæ sunt factæ, per instrumentum quarantigia, iuramento, confessione, ac solẽni stipulatione vallatũ, tunc, cum in nullo differt prima obligatio à secunda alijs concurren-

tibus

tibus censetur inducta nouatio; Cum in secunda obligatione omnia adsint, quæ reperiuntur in prima. Et cum omnia, quæ ad inducendam primam obligationem, concurrunt in secunda ad tollendam primã interueniant. l.omnia, & l.nihil tam naturale. ff. de reg. iur. † Et maxime, cum in dubio per secundam obligationem: tunc cẽseatur nouata prima, quando secunda est per stipulationem. Nouatio enim numquam fit per aliquam cõuentionem, citra stipulationem. Puta per pactum nudum Crott. cons. 167. nu. 11. 13. & 14. & 52. vol. 2. Alex. consi. 13. nu. 5. & cons. 72. nu. 1. vol. 2. Bald. in l. cum mandatori. C. de non num. pec. Ias. in l. lecta. num. 9. ff. si cer. per. Soc. sen. cons. 89. nu. 3. vol. 3. Tesau. decis. Pedem. 125. nu. 8. & 9.

Tertium signum assignatur quando secunda obligatio est facta per pœnalẽ promissionem, & maxime quando prima obligatio, est ex causa onerosa, l. si quis, à socio; & l. duo societatem. ff. pro Soc. tunc enim non intelligitur facta nouatio. Ruin. consil. 42. num. 4. volum. 5. Thob. Noni. cons. 82. num. 17. Ioseph. Lud. conclus. 4. vers. fallit tertio. Qui dicunt, quod licet per pœnalem stipulationem non dicatur nouari præcedẽs obligatio ex causa onerosa: tamen hoc secus est ex causa lucratiua Gab. de nouat. d. consil. 1. nume. 67.

Quartum † quando diuersum est secundum factum à primo: tunc semper inducitur nouatio. Bart. in l. pacta nouissima. C. de pact. Aym. cons. 167. num. 9. Thob. d. consil. 82. num. 15. & sic quando est mutata forma primi contractus. Seraph. decis. 1063. num. 3. in 2. part.

Quintum, † quoties in secunda obligatione apponitur longius tempus ad soluendum: tunc prima dicitur nouata, & ab ea tecessum. Thob. d. cõsil. 82. uum. 16. Ioseph. Lud. d. concl. 4. vers. fallit secundo.

Sextum, † quando causa vnius cõtractus, transfertur in alium, tunc semper nouatio inducitur. Roncagal. in l. 3. num. 19. ff. de duobus reis. Ioseph. Lud. d. conclus. 4. vers. fallit quarto.

Septimum, † quando fit delegatio debitoris, tunc semper nouatio fit Roncagal. d. l. 3. nu. 59. Ioseph. Lud. d. concl. 4. in quinta fallentia. Quod an sit absoluiè verum dicemus infra in sequenti c. num. 5. & 6.

Octauum, † quando in secunda obligatione minus tempore promittitur, quam quod sit in prima, tunc censetur facta nouatio Ceph. consil. 66. num. 22. volu. 1. licet ab eius opinione dissentiant Ctescent. decis. 4. aliàs 77. de solut. Put. decis. 290. nu. 2. part. 2. Grat. respons. 89. num. 12. volum. 1. Fulgos. consil. 129. nu. 2. vers. ad quid, in diuersam.

Nonum, † quando secunda obligatio continet plus quam prima, Et sic quando in secunda obligatione conditio nouantis melior fit: tunc nouatio inducitur, secus si deterior, & minus sit in secunda obligatione, quam in prima, quia tunc, cum cesset coniectura voluntatis, nouatio non præsumitur. l. 1. & l. si rem, in fin. ff. de nouat. Bart. in l. si cum dotem. ff. solut. matrim. Guid. Pap. sing. 997. Sim. de Præt. consil. 133. nume. 3. Ias. in l. in personam, §. qui pecuniam num. 4. ff. de pact. † nouatio enim, quæ tendit in præiudicium nouantis, non præsumitur. Dec. cons. 97. nu. 5. Ror. diuers. in impress. decis. 456. num. 2. part. 1.

& quod

& quod quãdo secunda obligatio minus continet, quam prima, re, causa, loco, & tempore, quod tunc nũquam censetur inducta nouatio tenèt. Bart. & Alex. in l. scire debemus. ff. de verb. oblig. Arret. cons. 21. si diligenter col. 1. & 2. Ror. Ian. Mercaturæ decis. 2. nu. 20. Simon. de Pręt. cons. 133. nu. 3. Menoch. de præsump. præsum. 134. nu. 5. Cauale. decis. Fiuiz. 20. num. 3. & 6. & ideo semper p secundũ instrumentum, nouatum præsumitur, primum; quando in eo sunt apposita aliqua, quæ non repetiuntur in primo. Grat. resp. 126. nu. 5. vol. 1.

33 Decimum, † quando secundus cõtractus est generalis, & primus est specialis: tunc si fit transfusio de vno in alium, semper fit cumulatiuè, ampliatiuè, & augumentatiuè, & non priuatiuè, annullatiuè, irritatiue, & extinctiuè. † Numquam enim speciei per genus derogatur, sed benè, è contra. Bart. in l. singularia, num. 21. vbi Dec. nu. 28. Cagnol. nu. 45. & 46. quod dicit magis communem, ff. si cert. pet.

34

35 † solet enim dici, quod ex actu imperfecto, qualis est generalis, numquam inducitur nouatio. Grat. resp. 122. nu. 17. vol. 2.

36 Vndecimum, † quando in secundo actu pecunia non est præsens, vel solutioni parata: tunc per secundum contractum nunquam nouatur primus. Bar. in d. l. singularia, nu. 21. versic. oppono, & videtur, vbi Castr. num. 23. vers. quantum ad glo. vltimam. Alex. nu. 38. Gagn. nu. 40. & 47. Gab. de nouat. concl. 1. nu. 70.

37 Duodecimum, † quando sumus in materia priuilegiata, tunc nouatio nõ præsumitur, sed secundus contractus censetur venire accessoriè, ampliatiuè, & cumulatiuè ad primum: vt de dote inquit. Curt. Iun. consil. 141. nu. 19. vol. 1.

38 Decimum tertium. † In ijs, quæ ad maiorem cautelam fiunt, non fit nouatio. Rot. diuers. in impress. decis. 30. nu. 3. in secunda parr. Gozad. cons. 38. lib. 2. Gabr. de nouat. concl. 1. nu. 56. qui dicit nouationem ipso iure nõ induci, quando in secundo instrumento iura priora sunt reseruata: & addit, etiam nec ope exceptionis.

39 Decimumquartum, † quando in secunda obligatione interueniunt nouæ personæ: tũc nouatio præsumitur, & ideo, quod tibi Titius debebat ex stipulatu, à Seio tibi dari stipulatus fis, nouæ personæ interuẽtu, noua nascitur obligatio, & prima tollitur trãslata in posteriorem, & proinde Titius liberatus erit. §. præterea inst. quibus mod. toll. obligatio l. fin. C. de nouat. & facit, quod voluit: Grat. resp. 89. nu. 4. in princ. & 118. nu. 15. vol. 2. qui dicit interuentu nouę personę in secundo compromisso, intelligi nouationem inductam. Guid. Pap. sing. 717. nu. 2 Rot. in antiquis, decis. 1. de posit. Ror. Ian. decis. 2. nu. 20. quę dicit, ex alijs, quę allegat, ex interuentu nouę personę nouationem non indu-

40 ci, † nisi expressè actum sit, sed Castr. in l. singularia. nu. 20. & 21. ff. si cert. pet. vult, quod tunc interuentu nouę personę inducatur nouatio, quando vnà cum noua persona concurrit delegatio. Et quod interuentu nouę personę inducatur nouatio pro huius dicti corroboratione conferunt multa.

41 † Primo, quia mutatione nouę personę mutatur priuilegium, & conditio

42 rei. Ias. cons. 92. nu. 17. vol. 1. † Secundo, quia diuersitas personarum diuersam decisionem, & resolutionem desiderat. Aym. cons. 232. nu. 5. Tertio

quia

43 † quia personarum diuersitas diuersitatem rationis facere videtur, sicut diuersitas rerum. Ceph. consil. 408. nu. 44 54. vol. 3. Quarto, † quia ex mutatione personę mutatur conditio rei, & eius dispositio. Ceph. cõs. 577. nu. 20.

45 vol. 4. † etiam quod essemus in personis patris, & filiorum, idem Ceph. cons. 467. nu. 75. vol. 4.

46 Limitatur modò † primo hęc conclusio, quod nouatione soluatur fideiussio, quando in nouatione apponitur clausula, citra præiudicium, & nouationem priorum iurium, & fideiussionum præstitarum, & sic quando in nouatione est dictum, & protestatum, quod dicta nouatio facta esse intelligatur imo iura iuribus addendo, & cumulando, & cautelas cautelis Deci. in l. pacta nouissima nu. 5. C de pact. Grat. resp. 126. nu. 8. vol. 1. Bertaz. cons. ciuili 1. nu. 165.

47 Limit. 2. † in litis contestatione: nam licet litis contestatio nouet obligationem, non quidem in substantia nouat, sed in forma l. aliam. ff. de nouat. Ant. Hering. de fid. c. 30. §. 3. nu. 25. firmauimus sup. nu. 10.

48 Multa † alia adnotauimus circa hanc materiam, in hac cad. sect. c. 30. & alia ponunt Gabr. de nouat. concl. 1. Mascard. de prob. cõcl. 4. Menoch. de præsump. lib. 3. præsumpt. 134. And. Gail. lib. 2. obser. 30. Hier. Gab. cons. 155. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Delegatione facta inter debitorem, & creditorem liberatur fideiussor.*
2 *Delegans soluere dicitur.*
3 *Delegatione tollitur prima obligatio ipso iure.*
4 *Nouatio non inducitur hodie, nisi expresse.*
5 *Nouatio numquid hodie inducatur per delegationem.*
6 *Nouatio an per delegationem inducatur, hoc eget decisione Cęsarea.*
7 *Fideiussor delegatione, & nouatione non obligatur, nisi interueniat consensus creditoris.*
8 *Creditor non cogitur vnum liberare, & alterius æquè idonei fidem sequi.*
9 *Graue tormentum est, debere cuinolis.*
10 *Delegatione in quibus casibus debitor non liberetur remissiuè.*

Delegatione finitur fideiussio.

CAP. V.

1 QVinto, † etiam per delegationẽ factam inter creditorem, & debitorem resolui fideiussionẽ, & liberationem induci vult text. in l. delegare la prima. ff. de nouat. & ponit Surd. cons. 145. n. 14. & infra vol. 1. & cauit Rot. Ian. merca. decis. 2. nu. 20. quod est, quando quis debitorem suum id, quod sibi debet creditori suo
2 promittere iubet. † Is enim, qui delegat, soluere dicitur, l. qui libertinus, in §. si creditori. ff. de op. lib. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Vellei. l. inter cautas § abesse. ff. mand. l. qui debitorem. ff. de fid. l. mortis causa in §. 1. ff. de don. causa mort. l. 2. C. de cond. indeb. l. verbum exactæ. ff. de verb. signif. Gab. consil. 155. nu. 29. vol. 1.

3 Aduerte tamen, quod quando est facta delegatio debitoris vera, & propria, quod tali casu non est opus alia liberatione delegati, cum veniat extincta, & tollatur ipso iure prior actio. l. 2. & 3. C. de nouat. Ruin. cons. 45. num. 4. vol. 5. Dec. cons. 421. nu. 16 & ratio est; quia hoc casu inducitur nouatio. quò fit, vt etiam veniant liberati fideiussores. Bart. & alij in l. aliam,

aliam ff.de nouat. Dec. cons. 107. nu. 1. nam quicquid sit in nouatione, quę
4 non inducunt nisi in specie, & expres-
5 sè dictum sit. l. fin. C. de nouat. † tamen hoc secus est in delegatione, in qua inducitur nouatio, etiam quod hoc non sit verbis expressis cautum. Ant. Gab. de nouat. concl. 1. num. 49. Hier. Gab. cons. 155. nu. 7. in princ. & ratio est, quia dispositio. d. l. fi. sibi locum non vendicat, in delegatione, in quà nihil per ius nouum immutatũ reperitur. Bart. in l. delegare. ff. de nouat. & deleg. licet pro constanti hoc non sit met: vbi hoc idem ponũt. Imo. Cast. & Cuma. idẽ Cast. in l. quamuis in §. si mulier, el. 2 nu. 3. ad Vellei. Alex. & Soc. in l. qui vsumfructum, & in l. singularia, vbi Cast. nu. 21. & Cagn. num. 167. ff. si cert. per. qui dicit, quod delegatio nouatione est aliquid plus. Dec. d. cons. 107. & melius 421. num. 16. qui dicunt hanc opinionem communem esse.

6 Contrarium † tamen tenent quamplures alij, volentes delegationem ad instar nouationis esse, & quod non inducatur in ea nouatio, nisi expressè dictum sit: inter quos fuerũt Fulg. in d. l. singularia, vbi ẽt Rom. quod, & secuta fuit gl. in d. l. 2. C de nouat. Ang. in l. pecuniam quam. ff si cert. per. Idẽ Ang. in d. l. delegare, vbi inquit articulum istum esse adeo arduum, vt egeret decisione Cesarea.

7 Scias † etiam quod in omnibus prædictis casibus, nouationis, delegationis, & transfusionis debiti de vna persona in aliam ad hoc, vt liberetur fidefideiussor semper est necessarius, & requiritur consensus principalis creditoris, aliàs nihil actum esse dicitur, & non interueniente dicto consensu non liberatur fideiussor. l. 1. & l. nec creditori. C. de nouat. add. ad Bart in l. Lucius. ff. mãdati Bal. in l. 1. in §. sed si quis in 2. lect. ff. de cõst. pec. qui dici, † quod creditor, non cogitur vllũ eximere de obligatione, & fidem alterius æquè idonei sequi. Ang. in l. si mandato meo. in § 1. ff. mand. in l. vt-de falsum. ff. de const. pec. & in l. facere. nu. 2. ff. sol. matr. † graue enim tormẽtum est debere, cui nolis, vt ex Seneca tenet Ant. Hering. tract. de fid. c. 20 §. 4 num. 6.

10 Et multa alia † pulchra ad materiã delegationis pertinentia ponit Bertaz. de claus. clausula 34. glo. 18. in quo loco recensetur casus, in quibus debitor etiam facta delegatione non liberatur, & Gabr. d. cons. 155. nu. 7. & fetè per totum vol. 1. qui nu. 12. dicit quomodo delegatio fiat.

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum creditori facta fideiussorem liberat.*
2 *Etiam quod res in solutum data demum euincatur.*
3 *Datio in solutum vim solutionis habet.*
4 *Intellige tamen largè, & in materia fauorabili.*
5 *Datione in solutum an extinguatur fideiussio articulus est valdè dubius.*

Datione in solutum euanescit fideiussio.

CAP. VI.

1 DAtione † in solutum facta per debitorem creditori fideiussoris obligatio soluitur Bartol. & alij, in l. si quis alium. ff. de solu. Bartolom. Cępolla caut. 13. incip. si aliquis est debi-
2 tor. etiam † quod dicta res euincatur. Surd. consil. 145. num. 23. volum. 1. &
3 ratio: † qa datio in solutũ vim solutionis

nis habet. l. fi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur. l. 4. §. authoris. ff. de dol. mal. except. l. ſi præſidium. C. de euict. l. libera, & ibi glo. ff. de ſent. & interloc. omn. iud. l. ſi ſecundum, C. mand. l. elegan-ter, in prin. ff. de pig. act. Nat. cōſ. 107. nu. 7. Ceph. 98. lib. 1. Aſin. de execut. in prohem. c. 1. num. 12. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gl. 14. nu. 1. 3. & 4. Vinc. Hondad. cōſ. 34. nu. 42. vol. 2. Anton. de Gamar. deciſ. Luſit. 295. Horat. Carp. ad Stat. Mediolan. par. 1. c. 417.
4 nu. 514. & ſeqq. † qui dicunt hoc verum largo modo, & impropriè, & in materia fauorabili.

5 Contrarium, † quod imo fideiuſſor, datione in ſolutum facta per debitorē creditori ſequuta maxime rei in ſolutum datæ euictione, non liberetur, tenuerunt Specul. de fid. nu. 24. verſ. pone cum deberes Mariſi. rub. eo. q. 58. nu. 372 Bertazz. de clauſ. clauſula 41. glo. 7. nu. 6. Anto. Hering. de fid. c. 20. §. 21. qui iſtud pronunciatum ad partes diſputat, & diximus ſupra hac eadem ſect. c. 1. ampl. 1. & infra c. 58.

Ceſſione cum datione in ſolutum fideiuſſor liber euadit.

CAP. VII.

QVando fit ceſſio per debitorem creditori vnà cum datione in ſolutum fideiuſſores liberantur, ſecus ſi ſit ceſſio ſimplex iurium, & actionum, per quam quis ſoluere, & ſatisfacere non dicitur, vt per Dec. conſ. 99. nu. 4. Becci. conſ. 150. nu. 35. Surd. conſ. 149 nu. 29.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis hypothecariæ, & perſonalis facta per debitorem creditori liberat fideiuſſorem.*

Ceſſione hypothecariæ, & perſonalis fideiuſſio terminatur.

CAP. VIII.

SI creditori cedatur per debitorem omnis actio hypothecaria, & perſonalis, ex tali ceſſione fideiuſſores liberantur. Bart. in l. fideiuſſor obligari. ff. eod. dicemus, infra ſect. 10. §. 11. in hac 2. part.

SVMMARIVM.

1 *Compenſans omninò numerat, & ſoluit, ſi non naturaliter ſaltem ciuiliter.*
2 *Ciuilis numeratio tantum poteſt, quantum naturalis.*
3 *Compenſatione ſoluitur fideiuſſio.*
4 *Fideiuſſor poteſt opponere compenſationem tam pro credito proprio, quam ſui principalis, vt etiam pro vtroque ſimul.*
5 *Fideiuſſor poteſt exceptionem compenſationis opponere, etiam debitore inuito, & etiam non valente talem exceptionem opponere, quia excommunicatus.*

Compenſatione finitur fideiuſſio.

CAP. IX.

CVm † compenſans omninò numeret, & ſoluat: ſi non naturaliter, ſaltem ciuiliter, quæ ciuilis † numeratio tantum poteſt, quantum naturalis, arg. l. adoptio, ff. de adopt. l. filio ff. de lib. & poſthum. nam nihil intereſt, quod quis ſoluerit, vel compenſauerit. l. ſi debitor. ff. qui potio. in pign. hab.

3 Hinc fit, & iure ſancitur, quod fideiuſſio compenſatione reſoluitur.

Pu-

Puta, quando reus principalis, vt etiã fideiussor cõuenti compensant de eo, quod ipsis per creditorem debetur, §. in bonæ fidei, in vers. pen. instit. de act. l. si quid. ff. de compens. Ruin. cons. 148. nu. 2. vol. 1.

4 Et ideo † fideiussor opponere potest compensationem contra creditorem tam pro credito proprio, quam pro credito principalis, & pro vtroq; simul. l. verum cum l. seq. vbi doct. de compens. glos. in l. eius. C d. tit. Bald. in l. tam mandatori. num. 9. C. de non numerata pecunia.

5 Quod extende inuito reo, † vel nõ volente eam exceptionem opponere: quia excommunicatus. Paris. consil. 121. num. 10. volum. 1. & diximus supra sectione nona. Gesta per reum, & principalem debitorem, an, & quãdo prosint, & noceant fideiussori, & è contra. c. 12.

SVMMARIVM.

1 *Oblatione, depositione, & consignatione fideiussio ipso iure tollitur.*

2 *Per depositum factum per debitorem liberatur fideiussor, etiam quod depositum amoueatur.*

Oblatione, depositione, & consignatione fideiussio finitur.

CAP. X.

1 NOno, † oblatione, depositione, obsignatione, & consignatione eius, quod debetur, fideiussio tollitur, & hoc ipso iure. l. obsignatione. C. de soluti. l. 1. §. si pecunia, in fin. ff. depos. l. acceptam, vbi Bart. C. de vsur. l. 1. C. qui pot. in pig. hab. Et qđ oblatione, & depositione pecuniæ creditæ ab ipso fideiussore facta, vt etiam si à debitore facta fuerit fideiussio re-

soluatur, hoc firmatũr Negus. de pig. in tertia par. 3. memb. 5. par. principalis. num. 8. Mars. in rub. eo. q. 58. num. 372. Valent. Franc. de fid. c. 6. nu. 27. Qui dicit præmissa vera siue in iudicio, siue extra hęc fiant: & addit, quod si extra iudiciũ, quod tali casu necesse est, quod dicta tria copulatiuè requirantur, videlicet oblatio, depositio, & consignatio: in iudicio autem satis est

2 oblatio, vt ibi per eum. num. 33. † Et quod ex depositio facto per debitorẽ liberetur fideiussor, etiam quod depositum amoueatur, ponit Surd. cons. 145. nu. 22. vol. 1. Et an fideiussor qui debitum obtulit, deposuit, vel consignauit, sed in cõtinenti pecuniam recepit, liberetur, diximus inf. hac eadẽ sect. c. 34 & indistinctè. Quod depositum, vt etiam inuestimentum à fideiussione liberos nos reddant, habetur, hac ead. sect. c. 63.

SVMMARIVM.

1 *Datione pignorum, fideiussor, etiam inuito creditore liberatur.*

2 *Cautio tutior est incumbere rei, quam personæ.*

3 *Fideiussor si vult repetere pignora, & loco ipsorum fideiussores dare, non auditur.*

Datione pignoris liberatur fideiussor.

CAP. XI.

1 DEcimo fideiussores dare promittens, dando pignora, etiam inuito creditore liberatur. glos. Bart. & alij in l. 1. ff. qui satisd. cog. idem Bart. in l. prætoria, la terza ff. de prætor. stipul. Cy. Bald. & alij in l. 1. C. de proc. Io. And. ad Specul. in tit. de satisdationibus. §. dicto in primo, & in tit. de pig. in rub. Alex. in l. 1. nu. 6. vbi Iaf.

nu.

nu. 17. ff. qui satisd. cogan. Neguſ. de pig. in quinta par. principali, num. 4. & 5. qui dixit ſecus eſſe, ſi quis promiſſit ſoluere, quia dans pignora non liberatur. Marſil. in rub. eo. num. 349.
2 cum ſeqq. Et ratio eſt: † quia tutius eſt rei incumberem, quam perſonæ. l. plus cautionis. ff. de reg. iur. Bart. in d. l. 1. ff. qui ſatisd. cog.

Sed ſi à creditore vult poſtea fideiuſſor repetere pignora, & dare fideiuſſores, certe non poteſt gloſ. magna in §. ſuſcepto, in auth. de exhib. reo. Viui. lib. 2. com. op. op. 115. & diximus latius in hac 2. par. ſup. de fideiuſſ. cum pig. dat. ſect. 4. cap. 19. & ſect. 7. cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *Pignoris reſtitutione, puta quia creditor reſtituit pignora debitori, fideiuſſio reſoluitur, & num. 3.*
2 *Exceptio pignoris reſtituti ſicut competit principaliter debitori, ita & eius fideiuſſori.*

Reſtitutione pignoris liberatur fideiuſſor.

CAP. XII.

1 VNdecimo. † Amouetur obligatio fideiuſſoria, quando credi-
2 tor reſtituit pignus debitori. † Nam talis exceptio reſtitutionis pignoris competens principali debitori, etiam
3 ſuffragatur fideiuſſori, ita † quod ex tali pignoris reſtitutione fideiuſſor liberatus venit. Bart. in l. cum reus, alias ſi ſtipulatus. §. ſi ex duob. nu. 5. ff. eod. idem Bart. in auth. de fideiuſſ. in rub. nu. 14. qui voluit hoc verum, quando pignus de facili vendi poterat.

SVMMARIVM.

1 *Contrario conſenſu, diſtractuque re adhuc integra fideiuſſio finitur.*
2 *Re verò non integra per actum retroſimilem.*
3 *Obligationes quæ conſenſu contrahuntur, contrario vtriuſque partis conſenſu reſoluuntur.*
4 *Res adhuc integra dicitur, quando in emptione precium non eſt ſolutum, nec res tradita.*

Contratio conſenſu fideiuſſio terminatur.

CAP. XIII.

1 DEcimotertio. † Re adhuc integra, & accedente contratio cõſenſu, diſtractu, ac cõtrahentium diſſenſu obligatio fideiuſſoria euaneſcit. §. fi. inſt. quibus mod. toll. ob. in puncto eſt tex. in l. ſtichum. in §. fi. ff. de
2 ſolut. & in l. 3. ff. de reſcind. vend. † Et re non integra fideiuſſio reſoluitur per actum retroſimilem, l. 1. C. quando lic. ab emp. diſced. l. ab emptione. ff. de pact. l. omnia. & l. nihil tam naturali. ff. de reg. iur. Et ratio eſt: quia
3 obligationes, quæ conſenſu contrahuntur, contraria vtriuſque partis voluntate tolluntur. d. §. fi. inſt. quibus mod. toll. ob. d. l. ab emptione. ff. de pact. l. prout. ff. de ſoluti. l. 1. & 2. C. quando lic. ab emp. diſced.

4 Et dicitur res adhuc integra: puta quando in emptione, & venditione non eſt ſolutum precium, nec tradita res vendita. d. §. fin. inſt. quibus mod. toll. obligatio l. Iulianus. in §. offerri. ff. de act. empt. l. 2 ff. de reſcindend. vend.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Confusione fideiussio finitur.
2 Confusione ita extinguitur obligatio, vt solutione, & compensatione.
3 Confusio vim solutionis habet.
4 Confusio fit per concursum debiti, & crediti in vna eademque persona.
5 Confusio vt plurimum hæreditatis additione contingit, & nu. 10.
6 Confusio inducitur ex debiti, & crediti immixtione.
7 Obligatio principalis, & fideiussoria, quãdo in eadem persona concurrunt, ex ipsis liberatio fideiussoriæ resultat.
8 Ex confusione principalis, & fideiussoriæ obligationis fit immixtio, & fideiussor vt principalis tenetur.
9 Confusio fit, quando debitoris creditor hæres extitit.
10 Additione hæreditatis non tantum fit confusio, immixtio, & consolidatio: verum etiam extinctio omnis actionis, & obligationis.
11 Confusio, quæ inducitur inter debitorem, & creditorem mediante hæreditatis additione, operatur, vt creditor sibi statim soluisse dicatur.
12 Confusione in fideiussionis contractu multis modis liberatio contingit.
13 Confusio inducitur, quãdo creditor vni ex reis debendi hæres extitit, nam licet alter reus, & eius fideiussor nõ liberentur, tamen fideiussor illius, cui creditor hæres extitit benè liberatur.
14 Confusione etiam liberatur fideiussor, quando creditor debitoris hæres extitit nam eo casu, & debitoris, & fideiussoris contingit liberatio.
15 Idem, quando fideiussor, creditoris hæres extiterit.
Nam, & hoc casu fideiussor liberatur, principali tamen debitore obligato manente, ibidem.
16 Idem quando creditor fideiussori hæres extitit: nam, & isto casu fideiussor liberatur reo nihilominus obligato manente.
17 Pariter quando debitori fideiussor successit, quo casu etiam fideiussoria obligatio resoluitur.
18 Dummodo fideiussore superstite lis cõtra eum contestata non esset.
19 Fideiussor adeundo hæreditatem cum beneficio, legis & inuentarij sibi à suo principali debitore relictam, an à fideiussione liberetur? varij in hoc articulo fuerunt interpretes.
20 Hæres inuentarium conficiens (secundum iura nouissima) creditoribus vltra vires hæreditarias non tenetur, tam quo ad obligationes merè hæreditarias: quam etiam quoad mixtas.
21 Confusione fideiussor resoluitur: quando debitor fideiussori hæres extitit, cum distinctione, vt ibi.
Itidem Confusione obligatio fideiussoria resoluitur, quando fideiussoris hæres, non tantum ipsi fideiussori, verũ etiã ipsi reo successit, nam tali casu licet fideiussoria obligatio sit resoluta, tamen principalis debitoris hæres conueniri poterit, nu. 22. vbi de ratione.
Etiam quando fideiussor confideiussori hæres extitit.
23 Contrarium tamen tenent nonnulli.
24 Pariter quando fiscus tam debitori, quam etiam creditori successit. ibid.
25 Idem si debitor debitori, & reus reo succedat.
26 Idem si petitor possessori succedat.
27 Idem si procurator, & defensor domino hæres effectus fuerit.
28 Confusione obligatio fideiussoria in tribus casibus non resoluitur. Primo, quando ius creditoris non efficeretur deterius. Secundo, quando est adita hæreditas cum beneficio, legis & inuentarij.

uentarij. Tertio, quando sumus in obligatione de sui natura non transitoria ad hæredes.

Confusione.

CAP. XIV.

1 COnfusione † etiam extinguitur fideiussio: Nam confusione proinde extinguitur obligatio, vt solu-
2 tione, † & compensatione. l. si id, in §. 1. ff. de lib. leg. l. vt debitum versic. etenim. C. de hæred. vel act. vendit. l. debitor, & l. Granius, aliàs Vranius ff. de fideiuss. l. sicut, & l. verborum. ff. de verb. oblig. glos. in l. ita vobis. C. de
3 adult. Guid. Pap. decis. 209. nu. 2. † & quod confusio vim solutionis habeat est tex. in l. si debitori, creditor. ff. eo. & in l. fideiussoris. C. d. tit. Marc. rub. eo. num. 20.

Et aduertendum est in proposito,
4 † quod confusio fit per cõcursum de-
5 biti, & crediti in eadem persona, † qd vt plurimum hæreditatis aditione fit. l. maritus in fin. ff. ad S. C. Trebell.
6 † debitum enim cum credito confundi dicitur l. debitori. ff. de fideiuss. &
7 † ideo per concursum principalis, &
8 fideiussoriæ obligationis in eadẽ persona liberatio resultat. † Et ratio est: quia ex tali confusione fit immixtio: & fideiussor tenetur vt principalis. Paris. cons. 121. nu. 2. & 5. vol. 1. Decian. resp. 19. num. 172. vol. 3. Alba. cons. 328. num. 11. vol. 2.

9 Insuper confusio resultat: † quando creditor debitoris hæres existit Marant. cons. 49 nu. 4. Neuiz. cõs. 69. nu. 12. Ant. Tigr. sing. 4 nu. 1. Panze-
10 rol. cons. 98. nu. 1. & adeo, † per aditionem hæreditatis fit confusio, & con-
11 solidatio, † vt omnis obligatio, & actio tollatur, & creditor statim sibi soluisse dicitur. l. deducta, & l. debitor, in princ. ff. ad Trebell. l. debitori vbi glo. magna in verbo confusa. C. de pact. l. peculium autem. ff. de pecul.

12 Amplius, † confusione in fideiussionis contractu liberatio contingit multis modis.

13 Primo, † quando creditor vni ex reis debendi hæres extitit, pro quo fideiussor datus est: nam hoc casu alter reus, & eius fideiussor non liberantur, sed tantum fideiussor illius, cui creditor hæres extitit. d. l. Granius, aliàs Vranius vers. sed cum duo. ff. de fideiuss.

14 Secundo, † quando debitor creditoris hæres existit: nam tali casu fit confusio, & fideiussoris debitoris cõtingit liberatio. l. hæres. § quod si stipulator. ff. de fideiuss. l qui hominem. §. quidam, & l. sicut. ff. de solut. l. 1 §. si debitor. ff ad l. Falcid. Neuiz. cons. 46. num. 23.

15 Tertio, † quando fideiussor creditoris hæres extitit: & hoc casu fideiussor liberatur reo principali nihilominus obligato remanente. l. hæres. §. quod si stipuler. vers. quod si idem, & §. fin. & l. Granius, in fin. princ. vers. vel fideiussor. ff. de fideiuss. l. in omnibus. ff. de solut.

16 Quarto, † quando creditor fideiussori hæres extitit: licet enim isto casu fideiussor liberetur, reus tamẽ adhuc obligatus remanet d. l. Granius, in fi. prin. d. l in omnib. ff. de sol. d. l. de die, in §. fideiussor. ff. qui satisd. cog.

17 Quinto, † fit confusio, quando debitori fideiussor succedit: quo casu fideiussorem liberari cauetur in l. Stichum. §. quod vulgo, & l. si duo. §. sed, & si. ff. de sol. l. 5. in princ. & l. hæres. §. fi. ff. eo. Paris. cons. 121. nu. 2. & seq. vol. 1. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 6.

nu.

nu.95. Dec.d.resp.19.n.172.vol.3. Alba.d.cõs.328.n.11.vol.2. Ant.Herin. de fidei. c.20. §.16.nu.31. qui nu.32. hoc dictum limitat, quando iam lis esset contestata contra fideiussorem.

19 Sed quid † si fideiussor adeũdo hereditatem sibi à suo principali debitore relictam cõfecerit inuentarium? an talis inuentarij confectio aliquid dicto fideiussori proficiat?

In hac difficultate doct. communiter distinguũt, quod aut fideiussor respectu suæ personæ innititur inuentario, & tali casu inuentarij cõfectio ipsi nihil prodest, & in solidum potest cõueniri: sin aut conuenitur nomine defuncti, & tunc inuentario se iuuare potest, gl. & alij, in l. fi. in §. in computatione C de iur. delib. Bart. in l. generaliter. ff. de fideiuss. & in l. debitor. ff. de separat. Aug. Arret. in tract. de test. gl. 112. nu. 19. Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 6. nu. 103. Ant. Hering. trac. de fideiuss. c. 20 §. 16. nu. 35.

Sed Specul. tit. de fideiuss. nu. 23. Cast. Alex. Ias. & Deci. relati à Paris. cons. 121. nu. 3. & 4. vol. 1. Rol. de inuent. part. 3. §. quæritur quoque an fideiussor nu. 9. dicunt fideiussorem indistinctè ex contractu fideiussionis conuentum in solidum teneri, etiam quod inuentarium confecerit, & dicunt communem.

Cæterum omnes istæ difficultates veniunt sublatæ ex l. sancimus. C. de iure delib. vbi generaliter disponitur,

20 quod † si hæres inuentarium confecerit, creditoribus vltra vires hæreditarias non tenebitur non tantum quoad obligationes merè hæreditarias, verũ etiã mixtas à propria hæredis promissione ortas, ũctæ hæreditatis additione. Ias. in l. quę dotis nu. 52. ff. sol. mat. qui id commune dicit. & man. Suar. in Thes. com. opin. littera I. num. 167.

21 Sexto, † confunditur obligatio, si debitor fideiussori hæres existat. l. Lucius. ff. de fideiuss. l. cum is qui, in §. 1. ff. de cond. indeb. l. debitor. vbi Zasi. de separat.

Verum in hoc casu tali communiter DD. distinctione vtuntur, aut debitor fideiussori hæres extiterit, & hoc casu fideiussoria obligatio extinguitur, aut, & secundo sequela accedit principali obligationi, aut principalis obligatio accedit sequelę, vt hic: & hoc casu secundum nonnullos, sequelam extingui, alio casu non: vt in l. si duo rei, in §. fin. ff. de separat. licet in hoc illa sit recepta opinio, quod in vtroq; casu sequelę obligationis cõfundatur, principali nihilominus obligato remanẽte. l. cũ reus, & l. hæres. §. qđ si hic sermo. vers. nec his contrariũ esse, & l. Lucius. ff. de fid. l. cum quis in §. fi. ff. de solut. l. debitor. ff. de separat.

22 Septimo, † quando fideiussoris hæres, non tantum fideiussori, sed etiam ipsi reo principali succedit l. fideiussoris. C. de fideiuss. vbi dicitur, quod tali casu fideiussionis obligatione finita, vt principalis debitoris hæres tantum conueniri potest. & ratio est: quia fideiussor, & eius hæres accessoriè obligantur: vnde principalis obligatio superueniens adita hæreditate tanquam maior, & plenior superuentu suo excludit fideiussoriam: & maxime cum duplex obligatio ciuilis altera alteri dispar circa eandem esse non possint l. hæres. §. seruo. ff. de fideiuss.

Octauo, † quando fideiussor confideiussori hæres extit.

23 Contrarium † in hoc tenet Anton. Hering. de fid. c. 20. §. 16. num. 51. ea ratione motus, quia sicut quando duę

sunt obligationes principales, altera alteri potius adijcitur ad actionem quam vt confusionem pariat. l. si duo in §. pen. ff. de solu. ita quando duæ obligationes accessoriæ in vnius personam concurrunt: nam cum vna non sit maior altera, neutra confunditur.

24 Nono, † quando fiscus tam debitori, quàm creditori succedit d. l. Granius. l. 2. C. de sol. nam pro eodē apud eundem quis obligatus esse non potest. l. hæres. §. quod stipulor. ff. eo.

25 Decimo, † amplius confusio fit: si debitor debitori, reus reo succedat l. 5. ff. eo. l. si duo rei. ff. de sol l. si reus. ff.

26 de duob. reis, idem si petitor † possef-

27 sori succedat. l. 8. ff. iud. sol. † vt etiam si procurator, & defensor domino hæres existat. l. si ante in fi. ff. iud. sol. l. si is qui. ff. de act. & oblig. cæterum cum præsentem inspectionem nō respiciāt: non insisto in eorum explicatione.

28 Intellige tamen, & declara præmissa: quando ius creditoris non efficeretur deterius. Vt etiam quando esset adita hæreditas cum beneficio. legis, & inuentarij, vt dictum fuit supra, vt patiter quando sumus in obligatione de sui natura non transitoria ad hæredes secundum Paris. d. cons. 121. nu. 3. 4. & 5.

SVMMARIVM.

1 *Rei, & speciei peremptione fideiussor liberatur, & de ratione, nu. 3.*
2 *Nisi mora, & culpa debitoris præcesserit.*
3 *Specie extincta liberatur is, qui speciem dedit, & pro specie promisit.*
4 *Et maximè quando genus, & quantitas debentur respectu certæ speciei.*
5 *Debitor generis per emptione speciei ob casum fortuitum non liberatur.*

Rei debitæ interentu perit fideiussio.

CAP. XV.

1 DEcimoquinto, † per rei, & speciei, quæ debetur, naturalem interitum fideiussio euanescit. l. hi qui
2 accessionis in fi. ff. de fideiuss. nisi mora, & culpa debitoris, & fideiussoris præcesserint. l. pen. ff. de solut. l. si vt certo, in §. quod verò, & l. in rebus in princ. ff. commod. l. nemo, in §. 1. ff. de verb. obl. & de vsur. l. mora in § fin. l. quod te. ff. si cer. per. & l. cum filius fa. ff. de verb. obl. omnes in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Menoch. cons. 212. nu. 25. cum seqq. & 245. num. 4. & infra vol. 3.

3 Et ratio: † quia extincta specie liberatur is, qui speciem debet: & pro specie promisit, d l. si ex legati causa. ff. de verb. obl. l. si mihi alienum. ff. de solut. Bart. in l. quod te. ff. si cert. pet. vbi Alex. Bart. opinionem communē
4 dicit: † & addit hoc etiam esse verum, quando genus, vel quantitas debetur respectu certæ speciei. Gabr. de rebus cred. concl. 1. dum vult hæc sibi locum non vendicare in † debitore generis, qui peremptione speciei ob casum fortuitum non liberatur. l. incendium. C. si cert. petatur, multa aliàs in proposito congerit. Ant. Hering. de fideiuss. c. 20. §. 27.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio præscriptione, & tempore resoluitur.*
2 *Et maximè in præscriptione 30. vel 40. annorum.*
Modo aliquid infra dictum tempus pro iurarum nomine à debitore, vel fideiussore solutum non fuerit. nu. 4.
Vt etiam quando vno, & eodem tempo-

re

re nata fuerit obligatio debitoris, & fideiusoris, secus si diuerso. num. 6.

3 *Liberatus tempore similis est illi, qui satisfacit.*

5 *Anniuersaria vsurarum solutio præscriptionem impedit, & creditoribus ius suum conseruat.*

7 *Interruptio facta contra unum ex reis debendi omnes afficit.*

8 *Idem in interruptione facta contra unũ ex pluribus fideiusoribus.*

9 *Rei debendi, mandatores, & fideiusores adæquantur.*

Tempore, & præscriptione fideiussio expirat.

CAP. XVI.

1 DEcimosexto, † fideiussio resoluitur tempore, & præscriptione. Cyn. Bald. Ang. & Imo. in l. fin. C. de ann. except. Abb. in c. illud. nu. 24. vbi Felyn. nu. 15. de præscript. Bald. in l. tam mandatori. nu. 16. vers. item dubitatur an præscriptio rei profit fideiussori, C. de non num. pec. † & in specie, quod per præscriptionem 30. vel 40. annorum fideiussor, vel eius hęres liberentur, ita vt amplius conueniri non possint, faciunt l. sicut, & l. omnes. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. si eo tempore. ff. de remiss. pig. Valen. Franc. tract. de fideiuss. c. 6. num. 84.

2 cum seqq † nam is, qui tempore liberatur similis est illi, qui satisfacit, l. si pupillus. ff. de admi. tut. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 135. nu. 3. cum seqq. Primo hæc intellige, dummodo † aliquid vsurarum nomine intra dictum tempus à debitore, vel fi-

5 deiussore solutum non fuerit: † nam anniuersaria vsurarum solutio præscriptionem impedit, & creditoribus ius suum conseruat. arg. l. cum acutissimi, in §. imo. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. l. vniuersa. C. de fund. rei priua. Gom. variar. resol. tit. de contract.

6 lib. 11. c. 13. nu. 20. † Secundo intelligę prædicta, quando vno, eodemque tempore nata fuerit, & producta obligatio debitoris, & fideiussoris, secus si post, & diuerso tempore, quia tunc interrupta videtur præscriptio, & fideiussor agnoscere debitum intelligitur. Valen. Franc. d. c. 6. nu. 90.

Sed quid si sunt tres fideiussores, quorum vnum creditor conuenerit intra dictum tẽpus 30. ann. alios verò duos elapso dicto tempore: an agnitio, & interruptio per creditorem facta vni, etiam alijs fideiussoribus ob-

7 stet? Dicas, quod † sicut in pluribus reis debendi est sancitum obstare, l. fi.

8 C. de duobus reis, † ita in pluribus fideiussoribus dicendum est: & maxime cum rei debendi, mandatores,

9 † & fideiussores adæquantur. l. fin. C. eo. ita Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 20. §. 18. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Decoctione principalis debitoris, & culpa creditoris in exigendo fideiusor liberatur.*

2 *Fideiusor liberatur, quando ex culpa superioris reus est effectus irreperibilis.*

Decoctione debitoris culpa, & facto creditoris.

CAP. XVII.

1 DEcimoseptimo, † quando principalis debitor est effectus nõ soluendo culpa creditoris: tũc liberatur fideiussor. l. si fideiussores in id vbi Cast. ff. eod. Bar. Bal. Cast. & alij in l. fi. ff. si certum petatur. fideiussor enim

non potest conueniri à creditore: quãdo ob dilatam dilationem debitor effectus est non soluendo. Socin. iun. cons.114.nu.44.vol.3. Surd.de alim. q.17. num.33. tit.7. & tit.1.q.45.nu. 73. Rodoan. de rebus eccl. non alien. q.17.nu.65.

2 Idem † in fideiussore de repræsentando, qui liberatur, quãdo reus principalis efficitur irreperibilis culpa, & facto superioris. Gram.consil.66.nu. 12. & latè hoc explicauimus hac eadem sectio.c.23.& supra sect.8.c.42. in hac 2.part.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis facto fideiussor de repræsentando liberatur. Puta si reus incarceratus à Iudice demum fuerit liberatus, vel à carceribus relaxatus.*

Iudicis facto, & rei excarceratione.

CAP. XVIII.

1 DEcimooctauo, † fideiussor de repræsentando, liberatur: si reus per iudicem incarceratus, demum fuerit à dicto iudice liberatus, aut à carceribus emancipatus, & relaxatus. Gram. consil. 66. num. 65. diximus supra in prima par. in prælud. sect. 2. c.3.nu.29.

SVMMARIVM.

1 *Publicatione, confiscatione, & ademptione bonorum principalis debitoris per fiscũ facta liberantur fideiussores.*

2 *Intellige, modo bona principalis debitoris sufficiant, aliàs secus.*

3 *Reo liberato ob confiscationem bonorum dicti rei à fisco factam, datur creditoribus dicti rei actio contra fiscum in totum, vel pro parte ad effectum, vt de eorum credito satisfieri possint.*

4 *Fiscus succedit loco debitoris, & rei condemnati, tamquam hæres.*

5 *Hæres sicut creditoribus satisfacere tenetur, ita, & fiscus in locum ipsius suffectus.*

6 *Bona in fiscum transeunt tam actiuè, quam passiuè cum suo onere.*

7 *Fisco conuento, & soluente fideiussores liberantur.*

8 *Fisco bonis rei condenti, ac condemnati delatis, & acquisitis ex publicatione, & confiscatione, & quæ soluendo reperta fuerint, an aduersus fiscum fideiussori beneficium excussionis competat? & concluditur quod sic.*

Ademptione, publicatione, & confiscatione bonorum.

CAP. XIX.

1 BOnorum † ademptio facta debitori per fiscum in totum, vel pro parte operatur fideiussionis terminationem l.2 ff. de sent.pass.& l.2.ff.de capite minutis vbi si bona omnia fuerint debitori adempta, fideiussor ipse nec à creditoribus, nec à fisco conueniri, & molestari potest, & firmat hoc dictum Mars.in rub.co.nu.346.q.48. & quod ex publicatione bonorum rei principalis debendi à fisco facta liberentur fideiussores, tener Batt. in l. 1. C.eod.& in l.si verò, & in l.de die.ff. qui satisd.cog. Raph.Cum.consil.32. nu. 2.† & maximè quando bona debitoris sunt soluendo Card. Mantic. de tacit.& ambig.par.2.lib.16.tit.20. nu.27.

2

3 Est benè verum, † quod tali ademptione subsequuta, & reo sic liberato, datur actio aduersus fiscum bona debitoris, vel rei condemnati sic occupantem in totum, vel pro parte. Et ratio est: † quia fiscus succedit loco de-

4

bitoris,

bitoris, & rei condemnati tanquam hæres. l. fiscus. ff. de iure fisc. l. si sub
5 pignore. ff. de fiscal. vsur. vnde † creditoribus sicut hæres satisfacere te-
6 netur, ita & fiscus, † nam bona in eum tam actiuè, quam passiuè transeunt cum suo onere, ita, prout in fiscum. l. marito, & l. si maritus. ff. sol. matr. l. inter eos, §. fi. ff. de fideiuss. l. 2. § 1. ff. de alim. leg. l. res. ff. de iure fisc. l. si tutor. in §. pen. ff. de tut. & rat. distrah. l. in facto, in §. fi. ff. de condi. & demõst. l. cum de in rem verso. in §. 1. ff. de vsur l. 2. C. sol. matr. l. 2. C ad l. Iul. de vi pub. l. si vt proponis. C. de bon. prę-scrip. Raph. de Raymund. cons. 36. num. 13. & 14. inter consil. criminal. Zilett. Albertig. in l. actione. in §. publicatione. ff. pro Soci. Aym. cons. 261. nu. 7. Clar. in prax. §. fi. q. 78. num. 29. And. Gail. lib. 2. obseruation. obseruatio. 86. num. 6. Emanuel. Suar. in com. op. in littera F. num. 306. Pereg. de iure fisc. lib. 5 tit. 1. num. 66. Menoch. de arbitr. iud. cas. 137. num. 3.
7 cum seqq. † Quo fit, vt fisco conuento, & soluente, fideiussores liberentur l. si indebitam. C. eo.

8 Sed quid si debitoris, vel rei condemnati bona sint soluendo, & transeant in fiscum, in eumq. delata sint; An fideiussoribus aduersus fiscũ excussionis beneficium competat? Et quod sic tenet Anton. Hering. in suo tract. de fideiuss. 20. §. 14. nu. 11. vbi circa hanc materiam multa alia ponit. Vt etiam multa alia adnotauimus infra in hac secunda part. hac eadem sect. c. 43.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor promittens factum alienum, morte illius, qui tenebatur facere liberatur.*

Morte illius, qui factum adimplere debet.

CAP. XX.

1 VIgesimo. Quãdo fideiussor promittit factum alienum, & se facturum, & curaturum quod Titius faciet tale quid: Puta contractum. Si eueniat quod Titius moriatur, eo mortuo ipse à fideiussione liberatur. Mars. in rub. eo. quæst. 20. num. 155. & infra.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor promittens id, quod collectis rationibus, & facto calculo Titius debebit: mortuo Titio ante factum calculum liberatur.*

2 *Intellige tamen, dummodo bannitus non moriatur.*

Morte debitoris non facto calculo.

CAP. XXI.

1 VIgesimoprimo. Si eueniat casus, † Quod Seius pro aliquo obligato fideiubẽdo promiserit se soluturum quicquid constiterit eũ debere collectis rationibus, & facto calculo, mortuo debitore liberatur. Si ratio, & calculus in eius vita inita non fuerint. Aug. Castr. Soc. & Ias. in l. qui Romæ. in §. Augenius. Vbi addentes ad Birt. ff. de verb. ob. Ias. in l. petens, nu. 11. C. de pact. Hypoll. sing. 304. Gerard. sing 27. num. 4. Soc. cons. 24. nu. 10. lib. 3. Paris. cõs. 111. nu. 3. vol. 4. Alciat. resp 5. nu. 10. tom 3. li. 8. Sebast. Medic. mors omnia soluit versic. 187. benè Card. Mãtic. de tacit. & ambig. conuent. par 2. lib. 16. tit. 11. Horat. Carp. ad stat. Mediol. par. 2 c. 154. nu. 7. Nellus in tract de bãnitis par. 2.

2 tertij temporis, num. 11. † Qui dicit hæc non esse vera mortuo debitore bannito. Alia tetigimus supra in hac secunda part. sect. 4. c. 15.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor promittens se facturum, & curaturum sub pœna, factis diligentijs, & adhibito omni posse, & conatu liberatur.*

Factis diligentijs.

CAP. XXII.

1 VIgesimosecundo. Promittens fideiussor se facturum, & curaturum cum pœna, factis, & adhibitis omni conatu, & posse, liberatur. Ioseph. Lud. decis. Perus. 27. nu. 6. qui cómunem dicit. Ceph. cons. 164. nu. 25. volu. 2. plenè id explicauimus supra in prima part. in prælud. sect. 2. cap. 3. num. 54. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Culpa, & negligentia creditoris in exigendo debito debitoris effecti decocti; an, & quando fideiussores liberentur articulus controuersus.*
2 *Creditor, vt etiam vnusquisque in rebus & iuribus suis est moderator, & arbiter.*
3 *Creditor inuitus experiri non cogitur.*
4 *Creditori inuito creditum solui potest.*
5 *Creditor ad crediti petitionem astringi nequit.*
6 *Creditor suum creditum alijs donare potest.*
7 *Paria delicta, mutua compensatione tolluntur.*
8 *Culpæ, & moræ eadem est ratio, quando de periculo agitur.*
9 *Fideiussores etiam simpliciter accepti, stante negligentia, & culpa creditoris in exigendo debito debitore effecto decocto, modò creditorem requisierint, & interpellauerint à fideiussione per eos præstita liberantur, est vera, & communis opinio. Contrarium tamen dicitur infra nu. 23.*
Idem, & multo fortius in fideiussoribus conditionalibus, in defectum, & indemnitatis, num. 10.
Et maxime quando cum culpa, & negligentia creditoris, concurrunt monitio, & interpellatio fideiussoris, n. 11.
12 *Negligentia, culpa, & omissio sua nemini debet patrocinari.*
13 *Iura vigilantibus, & non dormientibus subueniunt.*
14 *Culpa, & dolus illi ascribuntur, qui non prosequitur, quod prosequi potest, & non exigit, quod exigere potest.*
15 *Marito negligentia imputatur quando nomina debitorum sibi in dotem data, non exigit.*
Idem dicitur de tutore, & hærede grauato, num. 16. & 17.
18 *Negligentia pura, sola, mera, & simplex, & quæ tantum in omittendo consistit, nec dolū, nec culpā continet.*
Et ideò per eam quis iure suo non priuatur, num. 19.
20 *Negligentia magna dissoluta, & manifesta arguit dolū, & operatur quod quis a iure suo cadat.*
21 *Negligentibus nullo modo succurrendum est.*
22 *Negligentia in omittendo consistens tunc officit, quando habet annexum aliquod factum, puta Contemptum Judicis, vel partis, & sic quando. Tertio præiudicialis est.*
23 *Creditor negligens, in petendo debito non liberat fideiussorem simplicem, purum, & absolutum, quia semper remanet obligatus.*

Con-

Contrarium tamen firmatum fuit supra, num. 9.

24 *Secus est in fi leiussore conditionali, subsidiario, & indemnitatis, quia stantibus, culpa, & negligentia creditoris, à fideiussione per eum præstita liberatur.*

25 *Culpa, & negligentia creditoris absque dolo fideiussorem non liberat, vt etiã quando culpa est leuis modica, & simplex, & tantum in omittendo cõsistit.*

26 *Fideiussores, qui renunciarunt beneficio excussionis, ex negligentia, & culpa creditoris, non liberantur.*

Modo non sint fideiussores, conditionales, indemnitatis, & in subsidium, numero 28.

27 *Creditor potest conuenire fideiussores, qui ordinis priuilegio renunciarunt, etiam quod debitor sit decoctus.*

29 *Fideiussores in subsidium, & indemnitatis, stante culpa creditoris in exigendo liberantur, etiam quod auxilio excussionis renunciauerint.*

30 *Renunciationes in fideiussionibus indemnitatis, & in subsidium ad beneficiũ excussionis sunt contra substantiam, & naturam dictarum fideiussionum, & ideo in eis reddumtur superfluæ.*

31 *Etiam quod sint iuratæ.*

32 *Creditor negligens in petẽdo debitor a dit à iure suo, modo fideiussor sit simplex, & creditor, à fideiussore fuerit requisitus, monitus, & interpellatus. vbi de ratione.*

Fallit tamen hoc in fideiussionibus subsidiarijs, & indemnitatis, in quibus non est necessaria monitio, & interpellatio fideiussoris, sed tantum sufficit negligentia creditoris secundum communem, ... n. 33. & de ratione num. 35.

Nonnulli tamen voluerunt hoc dictum non carere dubitatione, ac scrupulo, & quod tutius, et melius sit monitionem, interpellationem, & protestationem adhibere. nu. 34.

Culpa, & negligentia creditoris in exigendo debito: an, & quando liberentur, fideiussores.

CAP. XXIII.

NOn parum dubitationis videtur habere conclusio illa: an fideiussores, qui non drũ in obligatione steterunt, ita quod non facilè petere potuerunt se à fideiussione eximi, si vident debitorem facultatibus labi, idque creditori denunciauerunt, vt debitum exigeret, dum illud consequi potest: creditor autem hoc facere neglexerit, debitore postmodum ad inopiam redacto, & decocto effectorum dico dicti fideiussores ab impetitis per creditorem, desidem, & negligentem, in exigendo veniant liberati? Exemplum sit: lapsum est tempus exigendi debitum, pro quo puta Titius fideiussor præstitus fuit, creditor differt exigere, & sic in exigendo est negligens, dubitat fideiussor, nè reus interim labatur facultatibus, & ideo denunciat creditori, vt agat contra debitorem, & debitum exigat, dũ soluẽdo est, & protestatur, quod si efficiatur non soluendo, quod non vult teneri: dubitatur, an excusetur fideiussor, si negligat creditor exigere, si postea reus sit effectus non soluendo?

1 Varij fuerunt in hoc articulo Doctores, vt per Anto. Hering. in suo tract. de fideiuss. cap. 20. §. 15. à nu. 8. vsque ad 25. Nam non nulli tenuerũt tales fideiussores nullo modo liberatos esse, & ad sic fit mãdum his rationibus vtuntur.

Primo

Primo enim id conantur probare per tex. in l. si fideiussor. ff. de fideiuss. vbi si fideiussor creditori denũciauit, vt debitorem ad soluendum compelleret, & ipse id facere neglexerit, dicitur ibidem quod eum fideiussor, nihilominus exceptione doli amoueti non potetit.

Secundo, hoc idem iustificari videtur per text. in l. fideiussores. 41. ff. eod. de fideiuss. vbi deciditur, quod fideiussores dati in id, quod à curatore solui non poterit cessante pupillo, si curator soluendo esse desierit fideiussores tamen non remanent liberati.

Ad idem, & tertio adducitur. l. fideiussor in §. fin. ff. de fideic. vbi cauetur, quod creditor non potest cogi, vt debitorem ad soluendum astringat.

Fundatur, & quarto hoc pronunciatum in illa viuida ratione, quia si aliter diceremus, quod creditor instãte fideiussore esset coactus conuenire debitorem, duplex absurdum sequeretur. † Et quod creditor in re sua, nõ esset moderator, & arbiter, & sic de ea ad libitum disponere non posset contra l. in re mãdata. C. mand. & l. etiam § licet. ff. solut. matr. † & quod agere inuitus astringi posset cõtra l. vnicam C. vt nem. inuict. & l. 4. in princ. C. de vsuris pupillaribus. † Licet enim debitum inuito creditore solui possit, l. stipulatio. §. inter vbi. Bart. & Ias. ff. de verb. oblig. l. quod quis. ff. de actio. & oblig. l. quod certo. ff. de solut. tamen non est sic è contra: † quod creditor, ad petitionem debiti vrgeri possit, cum illud donare, si † velit possit l. creditor. C. de pign.

Fortificantur præmissa, quia creditor in proposito dicitur esse in culpa, cum debitum suum, dum poterat non exegerit, pariter fideiussor videtur esse morosus, negligẽs, & dolosus, quia se eximi ab obligatione non petijt, nec curauit: vnde sequitur † quod patia delicta, mutua compensatione tollentur. l. viro in fine. ff. sol. matrim. & sic quod erit potior conditio creditoris l. hominem in fin. ff. mandati, l. fin. in fi. C. de posit. & maximè, † quia quando de periculo agitur eadem est culpæ, & moræ ratio. l. si seruum in §. sequitur, ff. de verb. obl. igitur hoc attento fideiussores nullo modo liberati erunt.

Contrarium, quod imò fideiussores præfati, etiam simpliciter accepti, si requisiuerint, denunciauerint, monuerint, & interpellauerint creditorẽ desidem, & negligentem in exigendo, isque petere noluerit, & neglexerit: & interim debitor efficiatur decoctus, quod, inquam, dicti fideiussores veniant liberati, tenuerunt multi grauis, & maximæ, authoritatis viri, firmantes hoc † indubitatum in fideiussionibus conditionalibus, subsidiarijs, & indemnitatis gl. Batt. Bal. Cast. & alij communiter in l. si fideiussores in id. ff. de fid. glos. etiam in l. si fideiussor creditori d. tit. Alexand. in l. fin. nu. 10. vbi eriam cęteri id notant. ff. si cert. pet. omnes in l. si decem. ff. de solut. & in l. decem stipulatus, vbi Cast. nu. 1. vers. & ita intellige, qui hoc dictum sic limitat, & declarat, vbi Ias. num. 25. ff. de verb. oblig. Idem Castr. cons. 239. nu. 2. lib. 1. Rim. Sen. cons. 446. num. 26. cum seqq. lib. 3. Socin. sen. cons. 273. num. 3. lib. 2. Iacob. Rimin. cons. 641. nu. 3. volum. 4. Socin. iun. cons. 114. num. 44. volum. 3. Rum. consil. 45. nu. 5. lib. 5. Simon. de Prei. cons. 57 num. 7. Matt. Brun. consil. 8. nu. 4. cum seqq. Grat. resp. 53. nu. 59. vol. 1. qui dicit communem Rim. iun. cons. 52. nu. 64. vol. 1. Butsat cõs. 224. nu.

nu.17.vol.2.& 428.nu.12 lib.4.dum indistinctè firmat, quod quando creditor est negligens contra debitorem in exigendo debito, fideiussor liberatur.& cons.193.num.56. vol 2.addit
11 hoc indubitatum,† & absque scrupulo esse, quando vna cum mora,& culpa creditoris concurrunt, & denũciatio, monitio, requisitio, & interpellatio fideiussoris. Et dicunt hanc conclusionem veram Surd.de alim. tit.7. quæst.17.nu.33.& tit.1.& q.45. nu. 73.Anton.Gomez. var.resolut.tit. de contract.c.13. num.9. qui hanc communem opinionem esse dicit Magon. decis.Florent.30. nu.6. qui dicit hoc verum, etiam in simplici fideiussore Emanuel Suarez in suo thesauro com. opin. in littera F. num.168. Fernand. Vasq.lib.1.contr. Illust..33. num.8. Horat.Carp.ad Stat.Mediol. par.2.c. 189.nu.28. Bertazz.de claus.claus.43. glos.4. Carrocc. de excuss. bon. par.2. q.14 num.37.Rodoan.de reb. Eccles. non alien.q.17. nu.65. nouissimè Valent. Franc.tract.de fidei.c.6. nu.106. cum seqq.qui hoc dictum tribus modis declarat, & limitat: Ant.Hering. qui hunc articulum ad partes disputat, & dicit communem d.tract. de fideiuss.c.20. § 15.à nu.8.vsque ad 25. huiusmodi autem opinio his rationibus fulcitur.

12 Primo,† quia omissio,dissidia,negligentia, mora, & culpa sua non debent alicui patrocinari. Iura enim vi-
13 gilantibus † & non dormientib. subueniũt,l.pupillus in fi.ff.quę in fraud.
14 cred. & certum est † quod quis dicitur in culpa, & dolo si non prosequitur, quod prosequi potest, & si non exigit, quod exigere potest.l.dolus. ff. mand.l.sed, & fi.in § 2. & l.& si quid in §.illud.ff.de pet.hæred.l.3.in §.gesta: ibi si fortè data opera. ff. quæ in fraud.cred.

15 Facit,† & secundo, quod in simili dicitur de matito,cui impuratur si nomina debitorum in dotem data negligens non exigit l. si extraneus cum ibi not.ff.de iure dot. Bart.& alij in l Męuia. ff. solut. matrim. his astipulatur,
16 † quod etiam traditur de tutore, qui nomina debitorũ pupilli exigere neglexit. Socin.cons.2.lib.1. Brun.dicto cons.8.num.21.Cauale.de tut.nu.118.
17 vt patrter quod † habetur de hærede grauato, per fideicommissum negligente in exactione debitorum hæreditariorum. Rimin Sen.cons.122. & 335. & cõferunt multa alia, quæ congerit Gomez super reg.cancell.reg.de ann poss.quæst.28.

Allegatur etiam,& tertio l.stipulatus es. ibi non enim id feciſti, quod in stipulatione conuenerat. ff.de fideiuss. & l.interceditorem. ff.d.tit.

18 Quarto † etiam multum stringit. Nam licet simplex,mera, pura,& sola negligentia, & maximè quando est modica, & tantum in omittendo versatur,cum nec dolum,nec culpam cõ-
19 tineat non sit † tãtæ potentiæ, vt quis iure suo priuetur. l.obligationum fetè in §. placet. ff.de act. & oblig. Bart. in l.solent, in §.non verò col.2. vers.& quod conuentio. ff. de offic. procons.
20 Brun.cons.35.nu.3.& 4.† tamen hoc secus est,in negligentia magna, dissoluta, & manifesta, qualis est ista, de qua ad præsens agitur,& quam in proposito, præsupponunt in disputando hoc articulo adfuisse Doctores, quæ cum dolum, & culpam inducat, operatur,vt quis, à iure suo cadat l.negligentia magna, ff.de verbor.significat.&
21 est in causa,† vt tali negligenti nullo modo succurrendum sit. l. non enim

ff.ex

ff. ex quibus cauſ. maior. l. veteres in fi. ff. de itin. act. priuat. Alex conſ. 105. ponderatis col. 2. ad fin. lib. 5. Guid. Pap. deciſ. 475. Rip. de peſt. in vlt. par. verſ quæro num. 120. ſignanter Aym. conſ. 123. num. 3. & infra qui num. 5.

22 dicit, † tunc etiam negligentiam in omittendo officere, quando habet adnexum aliquod factum: putà contemptũ Iudicis, vel partis, & maximè cum negligentia vnius, ideſt creditoris in propoſito alteri, ſcilicet fideiuſſori nocere non debeat. cap. damnum de reg. iur. in 6.

Præmiſſis ſic firmis ſtantibus non obſtant in contrarium ponderata.

Primo enim nihil reſiſtit. l. ſi fideiuſſor. 62. ff. eo. nam ille textus loquitur in caſu, in quo fideiuſſor abſq; vlla neceſſitate, & dilapidationis metu moleſtabat creditorem, vt debitorem conueniret. ideo, cum temerè id ageret, meritò ſi repellitur. & ſic caſus ille nihil habet commune cum caſu noſtro, & in terminis dicti text. proceduni, quæ ponunt Alexand. in add. ad Bart. in l. ſi fideiuſſor creditori. ff. eod. Iaſ. in l. non ſolum in §. morie col. 17. verſiculo ſecunda concluſ. ff. de nou. oper. nunciat.

Similiter nihil facit. l. ſi fideiuſſores 41. & l. ſi fideiuſſor in §. fin. ff. eod. nam in dictis iuribus dicitur (quod et nos non negamus) quod creditor ipſo iure, & facto abſque alio, non poteſt cogi, vt debitorem, ad ſolutionem faciendam conueniat, & ſi hoc facit, quod nihilominus fideiuſſor remanet obligatus: cuius contrarium eſt in hac facti ſpecie, in qua creditor requiſitus dolosè debitum non exigit.

Pariter præmiſſis non aduerſatur, quod fideiuſſor videtur eſſe in culpa, cum ſe eximi à dicta fideiuſſione non perierit: quia dicitur, quod hoc idem obtinere eidem, ſi periſſet difficile eſſet: Cum conſtet quod creditor eius liberationi conſentire nolit denegando debitorem principalem conuenire ad trad. per Abb. cõſ. 95. videtur, quod fideiuſſores vol. 1.

Concluſio igitur ſit: quod culpa, & negligentia creditoris in exigendo debito liberat fideiuſſorem.

Limit. tamen præſens cõcluſio mul-

23 tis modis: † & primo in fideiuſſione pura, & ſimplici, in qua fideiuſſor ſimpliciter, & purè acceptus indiſtinctè, tenetur, ſiue culpa, & ſupina negligentia creditoris, argui poſſit, ſiue non: & ratio eſt, quia ſua obligatio eſt pura, ſimplex, & abſoluta, quod ſecus

24 eſt in fideiuſſionibus cõditionalibus, vt ſunt ſubſidiariæ, & indemnitatis, in quibus culpa, & negligentia creditoris ſtante, tales fideiuſſores veniunt liberari. d. l. ſi fideiuſſor creditori 62. ff. eod. d. l. ſi fideiuſſores 41. d. tit. vbi gl. l. ſi. ff. ſi cert. pet. vbi Iaſ. d. l. decem ſtipulatus, vbi Caſtr. ff. de verb. oblig. d. l. decem. ff. de ſolut. Suarez. com. opin. litera F. nu. 167. cum ſeqq. Vaſq. de lib. 1 illuſt. contro. d. c. 33. num. 8. Valeni. Franc. d. tract. de fideiuſſ. cap. 6. num. 106. & num. 112.

25 Limit. 2. & † intellige prædicta qñ creditor in exactione facienda contra debitorem fuiſſet negligẽs negligentia doloſa: putà quia nolebat excutere, & moleſtare debitorem ſibi ſanguine coniunctum, & conſanguineũ, nam tali caſu iure optimo fideiuſſores liberationem prætendere poſſunt, vt diſponitur in l. fin. ad fin. in verbo doloſa. C. de neg. geſt. l. 1. & 2. C. de diuid. tut. & dicunt Bald. in l. fin. nu. 3. ff. ſi cert. pet. Anton. Hering. loco pręcitato num. 28. quod ſecus eſt quando

credi-

creditoris negligentia est modica, leuis, sola, simplex, & non dolosa, & tantum in omittendo consistit, quia cum ab ea absit dolus, nullo modo potest operari fideiussorum liberationem, vt supra fusius de his egimus.

26 Limit. 3. † & declara prædicta procedere: quando fideiussores beneficio excussionis, ordinis, & auth. præsente C. de fid. renúciarunt: quia tunc etiã, quod debitor paulatim facultatibus labatur, & id creditori fideiussores denunciarunt, petentes instanter, vt eum conueniant, & is neglexisset, nihilominus non possunt creditori, exceptionem doli mali obijcere, & sic
27 liberationem prætendere. † Et ratio est: quia creditor fideiussores, sic renunciantes, conuenire poterit, etiam si debitor nihil habeat. Gomez var. resol. tit. de contract. c. 13. nu. 9. Eman. Suarez d. tit. the. com. opin. in littera F. num. 167. Anton. Hering. de fideiuss. d. c. 20. §. 15. num. 18.

28 Declara † tamen, & intellige hanc lim. in fideiussione pura, & simplici: secus tamen esse dicas in fideiussionibus conditionalibus, subsidiarijs, & indemnitatis, in quibus vnanimiter
29 admittunt Doctores: † quod etiam non obstante renunciatione per eos facta ad beneficium excussionis nihilominus iure optimo liberationem prętendere possunt. Angel. in l. fin. ff. si cert. pet. Brun. d. consil. 8. num. 6. cum
30 seqq. † & ratio est: quia istæ renunciationes, in istis conditionalibus fideiussoribus, sunt contra naturam, & substantiam fideiussionum prædictarum, & ideo de ijs nulla est habenda ratio: nam vti superflue subducuntur, & pura remanet dispositio. Socin. cõsil. 147 nu. 5. in 5 Marant. de ord. iud. memb. 8 nu. 9. Anto. Gab. de fideiuss. concl. 1. nu. 68. & 89. Osasc. decis. Pedam. 2. num. 3. & 14. Mantic. de tacit. & ambig. contract. part. 2. lib. 16. tit.
31 12. num. 2. etiam quod † huiusmodi renunciationes iuratæ sint. Alex. Ias. Dec. & Alciat. in d. l. fi. ff. si cert. pet. Felyn. in cap. ex rescripto num. 19. de iure iur. Tiraq. in l. si vnquã nu. 147. C. de reuoc. donatio. Didac. in c. quauis in 1. part. §. 4. de pact. in 6.

32 Limit. 4. † & intellige prædicta modo creditor fuerit à fideiussore admonitus, tequisitus, denunciatus, ac protestatus. d. l. si fideiussores 41. Gomez. d. cap. 13. nu. 9. Bald. in l. fin. ff. si cert. pet. Castr. in d. l. si fideiussores 41. Angel. in l. fideiussor creditori. ff. eo. de fid. Panor. in c. fin. extra eo. Valent. Franc. d. tract. de fid. c. 6. nu. 8. & 11. & ratio est: quia vbi non adest petitio, & interpellatio, ibi non est mora, negligentia, & culpa. l. lecta in §. penul. ff. si cert. pet. parte enim non opponente multa admittuntur, quæ aliàs non admitterentur. Aym. consil. 246. num. 3. & ideo non facta oppositione semper admittitur purgatio moræ. Ceph. cons. 745. nu. 14. volum. 5.

Intellige tamen, ac declara hanc limit. in fideiussione pura, & simplici:
33 secus † tamen esse dicas in fideiussionibus conditionalibus, in defectum, & indemnitatis: nam in eis, etiam nõ interueniente fideiussorum monitione, requisitione, interpellatione, & protestatione creditori facta, modo creditor sit in culpa, & negligentia in exigendo debito, omnino liberatio contingit, à fideiussoris nexu Curt. & communiter omnes in l. si ego. ff si cert. pet. Grat. resp. 53. num. 59. vol. 1. Ant. Hering. de fideiuss. d. c. 20. §. 15. nu 13. Vinc. Car. de excus. bon. q. 14.
34 nu. 37. & dicit, † quod melius, vtilius, & tu-

& turius esset, quod fideiussor creditorem interpellet, denunciet, perquirat, ac moueat contra eum protestando, ipsumque constituendo in mora, & dolo, & Barf. d. consil. 193. nu. 56. vol. 2. interuenientibus, requisitione, interpellatione, & protestatione, dicit hanc opinionem indubitatam, ac sine
35 scrupulo esse: † & ratio est, quare in fideiussionibus subsidiarijs nõ sit necessaria requisitio, & protestatio: quia dispositiones subsidiariæ, & in defectum multas trahunt secum prærogatiuas: multa enim in subsidium, & defectum conceduntur, quæ aliàs non concederentur: vt etiam, quia fideiussiones subsidiariæ non tantum nihil ponunt inesse: verum etiam non sunt verè, & propriè actus, cum actus conditionales sint. l. 1. ff. de donat. l. si hominem in fin. ff. de vsucap. glos. in l. 1. in §. biduum. ff. quando app. sit.

Quamuis igitur monitio, seu interpellatio, & protestatio fideiussoris subsidiarij, & conditionalis (quod creditor à principali debitore exigat) vtilis ad cautelam censeatur, non tamen est necessaria. Ideo eius omissione nõ obstante fideiussor conditionalis liberatur ob negligẽtiam creditoris. Cum in hoc casu excussio principalis absque aliqua fideiussoris admonitione ad verificationem suæ obligationis cõditionalis præcedere debeat, aliàs conditio habetur deficiens, & vt dicitur pro defecta, ac imperfecta, & cõsequenter obligatio cessat, & extinguitur prout præter proximè citatos, consuluit Ruin. cons. 45. nu. 5. versic. nec ex eo. lib. 5. & clarè scribit Gomez. in d. tit. de fideiuss. num. 9. & ità etiam alias consulendo tenuit Clarissimus I. C. D. Ioannes Bonsius tũc Senator, & Aduocatus Florentinus Celeberrimus Dñs, & Patronus meus Colendissimus, nũc verò S. R. Ecclesiæ Cardinalis Illustrissimus, cuius consilium, cũ in eo subtilissimè hæc materia pertractetur, & multa in ipso dicantur scitu, notatu, & animaduersione digna, & ad id argumenti maximè accommodata, & conuenientia tanto viro, sub cuius protectione istũ meum Tractatum imprimi feci, hic Inserendum putaui. Et secũdum quod etiam fuit iudicatum Florẽtiæ per duas sententias conformes, quæ ibi faciunt rẽ iudicatam, vt apparet ex decisione D. Alexandri Rinaldi. I. C. Perusini Rotæ Florentinæ Auditoris, de qua in libro motiuorum dictæ Rotæ de mense Augusti 1590.

CONSILII.

Pro Clarissimo D. Petro Bonsio Senatore Florentino. Argumentum.

Fideiussor conditionalis, seu subsidiarius non potest conueniri à creditore, sed liberatur, si debitor principalis, qui semel fuit soluendo, postea efficiatur non soluendo, stante negligentia, & procrastinatione ipsius creditoris in exigendo ab ipso principali.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor obligatus sub conditione præambulæ excussionis, non obligatur ante dictum conditionis euentum. & num. 17.*

2 *Fideiussor subsidiarius, liberatur, si debitor principalis efficiatur non soluendo, stante negligentia creditoris. & num. 7.*

3 *Marito imputatur, si nomina debitorum in dotem datam non exegit.*

4 *Tutor negligens exigere nomina debitorum*

torum pupilli remanet obligatus.

5 *Hæres grauatus tenetur fideicõmissario, si fuit negligens in exigendo debita hæreditaria.*

6 *Excussio non requiritur in decocto, & notoriè non soluendo.*

8 *Excussio non releuat, si debitor fuit effectus non soluendo, negligentia creditoris.*

9 *Excussio reiecta per statutum Florentinum de legali, & non de conuentionali intelligitur.*

10 *Fideiussor indemnitatis non potest conueniri ante principalem, & si renunciauerit beneficio de fideiussoribus. & num. 16.*

11 *Fideiussor simplex non liberatur, etiam si principalis fuerit negligens in exigendo à principali.*

12 *Differentia est inter fideiussorem simplicem, & subsidiarium, seu conditionalem.*

13 *Minus agitur cum lege, quam cum homine.*

14 *Lex suam non tibi tuum denegat auxilium.*

15 *Fideiussor simplex dicitur purè obligatus, subsidiarius tamen sub conditione, si præcesserit excussio.*

18 *Primum dicitur, quod ante se nihil habet.*

19 *In fideiussione magis attenditur mens, quam verba.*

20 *Dictio, però seu tamen, est limitatiua retento eodem themate, & includit solum quod determinat, excludendo omne aliud.*

21 *Agens ex promissione conditionali debet probare conditionis euentum.*

22 *Negligentia dicitur probata eo ipso, quod quis potuit aliquid facere, & non fecit.*

23 *Negligens dicitur, qui non vsus est remedijs opportunis.*

24 *Dies interpellat pro homine.*

25 *Denunciatio, & protestatio non est necessaria, vt fideiussor subsidiarius liberetur ob negligentiam creditoris.*

26 *Conditio potestatiua debet impleri, quam primum fieri potest.*

27 *Maior diligentia requiritur in re aliena.*

28 *Reuerentia non est adhibenda erga extraneum.*

29 *Negligentia vnius, alteri non debet obesse.*

30 *Negligentia non imputatur, cuius diligentia non est profutura.*

31 *Non præsumitur de præsenti in præteritum, vbi de contrario constat.*

32 *Præsumptio cedit veritati.*

Adsit Deus.

CVm D. Petrus fideiusserit pro Antonio de Corbizis in fauorem Dominici creditoris, adiecta huiusmodi conditione; *Dichiarando però, che detto Domenico sia tenuto prima valersi contro Francesco Zati*, qui erat alter debitor, seu correus debendi; Cumque non præcesserit excussio dicti Francisci; † videtur omnino dicendum, quod D. Petrus molestari non possit, nec obligatus sit dicto Dominico, vti non purificata dicta cõditione præambulæ excussionis, iuxta l. cedere diem, cum ibi not. ff. de verbor. sign. & in terminis tradunt Doctores per illum tex. in l. decem ff. de verbor. oblig. & in l. fi. ff. si cert. per. Cast. cons. 239. nu. 2 lib. 1. Rimin. Sen. cons. 448. num. 26. cũm seq. lib. 3. Sim. de Pret. cons. 57 num. 7. Matth. B. un. in cons. 8. num. 4. cum seq.

† Quinimo D. Petrus hodie liberatus remanet, cum dictus Frãciscus de Zatis fuerit effectus no soluendo pro-

ctasti-

crastinatione, & negligentia creditoris, quę sibi imputari debet, vt not. per illum tex. in l. si fideiussores in id. ff. de fideiuss. vbi gl. Castr. & alij communiter, qui dicunt huiusmodi fideiussores conditionales, & subsidiarios non teneri, si creditor fuit negligēs in exigēdo à principali debitore, qui postea fit effectus nō soluendo. ad idem gl. in l. si fideiussor creditori. ff eod. titu. & Doct. in l. fi. ff. si cert. pet. Cast. d. cons. 239. Rim. Sen. d. cons. 446. nu. 8. cum seq. & nu. 23. cum seq. Socin. cōs. 273. lib. 2. Ruin. cons. 45. lib. 5. & est communis opinio, vt testatur Grat. in cōs. 13. nu. 59. lib. 1. ad idem Iacob. Rim. in cons. 641. nu. 3. lib. 4. Matth. Brun. d. cons. 8. vbi in fine dicit, ita fuisse iudicatum. Rimi. iun. cons. 52. num. 64. lib. 1. Bursat. in cons. 224. nu. 27. lib. 2. & cons. 428. nu. 12. lib. 4. † Sicut in simili imputatur marito, si nomina debitorum in dotem data non exegit. l. si extraneus, cum ibi not. ff. de iur. dot. & per Bart. & alios in l. Maxia. ff. solut. matrim. & etiam tutori, † qui neglexit exigere nomina debitorum pupilli. Socin. cons. 2. lib. 1. Brun d. cons. 8. nu. 21. & per Caualc. post alios in tit. de tut. nu. 118. & † similiter hæredi grauato per fideicommissum, si ipse hæres negligēs fuerit in exactione debitorum hæreditariorum. Rimin. sen. cons. 122. & cons. 335. & Ror. Flor. secundum DD. 3. in mot. in causa de Antinoribus, & Altouitis de anno 1585. die 19. Ianuarij, & generaliter, quod fideiussor non sit obligatus, si creditor fuerit negligens, vel non fecerit id, quod præcedere debebat, ptobatur in l. stipulatus es. 45. ibi non enim id feci sti, quod in stipulatione cōueneras. ff. de fideiuss. & l. inter creditorē. ff. eod. tit. & Socin. d. cons. 273. nu. 3. vers. tertio principaliter. Ruin. d. cons. 45. Magon. decis. Florent. 30. num. 6. & 12.

Quibus stantibus, nō obstant fundamenta in contrarium allegata. Et primo, quod in casu nostro † non requiratur excussio, cum dictus Franciscus sit decoctus, & notoriè non soluendo, vt per DD. communiter, in d. l. decem. & Negus. de pign. 8. part. 1. memb. num. 14. cum alijs. 6

Quoniam hæc conclusio non applicatur in proposito casu: nam licet non requiratur excussio, tamen creditori imputandum est, cur eam non fecerit tempore debito, quo Franciscus erat soluendo, † cum huiusmodi negligentia in exigendo, nocere debeat creditori, non autem fideiussori subsidiario, vt dictum est per textum, & ibi glos. & Cast. in d. l. si fideiussores in id. ff. de fideiuss. & gl. in l. si fideiussor creditori. ff. eod. tit. & DD. in l. fi. ff. si cert. petatur, & ità limitat, & declarat Cast. in d. l decem. nu. 1. vers. & intelligē. ff. de verb. obligat. & ibidem Ias. num. 25. & Ruin. optimè in d. consil. 45. nu. 5. lib. 5 & Matt. Brun. Arimin. in d. cons. 8. nu. 2. & † hoc casu excussio, quæ postea fieret, nihil operati potest ad fauorem creditoris, cū per eum dicatur stetisse, quo minus exigeret, & obid conditio obligationis habeatur pro defecta, & resoluta, vt per Ruin. d. cons. 45. in fi. lib. 5. 7 8

Secundo non obstat, quod per Statutum Florentinum sit reiecta excussio, quoniam aliàs fuit responsum, † quod tale statutum intelligitur de excussione legali, non autem de conuentionali, vt declarat Cast. in d. cons. 239. nu. 2. & Rom. cōs. 241. nu. 5. in fi. & Pract. Saluet. super dicto statuto, & Rot. Florēt. in Mot. lib. 40. pag. 740. & 9

pro-

propterea licet excussio nõ esset requisita respectu Antonij, stante dicto statuto, tamen necessaria erat, respectu Francisci, ob supradictum pactum. Et
10 hinc est, † quod fideiussor indemnitatis, & subsidiarius non tenetur, antequam conueniatur principalis, etiam si renunciauerit beneficio de fideiussoribus, ea ratione, quia natura talis obligationis hoc importat, vt illud præcedat, & sic magis in vim conuentionis, quam legalis excussionis, ita not. Bart. in l. 1. num. 1. & 2. C. de conuent. fisci debet. lib. 10. & Rom. cons. 211. num. 2. & consil. 241. num. 6. & Marsil. post alios in rubric. de fideiuss. num. 23.

Tertio non obstat, quod dicitur huiusmodi negligẽtiam imputari solum fideiussori indemnitatis, & obligato in subsidium, secus autem in simpliciter obligato, cum beneficio tamẽ excussionis, prout dicitur esse casus noster, quasi voluerit D. Petrus solum recedere à statuto reijciẽte excussionem, & redire ad ius commune Autenticorum, quo requirebatur excussio. Auth. præsente. C. de fideiuss. & sic nõ debeat esse liberatus, dato quod debitor principalis sit effectus nõ soluendo, & nomẽ debitoris assignatum remanserit inane, iuxta text. cum ibi not. in l. si fideiussor creditori. ff. de fi-
11 deiuss. licet enim † de iure communi fideiussor videatur obligatus in subsidium ob beneficiũ excussionis d. Authen. præsente, tamen non imputatur creditori, si debitor fuerit effectus nõ soluendo, quia indistinctè potest conuenire fideiussorem, dict. l. fideiussor creditori, & ibi DD. & Anton. Gomez. variar. resolut. lib. 2. tit. de fideiuss. num. 9. vt latius ex aduerso deducitur.

Quoniam pro resolutione est con-
12 siderandum, † quod differentia est, an quis obligatus sit in subsidiũ prouisione legis, vel facto hominis. Primo enim casu vera est conclusio contraria. Secundo autem casu procedit fundamentum, quod imputetur creditori, & ratio differentiæ est, quia
13 † mitius agitur cum lege, quam cum homine l. filio, vbi glos. & Doct. ff. vt
14 leg. nom. cau. † & quia lex suum non autem tibi tuum denegat auxilium, glos. in l. assiduis. C. qui potior in pig. habe. & ideo beneficium excussionis, quod datur à lege, non debet esse tam damnosum creditori, nec tam vtile fideiussori, sicut beneficium excussionis, quod habet fideiussor subsidiarius ex expressa conuentione, vt declarat Alciat. in d. l. fin. nu. 16. ff. si cert. pet.

Præterea, & secundo excussio de iure communi non est causa dandæ, vel
15 concedendæ actionis, quia † licet fideiussor habeat beneficium excussionis, dicitur tamen potè obligatus, & ideo tenetur, nisi opponat de excussione Cast. d. l. fi. ff. si cert. pet. sed. quando ex pacto quis se obligat in subsidium, & dummodo præcedat excussio alterius, vt in casu nostro, tunc excussio est causa dandæ actionis, tanquam implementum conditionis, quoniam promissio censetur conditionalis, si præcedat excussio, nec potest oriri actio, nisi purificata conditione, d. l. cedere diem. ff. de verbor. signif. Rimin. Sen.
16 d. cons. 448. num. 26. ideo † hoc casu, etiam si sit renunciatũ beneficio Auth. præsente C. de fideiuss. adhuc requiritur excussio, tanquam implementum conditionis, vt supra dictũ est ex Marsil. post alios in d. rub. de fideiuss. nu. 23. & declarat. Ant. Gomez. d. tit. de fideiuss. num. 3. meritò non potest de

vno casu inferri ad alium, cum inter eos sit diuersa ratio. Primo enim casu non potest imputari negligentia creditori, cum habeat principalem, & fideiussorem pariter obligatos, & sciat ius suum durare, quoad fideiussorem; licet principalis efficiatur non soluendo. Secundo autem casu sibi est im-
17 putandum † cum non habeat fideiussorem obligatum, nisi cõditionaliter, casu quo principalis nõ soluat, vel non sit soluendo, cessante omni culpa, & negligentia ipsius creditoris. d.l.si fideiussores in id, & ibi declarat Castr. ff. de fideiuss. vt in specie distinguendo declarant Ruin. de consil. 45. nu. 5. vers. nec obstat. lib. 5. & Ant. Gomez. d. tit. de fideiuss. nu. 3. & num. 9.

Nec potest in proposito dubitari, quod D. Petrus in subsidium, & conditionaliter promiserit, vt patet ex eius limitata subscriptione, dum declarauit se velle obligatum esse, cum hoc quod creditor prius se valeret cõtra Franciscum, ergo in subsidiũ, quatenus ab eo se valere nõ possit, & conditionaliter, ita demum si talis excussio præcederet, licet enim non dixerit, si ille non soluerit, vel quanto minus soluerit, nec promiserit indemnitatẽ, de quibus verbis habetur in d.l.si. ff. si cert. pet. & in l. decem. ff. de verb oblig. & in d.l. fideiussores ff. de fideiuss. & in l. 1. C. de decur. lib. 10. cũ simul, tamen idem important in effectu verba per eum prolata: imò multo plus, quia declarauit expressè, quod volebat præcedere dictam excussionem, quod quidem sonat in expressam conditionẽ, de cuius natura est, vt actum præcedat, vt not. in rubr. ff. de cond. & demonstr. Ponderãda est enim illa dictio prius, quæ excludit natiuitatem obligationis ante factam excussionem
18 † cum primum dicatur, quod ante se nihil habet. §. reliqua in prohemio, Digestorum. & cum habeamus effectum, non est iurandum de verbis. l. 3.
19 C. de inst. & substitut. quia † in fideiussione etiam sicut in alijs contractibus mens promittentis magis, quam verba attenduntur. Alex. cons. 34. nu. 3. lib. 2. & ideo DD. superius allegati non faciunt vim in verbis dd. legum, cum sufficiant æquipollentia, ex quibus colligi possit, quod fideiussor cõditionaliter promiserit, vel quod simpliciter non fideiusserit, vt per Castr. d. cons. 239. Ruin. d. cons. 45. Socin. cons. 273. lib. 2. Gomez d. tit. de fideiuss. num. 9.

Nec obstat, quod illa verba, *Dichiarando però, che sia prima tenuto*, &c. respicere videantur executionem, non autem suspendant substantiam obligationis, quoniam cum veniãt aduersatiuè ad præcedẽtia verba de ipsa obligatione loquentia, verius est, quod limitent, & suspendant ipsam obligationem, non executionem tantũ, quia
20 illa dictio *però* † (quę idem ibi significat, quod tamẽ) est limitatiua, & restrictiua, retento eodem themate l. ita tamen. ff. ad Trebell. Grau. consil. 25. nu. 26. Ruin. cons. 1. num. 12. lib 4. & aduersatur præcedentibus in totum, adeò vt includat solum id, quod determinat, & omne aliud excludat. Ruin. cons. 41. nu 8. lib. 2. Rimin. iun. cons. 322. nu 10. lib. 3. maximè stante illa dictione prima, quę vt dictum est, denotat conditionem, & excludit omnem obligationem ante implementum ipsius.

Non obstat quarta obiectio, quod non videatur probata negligentia, vel saltem tanti temporis, quæ sufficiat.

Quo-

Quoniam respondetur, quod cum obligatio Petri fuerit conditionalis, vt dictum est, debet pars aduersa probare diligentiam, & sic quod procurauerit exigere quantũ per se fieri poterat, & non potuerit id cõsequi: nam
21 † agens vigore conditionalis promissionis, debet probare ipsius conditionis euentum. l. ex his. C. quando dies legat. ced. l. eum qui. ff. ad Trebell. Alciat. cons. 37. num. 13. lib. 9. Mascard. post alios in concluſ. 343. nu. 4. lib. 1. & in terminis tradunt Cist. in d. cons. 239. nu. 2. in fi. vers. debent ergo lib. 1. & Bursat. in d. cons. 428. num. 6. lib. 4.

Secundo respõderur, quod in proposito casu per nos etiam probata fuit negligentia, quia decursi fuerunt duo menses à die purificationis, obligationis dicti Franciſci, vsque ad diem arreptæ fugæ, intra quod tempus dictus Franciſc. erat soluendo, & soluit multas pecuniarum quantitates alijs creditoribus, etiam absque iudiciali controuersia, & ita etiam soluisset parti adiectæ, si procurasset exactionẽ, maximè, quia dicto tempore, d. Frãciscus in ludo sponsiorum habebat multas pecunias præ manibus, & ne perderet bonum nomẽ, & existimationem, in qua tunc erat, non denegasset solutionem mediocris summæ, & si denegasset, potuisset facilè compelli remedijs opportunis, cum ambo essent in hac ciuitate, & tamen rem ita neglexit, vt nulla interpellatione iudiciali, vel requisitione extra iudiciali vsus
22 fuerit. probato enim, † quod quis potuit aliquid facere, & non fecit, dicitur probata negligentia. Barr. cons. 102. nu. 1. Ruin. cons. 12. nu. 8. lib. 5. & in d. cons. 45. nu. 5. eod. lib. 5. Crau. cõs. 132. nu. 4. Mascat. cõcl. 1088. nu. 5.
23 & † qui potuit vti remedijs opportunis, & nõ est vsus, dicitur fuisse negligens, & in terminis latè per Socin. d. cõs. 273. nu. 6. Mascar. ibi d. nu. 6. quæ procedunt etiam si tempus non fuerit præfixum ad aliquid faciendum, quia satis est, quod data occasione faciendi, id fuerit prætermissum, vt colligitur ex Bart. in d. cons. 102. num. 1. & hæc maximè in casu nostro, quia debitum ipsius Franciſci erat liquidum, & habebat executionem paratã vigore statuti, & sic facilis erat exactio, nam obligatus ad factum etiã sine limitatione temporis dicitur negligens, & morosus, per lapsum temporis, intra quod actum commodè facere potuit, & non fecit, quia subintelligitur hæc dies ta-
24 cita à lege, † quæ interpellat pro homine l. continuus. §. item qui insulam. ff. de ver. oblig. & DD. in l. si insulam. ff. de verb. oblig. vbi Ias. nu. 3. & Rip.
25 nu. 6 † non enim est necessariũ, quod huiusmodi fideiussor subsidiarius denũciet, vel protestetur creditori, quod exigat à principali, vel alio debitore, quia etiam absque huiusmodi requisitione præcedenti, talis fideiussor liberatus censetur, vt in terminis dicũt, & pro claro supponũt. Castr. & Doct. in d. l. si fideiussores, in id, per illum textum, simpliciter loquẽtem. ff. de fideiuss. & in l decem stipulatus, eo. tit. & Gomez, vbi supra num. 9. & Ruin. d. cõs. 45. nu. 5. vers. nec ex eo. lib. 5. licet talis requisitio necessaria sit in simplici fideiussore, vt ibi per Gomez.

Confirmantur prædicta, quia conditio obligationis D. Petri erat potestatiua: nam excutere Franciscum de Zatis pẽdebat à mera potestate credi-
26 toris, † ideo debebat impleri per eũ, quã primum fieri poterat. iux. text. in l. hæc cõditio, la picc. ff. de cond. & demonst. qui text. generaliter loquitur,

& procedit etiam in conditione potestatiua adiecta in contractibus, vt per Imol. in d.l.hæc conditio. nu.1. & in his terminis tradit Alciat. in d. l. fin. nu 17 ff.si cert. petatur, & maxime in casu nostro, quia similes mercatores sunt in continuo periculo, & in diem labi possunt, & ideo quam primum ab illis exigendum est: quia semper nocuit differre paratis, vt meritò p DD. sex. Curiæ mercantiæ quandoque fuerit inculpata negligẽtia minoris temporis, cum in his personis maior diligentia sit adhibenda, pro quibus facit
27 etiam, quod vbi † agitur de interesse, & præiudicio alterius, maior diligentia requiritur, vt est text. in l. in re
28 mandata. C. mãdat. † & vrbanitas, & reuerentia non est adhibenda contra extraneum ad not. in l. si extraneus. ff. de iur. dot. Bart. & Doct. in l. Mæuia.
29 ff. sol. matr. † & negligẽtia vnius non debet alteri præiudicare. l. tem hæreditariam. ff. de euict. Crau. in resp. pro genere nu. 91. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 182. num. 49 & hæc magis procedunt in casu nostro, cum aduersarius passus sit, periclitari duos debitores sibi obligatos videlicet Antoniũ de Corbizis, & Franciscum de Zatis, à quibus sine dubio fuisset satisfactus, si aliquam, etiam paruam diligentiam adhibuisset, ideo maior eius negligentia arguitur.

Non obstat prædictis Magon. decis. Florent. 38. repet. in decis. 45. quia loquitur in simplici fideiussore indemnitatis, cui obstabat secundum eũ generalis omnium iurium, & exceptionum renunciatio, hic autem sumus in fideiussore conditionali, ex pacto expresso, qui obligatus esse nequit ante conditionis euentum. l. qui hæredi in fi. vbi Bart. & Soci. ff. de condit. & demonstr. Paris. cons. 19. nu. 45. cũ seqq. lib. 2. Præterea, ibi debitor principalis nouis fideiussoribus, & pignoribus consuluerat indemnitati fideiussoris, quæ securitas secundũ Magon. ibi nu. 16. habebat vim cuiusdã præambulæ excussionis ad fauorẽ fideiussoris nimirũ si fideiussor eo casu potuit cõuenire, cum non ageretur de suo dãno, sed solũ de exceptione ordinis, reiecta per statutũ secundum Magon. quãuis hoc non ita facile sit admittendum, qui tñ Magon. vt dictũ est supra in fideiussore conditionali, & subsidiario, fateatur necessarium esse conditionis euentum, vt fideiussor cõuenire possit, vt per eum in d. decis. Flor. 30. nu. 6. & 12. per l. stipulatus es. ff. de fideiuss. & Socin. d. consil. 273. num. 3.

Non obstat postremò decisio illa DD. trium in causa Auerani de emporio nouiter producta; quoniam facilè respondetur, quod in eo casu debitum Soderini non erat liquidum, nec exequibile, vt in casu nostro, sed requirebat sententiam, sicut fuit diutius litigatum. præterea, & secundo, ibi non apparebat, quod Soderinus tempore contracti debiti, & post eius obligationem, quandoque fuerit soluendo, quinimo appatebat cõtrarium cum semper descriptus extitetit in libris tactus, nec soluerit sua debita, & esset rixosus, ideo non poterat Auera-
30 nus † dici negligens in illo casu, cum eius diligentia non esset profutura. l. si alius. §. est, & alia. ff. quod vi, aut clã. Paris. consil. 24. num. 12. lib. 1. Crauet. consil. 83. nu. 5. & haberur in dictis motiuis; & licet Frãciscus de Zatis hodie appareat decoctus, & nõ soluendo, non tamen † est inferendum,
31 quod etiam in præteritum nõ soluendo fuerit ad Salycet. in l. ex persona.

C do

C. de probat. quia in casu nostro constat de contrario, ex attestationibus plurium Mercatorum, & ex libris ipsius Francisci, ideo cessat huiusmodi præsumptio, vt in specie respondet.

32 Ruin. in d. cons. 45. nu. 7. lib. 5. † præsumptio enim semper cedit veritati. l. si nuptura in fin. vbi glo. ff. de iur. dot. Arretin. cons. 38. num. 2. vers. secundo respondeo Deci. cõs. 400. nu. 8. Neuiz. cons. 81. num. 24. ex quibus concludo ad fauorem D. Petri saluo, &c.

Et ita fuit iudicatum per duas conformes videlicet per excellẽtissimum D. Lactantium Benuceium Senẽsem, & per Excell. D. Galuanum Castaldũ, seu Excell. D. Alexandrum de Rinaldis Perusinum, vt in eius decisione de Mense Augusti 1590.

Ioannes Bonsius I. C. Eques, ac Senator Florentinus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor ob delictum commissum per debitorem nulla præambula mora liberatur.*

Maleficio, & delicto.

CAP. XXIV.

1 VIgesimoquarto, † ob delictum commissum per debitorẽ mora non præcedente liberatur fideiussor, puta, si est contrauenium Edicto Diui Adriani. l. si quis in tantam C. vnde vi l. extar. ff. de eo, quod met. causa l. pen. ff. ad l. Iul. de vi public. vt diximus in hac secunda part. sect 9. c. 3.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio de iudicio sisti lata sententia expirat.*

Tract. de Fideiussoribus.

Lata sententia cautio de stando iuri expirat.

CAP. XXV.

1 VIgesimoquinto, † fideiussor de iudicio sisti lata sententia liberatur, nec post tenetur vlterius. Alex. in l. cũ pro quo. nu. 4. ff. de in ius voc. omnes in l. græce. in §. & post. ff. eod. Socin. cons. 91. lib. 4. & egimus de hoc fusius supra in prima part. in prælud. 1 sectio. 2. c. 1. num. 55. & infra hac eadem sect. cap. 31.

SVMMARIVM.

1 *Mutatione iudicis cautio de stando iuri resoluitur.*

Iudicis mutatione fideiussio de iudicio sisti euanescit.

CAP. XXVI.

1 VIgesimosexto, † quando fideiussor aut principalis coram alio iudice conueniuntur: & diuerso ab eo, coram quo fuit præstita fideiussio de iudicio sisti: tunc talis fideiussio resoluitur Marsil. rubr. ce. q. 7. Gabr. de fidei. concl. 4. & latè per nos id explicatum fuit in 1. par. in præludijs in 2. sect. sub c. 1. nu. 80. cum num. seqq. & infra hac eadem sect. c. 50.

SVMMARIVM.

1 *Mutatione rerum, & status, & conditionis personarum fideiussio expirat: & maximè quando mutatio sortitur effectum suum ante fideiussoris moram.*

2 *Mora (cum in delictum sonet) impedit fideiussoris liberationem.*

3 *Quælibet dispositio de mundo intelligi-*

tur, rebus sic stantibus, etiam quod sit iurata.

4 *Fideiussio de repræsentando intelligitur, rebus sic stantibus.*

5 *Pater si pro filio fideiussit, filio sui iuris effecto, liberatur.*

Mutatione status rerum, & personarum fideiussio finitur.

CAP. XXVII.

1 VIgesimoseptimo,† fideiussio deest rerum, & personarum mutatione. Marsil.in rubr.co.q.12.num. 110. Ceph.cons.187.num.9. vol.2.& cons.331.num.9.vol.3.Tessaur.decis. Pedam.202.nu.11.& maxime quando ante moram fideiussoris principalis statum mutasset: secus si mutatio status prouenit post dicti fideiussoris
2 moram: † quia tũc mutatio status rerum,& personarum propter moram, quæ delictum est, non liberat fideiussorem. Bald. cons.435. promittens se facturum in princ. lib.2. & cons.315. factum tale.lib.4 Abb. cons.90. circa
3 principium lib. 1. & ratio est, † quia quælibet fideiussio, vt etiam omnis dispositio de mundo intelligitur, rebus sic stantibus, & aliquo non superueniẽte de nouo. l.fi.in fi. ff.ad municip. & de incol. l.cum quis. ff.de solut. gl. in c. quemadmodum de iureiur. c.2. vbi glos.1.& ibi Abb.nu 8.de renunc. ad saturitatem Tiraq. in l.si vnquam in pra fati. num.166. C.de reuoc. donat.vbi num.167.dicit hoc esse perpetuum in omnibus actibus, & dispositionibus. Ceph.d.cons.187.nu.1.vol. 2. qui addit hoc etiam procedere in dispositione iurata.

4 Hinc fit, † quod fideiussor de repræsentando intelligitur, reb.sic stantibus Ceph.d.cons.187.nu.1.cũ seqq. & cons.331.nu.7.vol.2. qui ait, quod fideiussio extinguitur, si fiat aliqua mutatio super principali.

5 Hinc etiam fit, † quod fideiussio, qua pater tenetur pro filio expirat, quando filius est effectus sui iuris, & ratio est: quia quando principalis mutat conditionem, fideiussor liberatur. Ceph.d.cons.187.nu.8. Marsd.tubr. co.q.12. num.110.

SVMMARIVM.

1 *Mutatione, status, gradus, & conditionis principalis debitoris: puta, quia de laico efficiatur clericus, resoluitur fideiussio.*

2 *Reus principalis, si de vno foro transeat in alium, eius fideiussores liberantur.*

3 *Debitor principalis capite diminutus, bonisque eius publicatis, fideiussores quos de iudicio sisti & iudicatum soluendo præstitit à fideiussionis vinculo amplius ligatos non habet.*

4 *Idem est in fideiussore ad fauorem, & apud fiscum præstito.*

Mutatione, status, conditionis, & professionis debitoris principalis resoluitur fideiussoria obligatio.

CAP. XXVIII.

1 SI contingat, quod reus principalis de laico efficiatur clericus, mutetque statum, gradum, & conditionem,
2 † & sic de vno foro transeat in alium, fideiussores de iudicio sisti dati liberãtur.c.1.de cler.cõiug.lib.6.c.tuam, de ord. cog. l.si filiusfam. & ibi Bald. de tut.& ratiõ. distrab. Marsi.rub. de fid. nu.110.Card. in clem.1. q.9. de cens. Bosi.in prax.crim. de carcer.fid. commit.nu.42. Valent. Franc.in suo tract. de fideiuss.c.6.num.155.

Idem

3 † Idem in debitore capite diminuto, bonisq; eius publicatis, nam si dedit fideiussorem de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, talis fideiussor ex dictis capitis diminutione, & bonorũ publicatione omninò liberatus venit. l. si decesserit. ff. qui satisd. cog. l. sed, & si quis, in princ. ff. si quis cautionibus. & l. si reo. ff. qui satisd. cog.

4 Eodẽ modo dicendum est, de fideiussore; qui apud fiscum pro Titio in aliqua causa pro aliqua quantitate fideiussit, bonis Titij per sententiam in fiscum publicatis: nam stantibus præmissis dictũ fideiussorem liberari volunt l. in fraudem. §. si principalis. ff. de iur. fisc. gl. in l. 1. & in l. si vacantia. C. de bo. vac. lib. 10. Bart. & alij in l. 1. ff. de iur. fisc. Cum. cõs. 82. Marsil. rub. co. n. 346. Val. Prãc. de fid. c 6. nu. 158.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio sine scriptura contracta elapsis duobus, quatuor, vel sex mensibus expirat: aliàs est perpetua, sicum scriptura facta sit.*

2 *Dummodo per partes non sit cõtrarium cõuentũ, quod vlterius progrediatur.*

3 *Vt etiam, quando fideiussio est facta respectu iudicis, vel partis.*

4 *Idem, quando per fideiussionem tangitur interesse, ac bonum publicum.*

5 *Vt pariter in cautione de iudicio sisti, qua sententia absolutoria lata expirat, vt etiam peremptа instantia per lapsum triennij.*

Fideiussio sine scriptura elapsis duobus, quatuor, vel sex mensibus expirat: aliàs, est perpetua.

CAP. XXIX.

1 VIgesimonono, † quãdo fideiussor promittit occasione litis aliquem in iudicio sistere, vel eum aliàs quomodocunque repræsentare, & tali obligationi non est præfixus terminus: sed simpliciter concepta est, & huiusmodi promissio fuerit contracta sine scriptura, tunc si fideiussor sistere in iudicio, vel repræsentare reum negligit intra duos menses liberatur, iuxta dispositionem text. in l. si fideiussor. C. de fideiuss. licet secundũ Bar. ibi, in summario dicatur, quod intra quatuor menses liberatio contingat. Marsil. in rub. eo. q. 15. nu. 141. vers. teneas tamen menti vnum. Secus verò est, quando promissio, & fideiussio est facta cum scriptura: nam talis fideiussio præsumitur perpetua. d. l. si fideiussor, & quoad incursum pœnæ, & mορę purgationem dicitur expirare elapsis sex mẽsibus. l. sancimus. C. de fideiusso. Marsil. d. q. 15. num. 141. & diximus supra in prælud. in 1. part. cap. 3. sectio. 2. num. 68. vers. ic. septimo euaneſcit.

2 Limit. primo, † quando aliter per partes expresso pacto conuentum fuerit. d. l. si fideiussor ibi, nisi in certum tempus. vbi Bart. in vers. dic tria verba, quandoque quis promittit.

3 Limit. secundo, † quando promissio de repræsentando, est facta non respectu litis, sed iudicis, vel partis, nam tunc promissio perpetua est. Bald. in l. 1. in §. fin. in lectura antiqua. ff. qui satisd. cogan.

Cæterum hæc limitatio displicet. Alex. in add. ad Bart. in d. l. si fideiussor. in add. in littera C, vbi vult istam limitationem non esse verã, inquiens, quod text. allegatus à Bald. in d. l. 1. in §. fin. nempè. l. si quis vxori. in §. si fugitiuum. ff. de furt. non probat id, ad quod allegatur: imò secundum Bart. ibidem potius probat contrarium.

4 Lim. tertio, † quando quis spopondit aliquem in iudicio sistere, vel eum simpliciter repręsentare in causam publicam: tunc enim obligatio huiusmodi perpetua est, d. l. si fideiussor. vers. sin autem in publica causa. C. eo. vbi glo. in versic. pro scriptura.

5 Limit. quarto, † quando quis promisit exhibere, repræsentare, ac in iudicio sistere, quia talis promissio cum occasione litis fiat, vel lata sententia absolutoria expirat. l. Græcè. in §. & post litem. ff. eo. latè posuimus supra in 1. par. sect. 2. c. 1. nu. 57. in prælud. vel peremptа instantia per lapsum triennij. iuxta l. properandum. C. de iud. alia vide in cap. 16. supra hac ead. sect.

SVMMARIVM.

2 *Contractus, quando rescinditur lege sic dicente, tunc fideiussor. in nullo tenetur: secus verò si rescissio contingat ex iuris specialis dispositione, & num. 2.*

3 *Magis lex subuenit venienti per viam ordinariam, quam per viam extraordinariam, & de iure speciali.*

4 *Accessorium tenet, quando principale tollitur aliquo iure speciali.*

Fideiussio resoluitur rescisso contractu ex dispositione iuris: secus si rescissio sequatur de iure speciali.

CAP. XXX.

1 TRigesimo, † si contingat, quod rescissio contractus fiat ex iuris communis ordinatione, tali casu fideiussor constitutus, ad nihilum tene-
2 tur: † secus verò est, si occurrat, quod rescissio contractus sequatur secundum iuris specialis dispositionem. l. 2. in fin. C. de fid. min. l. 1. vbi Alberi. & Cast. C. d. tit. Patis. cons. 16. à num. 110. vsque ad numerum 118. vol. 2. Quod autem si rescissio fiat de iure communi fideiussio non teneat, est tex. in d. l. 2. C. de fideiuss. min. vt hæc omnia refert, & sequitur Vincent. de
3 Fran. decis. 247. nu. 2. par. 2. † Alicui enim magis succurritur, per viam ordinariam, & de iure communi, quam per viam extraordinariam, & de iure speciali, vulgata, l. in causæ. ff. de min.
4 † & accessorium tenet, quando principale tollitur aliquo iure speciali. l. fin. in §. Lucius. ff. de cond. & demonstra. Fely. in c. olim col pen. nu. 4 versic. in glo. 3. de accusat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iudicis definitiua, resoluitur fideiussio.*

2 *Idem dic in laudo, per arbitrum lato.*

3 *Sententia, & laudo, nouatio necessaria inducitur.*

4 *Et maximè, quando sententia, & laudum sunt debitoris principalis absolutoria: secus si condemnatoria.*

5 *Sententia fideiussio finitur, non tantum in ciuilibus, verum etiam in criminalibus.*

6 *Sententia lata super cautione de iudicio sisti, fideiussio terminatur.*

7 *Sententia, quando dicitur nulla, & postea confirmatur, vel agitur per viam restitutionis in integrum, tunc fideiussio non finitur, sed durat.*

8 *Idem in fideiussione de re sequestrata exhibenda, quæ sententia non finitur, sed durat, donec lis finitur, etiam in causa appellationis.*

9 *Litis contestatione, fideiussio non finitur, nec fideiussores, aliter liberantur.*

10 *Nisi essemus in fideiussione indemnitatis.*

Sen-

Sententia iudicis diffinitiua.

CAP. XXXI.

1 REgulariter, † sententia iudicis diffinitiua reddituæ fideiussio l. creditor, in princ. ff. de appellat. Marsil. rub. eo. num. 212. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 6. num. 133. cum seqq. &
2 quod dictum est in sententia, idem est in laudo per arbitrum lato. Bald. consil. 62. lib. 2. Ang. consil. 78. Deci. consil. 400. colum. fi. Menoch. consil. 211. num. 35. cum seqq. lib. 3. & ratio est quare sententia iudicis, & laudo
3 arbitri finiatur fideiussio, † quia per sententiam, & laudum inducitur novatio necessaria glo. in l. 1. C. de iud. & est tex. in l. Iulianus. 60. in princ. ff. de cond. indeb. & maximè quando sen-
4 tentia, † vel laudum sunt debitoris principalis absolutoria secus si condemnatoria. Ant. Hering. de fideiuss. c. 20. §. 19. num. 4. & 5.

5 Ampl. hæc vera † non tantum in ciuilibus: verum etiam in criminalibus. Cremon. sing. 11. Thob. Non. cons. 103. num. 4. Hondad. cons. 111. num. 30. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 6. num. 135.

Ampl. idem est in omni sententia,
6 † & præcipuè in sententia lata super cautione de iudicio sisti: nam & ista lata sententia expirat hic, & ibi §. & post litem. ff. eo. & de hoc latè diximus supra in prima par. sect. 2. c. 1. num 57. in prælud. & hæc ead. sect. c. 25. Ant. Hering. d. tract. de fid. c. 20. §. 19. num. 9.

Ampl. 3. hæc vera simpliciter, & indistinctè: secus verò est quando
7 dicitur nulla, & postea confirmatur: vel agitur per viâ restitutionis in integrum: nam tali casu fideiussio dumc. Tessaur. dec. 204. num. 17.

8 Adde idem † esse in fideiussione de re sequestrata exhibenda, quæ durat donec lis finitur, etiam in causa appellationis. Curt. de sequest. nu. 56. vers. 2. alio modo, & nu. 57. & q. 14. nu. 65. Rebuff. de sequest. art. 7. glo. vnica ad fi. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 3. num. 84. & 85.

9 Sed † quid de litis contestatione? Dic per eam fideiussionem non finiri, nec fideiussores liberari. l. reos, & l. fin. C. de fid. l. item. §. fi. ff de constit.
10 pecun. nisi simus in † fideiussore indemnitatis, quem per litis contestationem liberari habetur in l. fin. versic. sed, & si. ff. de rebus cred. l. 2. C. si mar. indemnit. promiss. l. delegare, ff. de novat. Bartol. Castr. & Iaf. in l. decem. ff. de verb. ob. Anton. Hering. de fid. c. 20. nu. 19. num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussores primi per dationem secundorum regulariter, non liberantur.*

2 *Hæc conclusio sex modis declaratur, & quatuor limitatur.*

Datione noui, & secundi fideiussoris, an, & quando veniat liberatus primus.

CAP. XXXII.

1 TRigesimo secundo, † dubitant scribentes, an receptione noui & secundi fideiussoris primus veniat liberatus? Communis est opinio, primos fideiussores per dationem secundorum non liberari. Bar. in l. Valerianus, in fin. q. nu. 5. vbi addentes in vltima additione. ff. de præt. stipul. Bal. in l. rescripto, §. si pacto. col. fi. nu. 11. & 12 ff. de pact. & benè cons. 500. casus talis est, nu. 1. vers. subtiliter, li. 5. Rom. consil. 121. num. 1. Socin Sen.

con-

consil.18.profequendo nu.14.part.1. Alex.in l.4. in §.si ex conuentione nu. 8.ff.de re iud. Rip. in l.si se non obtulit. §. si ex conuentione nu.6. ff.d. tit. de re iud. Hieron. Gabr. qui hunc articulum distinguendo resoluit, & determinat consil.170.num.2.cum seqq. vol.2. Mascard.de probat.cõcl.1107. nu.15. par.2. Menoch. de præsumpt. præsumpt.134.num.12.lib.3.part.1. Surd. consil.385. nu.4. lib.3. Foller.in sua prax. censuat. §. vt vides versi. quę quidem exceptio. null. falsi. num. 42. dum vnanimiter firmant, quod per secundos fideiussores datos regulariter non tolluntur primi, sed omnes veniunt ampliatiuè, & cumulatiuè obligati.

2 Declara tamen, † & intellige hoc verum in fideiussione de iudicio sisti, & de reptęsentando, in qua per dationem secundorum fideiussorum non veniunt liberati primi. Bar. in d.l. Valerianus num.5. & ratio est, quia fideiussio de iudicio sisti, prętoria, & iudicialis est. l.1. §. iudicialis ff. de prætor. stip. Bal. in l. qui crimen. num.10. C. qui accus. non possunt. Surd. consil. 390. nu.4. & certum est, quod in stipulatione prętoria, nouatio non cadit. Bart. in d.l. Valerianus. nu.3. vbi etiã notant omnes nuncupatim. Menoch. de præsump. præsump.134.nu.4.

Declara secundo, vt firmata superius procedant, quando in secunda obligatione non fit mentio de prima; nam tali casu primi fideiussores per dationem secundorum non veniunt liberati ea potissimum ratione, quia ad inducendam nouationem requiritur necessario, quod fiat repetitio primæ obligationis. Bart. in d.l. Valerianus. nu.5. Petrus Cabal. consil.18. nu.1. qui dicit hoc verum, etiam quod in dationę nouorum fideiussorum interueniat noua principalis debitoris obligatio, & etiam cum interuentu nouarum personarum, vbi ibidem num.4.

Tertio hoc sibi locum vendicare dicas, etiam quod interueniat noua persona, modo talis persona sit adhibita, ad hoc, vt magis cautus sit creditor, vt est in fideiussore. Bart. in l.4. in §. si ex conuentione, num.3. vbi Alex. nu.8. ff. de re iud. quod secus esse firmant in alia persona ad cautelam creditoris non adhibita.

Quarto exẽplifica præmissa, quando omnes, tam primi, quam secundi intercessores, vt plures rei debendi se obligarunt, nam etiam tali casu per dationem secundorum, primi non veniunt liberati. Alex. in d. § nu.8.

Intellige, & quinto præmissa, quãdo est specificatum secundos fideiussores succedere in locum priorũ, nam etiam tunc primi per receptionem secundorum, non eximuntur à fideiussione per eos præstita. Alexan. in d § num.8.

Declara sexto, quando secundi fideiussores se obligarunt sub alia, & diuersa conditione, & forma, quam quod fecerint primi, nam etiam in tali casu datio secundorum non eximit à fideiussione primos, ita Surd. d. consil.385. bene Hieron. Gabr. d. consil.170. nu.3.

Lim. primo, istam conclusionem, quando prima obligatio est alterata, & nouata per secundam; & sic quando est inducta nouatio, & noui fideiussores dati, quod est, quando forma primæ obligationis immutata per secundam in substantialibus reperitur, tunc fideiussores primi censentur liberati, saltem ope exceptionis. Bart. in d.l. Valerianus. nu.5. Alex. in d.l.4.

in

in d.§.si ex conuentione. nu.8.ff.de re iud. Bald.d.cons. 500. casus talis.nu. 1.versic.salubriter lib.5. Petr. Cabal. cons.18.nu.3.& 5 Foller.in d.§ prax. cens. d. §.vt vides, vers. quæ quidem exceptio.nu.42.vbi docet. quod quando nihil releuans additur primæ obligationi per secundam, tunc illud additum non facit desinere rem, esse talem licet eam faciat maioris efficaciæ, & potentiæ: & subdit, quod tunc additum dispositioni, facit rem transire in aliam speciem quando super additum, est diuersæ formæ, vel veterem formam immutat; & quia facit rem differre specie, & non esse, nec censeri talem qualis erat, vel remanente prima dispositione, aliud addit ita, quod dicantur duæ essentiæ.

Limit. secundo, quando in secunda obligatione fit mentio de prima: nam cum tũc inducatur nouatio primi fideiussores liberati veniunt. Bart.in d. l. Valerianus sub nu.5. diximus supra in secunda declararione. Caball.d.cõsil. 18. num. 6. qui dicit hoc verum etiam quod de principali obligatione, non sit facta mentio.

Limit. tertio, quando in secunda obligatione interuenerunt nouę personæ, & maxime quando non sunt fideiussores, & ad cautelam adhibitæ. Bart. in d.l.4. in §. si ex conuentione. nu.3. vbi Alex.nu.8.& diximus supra cas.4 in fin.

Limit. quarto, quando secundi fideiussores, se obligauerunt contemplatione priorum, nam cum tunc inter eos cadant beneficia cedendarum, & diuisionis, primi per secundos non veniunt liberati: alias secus. Negusan. de pign. in 3. memb. 5. partis principalis, nu.36.versic.sed quando è conuerso. Vincent. de Franc. decis. 55. nu.10.& resoluit.Rot.Florent.16.Ianuarij 1605.ex lib motiu.88.fol.84.

Multa alia posuimus supra in hac eadem sectione cap. 4. quæ multum conferunt ad præmissa.

Vnum tamen non omitto dicere, quod fideiussoris primi obligatio nõ dicitur alterata ex deputatione, ac datione solita, & consueta, secundi fideiussoris. Corn.consil.281.num.1.& 6. vol. 3. Beroi. consil.140. num. 20. & 21. volum.1. Burlat.cons.193. num. 48. volum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatione, & noua obligatione expirat fideiussio, quando est ad certum tempus facta, & limitata, vbi hoc dictum exemplo demonstratur, comprobaturque.*

2 *Prorogatio tantum operatur inter prorogantes, & partes: fideiussoribus autem uti tertijs non consentientibus non nocet.*

3 *Fideiussio, quando est restricta ad certũ, & limitatum tempus, tunc si terminus in ea appositus prorogatur, tali casu huiusmodi prorogatio fideiussores debitoris non afficit.*

4 *Dans pignora ad certum tempus, resoluto dicto termino amplius non remanet obligatus.*

5 *Prorogatio, & confirmatio licet sint eadem cum primo actu, tamen non obligant nisi fideiussor expressè cõsentiat.*

6 *Fideiussio simpliciter, indistinctè, & absolutè concepta si per creditorem debitori prorogatur: talis prorogatio etiam debitoris fideiussores afficit.*

7 *Terminus prorogatus est idem cum termino, pro quo prorogatio fit.*

8 *Nisi termini prorogatio fieret in præiudicium tertij eo, quia pro faciliori solutione fieret.*

9 Pro-

9 *Prorogatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus.*

10 *Prorogatum adeo cum omnibus qualitatibus suis prorogatum censetur, quod non tantum nomen non perdit, verum etiam idem censetur.*

11 *Prorogatio censetur facta cum ijsdem pignoribus, cautionibus, cautelis, penis, renunciationibus, & clausulis, vt erat in primo termino, & contractu.*

12 *Prorogatio nouum contractum non facit, sed tantum longius profert.*

13 *Nouatio non inducitur per termini prorogationem.*

14 *Terminus prorogari potest per creditorem debitori, absque fideiussoris consensu.*

15 *Temporis prorogatione in fideiussione simpliciter facta fideiussores non liberantur.*

16 *Prorogatione termini, an, & quando liberentur fideiussores, & quando non. Affertur communis distinctio inter fideiussores ad tempus, & fideiussores simpliciter.*

17 *Prorogatio quando est facta ad differendam solutionem, tunc fideiussores dati non liberantur, secus si ad finiendam, & tollendam obligationem, eâque augendam.*

18 *Prorogatio quando dicatur augere obligationem remissiuè.*

19 *Prorogatio, quando dicatur tertio præiudicialis remissiuè.*

20 *Prorogationem etiam non liberare fideiussores ad tempus limitatum tenuerunt multi graues, & eximi Authores, dicentes in via disputatiua hanc opinionem veriorem, & æquiorem esse.*

21 *Termini prorogatio fideiussorem non liberat, quando in prima obligatione est data facultas renouandi.*

22 *Fideiussor compromissi, & locationis, non tenentur de talibus compromisso, & locatione prorogatis, si ex tali prorogatione augetur obligatio.*

Noua obligatione, & prorogatione fideiussio finitur.

CAP. XXXIII.

1 EXpirat † fideiussio ad certum præfinitum, & limitatum tempus facta ex noua obligatione, & prorogatione termini, seu temporis facta per creditorem debitori. Exemplum assignatur, in creditore, qui terminũ fideiussori constitutum, ac stabilitũ, inscio, & absente, sed præsente quidem, sed non consentiente fideiussore debitori prorogauit. Puta si fideiussor vsque ad Calendas Ianuarij se obligasset: principalis verò debitor hanc obligationẽ vsq; ad Calendas Octobris extendi fecerit.

Et quod per talem prorogationem fideiussio euanescat iura de hoc allegantur multa text. in l. si cum Hermes. C. loc. l. item quæritur in §. qui impleto. ff. locat. glos. in l 2. C. de procur. Ias. in l. lect. in 7. colum. versic. circa istud notabile, num. 9 ff. si cert. pet, qui dicit hoc verum etiam fideiussore absente, vel ignorante, & in l. si vnus. §. 1. num. 2. vers. nota ex isto text. ff. de pact. & in l. 1. §. & post operis, vbi signanter num. 4. cum seqq. de prorogatione loquitur. ff. de nou. oper. nunciat. Deci. in c. de causis in 4. & 5. col. num. 54. vbi Beroi. num. 34. cum seqq. de offi. del. vbi dicit, quod

2 † prorogatio tantum operatur inter partes prorogantes, & fideiussoribus, vti tertijs non consentientibus non nocet. Imo. consil. 12. viso quodam. in fi. Barb. cons. 31. colum. 1. vol. 1. & consil. 15. col. 7. volum. 2. Alex. in

l. 3.

l.5.in fin.ff.de damn.infect.vbi admoner, quod cum solutionis tẽpus prorogatur, requiritur, quod fideiussores obligentur de nouo, aliàs liberati censentur. † Et præmissa sunt indubitata, quando fideiussio est facta ad certum, præfinitum, & limitatum tempus, nam transacto dicto tempore fideiussio non censetur prorogata, sed omnino resoluta præsumitur. d.l.si cũ Hermes. C.loc. & l.labeo.ff.de arbit. Alciat. resp.24.nu.3.to.2.lib.7.resp. 1.nu.15.tom.3.lib.8.& resp.73.nu.1. d.tom 3.lib.8. Grammat. consil.66. num.62. Alberig.in tract.de statut.in 2.part. quæst.143.& 163. Natt.cons. 202.nu.6.vol.1. Grat.resp.126.nu.7. vol. 1. Abb.in c.constitutus num.11. eod. Fely. in d. cap. de causis. num.3. Gabr. de fid. concl.3. num. 7. vers. 4. limita. Tessaur.decis.Pedam.125.per totum. Mascard. de probat. conclus. 1240.nu.15. in 3.part.qui dicit idem esse in illo, † qui pro alio ad certum tempus pignora dedit. Et signanter Rot. Rom. diuers. in impress. decis. 567. nu.1. cum seqq.par. prima dum vult, quòd licet prorogatio, † & confirmatio sint eadem cum primo actu, tamen quod non obligauit fideiussorem, nisi expressè consentiat. Et nouissimè bene hæc omnia deducit. Card. Mantic. de tacit. & ambig.par. 2. lib.16. tit.21.

6 Contrarium, † quod imo fideiussor obligatus ad soluendum, simpliciter, indistinctè, absolutè, & absque temporis præfinitione, determinatione, ac restrictione non liberetur, licet tempus fuerit prorogatũ, & sic quod per simplicem prorogationem termini factam principali non liberentur fideiussores, habetur in d. §. qui impleto, & tenent Dya. consil.11. quæstio talis est. Ias. in l. 1. num.18. aliàs 25 cum seqq. C.de iud. Deci.cons.93. circa fi. Socin. consil.21.in fin. lib. 1. Abb. & alij in d.c.constitutus eo. Archid. in c. quidem 11. quæst. 1. Bart. Alex. & Ang.in l.si vnus, in §.1. ff.de pactis. Rot.decis.1. depositi.in antiq. Alexan. consil. 72. habita opportuna lib. 6.

7 Et ratio ea allegatur, † quia terminus prorogatus est idem cum termino, de quo fit prorogatio. Cano.in d. c.de causis, de off.delegat. vbi Felyn.

8 hoc procedere dicit, † quando talis prorogatio non tendit in præiudiciũ tertij, eo quia fiat ad commodiorem

9 solutionem, † nam prorogatio censetur facta cum omnibus suis qualitatibus. Bart.in l.1. in §. & post operis. ff.

10 de nou. oper. nunciat. † prorogatum enim cum sua qualitate prorogatum dicitur, & idem remanet, & nomen non perdit. Socin.iun.cons.75. nu.5.

11 vol.3. † Prorogatio enim termini sẽper censetur facta cum ijsdem pignoribus, cautionibus, cautelis, pœnis, renũciationibus, & clausulis, pro vt erat in primo termino. Neguſant.de pign. in 3.memb.6.par.ptincipalis.num.6. vers.aduerte tamen Gabr.de dilation. concl.2.nu.4.

12 solet enim dici, † quod prorogatio nouum contractum non facit, sed tantum longius profert. Pin.

13 cõs.101.nu.3.† imo per prorogationem numquam inducitur nouatio. §. præterea inst quibus mod.sol.obl.

14 Et quod licitum sit creditori, sine consensu, & licentia fideiussoris diem solutionis debitori prorogare absque eo, quod fideiussores dati à fideiussione liberentur firmant. Host. Ancher. Imo. & Abb.in d.c.cõstitutus.eo. Bar. in l. Lucius la secunda in §. Paulus. ff.de admi.tut. Alex.in l.lecta vbi Ias.

nu. 2.

nu.2.cum Deci. & alijs ff. si cert.pet.
15 Viui. lib. 2. com. opi. opin.110. † & quod ex temporis, ac termini prorogatione facta per creditorem debitori fideiussores non liberentur, asserũt. Ias.in d.l.1.num.26. C.de iud. Ceph. cons.331.nu.26. vol.3.Bertran.cons. 188.col.1.vol.1.qui attestatur de magis communi Strac.de decoct. part.5. num.1. Gabr.de fid.concl.3. num.1. Marsil.rub.eo.nu.9. & infra.

16 Pro concordia † sic distinguas, vt etiam supra tetigimus, quod prima opinio, quod facta prorogatione liberentur fideiussores, procedat, quando fideiussores sunt obligati ad certum præfinitum, & limitatum tempus, & dictum tempus esset elapsum, nam tunc facta prorogatione, & termini dilatione fideiussores non tenentur amplius, & sic quando ex prorogatione termini augetur obligatio fideiussoris puta, quia esset obligatus p tres annos, & ptorogaretur ad duos alios annos, nam tali casu fideiussores efficiuntur liberati. Abb.in d.c.constitutus. eo. Ias.in d.l.1. C.de iud. Deci.& Fely. in d.c.de causis, & in cap.præterea de appellat. Alex.cons.72.lib.6. & cons.66.num.6.lib.7. Grat.resp.126. num.12.vol.1.& diximus supra in hac eadem secunda part.sect.5.c.2.illat.2. 3.& 4.& per totum. Secũda vero opinio.quod per prorogationem, & dilationem termini fideiussores non liberentur, procedit, quando fideiussores sunt simpliciter obligati, & sic quando per prorogationem non augetur obligatio, quia tunc facta prorogatione fideiussores non liberantur, cum per talem prorogationem in aliquo
17 non grauentur. † Et ratio est, quia tũc prorogatio est facta ad differendam solutionem, non autem ad finiẽdam, & tollendam obligationem, quo casu per prorogationem numquam fideiussores liberantur, & ista distinctio est communis, quam passim firmant doctores. Specul.de fid. §.1.num.19. Alex.d.consil.72.nu.6. & consil.66. lib.7. Soci.consil.21.visis col.4.in fi. lib.1. Capell.Tolos. decis.181. vbi add. Deci.cons.95.pro tenui, in fi.& cons.400. Marsil.rub.eod.num.89. Franc.in cap.1.de iureiur.in 6. Guid. Pap.sing.977.nu.1. Abb.in d.c.constitutus.nu.11.eo. Castr.consil.103. datur lib.2. Grat.d.resp.126.nu.12. lib.1. Paris.consil.48.num.14.& 15. vol.1. Ceph.consil.331.nu.26.vol.3. Tiraq de retract.lign.§.1.glo.7.num. 32.& 126. Fely.in d.c.de causis, nu.3. versic. contrarium tamen ibi secus si simpliciter fideiusserit vbi Dec.nu.7. Viui.d.opi.110. Dec.resp.11.nu.29. vol.1.Berrazz.de clausul.claus.41.glo. 7.nu.5.cum alijs authoritatibus, quæ supra per nos fuerunt adnotatæ. Quibus etiam adde Stracch.de decoct. par.5.nu.1.And.Gail.lib.1.obser.observat.91.lib.1. & lib.2.observat.30. in fin.Fran.Marc.decis.539. Bertrãd. cons.188.col.1.& seq.vol.1. Carrocc. de loc.& cõduct.par.3. tit.de fideiuss. nu.1. Mascard.de probat.concl.4.nu. 12. qui hanc distinctionem communem vocat, vt etiam eam communem appellat Anton. Hering. in suo tract.
18 de fideiuss.c.20.§.12.nu.3. † & quando protogatio dicatur augere obligationem ponit Deci. in d.cap.de causis
19 nu.7. † vt etiam quando prorogatio obligationis sit tertio præiudicatiua aduertit Gallesius de obligatione camerali.nu.19.22.23.& 24.

20 Non tamen † me fugit aliquos maximæ authoritatis viros ausos fuisse hanc communem distinctionem impugnare:

pugnare: absolutè firmantes fideiussorem ad certum, & limitatum tẽpus obligaros per prorogationem per creditorem debitori factam à fideiussoria obligatione nullatenus eximi, & liberari, inter quos fuerunt Iaſ. in d.l. lecta.nu.19.ff.ſi cert.pet.& in l.1.nu. 18.cum ſeqq.C.de iud.qui inquit hãc opinionem æquiorem, veriorem, & magis communem. Panorm.in d.c.de cauſis vbi Bero.nu.17.de offic.deleg. qui, & ipſi hanc opinionem communem eſſe atteſtantur. Gabri.de fid.cõcluſ.3. Port. Imo. lib.3. concl. concl. 14. Imo.in d.c. õſtitutus, de fideiuſſ. Eman. Suarez in Teſſaur.comm.opt. in litteia num. 160. Anton. Gomez. reſolut.tit. de contract. c.13.num.19. Teſſaur deciſ.125 & hanc æquiorem, veriorem, communioremq, & in via diſputatiua ſuſtentabiliorem eſſe inquit. Anton. Hering.in d.ſuo tract.de fid. c.20. §.12.à num. 4. vſque ad fin. qui ipſam reſpondendo contrarijs optimis, & validis fundamentis comprobare nititur.

Quicquid tamen ſit non recedas à diſtinctione ſupra firmata, quę & numer . & põdere Doctorum eam præcellit, & præponderat.

21 Sed quid ſi † in prima obligatione fuerit appoſitum pactum, & data in eo facultas de renouando omnes obligationes ſequentes? Dic quod tali caſu fideiuſſores non liberantur: nam tunc dicitur vnus contractus, & vna obligatio, quæ habet ius à primo contractu, & obligatione. Coõar. variar. reſolut.c.16.num.5. lib.5.

22 Ex † prædictis infertur, quod fideiuſſor compromiſſi, locationis, vel cuiuſlibet alterius diſpoſitionis quando ex prorogatione augetur obligatio, quod tenetur de primo compromiſſo, & locatione, & nõ de ſecundis prorogatis Alberig.in l.labeo.§.ſed, & ſi. de arbit. Batt. in l.Titius. ff.de excuſ. tut. Deci. d.conſ.93. & in c.præterea, de app. Tiraq. de vtroque retract.tit. 2.§.1.glo.7.nu.33.verſic. præterea, & in §.hoc ſermone. Felyn. in cap.2.de treg. & pac. Euerard. in ſua centuria in loco à vi numeri, num 2.& facit l. item quæritur, in §.qui impleto. C.locat.& l.ſi eum. C.eo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor, an, ex depoſito per reum principalẽ facto, quod ſtatim dictus reus rehabuit, cenſeatur liberatus.*

2 *Factum non dicitur, quod non durat factum.*

3 *Emphyteota qui vendit irrequiſito Domino, Num d caducitate excuſetur ſi ſtatim redemit.*

4 *Præcium, rei, quod momento durauit non attenditur.*

5 *Momentanea non ſunt habenda in conſideratione.*
Etiam in criminalibus, nu.7.

6 *Conditio, an, & quando ſatisfit, quod momento adimpleatur rem ſimè momentanea communiter, non plectuntur. num 8.*

Fideiuſſor, vel eius principalis debitor, qui debitum obtulit, conſignauit, & depoſuit, an ſi in continenti pecuniam recipit, liberetur.

CAP. XXXIV.

1 TRigeſimo quarto, † pertinenter iuxta præmiſſa quæruni Doctores, an ſi Tirius fideiuſſit pro Seio, & adueniente tempore ſolutionis, vel ipſe, vel Seius reus principalis debitum obtulit, depoſuit, & conſignauit, ſed ſtatim pecuniam recipit (& vt melius loquar)

loquar) reaccepit: an Titius fideiussor sit liberatus. Hyppo. de Marsil. in rub. eo. q. 58. num. 372. disputat ad partes hanc, quæst. & post multa, quæ hinc inde adducit, tandem videtur concludere, quod non. ea præcipuè ratione
2 motus, † quia non dicitur factū quod non durat factum, l. si pro parte, in §. verum. ff. de in rem vero fic. l. qui soluit. ff. de solut. l. item eorum. ff. quod cuiusque vniuer. nom. c. nam eo. vbi Canon. de verbor. signif. Abb. consil. 69. col. 1. lib. 1. Cephal. consil. 77. nu. 44. vol. 1. & bene congruit præmissis quod notat Crott. consil. 31. num. 10.
3 vol. 1. dum firmat, † quod si emphyteota vendit, & incontinenti redimit, excusatur à caducitate, & optimè eiā præcedentia comprobantur ex eo, qđ vult Neuiz. consil. 74. nu. 8. dum in-
4 quit, quod valor, & pretiū rei, † quod modico tempore, & momento dura-
5 uit non attenditur, nec de eo habetur ratio. & quoniam ista est quæstio (vt dicitur) de momento, ideo vide circa hanc materiam multa pulchra per Tiraq. in tract. de iud. in rebus exig. fer. ver. decimo sexto cum seqq. & versic. 48. signāter Gab. de fideicomm. conclus. 7. & melius concl. 8. qui discutit,
6 an, & † quando satis sit conditionem momento temporis adimpleri, & nouissimè multa pro, & contra recensēt Lazarus Fanutius in sua tra. de mom. tempo. c. 29. & pulchram in hac difficultate facit distinctionem Bertazz. in suo tract. de claus. claus. 41. glos. 7. nu. 7. vbi ponit, quando debitor deposuit pecuniam, & quantitatem debitam, & postmodum eam repetijt, & rehabuit, an fideiussores censeantur liberati, & ad materiam, † quod momen-
7 tanea non sint curanda etiam in criminalibus faciunt notata per Marsil. consil. crim. 136. num. 9. cum seqq. & per Io. Baptistam Plot. consil. 19. nu.
8 66. & 67. qui † dicit, quod momentanea communiter non puniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Alteratione, & mutatione obligationis, & contractus soluitur fideiussio.*

2 *Fideiussor ex nouo contractu non tenetur, nisi iterum intercedat, & nu. 5.*

3 *Obligatio, & contractus alterata dicuntur, quando postea, incontinenti, vel ex interuallo per certa pacta illis aliquid additur, vel detrahitur.*

4 *In emptione, & venditione quando agitur de augenda, vel minuenda mercede, tunc per talem alterationem dicitur recessum à primo contractu, & factus nouus.*

5 *Precio, & mercede in emptione, & locatione mutatis dicuntur mutata emptio, & locatio.*

6 *In precio, & mercede consistunt tota natura, status, & substantia emptionis, & locationis.*

7 *Quando res non est integra, puta: quia in emptione nō fuerit solutum precium, aut tradita res, & in locatione merces soluta, nec res locata tradita, tunc sola pacta non faciunt talem alterationem, vt primus contractus resolutus veniat, & nouatio inducatur.*

8 *Fideiussor quando nouæ obligationi, & contractui, & eorum pactis, & alterationibus consentitur, tunc à fideiussoria obligatione non liberatur.*

Alteratione primæ obligationis, & contractus.

CAP. XXXV.

1 NOn solum noua obligatione, & contractu, verum etiam prioris obligationis, & cōtractus mutatione, & va-

& variatione re adhuc integra resoluitur fideiussio. Bald. in l. tam mandatori. nu. 20. C. de non num. pec. Soci. Sen. consil. 62. nu. 13. vol. 4. qui alios citat. Barbat. consil. 31. col. 1. & 2. vol. 1. Anch. reg. q. fam. 42. num. 24. lib. 3.

2 firmantes, † fideiussorem ex nouo contractu non teneri, nisi iterum intercedat. Carpan. ex Bossi. & Viui. quos recenset ad Stat. Mediol. par. 2. cap. 159. num. 12. Ruin. consil. 66. num. 3. volu. 1. Beroi. cons. 144. Franc. Marc. decis. 538. & 539. par. 1. Crot. consil. 11. Bossi. de remiss. merced. num. 50. quos refert, & sequitur Anton. Hering de fideiuss. c. 20. §. 25. nu. 1. & 6. & egimus de hoc supra ead. sect. c. 4. num. 16.

3 Dicitur autem alterata † obligatio, & contractus, quando postea, incontinenti, & ex interuallo pereerta pacta illis adijcitur aliquid, vel detrahitur. Puta quando † agitur in emptione, & venditione, locatione, & conditione de augendo, vel diminuendo eorumdem pretio, & mercede, recedendo à primo contractu. l. pacta nouissima. ff. de contrah. empt. † Mutatis enim pretio, & mercede, in quibus 6 consistit † tota natura, status, & substantia, emptionis, & locationis, etiã emptio, & locatio mutantur. Anton. Heringer. de fideiuss. d. cap. 20. §. 25. num. 3.

Limitat tamen ista in duobus casibus. 7 † Primo quando res non est amplius integra, vt in emptione, quando res est tradita, & pretium est solutum, vt etiam in locatione, quando res locata est tradita, & ex ea fuerit subsequuta solutio mercedis, tunc enim solo pacto non possunt noua emptio, & locatio constitui: sed primæ obligationes, & contractus incõcussa remanent. l. 2 ff. de rescind. vẽd. l. 1. C. quãdo lic. ab empt. disced. Fabia. de Mõt. de empt. & vend. quæst. 5. num. 65. 8 Secundo, quando † fideiussor nouæ obligationi, & contractui, & eorum pactis, & alterationibus consenserit: Anton. Gomez variar. resolut. tom. 3. cap. 13. nu. 20. Bursat. consil. 193. nu. 7. & 49. part. 2. Anton. Hering. dict. tract. de fid. cap. 20. §. 25. nu. 5. 6. & 7. & dicemus infra hac eadem sect. cap. 49. & supra c. 4. 26. 27. & 28.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento à debitore principali ratione pecuniæ creditæ præstito liberantur fideiussores, vbi de exemplo.*
2 *Iuramentum pro veritate habetur.*
3 *Solutionis vim habet.*
4 *Acceptilationi, nouationi, & delegationi assimilatur.*
5 *Vt etiam transactioni, & pacto.*
6 *Nec non, & rei indicatæ.*
7 *Solutio, acceptilatio, nouatio, ac delegatio omnem obligationem tollunt.*

Iureiurando fideiussio deficit.

CAP. XXXVI.

1 IVramento à debitore † principali ratione pecuniæ creditæ præstito liberantur etiam fideiussores. l. in duobus, in §. 1. & l. fi. in § fin. ff. de iureiu. l. exceptiones, in §. 1. in verbo iurisiurandi. ff. de exceptio. exemplum sit, si debitor iureiurando creditam sibi pecuniam abnegauerit, cuius ratione ipse creditor non solum ab agendo repellitur, sed, & debitori datur, & actio in factum, & exceptio. l. nam, & postea, in §. 1. ff. de iurciur. & aduertit Valent. Franc. in suo tract. de fideiuss. c. 3. num. 47. & c. 6. num. 115. & ratio 2 † præmissorum est, quia iuramentum

3 pro veritate habetur,& † vim solutionis habet l.iusiurandum, & l.in duobus, in § 1.ff.de iureiur. l.Stichum.§. naturalis. ff de sol l.1. & 2.ff.de iure-
4 iur.l non minorem. C.de transl. † imo acceptilationi, nouationi, & delegationi similè est. l.qui iurasse in §. fi. &
5 l.iusiurandum.ff.de iureiuran. † plus transactioni,& pacto adæquatur.l.tu-
6 tor.in §. 1. ff.de iureiur.† vt etiam rei iudicatæ, ac iudicio assimilari vult tex. in d.l.qui iurasse, in §.fi.ff.de iureiur. & faciunt l.1. in princ.ff.quarũ rerum act.detur, & l.actori, de rebus
7 cred.quę omnia,& singula obligationem omnino tollunt. d.l. Stichum. §.naturalis. ff.de solut. igitur sicut ex prædictis fideiussio tollitur ita, & pari ratione iuramento tolletur.

SVMMARIVM.

1 *Transactione tollitur fideiussio.*
2 *Transactione reo liberato, etiam eius fideiussores liberati censentur.*
3 *Transactio eamdem efficaciam, quam iuramentum, & res iudicata habet.*
4 *Transactio per creditorem vni ex fideiussoribus facta,etiam alium liberat.*

Transactione.

CAP. XXXVII.

1 TRansactione † fideiussionem tolli in iure axioma satis indubita-
2 tum est,† cum reo per transactionem, & concordiam liberato, fideiussores eius amplius conueniri non possint. l. fideiussores in §.fin.ff.de fideiuss. l. &
3 post.in §.1.ff. de transact. † transactio enim eamdem vim, & authoritatem habet,quæ iuramento, & rei iudicatæ à lege attribuuntur. l.nõ minor. C.de transact. l.2. ff.de iureiur. Cæualos in tract. de commune contra communẽ q 72.nu.5. & tanta est vis,& potentia
4 transactionis,† quòd si debitor dederit duos fideiussores in solidum obligatos, & creditor cum vno tantum transegerit:dicta transactio est in causa, vt vtrumq; à dicta fideiussione liberet. l.si ex duob. ff.de tut. & rat. distrah. Ant.Hering. tract. de fid. c.20. §.7.nu.6.qui nu.5.vult,quod licet trãsactione res iudicata non tollatur, tamen datum in vim rei iudicatæ repetitur ob transactionem postmodum subsequutam.

SVMMARIVM.

1 *Liberatione resoluitur fideiussio ubi exẽpla ponuntur.*
2 *Intellige non tantum quando debitori liberatio legata est, verum etiam si eius fideiussori.*
3 *Hæres damnatus ne à fideiussore, petat nihilominus à reo petere poterit,quod secus est è contra, quia hæres damnatus, ne à reo petat, nec à fideiussore petere poterit.*
4 *Liberatio fideiussori relicta, non tantum ipsum uerum etiam eius hæredem cõprehendit.*
5 *Modo verba liberationis personam fideiussoris tantum non respiciant.*

Liberatione.

CAP. XXXVIII.

1 LIberatione † etiam soluitur fideiussio,exemplũ,si debitori fideiussoris liberatio legata fuerit, eo quia liberatio nominis expressè in testamẽto relicta sit, vel chyrographum relictũ fuerit,vel hæres fuerit dãnatus,ne experiatur, vel agat, in omnibus.n.istis casibus reus est tutus,vt etiam eius fideiuss-

deiussor, l. si testamẽto in prin. ff. de fideiuss. l. 2. & l. 3. & l. si qs reũ. ff. de lib. caus. l. si fideiussor vbi Iaſ. ff. de leg. 1.

2 Ampl. idem eſſe, & multò fortius: ſi ipſi fideiussori liberatio legata fuerit: nam per eam non tantum ipſe, verum etiam principalis debitor venit liberatus. d l. ſi quis reum, in §. ſi quis fideiussori. ff. de lib. leg. l. labeo, in §. 1. ff. de pact. l. pecunię vbi Bald. C. de solut. idem Bald. in l. noſtrã. C. de testa. Pely. in c. accedẽs el primo nu. 2. extra vt lit. non conteſt. Alex. in l. Mæuia. ff. ſol. matr. Menoch. de præſumpt. li. 3. præſumpt. 140. Andr. Gail. lib. 2. obſer. obſeruat. 37. num. 5. 6. & 7.

3 Limit. † in hærede damnato ne à fideiussore petat, quia nihilominus à reo petere poterit, quod ſecus ſi eſt dãnatus hæres ne à reo petat, quia nec ab eius fideiussore petere poterit, l. 2. & l. ſi dãnatus. ff de lib. leg. Menoch. de præſump. lib. 4. præſum. 164 n. 12.

4 Et notandum eſt, † quod ex liberatione fideiussori relicta non tãtum liberatur ipſe, verum etiam eius hęres,

5 † quando verba liberationis in rem collata ſunt, ſecus ſi in perſonam l. iuriſgentium, in § pactorum. ff. de pact. Anton. Hering. qui circa hanc materiam multa alia cumulat in ſuo tract. de fideiuſſ. c. 20. in § 8. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſio de repræſentando præſentatione, & comparitione rei principalis euaneſcit.*

2 *Præſentatio fit dupliciter, aut per ſponteaneam rei comparitionem aut quando fideiuſſor vigore obligationis per eum factæ reum curiæ, & iudici repræſentat.*

3 *Præſentatione fideiuſſoris liberatio contingit, non tantum per præſentationem vltroneam rei, verum etiam per præſentationem rei per fideiuſſorem factam.*

Præſentatione, & cõparitione rei principalis.

CAP. XXXIX.

1 DE repræſentando † fideiuſſio ſolitur præſentatione, & comparitione rei principalis, quod dupliciter contingere poteſt.

2 Primo, † quando reus ſemetipſum vltro, & ſponte abſque opera, & miniſterio fideiuſſoris curię, & iudici repræſentat, nam tunc per rei compatitionem, & ſpontaneam præſentationem in iudicio ſiſtendi cauſa factam liberatur fideiuſſor Bartol. in l. ſi quis reum, nu. 2. ff. de cuſtod. rẽorum. Ang. in l. Græcè in §. & poſt litem ff. de fideiuſſ. Crott. conſil. 411. nu. 145. lib. 3. Crem. ſing. 11. Menoch. conſ. 212. nu. 18. vol. 3. Valentinus Francus in ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 6. num. 116. cum ſequentibus, nam cautio de iudicio ſiſti, ſeu de repręſentando per ſponteaneam compatitionem, & repræſentationem ſuum plenarium conſequitur effectum Socin. reg. 375. Capyc. deciſ. 34. nu 8. Lanfr. Balb. deciſ. 372. Gail. lib. 1. obſeru. 48. & obſeru. 58. num. 5.

Secundo, quando fideiuſſor vigore præſtitæ obligationis reum iudici repræſentat, † nam etiam & hoc caſu liberatio contingit, modo pro exercitio litis, & non pro tota cauſa fideiuſſor acceptus fuerit Mart. rub. eod. num. 99. Tiraq. in l. bouis. in §. hoc ſermone, num. 48. ff. de verbor. ſignif. Anton Hering. in d. ſuo tract. de fideiuſſ. cap. 20. §. 9. num. 1 cum ſeqq. & nos de hoc pronunciato ad ſaturi-

tatem diximus supra in prima part. sect. 2. in prælud. cap. 3. num. 39.

SVMMARIVM.

1 *Morte regulariter fideiussio non terminatur, nam ad hæredes transitoria est.*
2 *Fideiussio in multis casibus morte finitur.*
3 *Primo morte rei, principalisque debitoris de repræsentando non conuicti, nec condemnati ante dilationem fideiussori ad repræsentandum datam.*
4 *Intellige modo, si fideiussor non promiserit & sistere, & iudicatum soluere.*
5 *Vt etiam, nisi fideiussor in soluendo morosus fuerit.*
6 *Secundo, quando fideiussor promiserit se facturum, & curaturum, quod reus sisteret.*
7 *Contrarium, quando est promissum eum cum effectu præsentare, & curare, & facere omni excusatione remota, ita quod faciens suum posse, non excusetur sub obligatione sui, suorum hæredum, & bonorum.*
8 *Tertio, quando fideiussor promisit soluere omne, & totum id, quod apparebit ipsum debitorem debere facto calculo: nam si interim non facto calculo debitor moritur fideiussoris liberatio contingat.*

Interitu, & morte.

CAP. XL.

1 LIcet regulariter morte fideiussio non finiatur, sed ad hæredes transitoria sit, vt plenè de hac conclusione diximus supra in hac 2. par. sect. 4. cap. 17.

2 † Nihilominus dantur multi casus, in quibus morte fideiussio termi-

natur, quos hic figillatim enumerabimus.

3 Primus casus est, † quod morte debitoris, seu rei principalis fideiussoris de repræsentando, & in iudicio sistendo liberatio contingit. l. si cum. in §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. l. si mãdato. §. pen. ff. mand. Quò fit, vt reus nondum conuictus, aut condemnatus infra dilationem, quę assignatur fideiussori pro denuò præstando reum, si moriatur, omnem pœnam euitat fideiussor, qui repræsentare, & in iudicio reum sistere promisit: nam talis fideiussio morte rei delinquentis expirat. l. defuncto. ff. de pub. iud. l. 2. & l. fi. C. si reus, vel accus. mori. fuerit. l. Senatus. in § si propter. ff. ad turpill. l. sancimus. §. sin autem. C. de fideiuss. l. si decesserit. vbi Ias. ff. qui satisd. cogantur. Vinc. Hond. consil. 111. num. 38. vol. 1.

4 Quod intellige modo non promiserit fideiussor, & sistere, & iudicatũ soluere. l. si vero in prin. vbi Ias. nu. 5. ff. qui satisd. cogantur. † vt etiam si in soluendo fideiussor fuerit morosus. d. l. si mandato. in §. pen. ff. mand.

6 Secundus casus est, † quando fideiussor se facturum, & curaturum promisit, quod reum sisteret: nam si per obitum principalis, absque suo facto res ad impossibile peruenerit, & ipse omnem conatum adhibuit, vt reum sistere faceret: etiam quod non adimpleat, liberatur. Socin. cons. 288. vol. 2. Farin. in sua prax. crim. q. 34. num. 86. diximus supra cap. 22.

7 Contraria tamen opinio, quod imo talis fideiussor non sit liberatus, nec excusetur tam ab interesse, quam à pœna est vera, & communis. Ruin. cons. 67. vol. 4. Dec. cons. 401. col. 2. Aym. cons. 272. nu. 13. qui dicunt hoc

indu-

indubitatum, quando in obligatione fideiussoria est dictum se velle curare, & facere omni excusatione remota, ita quod faciendo possibilia, non excusetur sub obligatione sui, suorũque hæredum & bonorum. ita Gerard. Mazzol. cons. 24. num. 10. & 15. cum seqq. Paris. cons. 110. nu. 26. vol. 1. Mars. in rub. co. nu. 178. Ferrat. caut. 43. qui ex Arret. dicit hanc opinionẽ communem, & in prax. seruandam Ceph cons. 164. num. 24. & 25. lib. 2. Port. Imo. cons. 5. nu. 12. & 13. Afflict. decis. 265. Marant. cons. num. 6. cum seqq. & disp. 7. Moscatell. in prax. fideiuss. par. 1. modo 19. per totum. Ant. Gamb. decis. Lusit. 32. nu. 2. & 3.

Et prima opinio, quod fideiussor facta omni diligentia conatu, & posse excusetur procedet, quando simpliciter est promissum præsentare, & sistere absq; illis alijs verbis, ita quod faciendo suum posse, non excusetur sub sui, & suorum hæredum, & bonorum obligatione, vt adnotauimus supra in 1. par. sect. 2. in præludijs. c. 3. nu. 60. & hac eadem sect. d. 22. cap.

8 Tertius sit casus, † quando fideiussor promittit soluere omne, & totum id, quod apparebit ipsum debitorem debere collectis rationibus, & subducto calculo, nam si demum talis debitor moriatur rationibus non conclusis, & calculis non factis, dictus fideiussor non tenetur, sed liberatus venit, vt de hoc casu fusius egimus supra in hac 2. par. sect. 4 c. 16. & supra hac eadem sect. c. 10. 21. & 22.

SVMMARIVM.

1 *Electione fideiussio expirat, vbi de exemplo.*

2 *Fideiussores sex, si ego præstare, & nominare teneor, ex quibus tu duos meliores eligere possis: certè per electionem illorum duorum ex illis sex per me factã, illi quatuor veniunt liberati. l. si tui electione. cũ ibidem not. ff. de leg. 1.*

3 *Electione unius ex pluribus confideiussoribus eiusdem quantitatis à creditore facta, si dictus confideiussor electus totum, integrum, & solidum soluerit, alios fideiussores liberat, & maximè si in actu solutionis sibi à creditore cedi iura non fecerit.*

4 *Electione debitoris, per creditorem facta, licet de iure antiquo fideiussor liberaretur, tamen hoc secus est de iure nouissimo.*

5 *Electione per creditorem facta vnius ex pluribus confideiussoribus, licet olim liberaretur debitor, tamen hoc hodie secus est.*

6 *Electione vnius ex pluribus reis debendi per creditorem facta, & acceptatione solutione, vel litis contestatione subsequutis, ex parte dicti rei debendi electi, alter, seu alij correi debendi liberantur.*

7 *Creditor, qui pro suo credito insimul fideiussores, & pignora accepit, per electionem fideiussorum, pignorum eidẽ venditio interdicitur, & è contra.*

8 *Intellige, modo pignora, vel fideiussores sint sufficientia, vel idonea.*

Electione fideiussio euanescit.

CAP. XLI.

1 ELectione etiam resolui tur fideiussio, exemplum, † Si tu mihi debes
2 dare sex fideiussores, † ex quibus ego postea possim eligere duos meliores, & idoneores: certè per electionem illorum duorum ex illis sex per me factã, illi quatuor veniunt liberati. l. si tui electione. cũ ibidem not. ff. de leg. 1.

3 Hinc est, quod si vnus ex pluribus confideiussoribus eiusdem quãtitatis à creditore electus totum debitum soluerit, huiusmodi electio est in

causa, vt alios con fideiussores liberet, in tantum quod talis fideiussor cadit ab omni repetitionis commodo, nisi in actu solutionis sibi à creditore iura cedere fecerit. l. vt fideiussor. ff. de fideiuss. cuius contrarium est, si non totum, solidum; & integrum ab ipso fideiussore fuerit seclurum, sed tantum pars: nam tali casu reliqui con fideiussores non liberantur, sed integrum ius remanet creditori, donec solidum eidem solutum fuerit. l. fin. C. eod.

4 Hinc etiam fit: quod si à creditore debitor eligatur, per talem electionem, licet de iure antiquo fideiussor liberaretur. l. fi. C. de fideiuss tut. tamen hoc ex constitutione Iustiniani, in d. l. fin. C. de fideiuss. hodie reperitur correctum.

5 Hinc pariter est, quod si creditor vnum ex fideiussoribus eligat, licet olim ex tali electione contingeret fideiussoribus liberatio, tamen hoc hodio secus est, ex constitutione Iustiniani. in d. l. fi. C. eo Alciat. in l. creditores. nu. 24. C. de pact.

6 Hinc similiter fit, † quod quando creditor plures reos debendi habet, & vnum ex ijs elegerit, qui hoc acceptauerit, & soluerit, vel etiam cum eo fuerit lis contestata, per talem electionem sequutis, vel solutione, vel ad minus litis contestatione alter, seu alij liberantur, aliàs secus. l. reos. vbi Bart. Bald. & Salyc. C. de fideiuss. l. liberum. C. d. tit. l. creditores, C. de pact.

7 Hinc iridem resultat, † quod si creditor pro eodem debito pignora, & fideiussores acceperit, per fideiussorum electionem, & acceptationem simpliciter factam, eidem venditio pignorum interdicitur. l. inter reos. §. creditor. ff. de fideiussoribus, & idē è contra per electionem pignorum, fideiussores liberantur.

8 † Modo pignora sint sufficientia, & idonea, & ad debiti quantitatem, & æstimationem ascendant: aliàs secus, quia tali casu fideiussores non liberantur. l. inter creditorem. C. eo. l. 3. C. de distract. pigno. l. quamuis. C. de pigno. l. Græcè. §. & si creditor. ff. de pigno. l. 2. in fi. C. eod. de fideiuss.

SVMMARIVM.

1 *Paupertate tam debitoris, quàm fideiussor euanescit fideiussio.*

2 *Inopia medio tempore contingens in personam fideiussoris, vel fideiussorum, vel vni eorum liberat alios fideiussores, debitore nihilominus remanente obligato.*

3 *Qui nihil habet, nihil ab eo peti, & consequi potest.*

4 *Paupertas vnius fideiussoris liberat alios, modo talis fideiussor docuerit plenè, & concludenter de eius inopia, & quod à facultatibus ceciderit solo fortunæ vitio, & ictu, & non culpa sua.*

5 *Principalis debitor si medio tempore non soluendo fit: non per hoc liberatur eius fideiussor.*

6 *Creditor negligens in debito exigendo à debitore præmonitus, & requisitus non tantum sit ipsum debitorem verum etiam suum fideiussorem liberat.*

7 *Fideiussori inopi permissum est bona debitoris sui uendere ipso insscio, & in consulto, & creditori satisfacere.*

8 *Debitor principalis si medio tempore decoctus euadat, ex eius inopia fideiussores per eum præstiti non liberantur.*

CAP.

CAP. XLII.

1 INopia † tam fideiussoris, quam etiam debitoris, & principalis rei debendi pariter obligatio fideiussoria
2 finitur. † Et primo quod inopia medio tempore contingens in personam fideiussoris, vel fideiussorum, vel vnius eorum, eo quia calamitas insignis acciderit, quod liberentur fideiussores debitore nihilominus obligato remanente iura sunt clara. tex. in l. si ab arbitro, in §. 1. ff. qui satisd. cog. l. 3. in §.
3 fin. & l. 4. ff. ut in poss. leg. † nam qui nihil habet, nihil ab eo peti, & recipi potest. l. nam is nullum ff. de dolo. c. cũ tu. de usur. Bart. in l. si uniuersa, C. de legat. qui dicit, *mal dà, chi non hà.*

4 Hæc intellige, † & declara, modo talis fideiussor plenè, ac concludenter suam inopiam probet, & insimul ostẽdat, quod à facultatibus ceciderit solo fortunæ uitio, & ictu, & nõ culpa sua. Bald. in c. quæ in Ecclesiarum nu. 3. de constit. Mascard. de probatio. conclus. 1154. num. 5. & 6.

5 Secus tamen † se habent præmissa, si reus debendi medio tempore non soluendo fiat: nam huius inopia fideiussorem non liberat: sed quandocunque talis fideiussor conueniri potest. §. fi. inst. de replicat. l. Titius. ff. de procuratoribus.

6 Sed quid † si creditor fuerit negligens in exigẽdo debito, & de hoc fuerit præmonitus, & requisitus à fideiussoribus, qui videbant debitorem facultatibus labi, & vergere ad inopiam, an tali casu fideiussores liberentur? de hoc diximus supra hac eadem sectio. c. 17. & c. 23. & ponit Anton. Hering. tract. de fideiuss. cap. 20 §. 15. nu. 8. cum seqq. vbi huiusmodi articulum ad partes disputat.

7 Iterum, † numquid fideiussori propter impotentiam, & paupertatem licitum sit bona debitoris vendere, dicto debitore inscio, & inconsulto, & creditori satisfacere, pariter de hoc egimus supra hac cad. 2. part. c. 30.

8 Amplius, † quid si reus medio tempore non soluẽdo fiat, an tali casu eius inopia fideiussores liberet. Et quod in tali facti contingentia fideiussores nõ aliter liberentur, sed quandocunque conueniri possint iura sunt clara tex. in §. fi. inst. de replicat. & in l. Titius. 76. ff. de procur. aduertit. Ant. Hering. de fid. c. 16. & c. 20. §. 15. nu 7. & latè posuimus supra sect. 7.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor ob uim, corporisque cruciatum, minasque capitales, ut etiam ob mortis, aliumque inuirum constantem cadentem metum præstitus, à fideiussione per eum data non ligatur.*
2 *Vi, metu, & minis gesta nullius sunt roboris.*
3 *Reus incarceratus si dat fideiussores, dicti fideiussores non aliter obligantur.*
4 *Dummodo metu fideiusserint.*
5 *Fideiussores pro relaxatione à carceribus præstiti, modo coacti id egerint non obligantur.*
6 *Debitor per iniuriam, uim compulsiuã, uel expulsiuam, aut metum ab alio exactus, nõ tantum ipse non tenetur, uerum etiam nec eius fideiussores.*

Metu, vĩ, & corporis cruciatu.

CAP. XLIII.

1 FIdeiussor † si ad fideiubendum astrictus fuerit, vel ob mortis, & alium inconstantem hominem cadẽtem metum vt etiam ob vim, corposisq; cruciatum, nec non ob minas ca-

pitales, & ita iustificatum fuerit fideiussorem fideiussisse, oppositũ, ac declaratum, tunc eius fideiussio vti nulla fideiubentem non ligat l. 2. l. si donationis, & l. fi. C. de his, quæ vi, met. ca. Nart. cons. 50 num. 2. vol. 1. de eo
2 †enim quod vi, metusq. causa gestũ est nulla habet ratio. l. 1. ff. qđ met. ca.
3 Et ideo si reus † per metum fuerit constitutus in carceribus, & fideiussorem volentem dederit, attamen talis fideiussor obligatus non extitit. quod
4 intelligę † si solus fideiussor metu accesserit, non etiam reus, nam tunc solus fideiussor liberatur. l. item, §. Labeo. ff. de met. caus.
5 Idem † est in fideiussore accedente pro rei relaxatione: qui nec ad sistendum, nec ad pœnã tenetur modo metu adhibitus fuerit. Afflict. decis. 9. Farin. in prax. tit. de carcer. & carcer. q. 34. per totum.
6 Pari ratione † dicendum est de debitore exacto ab alio per iniuriã, vim cõpulsiuam, vel expulsiuam, aut metum: nam, & ipsum liberari à nexu sui crediti vnà cum fideiussore per eũ præstito, firmarunt Menoch. de arbitr. cas. 137. & in possess. in remed. l. extat. ff. quod vi, aut clam. Dilect. de act. test. tit. 6 caut. 12. Couar. var. lib. 3. c. 16. num. 7.

SVMMARIVM.

1 *Termini appositione, & conditionis non purificatione fideiussio inutilis redditur.*
2 *Fideiussio ad tempus limitatum, vt etiã sub conditione facta adueniente dicto tempore, & non purificata dicta conditione inefficax sit.*
3 *Fideiussor sub conditione impossibili obligatus non tenetur.*
4 *Idẽ quãdo sub conditione semel expleta.*
5 *Eodem modo, quando sub conditione cuius euentus superfluus est.*
6 *Conditionis honestæ, & possibilis existentia, & cuius dies nondum cesserit, & venerit & cuius euentus expectandus est: fideiussio (cum interim inutilis reddatur) expirare dicitur. Non est tamen per hoc, quod interim fideiussor non remaneat obligatus.*

Temporis præfinitione, & non existentia conditionis.

CAP. XLIIII.

1 TErmini † præfixione, & non existentia cõditionis fideiussio euanescit. Marc. rub. co. nu. 141. Deci. cõs. 93. col. 2. Neuiz. cons. 51. nu. 28. exem
2 plum, † quando ad tempus longum, vel breue, vt etiam quando ad vitam fideiussoris, vel debitoris fideiussio limitatè præstita fuerit. Vt pariter, quãdo sub conditione. Nam finito tempore constituto, vel non purificata conditione fideiussio resoluitur l. fideiussor, & l. fi. ff. manda. l. si fideiussor. C. de fideiuss. l. tutor. ff de fideiuss. Ias. in l. 2 in §. si quis, num. 8. ff. si quis caut. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 45. nu. 13. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 6. num. 129. & 130 Marian. Soci. cons. 273. nu. 3. versic. ex quibus etiã, & nu. 8. versic. & hoc maximè vol. 2. Bartol. Soci. cons. 62. per totum vol. 2. vbi dicunt, quod si fideiussores fideiusserint sub conditione, eaque non purificata, non tenentur per l. eedere diem. ff. de verb. signif.
3 Hoc extende † ad cõditionem impossibilem. & ratio est, quia impossibilis conditio omnem cõtractum vitiat. l. non solum, ff. de act. & obl. l. si sub impossibili. ff. de fideiuss. & hoc spectu fideiussores sub tali impossibili

4 si conditione nõ tenentur. † Idem est in conditione semel expleta, quæ amplius expleri non potest l. si ita fuerit in princ. vers. nec enim. ff. de man. testamento. pari ratione † concludendum est de conditione illa, cuius euẽtus nihil operatur, nam & de ea nulla haberur ratio Bart. in l. si quis ita scripserit. ff de hæred. inst.

6 Declara tamen, & intellige præcedentem ampliationem, quod existentia conditionis fideiussio cessat in cõditione honesta, & possibili, & cuius dies non cessit, nec venit, & cuius euẽtus expectandus est, nam interim fideiussor omnino obligatus remanet. Alex. consil. 41. in fin. volum. 6. Hyppolit. Rimin. inter consil. etim. Zilletti cons. 82. nu. 7. vol. 2.

Multa alia vide supra hac eadem sect. cap. 14.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio finita instantia, ad quam datus est fideiussor, expirat.*

2 *Fideiussor in prima instantia datus, & acceptus, in secunda, & causa appellationis non tenetur.*

3 *Prima instantia, & secunda dicuntur causæ diuersæ.*

Conclusio quod per expirationem primæ instantiæ expiret fideiussio in multis casibus non procedit.

4 *Primo quando est ita à principio conuẽtum, quod fideiussor etiam in secunda instantia teneatur.*

5 *Secundo, quando fideiussio est concepta expressa certa iudicis persona.*

6 *Tertio, in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, qui ad omnem cõdemnationem tenetur.*

7 *Quarto, quando verba fideiussionis sunt ad modum generalia vniuersalia, & pregnantia.*

8 *Quinto, quando aliæ sententiæ sunt cõformes primæ.*

9 *Sexto, quando fideiussor rem de qua controuertitur tenet, & possidet, & respectu rei se obligauit.*

10 *Septimo in fideiussore de re non barattanda, vel deterioranda, sed de ea restituenda absque procrastinatione in casum victoriæ.*

Instantiæ peremptione, & desertione.

CAP. XLV.

1 FInita instantia, † ad quam datus est fideiussor, etiam obligatio fideiussoria finiri dicitur, l. Græcè. §. & post. ff. de fideiuss. vbi Bart. l. 2. ff iud. sol. Marsil rub. co. nu. 108. & 109. & sing. 313. Gerard. Mazzol. consil. 96. num. 25. Aug. Beroi. consil. 14 num. 6. volum. 3. Anch. Regi. quæst. 15. num. 16. lib 3. Steph. Bertrand. consil. 171. num. 5. volum. 1. Asin. in prax. iud. §. 2. c. 13. num. 33. & 34. Menoch. cons. 212. num. 21. lib. 3. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. cap. 44. num. 68. & cap. 3. num. 88. cum alijs congestis per Anto. Heringer. in suo tract. de fideiuss. cap. 20 §. 20. num. 1. cum seqq.

2 Hinc est, † quod fideiussor datus, & acceptus in prima instantia, & causa principali non tenetur in secunda,

3 & causa appellationis, † cum sint causæ diuersæ, vt latè diximus in hac secunda part. principali sect. 5. cap. 2. num. 5. & firmat Anton. Heringer. d. cap. 20. §. 20. num. 4. qui innumeros congerit, & dicit hanc opinionem communem.

4 Limitatur † tamen multis modis præsens enunciatum, & primo, quando à principio est expressè actũ, quod etiam in causa appellationis, & secun-

da

da instantia fideiussor teneatur, l.cum apud in fin.& ibi Bal.ff.iud.sol.Gabr. conf.35.num.6.Ant.Hering.qui alios refert.d.c.20. §.20.nu.14.

5 Limit. 2. † quando stipulatio fideiussoria in certam iudicis personam est concepta. Anton.Hering. dicto §.20. num.16.

6 Limit. 3. † quando fideiussor in simul in prima instantia datus est de sistendo, & iudicatum soluendo : tali enim casu etiam in causa appellationis, & ad omnem condemnationem tenetur.Moscatel.in prax.fideiuss. p.1. modo 12.num.11. & infra.

7 Limi.4. † quando verba fideiussionis sunt admodum generalia, vniuersalia, & prægnantia. Arret.in §.1.inst. de satisd.Grat.resp.34.num.5. lib.2.

8 Lim.quinto, † quando aliæ sententiæ sunt conformes primæ:tunc enim etiam vltra primam sententiam, teneri fideiussorem voluere. Bald.in l.Iulianus. ff. qui satisd.cog. Grat. d.resp. 34. nu.7. qui hãc opinionem multum æquam appellat : inquiens, quod alias esset in facultate rei, & fideiussoris euadere promissionem de iudicatum soluendo per interpretationem appellationis.

9 Lim.sexto, quod fideiussor rem teneret, & possideret, de qua esset controuersia, & respectu rei se obligasset : tali enim casu tenetur fideiussor ad iudicati solutionem in quacunque instantia.Gab.conf.53.nu.7. & 8.

10 Lim. septimo, † quando quis fideiussor extitit in prima instantia de re non barattanda, vel deterioranda, sed eam restituendo absq; aliqua procrastinatione in casum victoriæ. Bald. in l.si fideiussor.in §.si satisdatum. ff.qui satisd.cog. Io.Bern.Mosc. in sua prax. fideiuss.p.1.mod.17.nu.19.& 20.

Et multas alias limitationes, vide supra in 1.p.principali. sect.2. in prælud.c.1.nu.44. cum seqq. & in specie. num.56. cum seq. & c.3.nu.22. cum seqq. & etiam num 36. cum alijs numeris seqq.

SVMMARIVM.

1 *Nullitate, & inualiditate contractus, negocij, vel iudicij, fideiussio finitur, & fideiussores dati ad nihilum tenentur.*

2 *Intellige, quando nullitas à principio interuenit : secus si ex post facto.*

Nullitate actus, & dispositionis.

CAP. XLVI.

1 OPpositione, † & declaratione nullitatis, ac inualiditatis contractus, vel negocij, pro quo quis fideiussit : subsequutis, etiam fideiussoria obligatio soluitur, & sic fideiussores liberati veniunt. l. eum l.& l.si à teo. in §.fin. ff.de fideiuss. in puncto l. si seruus.9 ff.si quis caut. l.si sponsus. §.si vxor.ff.de dona. inter vir.& vxor. l.cum principalis. ff.de reg.iur. l eius qui. in §.quod si stipulatus, vbi Alex. & Dec.nu.5. ff.si cert. per. Aym.conf. 282.nu.1.& 3.Marsil.rub.co.nu.350. Ant. Hering. in suo tract.de fideiuss. c.20.§ 22.nu.1.2.& 3. & melius cap. 10.num.18. cum seqq.

2 Declara, † si à principio nullitas contractus interuenit, aliàs secus, si ex post facto. Ioan.Bernard. Moscat. in sua prax. fideiuss. lib.5. cap.65. qui dicit ità tenuisse. Rot. Rom.& diximus supra in hac secunda part. sectio. 8.cap.1.& 56.& bene in hac 2.part. sect.cap .5.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cautiones de iudicio sisti, & de repræsentando per citationem, spontaneam comparitionem, exhibitionem, & præsentationem terminantur.*

2 *Fideiussor simpliciter promittēs aliquem in iudicio sistere, vel præsentare, si semel in iudicium iuerit, fideiussor amplius non tenetur.*

Citatione, & spontanea comparatione.

CAP. XLVII.

1 CItatione, † spontanea comparitione, exhibitione, ac præsentatione, cautio de iudicio sisti, & repræsentando terminantur: exemplum.

2 † Si fideiussor simpliciter promisit aliquem in iudicio sistere, & præsentare, & reus ille semel fuerit ad iudiciū citatus, & spontè sua iuerit, & se in iudicio præsentauerit. nam tali casu fideiussor liberatus erit. Bart. in l. si quis reum nu. 2. ff. de custod. reor. Ang. in l. Græcè. in §. & post. ff. de fidei. Crott. cons. 411. num. 145. lib. 3. Crem. sing. 11. Menoch. cons. 212. num. 18. lib. 3. Valen. Franc. de fideiuss. c. 6. nu 116. cum seqq. diximus supra proximè hac ead. sect. c. 19.

SVMMARIVM.

1 *Arrogatione obligatio fideiussoria finitur.*

2 *Creditor si debitorem, fideiussorem, vel eius hæredem arrogat, resolutur fideiussio.*

3 *Creditor, si debitorem arrogat, ideo liberatur à debito, quia arrogatus eius iuri, qui eū arrogauit, subijcitur cum omnibus suis bonis.*

4 *Creditor, si debitorem arrogat, & debitor, & fideiussor liberantur: secus verò si fideiussorem, quia tantum fideiussor, & non debitor liberatur.*

Arrogatione.

CAP. XLVIII.

1 ARrogatione † obligatio fideiussoria finitur: exemplum. Si

2 creditor debitorem, fideiussorem, vel

3 eius hæredem arroget, † & quod creditor, si debitorem arroget, quod debitor liberetur ea est ratio, quia non solum cum eo iudicium completum est, sed etiam obligatio soluitur, cum arrogatus eius iuri, qui eum arrogauit, subijciatur cum omnibus bonis. l. 2. §. penult. ff. de cap. diminut. l. si à me fuerit. ff. de iudic. l. si pater. ff. de adopt. l. si quis. ff. de pecul. leg. l. si tuo. ff. de solut.

4 Verum aduertendum est, † quod si creditor debitorem arroget, & debitor, & fideiussor liberatur. Sed secus est, si solus fideiussor arrogetur: tunc enim liberatio fideiussore non liberatur debitor: videtur enim arrogatio hæc cum liberatione legata, & confusione cōmune habere. l. 2 & l. si damnatus. ff. de lib. leg. l. hæres §. quod si stipulor. vers. quid si idem. & §. fin. & l. Granius. in fi. principij ff. de fi. l. l. in omnibus. ff. de solut. Anton. Hering. tract. de fideiuss. c. 20. §. 24.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia, & voluntatis mutatione finitur fideiussio, idque multis modis accidit.*

2 *Primo, quando tantum adfuit tractatus, quod quis fideiubeat.*

Secundo, quando quis causa honoris adulatoriè, iactatoriè, & iocosè se fideiussurum promisit, ibid. nu. 6.

Tertio,

Tertio, quando quis à principio se fideiussurum promisit, & statim antequam stipuletur fideiussio, cum de tali promissione pœnituit: nam tali casu, si debitoris non interest, eum pœnitere licet. ibid.nu.8.

3 *Multa tractantur, quæ non concluduntur, ac fiunt.*

4 *Colloquia, & tractatus non est satis probare, nisi probetur conclusio.*

5 *In conclusione contractus tota vis consistit.*

7 *Verba honoris causa, iactatoria, & adulatoria, ac ad placentiam dicta non obligant.*

9 *Pœnitentia, & mutatio voluntatis potissimum in quatuor casibus denegantur.*

Pœnitentia.

CAP. XLIX.

1 POenitentia,† & voluntatis mutatione re adhuc integra fideiussio esse desijt, idq; multis modis contingit.

2 Primo,† quando rãtum adfuit tractatus, quod quis fideiubeat: nam interim istum talem pœnitere potest:

3 †cum multa tractentur, quæ non fiũt, & concluduntur. l.1.§.1. ff.de verbor. oblig. l. sciẽdum. §. edictum. ff. de edil. edict. Viu. decis 343. num. 8. † Et ideo nõ est satis colloquia, & tractatus probare, nisi etiã probetur conclusio. Bal. in l. multum interest. num. 2. C. si quis alt. vel sibi Alex. cons 88. nu. 5. vol. 4. Rom. cons. 423. num. 12. & sing. 368. Anguis. consil. 14. in materia contra-

5 ctuum. num. 4. † Tota enim vis contractus in conclusione consistit. Bald. in l. cum allegas. C. de vsur. & in l. si voluntate. C. de rescin. vend. & in d. l. multum interest. C. si quis alt. vel sibi.

Idem pariter concludendum est,

6 †quando quis honoris causa adulatoriè, iactatoriè, & iocosè promisit se fideiussurum: nam, & tali casu pœnitentiæ locus datur, & præsertim re adhuc integra. l. fin. ff. de act. & oblig. gl. in l. dolo malo. ff. de fetu. corrup. Cas-

7 san. cons. 52. nu. 5. Verba † enim honoris causa, iactatoria, adulatoria, & (vt dicitur) ad complacentiam dicta non obligant. c. cum venisset. de instr.

8 Tertio † etiam in fideiussione cadit pœnitentia, quando à principio fideiussor se fideiussurum promisit, & statim antequam stipularetur fideiussio, eum de tali promissione pœnituit: tali enim casu, si debitoris non interest, eum pœnitere licet. l. si quis in §. mandatum. ff. mãd. l. si procurator. §. mandasti. ff. eo. l. 1. §. sed ego quæro. ff. quod iuss. Secus si eius interest, & res non est amplius integra.

9 Et aduertendum,† quod pœnitentia. & mutatio voluntatis potissimum in quatuor casibus denegantur.

Primo, quando is, qui consentit alteri obligatus est.

Secundo, quando alteri est ius quæsitum.

Tertio, quando res non est integra.

Quarto, quando volũtas trahit secum executionem. Bald. Ang. Castr. Imol. & Alex. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matrim. & nos de his fusius egimus in nostro Tract. de variat. vbi cumulauimus casus, in quibus variare licet, & in quibus non.

SVMMARIVM.

1 *Cautiones de iudicio sisti, & iudicatum soluendo præstitæ coram vno iudice non porriguntur ad alium, seu alios.*

2 *Etiam, quod sint successores in officio.*

3 *Modo*

3 *Modo tamen sit expressum proprium nomen iudicis.*

4 *Mutatione iudicis expirat fideiussio de iudicio sisti.*

5 *Mutatione rei, personæ, & actionis an, & quando finiatur fideiussio, remissiue.*

Mutatione iudicis.

CAP. L.

1 FIdeiussiones de iudicio sisti, & iudicatum soluendo præstitæ coram vno iudice non porriguntur ad
2 alium, seu alios: etiam † quod sint succes-
3 sores in officio, † vbi est expressum
4 proprium nomen iudicis, & sic mutatione iudicis expirant, diximus supra in 1. part. principali. sect. 2. in prælud. c. 1. nu. 80. & infra, & supra hac ead. sect. cap. 26. & latè dictum hoc prosequitur Anton. Hering. in suo tractat. de fideiuss. cap. 20. §. 26. & per totum,
5 qui num. 9. inquit, † quid per mutationem personæ, rei, & actionis?

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta per creditorem, fideiussori operatur fideiussoris liberationem.*

2 *Creditor donans, & remittens omnem actionem, & ius, quod si competebat contra fideiussorem, fideiussionem etiam voluisse extinguere censendum est.*

3 *Donatio remissioni adæquatur.*

4 *Donatio eodem modo à debito liberat, qua solutio.*

5 *Donatione finitur Fideiussio, quando una cum donatione concurrit restitutio instrumenti obligationis fideiussoriæ.*

Donatione creditoris fideiussori facta.

CAP. LI.

1 DOnatione creditoris fideiussorem liberari, obligationem fideiussoriam resolui in iure pronunciarum,
2 satis vulgatum est: exemptum sit: † Si creditor simpliciter, ac principaliter donando, vel etiam ex causa remunerationis omnem actionem, & ius sibi contra fideiussorem competentem eidem remiserit, & condonauerit. l. idem in §. fi. cum ll. seq. & l. si verò in princ. ff. mand. Hyppolit. in rubr. eo. nu. 312.
3 † Nam donatio remissioni adæquatur. l. si quis. ff. de nouar. l. sed si vnus,
4 in §. planè. ff. de iniur. † Eodem modo donatio à debito liberat, ac facit solutio. l. 4. in §. 1. ff. de pecul. l. si maiores, & l. cum donationis. C. de transactio. l. cum hi status. §. siue autem. ff. de donat. inter vir. & vx.

5 Et hæc sunt indubitata, † quando vnà cum donatione concurrit instrumenti obligationis traditio, & restitutio à creditore fideiussori facta. l. Labeo. in §. 1. ff. de pact. l. creditorem. C. de remiss. pign. Ant. Hering. de fideiuss. cap. 20. §. 28. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Maritus ante dotis promissionem, fideiussor mulieris existens, per constitutionem, & stipulationem dotis post modum subsequutam, à dicta fideiussione liberatur.*

2 *Maritus constante matrimonio, est dominus dotis.*

3 *Immo omnia iura uxoris transeunt in dictum virum.*

4 *Plus dicto tempore durante, uxor non tantum se ipsam, uerumetiam omnia sua commisit uiro.*

Matri-

Matrimonij interuentu.

CAP. LII.

1 SI vxor viro † per antea eidem fideiussori dotem promiserit ex tali dotis promissione, stipulatione, ac constitutione, vir fideiussor, & debitor ante matrimonium dictæ mulieri liberatur. l. Iulianus in princ. ff. mand.
2 & ratio est, † quia maritus subsequuto matrimonio, dominus dotis efficitur. l. dotis. ff. sol. mat. l. doce. C. de rei vēd.
3 l. si prædium. d. tit. & † sic omnia iura in maritum transeunt: cum mulier
4 non tantum se ipsam: † verumetiam omnia sua cōmittat marito. l. assiduis. C. qui pot. in pig. hab. l. hac lege. C. de pact. cōuent. Vnde causa omnium dominus efficiatur, meritò si à dicta fideiussione liberetur, aliàs sibi ipsi solueret, quod à l. vetatur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor fideiussione perfecta in furorem incidens à fideiussionis nexibus non liberatur.*
2 *Semel viriliter gesta durant, etiam quod deuenerint ad eum casum, à quo incipere non potuerunt.*
3 *Modo id culpa, & facto vnius ex contrahentibus non contigerit.*
4 *Casus superueniens, & in vnius ex paciscentibus personam cadens, non vitiat actum, etiam si à principio impediuisset.*

Furore.

CAP. LIII.

1 FIdeiussor † in furorem incidens post fideiussionem præstitam ex
2 hoc à fideiussione non liberatur: † nā quæ semel viriliter gesta sunt durant, licet deuenerit ad eū casum, à quo incipere non potuerunt: † modo culpa,
3 & facto vnius ex contrahentibus id non cōtingerit. l. in ambiguis. §. 1. vbi Dec. Cagn. & alij. ff. de reg. iur. c. factum legitimè, vbi Dyn. de reg. iur. in 6. l. sancimus. vers. non enim debet. C. de admin. tut. † Casus enim superueniens,
4 & in vnius ex paciscentibus personam cadens; non vitiat actum, etiam si ab initio impediret. vulg. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. secus si tempore, quo fuit fideiussio præstita, fideiussor iam in perpetuum furorem incidisset: alia ponuntur sect. 8. cap. 8. in hac 2. part.

Protestatione.

CAP. LIV.

PRotestatio, quando præseruet fideiussorem ab obligatione fideiussoria, & ab ea ipsum liberatum reddat, diximus supra in hac 2. part. sect. 4. cap. 12.

SVMMARIVM.

1 *Oblatione æquè idonei fideiussoris non liberatur primus iam datus.*
2 *Et maximè, quando primus fuit à creditore acceptatus. & sic adhuc re non integra: secus si non fuerit acceptatus. & res sit adhuc integra, quia tali casu debitor dando alium æquè idoneum debet admitti, & recipi.*
3 *Intellige, modo in debitore non cadat vitium moræ & non simus in promissione iurata.*

Oblatione æquè idonei fideiussoris.

CAP. LV.

1 PRo resolutione huius casus opus est distinctione.

Primo

Primo aut fideiussor est simpliciter promissus: sed adhuc à creditore non acceptatus, & tunc cum res sit adhuc integra potest alius æquè idoneus dari, & creditor illum recipere cogitur.

2 † Declara nō interueniente mora debitoris eo, quia sit defunctus, & fideiubere recusauerit iam promissus fideiussor, vt etiam si nō fumus in promissione iurata, aliàs secus: non tali casu fideiussor offerendo alium æquè idoneum non auditur l. qui aut. §. sed, & si quis, vbi Bald. ff. de const. pecun. l. illud, in verbo, sed vt fideiussores. ff. quod met. causa l. Labeo. § fi. ff. de arbit. Ias. cons. 41. num. 2. lib. 3. Marsil. rub. eod. num. 213. Anton. Gomez de contract. c. 13. nu. 3. Pinell. in l. 1. p. 2. c. 1. nu. 23. C. de rescind. vend. Carp. ad Stat. Mediol. p. 1. c. 45. num. 27.

3 Aut, & secundo quis fideiussit pro debito liquido: & est non tantum pro dicto debito fideiussor promissus: verum etiam datus, & acceptus, & tali casu debitor offerendo aliū æquè idoneum eius petitio debet rejci, etiam si fideiussor oblatus non tantum sit æquè idoneus: verum etiam magis l. si mandatu meo, in §. item si. ff. mand. Bald Castr. Alex. & Deci. in l. si patr. C. de collat vbi Purp. num. 6. & 8. Ias. in l. 2. ff. solut. matrim. in l. qui Romæ. num. 29 ff. de verb. oblig. in l. 2. §. mutui. num. 4. ff. si cert. pet. & consil. 203. num. 2. lib. 3. Afflict. in const. de execut. §. 7. nu. 168. Carp. ad Stat. Mediol. par. 1. c. 44. num. 64. & c. 413. num. 35. Deci. in l. plus cautionis, nu. 4. vbi Cagn. nu. 7. ff. de reg. iur. dicunt communem Afflict. ad const. Reg. rubr. 15. nu. 3. Vincent. Cartocc. decis. 4. num. 5. Eman. Suarez in commun. opin. in littera F. num. 155. & 156. Vincent. de Franc. decis. 202. num. 1. licet huiusmodi distinctioni cōtradicant Valent. Franc. tract. de fideiuss. c. 4. concl. 6. nu. 138. vt refert Anton. Hering. d. tract. de fideiuss. c. 20. §. 37. nu. 7. qui circa istum casum multa alia addit, & nos plenè de hoc tractauimus in hac 2. part. sect. 7. cap. 5.

Debitore vltra dimidiam iusti prætij decepto, eius fideiussores liberantur.

CAP. LVI.

SI debitor vltra dimidiam iusti prætij deceptus fuerit, vtiturque pro rescissione, venditionis contractus remedio l. 2. C. de rescin. vend. dicto cōtractu venditionis per eum annullato in vim dicti beneficij: fideiussores ipsius ope exceptionis veniunt liberati. Exceptiones, in §. 1. ff. de exceptio. Marsil. rub. eod. de fidei. nu. 276. benè Pinell. in l. 2. part. 2. c. 3. num. 43. C. de rescind. vendit. Eman. Suarez in suo thesauro com. opin. sub littera F. nu. 198 Valent. Franc. in suo tract. de fideiuss. c. 3. nu. 34. & c. 6. nu. 114. diximus infra c. 62. hac eadem sect.

Fideiussor, qui diù stetit in fideiussione potest liberationem petere, & consequi.

CAP. LVII.

FIdeiussor potest petere, & consequi eximitionem, & liberationē à fideiussione per eum præstita, puta si diù in fideiusione steterit: & in multis alijs casibus, quos latè prosequuti fuimus supra in hac 2. part. sect. 5. c. 3. quibus adde Valent. Franc. de fideiuss. c. 6. num. 83.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ex datione alicuius rei in solutum, dicta re demum euicta fideiussoris liberatio non contingit, licet non nulli contrarium tenuerint.*

Fideiussor non censetur liberatus, si debitor dedit creditori in solutum aliquam rem, quæ demum dicti creditori euicta fuerit.

CAP. LVIII.

1 INsuper quærunt DD. an si debitor dederit creditori aliquam rem in solutum, quæ post modũ à dicto creditore fuerit euicta, & auocata, tali casu fideiussor veniat liberatus, vel potius obligatus remaneat? Et ipsum obligatũ nihilominus remanere, volunt Specul. tit. de fideiuss. §. 1. in fin. Marsil. rubr. co. q. 58. num. 372. Bertaz. de claus. clausula 41. glo. 7. nu. 6. diximus superius cap. 1. ampl. 1. & cas. 6. vbi ex Surd. cons. 145. num. 43. vol. 1. contrarium firmauimus.

SVMMARIVM.

1 *Liberato uno ex fideiussoribus, nihilominus alij remanent obligati.*
2 *In contractibus uno ex correis debendi liberato, cæteri obligati remanent.*
3 *Intellige si in solidum, secus si in uiriles, & pro rata sit concepta obligatio.*

An liberato vno ex fideiussoribus, cæteri obligati remanent.

CAP. LIX.

1 TRigesimo secundo, successiuè in hac vtilissima materia per Doctores quæritur, an liberato vno ex fideiussoribus remaneant obligati cæteri, & quod alij non censeantur liberati, sed omnino obligati remaneant faciunt. l. eandem in §. 1. ff. de duob. reis l. ab omnibus. vbi glos. & Bart. nu. 2. ff. de leg. 1. l. si stipulatus esses, in §. si ex duobus, vbi Bart. & omnes. ff. eod. Socin. Sen. cons. 18. num. 15. volum. 1.
2 † regulariter enim in contractibus liberato vno ex correis debendi, cæteri remanent obligati. Bart. in d. l. ab omnibus num. 2. & cum hac distinctione est intelligendus. Surd. decis. 229. numero 20. & 21. dum vult,
3 † quod solutio facta per vnum ex pluribus reis debendi liberet alios, vt intelligatur quando vnusquisque non pro virili, & rata, obligatus fuerit, sed in solidũ, diximus in tract. de solutio. c. 25.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor semel liberatus, semper durat liberatus.*
2 *Fideiussor de repræsentando, semel reum repræsentando liberatur.*
3 *Datione in solutum fideiussor liberatur, etiam quod rei in solutum datę sequatur euictio.*
4 *Fideiussor liberatus, eo quia reus semel à iudice à redditione rationum absolutus fuerit: si iterum reuideantur rationes, & reus fuerit condemnatus dictus fideiussor amplius in obligationem non reincidit.*
5 *Fideiussor semel liberatus per sententiã, amplius in obligationem non reincidit, etiam in illis, quæ per sententiam reseruata fuerunt, ad quæ demũ principalis fuerit condemnatus, nisi aliud actum sit.*
6 *Res semel extincta amplius non reuiuiscit.*
7 *De priuatione ad habitum non datur regressus.*
8 *Res mutata ad pristinũ reduci nõ potest.*

9 Fide-

9 *Fideiussor cõtractus semel liberatus semper durat liberatus, quod secus est in fideiussore iudicij.*

Fideiussor semel liberatus, an semper duret liberatus.

CAP. LX.

HAesitant etiam in præsenti materia doctores, an si fideiussor semel fuerit cõsequutus liberationem amplius, & iterum in obligationem reincidat? Et quod non, tenent Bald. consil. 396. fideiussor beneficio lib. 2. Fulgos. cons. 154. super eo. vers. in secundo, qui loquitur † in fideiussore de repræsentãdo; & inquit, quod si reum repræsentat, liberatur, nec amplius in obligationem reincidit. Mars. in rub. de fideiuss. q. 8. num. 93. vers. pro istis, & q. 29. nu. 212. Tiraq. in l. boues, in §. hoc sermone. nu. 130. & 131. ff. de ver. signif. Petr. de Vbald. de duobus fratri. par. 15. nu 3. & diximus supra, c. 1. ampl. 2. & c. 5. † vbi si creditori datur aliqua res in solutum, etiã quod euincatur, nihilominus fideiussor remanet liberatus ex Surd. consil. 145. nu. 23. volum. 1.

1 2 3

4 Hinc fit: † quod si reus est semel absolutus à iudice à redditione rationum, ista liberatio iuuabit etiam fideiussorem, ita quod si iterum reuideantur rationes, & reus fuerit condemnatus, fideiussori in obligationem non reincidit, cum exceptione iudicati se tueri possit Bart. in l. fin. ff. de pact. Sebast. Medices de reg. iur. regula 4. in littera F. num. 40

5 Hinc etiam fit, † quod fideiussor semel liberatus per sententiam, & retracta sententia amplius non reincidit in obligationem, nisi aliud actum sit, l. cum apud. ff. iud. fol. Petr. Anch. reg. q. fam. 15 nu. 11. lib. 2. qui nu. 10. subdit, etiam fideiussorem venire liberatum circa ea, quæ fuerunt reseruata in sententia absolutoria, ad quæ demum principalis fuit condemnatus. Tiraq. in l. boues, in §. hoc sermone, nu. 136. ff. de verb. sign. quo in loco dicit, quod pactum, & cõuentio facta ad fauorem fideiussoris prosũt principali, ita quod si iterum fiat per principalẽ pactum, quod peti possit, quod per hoc fideiussor non reincidit in obligationem, & hoc idem tenent. Ias. in d. l. fin. ff. de pact. Rom. cons. 24. ad fin. Socin. cons. 91. concludo. num. 7. vol. 2. Aymon. cons. 106. ad fin. Becci. cons. 45 nu. 47. & 48. Imo. cons. 12. num. 4. in fin. Anguis. cons. 22. num. 2. bene Magon. decis. Flor. 110. nu. 5. Valent. Franc. de fideiuss. c. 6. num. 2. cum distinctione, de qua per eum signanter. Tessaur. decis. 202. nu. 19. licet non ita simpliciter hæc omnia admittat, & diximus supra c. 3. hac sect.

Et ratio præmissorum ea deducitur, quare fideiussio semel finiter, & absoluiè extincta, & sublata amplius nõ possit in esse deduci sine nouo fideiussoris facto, consensu, ac contractu: quia † res semel extincta amplius non reuiuiscit l. qui res, in §. itẽ de solut. l. fin. vbi omnes. C. de pact. nam † de priuatione ad habitum non datur regressus, l. manumissiones. ff. de iustit. & iure l. decem, ff. de verborum obligat. cum alijs, res enim mutata in pristinum statum reduci non potest. l. liber homo, vbi glos. ff de stat. homin. vbi Alexand. numero 11. Ias. 15.

6 7 8

9 Limit. tamen, & intellige præmissa sibi locum vendicare in fideiussore contractus, quod nõ secus est in fideiussore iudicij: in quo fideiussor libe-

ratus iterum in obligationem reincidit Socin. conſ.91.nu.8.9. & 10. vol. 2. Anch.regien.q 15.nu.9. lib.2. Ant. Hering.de fideiuſſ.c.27. part.4.num. 34.cum ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor naturali tantum obligationi accedens, ſi demum per creditorem debitori fiat pactum de non petendo, liberatur.*

Fideiuſſor, qui pro naturaliter tantum obligato interceſſit, liberatur, ſi debitori per creditorem ſit factum pactum de non petendo.

CAP. LXI.

1 TRigeſimoquarto, fideiuſſor, qui tantum naturali obligationi acceſſit, ſi per creditorem debitori principali fuit factum pactum de non petendo, ex tali pacto liberationem conſequitur, non ſolum ab obligatione naturali, verumetiam ciuili: Remota enim obligatione principali, etiam fideiuſſoria eidē acceſſoria ſublata cenſetur, cap. acceſſorium, de reg.iur.in 6. Illuſtriſſimus Mantic.de tacit.ambig. par.2. lib.16.tit.20. nu.22. vide ſuperius hoc eodem tit.c.2.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor euictionis liberatur, ſi res ab emptore auocetur per remedium. l.2. C.de reſcind. vend.*

Fideiuſſor de euictione, ſi venditio ob lęſionem vltra dimidiam reſcindatur, ex tali fideiuſſione non poteſt aſtringi.

CAP. LXII.

1 TRigeſimoquinto, quæro fideiuſſor vēditionis, qui de euictione promiſit: an teneatur, ſi venditio propter læſionem vltra dimidiā iuſti precij reſcindatur ex diſpoſitione. l.2. C. de reſcind. vend. & quod intelligatur liberatus, firmat Mantic. d.tit.20.nu. 25.& 26.de tacit.& ambig.lib.16.p.2. ea ratione motus, quia fruſtra ageret venditor, qui mandati actione conueniri poſſet, vt indemnis conſeruetur, c.peruenit. extra eo. l.qui fidem, & l. qui patitur. ff.mād.l.fideiuſſor. C.eo. ſupra hac ead.ſect.56.

Obligatus ſatiſdare in vim ſuperuenientis obligationis inueſtiendo, aut deponendo, à fideiuſſione liberatur.

CAP. LXIII.

OBligatus fideiuſſores præſtare, virtute obligationis ſuperuenientis liberatur: ſi in tot immobilibus, de quantitate per eum debita faciat inueſtituram, vel ſi deponat pecuniam, in qua obligatus extitit ſuper monte Pietatis. l.acceptam. cum not. C. de vſur. & late explicauimus hanc materiam, in hac ſecunda parte ſect.7. cap.5.& 6. & hac eadem ſect.10.c.10.

Obligatus dare in fideiuſſorem certam perſonam: ſi ille talis non vult fideiubere, vel moritur dando æquè idoneum, liberatur.

CAP. LXIV.

TRigeſimoſeptimo, obligatus dare fideiuſſorem, certam perſonam, puta Titium: ſi Titius non vult ſe obligare, vel moritur, præſtando æquè idoneum liberatur. l.qui autem. §.ſed ſi quis ff.de cōſt. pec.l.illud. §.fi.

ff.quod

ff.quod met.causa.vbi Bal.Mat.rubr. co.q.30.num.213. Ias.in l.si pater, vbi Deci.nu.2. vers.non tamen. C.de collat. in l.facere. ff.sol. matr. & in l.Labeo, la seconda. §. si per fideiussores. ff.de arb. & in l.si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan. diximus supra in hac 2. part. tit. de fideiussore idoneo, & non idoneo. sectio.7.cap.5. vbi firmauimus hęc procedere, re adhuc integra.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor liberatur, si creditor ipsi chyrographum restituat.*
2 *Chyrographi restitutio debiti solutionem præsumi facit.*

Chyrographi restitutio liberat fideiussorem.

CAP. LXV.

1 TRigesimooctauo: † si restitutio chyrographi, per creditorē fiat
2 fideiussori: † ex hoc (cum præsumatur solutio) inducitur fideiussoris liberatio. Bal.in l.1. §.in commissiones. num.4.vers.sed statim. C.de lat.liber. tollend. Berrazz.de clauſ.clauſ.34.gl. 17.num.2.circa fin. cum nu.seqq.dixtmus in tract. de solut. cap.4. vers.4. quando penes.num.21.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de non offendendo, pace facta, vt etiam dicti fideiubentis morte expirat.*
2 *Cautio de non offendendo (cum personalis sit) non transit ad hæredes.*

Cautio de non offendendo pace facta, & morte fideiubentis resoluitur.

CAP. LXVI.

1 CAutio de non offendendo, pace facta, extinguitur. Hercul.de caut. de non offendendo. c.9. nu.9. & 16.& c.38. nu.3. Vt etiam fideiubentis morte: † & ideo talis cautio personalis dicitur, & non transit de patre in filium. Hercul.de tract. c.19.nu.9. vide plenè supetius in 1.par.c.de caut. de non offendendo. nu.63. in prælud.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussio de repræsentando, subsecutis incarceratione, repræsentatione, & morte naturali resoluitur.*

Fideiussio de se reptæsentando incarceratione, repręsentatione, & morte naturali repræsentandi expirat.

CAP. LXVII.

1 IN cautione † de se reptæsentando, seruatur hæc tegula, quod expirare dicitur subsequutis incatceratione, repræsentatione, vel morte naturali præsentādi, vt etiam multis alijs modis, quos latè posuimus supra in 1.par. ptincipali.sect.2.in prælud.c.3.vers.2. expirat.nu.31.cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor cōdemnati liberatur fisco succedente in bonis ipsius condemnati.*
Fallit, si pœna excedat ualorem bonorum condemnati, quia ad illum excessum bene tenetur fideiussor. num.6.
2 *Ex publicatione, & confiscatione bonorum condemnati per fiscum, facta fideiussores non possunt amplius molestari, cū fiscus teneatur ex bonis præditis sibi ipsi soluere, quod per delictum eidem debetur.*
3 *Fiscus, qui iam est consequutus bona delinquentis, non potest etiam exigere pœnā per delinquentem incursam; & sic ex eodem delicto duplicem pœnā.*

4 *Fiscus loco hæredis censetur.*
5 *Hæreditas, aditio, vel immixtio loco solutionis reputantur.*

Fideiussores condemnati, ob cuius condemnationem bona veniunt fisco applicanda, non tenentur, sed à fideiussione per eos præstita ob confiscationem bonorum dicti condemnati veniunt liberati, nisi summa fideiussionis excederet bonorum publicatorum valorem.

CAP. LXVIII.

1 SI contingat,† quod fiscus succedat in bonis condemnati fideiussores dicti condemnati, cum habeant releuationem super bonis publicatis apprehensis à fisco, in nullo tenẽtur, sed omnino liberati veniunt. l. si debitori creditor, & l. inter eos. §. fin. ff. eo. Bart. & Castr. in l. capitis d tit. gl. & omnes in l. 1. C. eo. Bar. in l. si debitori deportato. ff. de fideiuss. Cuman. cons. 32. in fin. Castr. consil. 209. col. 2. vol. 2. qui
2 volunt fideiussores † statim liberari, & fiscum teneri ex bonis prædictis soluere sibi ipsi id, quod per delictum ei debebatur, nec posse fideiussores molestari. vt per Mars. rub. eod. num. 34.
3 † non enim æquum videtur quod fiscus, qui consecutus est bona delinquentis, etiam possit exigere pœnam per delinquentem commissam, & sic ex eodem delicto duplicem pœnam. Gabr. cons. 176. nu. 11. & 179. num. 9.
4 vol. 2. † & ratio est, quia fiscus est loco hæredis. l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. vnde cum sit hæres, sequetur, quod sibi ipsi soluisse dicendũ sit, † cum aditio, immixtio, cõfusio, ac successio loco solutionis sint, & pro solutione habeantur. Castr. in l. vsurarius. num. 1. ff. eod. Corn. cons. 53. num. 3. vol. 1. & 304. nu. 4. volum. 4. Negusant. de pig. in primo memb. in 5. part. principali. num. 54. Surd. decis. 224. nu. 8. & 9. & adde, quæ diximus supra hoc eod. tit. cas. 1. & 19 sed Abb. cons. 29. nu. 4. lib. 2. cum alijs, quos refert, & sequitur Costa de ratione ratæ. quæst. 120. nu. 13. inquiunt, quod facta publicatione bonorum, Fiscus non est hæres, sed successor vindictæ, nec succedit per repræsentationem; sed per annihilationem personæ, & subdit in princ. d. num. 13. quod fideiussor banniti, ex contractu ante bannum inito, per exilium debitoris cum confiscatione bonorum non liberatur ex l. 3. in fin. c. de sent. pass. & ex Peregr. Baiard. & alijs quos allegat.

6 Sed difficultas star,† an fideiussores teneantur Fisco, quatenus pœna excedat valorem bonorum cõfiscatorum, & sic ad illum excessum. & licet iste articulus videatur valdè dubius apud Doctores tamen omnes videntur pro affirmatiua inclinare. Bart. in l. 1. in §. an bonæ. ff. de iure fisc. Cuman. d. consil. 32. in fin. Castr. d. cons. 209. col. 2. Hier. Gabr. cons. 176. num. 20. vol. 2. qui etiam circa hoc non figit pedes, vt d. consil. 179. num. 15. & infra dicto volum. 2.

SVMMARIVM.

Casus fortuitus, modo culpa non præcesserit casum, eximit à fideiussione.

Per casus fortuiti contingentiam fideiussio resoluitur.

CAP. LXIX.

SI circa rem, quæ est deducta in obligatione contingat casus fortuitus,

tuitus, in quo culpa fideiussori non possit ascribi, tunc (cùm ad dictum casum fortuitum non teneatur) à dicta fideiussione liberatus venit. Alex. cons.57.nu.4.vol.1.qui dicit communem: nam factum superioris, & quilibet alius casus fortuitus contingens debitori principali non nocet fideiussoribus. Bart.in l.si per imprudentiã. ff.de euict. Alex.d.consil.57.quando col.fin.vol.1. Alban.cons.251.nu.8. & 9.intellige, & declara prædicta in fideiussore puro, ac simplici: secus autem est de fideiussore indemnitatis, in prælud.sect.2.

Variatio in re, causa, & actione fideiussoris liberationem inducunt.

CAP. LXX.

Fideiussor liberatur, quando variãtur res, causa, vel actio.l.non à iudice in §.1.ff.de iud.Roland.cons.58. nu.18.vol.1. Surd.decis.214.num.2.

Si ex pluribus fideiussoribus vnus restituatur in integrum alij liberantur.

CAP. LXXI.

Si eueniat quod vnus ex pluribus fideiussoribus restituatur in integrũ, alij non tenentur pro eo, nisi scĩuerint illum esse minorẽ, vel quod ex interuallo fideiusserint pro eo.l.si Titius, & Seia.ff.eod.de fideiussoribus.

Si iudex detinet reum incarceratum post fideiussionem, de repræsentando, fideiussores veniunt liberati.

CAP. LXXII.

Iudex detinendo reum incarceratũ post dationem fideiussorum videtur ipsam cautionem fideiussorũ reijcere, & sic fideiussores veniunt liberati. Gram.cons.66.nu.65.in ciui. Vrsill.ad Afflict.decis.130.num.4.

Fideiussor impeditus præsentare reum ex aliqua noua iusta causa liberatur.

CAP. LXXIII.

Si fideiussor non potest præsentare reum, ex aliqua noua causa, puta, ob culpam officialis, vel metum cutiæ, liberatur. multum conferunt, quę ponit Soci.cons.70.nu.4.in 3.volum. & dixit Vrsill. ad Afflict. dicta decis. 130.nu.3. vide quæ posuimus supra in prima parr. principali in præludijs. sect.2.cap.3.num.52.

Fideiussores dati in causa per translationem instantiæ liberantur.

CAP. LXXIV.

Fideiussores si præstiti sint, & contingat rem in iudicium deduci, & causam transferri, de vna persona in aliam, cum per talem translationẽ inducatur nouatio, dicti fideiussores veniunt liberati. Castr. in l. Iulianus nu.8.ff.qui satisd.cog. Bertrand.cons. 71.nu.5.vol.1.qui dicit, quod tali casu, noua promissione, & obligatione, opus erit, benè Asin.in prax.iudicial. §.2.c.13.nu.33. qui num.34. inquit contrariũ esse, quando cessione transfertur instantia, quia tali casu fideiussores non liberantur, ex Bart.in l.mutuati.nu 4 ff.de procur.nam tunc instantia est eadem, & non intelligitur expirare.

Captura rei fideiussorem non liberat.

CAP. LXXV.

EX debitoris principalis captura fideiussor non liberatur, l. hæres, à debitore. § quod si hic seruus. ff. eod. vbi Bart. omnes in l. creditor, la 2. vbi Bart. ff. si cert. pet. Hyppol. de Marsil. in l. vnius in §. custodiæ, nu. 31. ff. de quæst. & in rub. eod. nu. 380. & bene singul. 398. & ratio est, quia licet ad capturam deuentum sit, tamen creditori non est satisfactum. l. nepoti. ff. de fund. inst. ita Bald. in cap. contingit. nu. 20. de dol. & contum. quos recenset, & sequitur Asinius, in prax. iud. §. 31. c. 2. ampl. 22. nu. 13. sed quid si debitor, ac reus, relaxatus sub fideiussore fuerit cum promissione, quod stabit ad districtum, si discedat, & postea capiatur, & carceretur, an fideiussor veniat liberatus? Dicas liberatum nõ esse. Salyc. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. Magon. decis. Lucens 90. nu. 4. Menoch. de arbitr. casu 30. nu. 10. Farinac. in prax. crim. q. 30. nu. 11. & q. 32. nu. 14. Anton. Hering. de fideiuss. cap. 20. §. 38.

Fideiussoris rem creditor occupans, à iure crediti sui non cadit.

CAP. LXXVI.

QVærunt Doctores, Res fideiussoris, à creditore occupatur, & detinetur: Num creditor ius crediti perdat, ita quod veniat resoluta, & extincta dicti fideiussoris obligatio? Et creditorem ius istud non amittere censuit Menoch. de recup. poss. remed. 5. nu. 40. cum seqq. q. 12. qui huius dicti causa rationem assignat: quia factum fideiussoris à facto principalis est valdè diuersum, nam sicut sunt distinctæ personæ, ita sunt distincta facta, & ideo factum vnius alterius esse non potest, vt ibidem aduertit. num. 42. quo fit, vt nec debitor principalis, nec fideiussor, veniant ab eorum obligatione liberati.

Liberatis fideiussoribus tutorum non sunt liberati tutores, sed non, è conuerso.

CAP. LXXVII.

SI datur casus, quod contingat liberatio fideiussorum tutorum, tamen ex hoc non resultat liberatio ipsorum met tutorum, licet, è conuerso secus sit: nam liberatis tutoribus etiã eorum fideiussores censetur liberati. l. idemque in §. fin. ff. mand. Alba. cons. 328. num. 23.

Ratificatio Domini intra decem dies interuenire debet: aliàs cautio de rato resoluitur.

CAP. LXXVIII.

SI Dominus infra decem dies, non ratificat gesta per Procuratorem cum cautione de rato, dicta cautio de rato euanescit, & resoluitur. Ias. in l. exigendi, nu. 10. in 12. lim. C. de procur. Ioseph. Lud. decis. Perus. 49. nu. 4. nam ratificatio debet sequi intra decẽ dies datos ad appellandũ. alias si postmodum fit, non suffragetur. Speculat. de appell. post princip. notant omnes in l. bonorum. ff. rem. tut. habe. & diximus supra in prima parte principali sect. 2. in prælud. cap. 9. num. 24.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Creditor missus in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto, non per hoc tollitur, ut contra fideiussorem, & eius bona experiri, non possit.*

2 *Electio vnius remedij executiui nō præcludit viam alijs, donec creditori non est integraliter satisfactum.*

3 *In executiuis non obstante litis pendentiæ exceptione licitum est creditori actori variare, & facere transitum de principali ad fideiussorem de vna re ad aliam, & de persona ad rem.*

4 *In executiuis potest quis vna via electa ad aliam redire.*

5 *In executiuis potest quis adire diuersos iudices, & intentare plures vias, & si vnam intentauit non impeditur aliam intentare.*

6 *In executiuis si quis fecit transferri possessionem, aut pignorare debitorem, non impeditur per hoc eum facere incarcerari, & è contra.*

7 *In executiuis exceptio litis pendentiæ non obstat.*

8 *In executiuis instantia, & eius desertio non cadit.*

9 *Cautela, & clausula adhibenda per notarios in instrumentis habentibus executionem paratam.*

Missionē in possessionem bonorum debitoris.

CAP. LXXIX.

1 CReditor missus in possessionem bonorū debitoris ex primo decreto non per hoc impeditur, vt contra fideiussorem, & eius bona redire
2 possit. Et ratio est, † quia electio vnius remedij executiui non præiudicat viā alijs, quando per primum creditori non est satisfactum. l. hęres. §. quod si stipulor. ff. eod. Angel. Arret. in §. fin. nu. 10. inst. de act. Rebuff. de lit. obl. art. 11. glos. 3. nu. 25. † & ideo in executiuis non obstante exceptione litis pendentię potest creditor actor variare, & facere transitum de principali ad fideiussorem de vna re ad aliam, & de persona ad rem. l. mutuam. ff. mād. vbi not. Corn. cōs. 108. littera F. uol. 4. Negusant. de pign. in 8. par. in 3. mēb. nu. 27. Ias. cōs. 28. nu. 3. uol. 1. & in l. 1. nu. 22. ff si quis ius dicenti non obtēp. Gallęs. de obligatione in forma Camerę Apostolicę q. 2. Syluan. cōs. 13. nu 6. Beroi. cons. 107. nu. 3. Caputaq.
4 decis. 50. nu. 5. par. 1. Dū vult, † quod in executiuis possit quis una uia electa ad aliam redire. † Nam in executi-
5 uis potest quis adire diuersos iudices, & intentare plures uias, & si unam intentauit, non impeditur aliam intentare. Et † ideo si quis fecit transferri possessionem, aut pignorare debitorem, non potest impediri eum etiam facere incarcerari, & è contra. Ias. cōs. 9. nu. 41. cum seqq. uol. 1. qui nu. 42.
6 dicit, † in executiuis exceptionem litis pendentiæ non obstare, & addit
8 num. 43. in executiuis instantiam non cadere.

9 Et ideo cauti tabelliones † solent in similibus instrumēiis in uim quarantigiæ, uel obligationis cameralis habentibus executionem paratā hanc cautelam adiungere. Quod creditor eligendo unam uiam, & remedium non intendit recedere ab alio, sed uelit ab uno ad aliud tamdiu habere regressum donec ipsi integraliter fuerit satisfactum, ita Anton. Heringer. in suo tract. de fideiuss. cap. 20. §. 35.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitiarum capitalium superuenientium causa multa, quæ à principio va-*

valent ex post facto infirmantur.

2 *Fideiussio propter inimicitias capitales superuenientes, inter creditorem, debitorem, & fideiussorem, vt etiam inter debitorem, & fideiussorem non infirmatur.*

3 *Debitor, & fideiussor non habent in eorum potestate in graue creditoris dãnum se pro libito ab eorum fideiussione liberare.*

4 *Bellum iustum non tollit, nec alterat obligationes per antea legitimè contractas.*

5 *Fideiussor ob inimicitias superuenientes inter principalem, & fideiussorem causa tamen ipsius principalis potest petere eximitionem à fideiussione.*

Inimicitijs superuenientibus an reuocetur fideiussio.

CAP. LXXX.

1 Licet propter inimicitias † capitales superuenientes multa, quæ à principio ualent ex post facto infringantur, reuocentur, & irritentur, Io. Andr. in add. ad Spec. tit. de iud. §. specialia. nu. 3. ad fin. in uerlic. si pro ea, & probant hoc text. in l. pater hęredi. in § cum à patre ff. de testam. tut. & l. in confirmando tutore. ff. de confirm.

2 tut. in fi. † hoc secus tamen est in fideiussione, quæ propter inimicitias capitales superuenientes inter creditorem, debitorem, & fideiussorem, vt etiam inter debitorem, & fideiussorẽ non aliter reuocatur, sed in suo pristino robore, & esse permanet. Io. Andr. in add. ad Spec. in d. tit. de iud. §. specialia, nu. 3. in fin. d. verlic. si pro ea. Hyppolit. de Marsil. in rub. de fideiuss. nu. 216. Socin. in fallent. reg. 191.

3 verlículo septimo fallit. † Et facit: quia si aliter diceremus esset in potestate debitoris, & fideiussoris in graue creditoris præiudicium se pro libito ab obligatione liberare contra l. ne in potestate, & l. si quis rem. ff. de arbitris corroboratur hoc ex eo, † quod

4 de iusto bello dicitur, per quod obligationes iam contractæ non alterantur. Aymon. conl. 6. nu. 97. Anto. Heringer. de fideiuss. cap. 20. in §. 32.

5 Est benè verum, † quod quando superueniunt inimicitiæ inter principalem debitorem, & fideiussorem, causa tamen, occasione, & culpa principalis debitoris non autem fideiussoris, & causæ magnæ sint, quod fideiussor tali casu potest petere se eximi, & liberari à fideiussione. Alexand. in Appost. ad Bart. in l. Lucius, verlic. itẽ vtrum. ff mand. Rom. in l. facere. ff. solut. matrim. & conl. 459. nu. 7. Socin. super reg. reg. 191. limit. 4 Abb. in cap. causa pro quo nu. 4. fi. eod. Hyppol. de Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 66. de quæstio. diximus supra sect. 5. cap. 3. num. 29.

FINIS.

TRACTATVS
DE
SOLVTIONIBVS,
Oblationibus, & Retentionibus.

AVTHORE

PYRRHO MAVRO
ARRETINO.

NOVITER IN HAC SECVNDA EDITIONE ab ipſomet AVTHORE *reuiſus, & multis erroribus emendatus.*

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

VENETIIS, MDCXXII.

Apud Io. Baptiſtam Ciottum.

PYRRHVS MAVRVS AVTHOR AD BENIGNVM LECTOREM.

SOLVTIONVM materiam latè admodum patere, & vtilem, & frequentem esse, quotidiana rerum forensium experientia docet. Nam in omni ferè controuersia aliquis huius materiæ articulus intercedit. Et licet per antiquos legum latores satis copiosè pertractata fuerit: extant enim de ea, & in ff. & in C. vt etiam in Decretalibus tituli particulares, nihilominus per Scribentes nostros legentes in locis, & sedibus ordinarijs, & communibus modicè de ea scriptum fuit, & in consultationibus non sine magno labore, quærenda, & mendicanda est. Igitur hic libellus noster, in quo tota ista materia collecta fuit ingratus videri non deberet. ex eo enim labor, & multarum chartarum reuolutio euitabitur, ipsumque præcedenti tractatui de Fideiussoribus ad-

neximus; vti eidem vnitum, & quasi affinem. solet enim prouerbio satis noto dici, quod post titulum de Fideiussoribus necessariò, vt plurimum, sequitur titulus de Solutionibus. Iterum, atque iterum vale.

TRA-

TRACTATVS

DE SOLVTIONIBVS, OBLATIONIBVS, ET RETENTIONIBVS.

Index omnium Capitulorum.

Solutionis verbum propriè, & impropriè sumitur, cap. j. pag. 1
De multiplici solutionis improprię significatione: & de casibus, in quibus soluere quis dicitur etiam absque pecuniæ traditione, & numeratione. Et de speciebus, in quibus solutio ficta, quò ad effectum solutioni veræ adæquetur, cap. ij. 3
Solutio à quo, seu quibus probanda sit. cap. iij. 13
Solutio quibus modis, & probetur, & præsumatur, cap. iv. 16
Solutio à quibus fieri possit. Et casus, in quibus soluens per solutionem ab obligatione liberetur, cap. v. 23
Casus, in quibus soluens se à debito non liberat, cap. vj. 32
Aliud pro alio inuito creditore solui non potest. cap. vij. 37
Solutio censetur facta ex causa præambula contractui, cap. viij. 42
Solutio in quam causam facta esse censeatur, cap. ix. 43
Solutio primo pro fructibus: & demum pro sorte facta esse censetur, cap. x. 45
Solutio primo de mobilibus, & postmodum de immobilibus facta censetur. cap. xj. 46
Ex solutione, & receptione sortis principalis censentur soluti fructus, & interesse, cap. xij. ibid.
Ex notabili pecuniarum solutione præsumitur mandatum, cap. xiij. ibid.
Integraliter satisfactus præsumitur, qui potuit sibi de toto satisfieri, & partem tantum recepit, cap. xiv. 47
Soluens partem an censeatur soluisse totum, cap. xv. ibid.
Solutum pro residuo arguit totum, & integrum debitum fuisse solutum. cap. xvj. 48
Solutio debiti ex diuturnitate temporis facta esse præsumitur. cap. xvij. ibid
Coniunctio sanguinis, diuturnitas temporis, & sæpius facta calculatio faciunt solutionem præsumi, cap. xviij. pag. 49
Soluens præsumitur pro se, & sua obligatione, & de suo, & sua pecunia soluere, cap. xix 50
De solutione voluntaria, & quod soluentem ad soluendum in futurum nõ liget, cap. xx. 51
De solutione necessaria, & Prætore Authore facta, cap. xxj. 52
De solutione indebiti: Et quando eius repetitio detur, cap. xxij. 54
Solutionem allegans, opponens, & excipiens debitum non fatetur, c. xxiij. 55

Sol-

Soluens agnoscit debitum, illudque fatetur, cap. xxiv. 56
Solutio potest fieri à quocunque, caput xxv. 57
Solutio in qua moneta fieri debeat, caput xxvj. 58
Solutio an debeat fieri de moneta currente tempore solutionis, vel de tempore contractus, cap. xxvij. 60
Debitor proprio foro renuncians, an in quocunque loco ad soluendum astringi possit, cap. xxviij. 61
Solutio est facienda per debitorem ad domum creditoris, cap. xxix. ibid.
Solutio debet fieri de toto debito: alias creditor non cogitur recipere, caput xxx. 64
Ius soluendi censum, canonem, pensionem, annuam præstationem, & similia, quanto tempore præscribatur. cap. xxxj. 67
Ius non soluendi canonem, & liuellum contra directum dominum, & maximè ad effectum inter vertendi directum dominium, quanto tempore præscribatur, cap. xxxij. 68
De emphyteota soluente, & non soluente, cap. xxxiij. 72
Soluere obligatus intra certum tempus sub pœna: An & quando non soluendo intra dictum tempus pœnam committat, cap. xxxiv. 78
Solutio facta ab vno ex correis debendi censetur facta nomine omnium: & facta vni ex correis credendi liberat omnes, cap. xxxv. 79
Ex tribus solutionibus continuatis semper retro præsumitur fuisse solutum, cap. xxxvj. ibid.
Ex solutione cõtinuata decem annorum inducitur præsumptio debiti, & tituli, cap. xxxvij. 81
Creditor recipiens solutionem pro rata sua ab vno ex plurib⁹ correis in solidum obligatis, sibi præiudicat, ne amplius possit in solidum petere ab vno ex eis: sed intelligitur inter ipsos pro rata summam diuisisse, caput xxxviij. ibid.
Solutio pensionis de partium consensu reseruatæ retardari non potest, caput xxxix. 82
Soluens alicui vt debitor: potest postea eum, vt creditor ex alia causa conuenire. cap. xl. 83
Non soluere melius est, quam solutum repetere. cap. xlj. ibid.
Citius, & tardius soluens plus, & minus soluere dicitur, cap. xlij. 84
Qui non potest soluere potest incarcerari, cap. xliij. ibid.
Venditor non soluto sibi pretio rem tradere non tenetur. cap. xliv. ibid.
Solutio pretij retardanda non est: etiam imminente euictione: modò offeratur cautio. cap. xlv. 85
Solutio sequens non validat actum inualidum præcedentem, cap. xlvj. ibid.
Pater si pro filio condemnationem soluit: eam filius in legitimam imputat. cap. xlvij. 86
Solutio pro futuro debito conceditur. cap. xlviij. ibid.
Solutioni adiectus quis dicatur? caput xlix. ibid.
Solutio pensionis dominium non probat, possessionem autem sic, cap. l. pag. 87
Fideiussor soluens se à fideiussione liberat ipso iure, principalem autem suũ ope exceptionis, cap. lj. ibid.
Solutio mercedis loco fructuum est. cap. lij. ibid.
Non soluens cambium tenetur ad interesse, cap. liij. ibid.
Solutione debiti tollitur omnis obligatio. cap. liv. 88

So-

Solutio quando in principio, & quando in fine termini facienda sit. cap. lv. ibid.
Dilatio ad soluendum pars crediti dicitur, cap. lvj. 89
Debitum bona fide præscriptum etiam in foro poli quis soluere non cogitur. cap. lvij. ibid.
In locatione, quoad solutionem mercedis attenditur iam solitum solui, caput lviij. 90
Soluere, & promittere soluere paria sunt. cap. lix. ibid.
Soluens aliquid ne molestetur, solutum velut vsuras repetit, vel in sortem imputat. cap. lx. ibid.
Solutio collata in mei voluntatem vti conditionalis nihil ponit in esse. caput lxj. ibid.
De damni emergentis solutione. caput lxij. ibid.
Morosus in solutione non dicitur, qui iustam litigandi causam habet, nec ab eo vllum interesse peti potest. caput lxiij. 91
Solutum ex causa indebita computatur in causam debitam. cap. lxiv. ibid.
Solutio partis impedit præscriptionem in residuo. cap. lxv. ibid.
Solutio onerum per vnum facta non præiudicat alteri, nisi eo sciente, & patiente fiat, cap. lxvj. ibid.
Onera soluens an, & quando censeatur suo priuilegio renunciasse. cap. lxvij. pag. 92
Debitor soluens anteriore creditore neglecto posteriori creditori an, & quãdo molestari possit, cap. lxviij. ibid.
Soluens pro alio non repetit, nisi cessa sibi actione. cap. lxix. 94
Soluere denegans non dicitur spoliare. cap. lxx. ibid.
Soluere quis sibi met non potest, caput lxxj. ibid.
Solutio in vnica, vel pluribus vicibus fieri potest. cap. lxxij. ibid.
Solutionem duplicatam bona fides abhorret. cap. lxxiij. 95
Solutum intuitu pecuniæ vsura est. caput lxxiv. ibid.
Soluens alteri non per hoc præsumitur, quod eius sit debitor, cap. lxxv. ibid.
Soluere in pecunia, quando quis tenetur: data impotentia præstando stabilia liberatur. cap. lxxvj. ibid.
Creditor administrator bonorum debitoris præsumitur de suo credito satisfactus, cap. lxxvij. ibid.
Solutio administratori de proximo removendo facta liberat debitorem soluentem. cap. lxxviij. 96
Solutio ab administratore paupere facta: præsumitur de pecunijs illius, cuius bona administrauit. cap. lxxix. ibid.
Solutionis exceptio est magnæ virtutis, & potentiæ, & quandocunque opponi, & allegari potest, cap. lxxx. 97
Successor non tenetur soluere pensiones ac debita per prædecessorem non soluta. cap. lxxxj. 98
Soluendo non esse quis dicatur. caput lxxxij. ibid.
Solutio debiti propter debitoris infirmitatem retardari non debet. caput lxxxiij. 99
An ex verbis datum, & solutum numeratio pecuniæ probetur? cap. lxxxiv. ibid.
Obligans se certo loco soluere, tantum tempus ei indulgendum est: vt in dictum locum se conferat. c. lxxxv. 100
Duobus contendentibus: cui interim sit soluendum. cap. lxxxvj. ibid.
Promittens soluere centum intra mensem: aliàs dat in solutum creditori præsenti, & acceptanti talem rem: nõ potest elapso mense cogere creditorem

rem ad recipiendam dictam rem in solutum: sed creditor habet electionem consequendi rem, vel centum. cap. lxxxvij. 101
Impotentia soluentis, facit, vt ipse in excommunicationem non incidat. caput lxxxviij. ibid.
Soluens pro alio non debitor, potius eius negocium censetur gerere quam ei donare, cap. lxxxix. ibid.
Soluens pro alio sine mandato actione negociorum gestorum repetit, ca. xc. ibid.
Declarandum ob mortem non declaratum: iudicis arbitrio declaratur, caput xcj. 102
Solutio debiti potest fieri ante tempus, modo creditoris non interfit, cap. xcij. pag. ibid.
Solutionibus leges multum fauent. caput xciij. ibid.
Solutum minus legitimè in vtilitatem versum non censetur. cap. xciv. ibid.
Debitor medio eius iurameno promittens soluere quinquaginta singulis annis vsque ad decennium, an in vno anno deficiens ad totam summam adstringi possit. cap. xcv. 103
Solutio reliquatus probat rationē fuisse reddítam. cap. xcvj. ibid.
De alimentorum solutione: eorumdem præstatione: & quomodo, & quando fieri debeat. cap. xcvij. ibid.
De Oblationibus. 105
De Retentionibus, & quando retentione vti liceat, & quando non. 108

Finis Index Capitulorum.

INDEX

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM OMNIVM,

Materiarum, Sententiarum, Propositionum, Vocum, ac Verborum memorabilium, ac notabilium: quæ in hoc Tractatu de Solutionibus, Oblationibus, & Retentionibus continentur, suo ordine optimè digestus.

Acceptatione partis tota cõseruatur obligatio, c. 65. num. 4. pag. 91

Acceptilatio, & nouatio proprie non veniunt appellatione solutionis c. 2. §. 7. num. 1.

Acceptilatio facta vni ex correis omnes liberat. c. 35. num 7.

Acceptilatio quomodo habeatur pro solutione, c. 2. §. 7. num. 2.

Adiecto solutioni rectè soluitur quando cauet de rato. c. 49. nu. 4.

Adiectus in rem suam, vt etiam procurator in rem suam nõ est proprio adiectus, cap. 5. num. 78.

Adiectus solutioni non potest agere contra obligatum, c. 5. nu. 83.

Adiectus solutioni agere non potest, nec cogere debitorem ad soluendum, licet ex eius receptione liberetur debitor, c. 49. num. 3.

Adiectus solutioni fit per alternatiuam non autem per copulam, c. 5. nu. 82.

Adiectus solutioni in gratiam creditoris differt ab adiecto in rem suam, cap. 5. num. 77.

Adiectus solutioni potest solutionem recipere non tamen nouare, acceptum ferre, vel aliàs debitorem liberare, cap. 5. num. 81.

Aditio hæreditatis, & immixtio loco solutionis sunt, & quoad dotem, c. 2. §. 11. num 1. 2.

Administrans bona debitoris longo tempore sibi ipsi soluere põt, c. 71. n. 4. & 5.

Administrator præsumitur soluisse de pecunijs administrationis, & non de proprijs, cap. 79. num. 3.

Administrator rerum alienarum magis pro se ipso quam pro alio soluere censendus est, & quando, c. 19. nu 6. 7. & 13.

Aduocatus, procurator, & iudex non possunt retinere pro mercede scripturas, & instrumẽta clientuli de Ret. n. 13. p. 109

Alimenta debentur, & dictim, & anticipate à principio anni pro toto anno, cap. 97. num. 5.

Alimenta earum rerum, quæ non possunt per mensem diuidi, veluti sunt vestimẽta, præstanda sunt, quando alimentarius egerit. c. 97. nu. 3.

Alimenta in victualibus consistentia, vt vinum, & ligna soluuntur mensatim, c. 97. num. 2.

Alimenta relicta in testamento minus solemni si soluta fuerint tribus annis in posterum solui debent, & quando hoc verum sit, c. 36. nu. 11. & 12.

Alimenta quando veniunt præstanda pro rebus, quæ in eorum specie corrumpuntur, vt sunt pisces, & carnes; tunc loco ipsorum debetur otimantia, & pecunia, c. 97. num. 4.

Alimenta soluuntur anticipatè, & a principio anni pro toto anno, & statim, c. 97. num. 6.

Alimentorum causa non recipit dilationem, c. 97. nu. 7.

Aliud pro alio inuito creditore solui nõ debet etiã quod interesse affectionis aliud suaderet, nec ei cedi, c. 7. nu. 11. & 12.

Aliud pro alio inuito creditore solui non potest c 7.nu.1.3.& nu.9.vbi ampliatur.
Aliud pro alio de voluntate creditoris solui potest, c.5.nu.107.& c.7.nu.33.
Aliud pro alio fisco solui potest, cap. 7. num.37.
Aliud pro alio in pignore solui potest, cap.7. nu 41.
Aliud pro alio recipitur, quando fructus in sortem imputantur, c.7.nu.44.
Aliud pro alio solui potest, quando hæreditas fuit addita cum beneficio, cap. 7. nu.42.
Aliud pro alio solui potest, quando solutum subrogatur loco rei, quæ sola solui non potest, c.7.nu.35.
Animal potest retineri pro alimentis eidem præstitis: secus pro damno ab eo facto de Retent. num.9. pag.108

B

Bis soluit, qui tempestiue soluit, cap.42. num.3.
Bona fides non patitur, quod semel exactum iterum exigatur, cap.54 nu.7.& cap 73.nu.2.

C

Caducitas an, & quando uideatur per dominum remissa, c.33.nu.14.
Cambia sunt ad instar contractus emptionis, & venditionis, pro quo interesse debetur, cap.53.num.2.
Campsor si decoctus efficiatur, an nihilominus liberetur debitor, quod ei mandauit vt solueret, c.6.nu.10.
Cancellatio, ac cassatio ad effectum liberationis consequendæ, nihil interest, an factis, vel verbis fiat, c.2.§ 3.nu.7.
Cancellatio, dilaniatio, laceratio, & combustio censentur ab illo facta, penes quem instrumentum, seu apocha reperiuntur c 2.§ 3.nu.6.
Cancellatio, dilaniatio, laceratio, & combustio de voluntate creditoris facta esse præsumitur. c.2.§.3.nu.5.
Cancellatio, dilaniatio, laceratio, seu combustio instrumenti, seu apocha plenam probationem inducit, c.2.§.3.& maxime, quando instrumentum reperitur cancellatum penes creditorem. ibi.nu.4.
Cancellatio solutionum non probat, quando instrumentum à primo fuit integrum in iudicio productum, licet postmodum in progressu temporis reperiatur cancellatum, & hoc iustificaretur, cap.2. §.3.nu 8.
Idem quando cancellatio esset inaduertenter facta, ibid.num.9.
Etiam quando instrumentum reperitur cancellatum penes tertium, ibid.nu.10.
Canon ab emphyteuta soluitur in signum recognitionis directi dominij, cap. 33. num. 1.
Canon, census, tributum, & similia probari debent per scripturas, & per testes interdum, c.4 nu.55.57.
Canon, census, tributum, & similia soluuntur in loco superioritatis, contra quæ non præscribitur, c.32.nu.6.
Canon si per triennium soluatur etiam suo nomine prodest emphyteotæ, & eum à caducitate excusat, c 33.nu.3.
Canonem recipiens per 30. annos tanquam ab emphyteuta, dominium directum præscribit, c.31.nu.7.
Capitula vbi sunt connexa non possunt vnã sine alio acceptari, c.2.§ 14.nu.3.
Carceratus non potest in carcere à custode retineri pro alimentis, secus de consuetudine. de Retent. num.15. pag.109.& nu.62.63. pag.111.& 112
Casus fortuiti debitorem liberant, cap. 5. nu.53 54.
Cautela ad hoc vt soluens voluntarie sibi non præiudicet in futurum. c.20.num.4.
Cedens debet facere debitorẽ soluendo tẽpore cessionis, & hoc sufficit, c.2 §.6.nu.17.
Cedens quando ad nihilum tenetur, cap 2. §.6. nu.18.19.

Fallit nisi cedens esset sciens, & in dolo, vt ibid. nu.19.
Cedens quando tenetur facere bonum debitorem, c.2.§.6.nu.14.15.16.
Cedens tenetur facere debitorem verum, sed non bonum, c.2.§.6.nu.12.
Etiam quod de euictione promissum sit: ibid.nu.13.
Cedula bancharia pro vera, reali, & effectuali solutione habetur cum pecunia numeretur, c.28.nu.2.
Cedula bancharia quoad effectum vim solutionis habet.c.2.§.8.nu 1.
Census ad sui substantiam scripturam requirit, c.4.nu.58.
Census potius præsumitur, quam contractus emphyteoticus, & quando, c.33.nu.43. & 44.
Census scripturam requirit, c.33.nu.11.
Cessio, & delegatio, an, & quando vim solutionis habeant remissiuè, cap. 2. §. 6. nu. 11.
Cessio, & delegatio propriè solutionis nomine non continetur, c.2.§.6.nu.1.
Cessio, & delegatio pro solutione habetur quoad effectum, c.2.§.6.nu.3.
Cessio iurium an per fideiussorem post solutionem impetrari possit, c.69.nu.3.
Cessio iurium fit in actu solutionis, alias non suffragatur, c.69.nu.2.
Cessio iurium similis emptionis est, & ideo pro solutione habetur, c.2.§ 6.nu.4.
Cessio quando censeatur facta ad commodum cessionarij, & quando cedentis, cap.5.nu.61.
Cessio quando non valeat, cap.2.§.6.nu.22.
Cessio quando valeat, c.2.§ 6.nu.20 & 21.
Cessione facta, dataque in ea potestate agendi omne periculum spectat ad cessionarium, c.2.§.6.nu.10.
Cessione iurium creditori facta per debitorem alter debitor non liberatur, & quãdo, cap.6.nu.7.
Clausula à chi presenterà la presente; *quid operetur, & quando, cap.5.nu.70. & 73.*
Clausula in cessionibus apponi solita. Nihil sibi reseruans quid operetur, c.5 nu 65.
Clausula propria authoritate posita in contractu emphyteotico an possit exequi sine partis citatione, c.33.num.40.
Compensans non dicitur realiter soluere, c.2.§.5. num.3.
Compensatio ad tollendas vsuras, & pœnas fit ipso iure, c.2.§.5.nu.13.
Compensatio, & solutio adæquantur non tamen quoad effectum constituendi quem in quasi possessione, c.2.§.5.nu.18.
Compensatio, & solutio æquiparantur, c.2. § 5. nu.5.
Compensatio ficta solutio dicitur, c.2.§.5. nu.2.
Compensatio fit etiam ipso iure, etiam creditore inuito quando est per debitorem opposita. c.2.§.5.nu.11.& maxime ad impediendas vsuras, & pœnam, ibidem, nu.12.
Compensare, & soluere idem sunt, cap. 2. §.5. nu.7.
Compensatio in depositum non cadit, & maxime quando species deposita est, secus si quantitas, c.2.§.5.nu.19.
Compensatio ipso iure fit ex contrapositione partitarum librorum, c.2.§.14.nu.2.
Compensatio non admittitur vbi debitum est iuratum, c.2.§.5.nu.14.
Contrarium secuti sunt nonnulli, ibidem, nu.15. prima tamen opinio verior, ibid. num.16.
Compensatio non est verè, & propriè solutio.c.2.§.5.nu.1.
Compensatio non sufficit vbi realis solutio requiritur, c.2.§.5.nu.4.
Compensatio pro specie solutionis & reconuentionis habetur, c.2.§.5.nu.6.
Compensatio, quando est per hominem opposita, & admissa per iudicem species solutionis dicitur, c.2.§.5.nu.10.

Compensationis exceptio etiam in causa appellationis potest opponi tam contra cedentem, quam contra cessionarium, c.2. §.5. nu.8.

Maxime quando debitum est liquidum de specie ad speciem, & de quantitate ad quantitatem: aliàs secus, vt ibid.nu.9.

Conditione, & modo non verificatis titularis non cogitur soluere, c 39.nu.4.

Conductor debet accedere ad domum locatoris, & hoc suis sumptibus, & quomodo intelligatur, c.19 nu.3.4 & 5.

Conductor soluens Abbati iniustè electo, & tollerato quando liberetur. cap.5. num.25.27.29.

Confessio de recepto facta à curatore minoris an, & quando minori noceat, & quid in tutore, c.5.nu.87.

Confessio facta etiam parte absente ad liberandum saltem in vim probationis valet, c.93.num.2.

Creditor acceptans debitorem delegatum, eius nomen bonum facere dicitur. c.2. §.6. nu.8.

Creditor administrator bonorum debitoris præsumitur de suo credito satisfactus. cap.77.

Creditor, an teneatur recipere solutionem in pecunia minuta. c.26.nu.6.

Creditor cogitur ex causa alibi, quam in loco destinato, solutionem recipere. cap. 29.num.15.

Creditor cogitur recipere partem debiti cõfessati, & oblati, super reliquum verò litigare. c.30.nu.17.

Creditor compelli potest solutionem recipere à quocunque, c.25.nu.6.

Creditor de posteriore fit prior, quando recipit creditum suum sine fraude, & vitio, & cum bona fide, & quomodo, cap. 68.nu.7.8.& 9.

Creditor diutius non tacuisse præsumitur. c.17 num.2.

Creditor, & debitor quando dicatur eiusdem fori. c.9. nu 9.

Creditor habet intentionem fundatam in debito contracto. c 3.nu.8.

Creditor non cogitur debitum imminutum recipere. c.30. num 3.

Creditor non cogitur partem recipere sui crediti, c.30.nu.1.& 6.

Creditor non potest cogere debitorem ad dandam speciem pro quantitate. cap.7. num.6.

Creditor non potest cogere debitorem ad solutionem partis, c.30.nu.7.

Creditor non cogitur recipere oblationem, & consignationem rei deteriorata. cap. 30. nu. 30.

Creditor posterior priori præfertur, vbi posterior potest retinere pro melioramentis. de Retent.nu.46. pag.111

Creditor posterior recuperans suum creditum, non potest amplius à creditore priori, etiam hypothecam habente molestari, & quare. c.68. nu.1. & 4.

Creditor potest rem non debitam, pro debita retinere. de Retent nu.24. pag.109

Solutioni certæ quantitatis, quando plures termini adijciuntur tunc solutio fit in fine & nõ in principio termini, c.55.nu 4.
Solutioni debet fieri ad domum creditoris, ubi creditor, & debitor sunt eiusdem fori, & quando non, c 29.nu.6. & 7.
Solutionis allegatio de per se, & sola non est potens, ut quis de cætero teneatur soluere. nisi una cum dicta allegationis solutionis etiã allegetur titulus, c.36. nu.5.
solutionis exceptio non censetur reiecta etiã per statutum omnes exceptiones ammouens, c.80. num 3. & 5.
solutionis locus attenditur, ubi debitum peti potest, c.29.num.2.
solutionis negatiua à debitore probari debet si à debitore opponatur, secus si à tertio, cap.3.nu.13. & 14.
solutionis uerbo omnis numeratio continetur, quoad eius effectum, c.1. num.11.
solutionis uerbum adiectum uerbo pecuniæ stricte, & propriè intelligitur de uera, & reali solutione, c.1.
solutionis uerbum largè, & impropriè pro quouis actu liberationis accipitur, c.1.n.7.
solutionibus iura multum propitia reddunt, c 93.nu.1.
Soluta in pecuniã fuisse si instrumento enuncietur de uera, & reali solutione intelligendum est. cap 1.nu.3. & seqq.
solutum à patre pro filio ex aliquo delicto per eum patrato in legitimam, uel in bonis paternis imputandum est, & quando, cap.47.nu.5. & 6.
solutum authoritate rei iudicatæ non repetitur, & quo hoc procedat, c.22.nu.15.16
solutum ex causa indebita computatur in causam debitam, c 64.
solutũ indebite authoritate iudicis per sententiam non repetitur, etiam si sententia lata sit iuris ordine nõ seruato, c.22.n.17.
solutum indebitæ ex causa trãsactionis non potest repeti, c.22.nu.14.
solutum indebitè non potest, repeti fauore piæ causæ, c.21.nu.20.
solutum intuitu pecuniæ usura est, c.74.
solutum in uim dispositionis fictitiæ, & simulatæ, uel imputatur, uel repetitur, c.46.num.2.
solutum minus legitimè in utilitatem uersum non censetur. c.94.
solutum ob causam, causa non secuta repetitur, ut indebitum, c.22.nu.11.
solutum per errorem repeti potest, & quando non, c.22.nu 1. & 2.
solutum per errorem repetitur, etiam quod cum iuramento solutum fuerit, & cum iuramento renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ, siue error sit facti siue iuris, c.22.nu.12. & 13.
solutum semel bene amplius non est soluendum, & quomodo, c.73.nu.4. & nu.5.
species pro quantitate solui non potest, c.7. num.4.
Statutum, quod libro mercatoris cedatur intelligitur de parua summa, c.4.n.48.
Statutum quod aliquid probari, possit per unam speciẽ probationis ualet, c.4.n.62.
Statutum requirens probationes per instrumentũ sufficit probare solutionem tribus annis continuam factã fuisse, c 36.nu.10.

Statutum, vel pactum, quod solutio debiti non possit probari nisi per scripturam an valeat, cap.4.nu.60.& 61.

Successor an teneatur ad sui antecessoris æs alienum, articulus est valdè dubius, & in Apostolico palatio nondum decisus, cap.81.nu.4.

Successor beneficij, regulariter non tenetur ad pensiones decursas, & ad debita sui antecessoris,& quando,c.81.nu.1.& 7. 2.& 8.3.5.& 9.

T

TEmpus medium ad soluendum liberũ esse debet promissori, cap 92.nu.4.

Tempus non est modus inducendi obligationes inducendæ, cap.37.num.4.

Tempus pars pretij dicitur, cap.42.nu.2.

Terminus quando ponitur in obligatione ad eam differendam tunc solutio fit in fine termini: secus si ad eam multiplicandã, & augendam,c.55.num.1.

Tertius non potest opponere emphyteotam non soluisse canonem,c.33.nu.47.& 48.

Testator mandans solui debita,non veniunt præscripta, cap.4.nu.26.

Testator si mandat dari quibusdam fratribus quindecim amphoras vini eisdem reluctantibus potest hæres eisdem vnam vineam assignare ex qua dictum vinum percipiunt, cap.7.nu.32.

V

VAlor monetæ attenditur de tempore solutionis in gratia Principis, & in quibus habeat locum,c.27.num.19.20. 21.22.& 23.

Valor monetæ si diminutus sit debet attendi valor tempore ipsius promissionis, & contractus, c.25.nu 5.& 15.cum seq.

Valor pecuniæ in vltimis voluntatibus debet attendi tempore dispositionis, nõ autem tempore mortis, & quando, c.27. num.16.17.& 18.

Venditore re uendita non tradita non potest molestare emptorem in solutione pretij, c.44.num.2.

Venter dilationem non patitur, c.97.nu.9.

Verba dedit, & soluit possunt verificari in confessione,& in mutuo ciuili,c.84.nu.2.

Verba reliquorum, & ex resto quid significent, cap.16.num.4.

Vigilantibus, & nõ dormientibus iura succurrunt, c.68.num.4.

Vxor viuente viro dicitur bona viri possidere iure familiaritatis, eoq; mutuo vel decocto effecto potest, potest insistere in rebus remansit in hæreditate vsque ad debitam satisfactionem, & quomodo amplietur de Retent. nu.27.28.29.30. 31.32.& 33. 110

FINIS.

TRACTATVS
DE SOLVTIONIBVS,
Oblationibus, & retentionibus.

AVTHORE
PYRRHO MAVRO
ARRETINO.

SVMMARIVM.

1 *Solutio dupliciter accipitur: alia enim vera dicitur: alia impropria.*
2 *Solutio vera dicitur, quæ fit per pecuniæ numerationem.*
3 *Soluere quis verè, & propriè, quando dicatur cum seqq.*
4 *Solutionis verbum adiectum verbo pecuniæ strictè, & propriè intelligitur de vera, & reali solutione. Contrarium tenent nonnulli. numero 9.*
5 *Solutio vera, & propria non fit nisi per numerationem pecuniæ.*
6 *Solutam pecuniam fuisse si in instrumento enuncietur, de vera, & reali solutione intelligendum est.*
7 *Solutionis verbum largè, & impropriè pro quouis actu liberationis accipitur.*
8 *Soluisse largè quis dicitur quomodolibet creditori satisfecerit.*
10 *Solutiõ quoad eius essentiam, & substantiam non dicitur, nisi de vera, & reali pecuniæ numeratione.*
11 *Solutionis verbo omnis numeratio continetur, quoad eius effectum.*
12 *Soluere quis multis modis dicitur, quoad eius effectum, etiam absque ipsius pecuniæ numeratione.*
13 *Solutio fit per æquipollens.*
14 *Solutio dicitur, quouis modo creditori sit satisfactum.*
15 *Soluere, & satisfacere æquiparantur, & à pari procedunt.*

Solutionis verbum propriè, & impropriè summitur.

CAP. I.

AD intelligẽtiam præmittendum est Solutionis terminũ in iure bifariam accipi, & diuidi. † Alia enim
1 est solutio vera, & propria: Alia impropria, larga, & fictitia.

Solutio vera, & propria sic definitur. † Quod sit naturalis ab obligatione liberatio: vel: Rei debitæ per debitorem, vel alium eius nomine creditori idoneo, & vero facta actua-
2 lis satisfactio. † Et verè solutio illa dicitur, quæ fit per numerationem pecuniæ l. fin. C. ad exhib. l. solutam 49. ff. de solutio. Nam ad hoc vt

A quis

quis propriè, & verè soluere dicatur exigitur realis, actualis, & effectualis pecuniæ consignatio, traditio, numeratio, & solutio l. solutam in principio, & in §. 1. ff. de solut. Bart. in l. solutionis. d. titulo cum alijs relatis per Natt. consil. 54. nu. 6. volum. 1. & melius cons. 344. num. 1. vol. 2. Roland. cons. 53. num. 44. vol 1. Otasc. decis. Pedam. 92. nu. 28. † dum volunt verbum solutionis adiectũ pecuniæ strictè, & propriè accipi: cum nullo casu requiratur vera, & realis solutio: alias autem largè, & impropriè. Et hoc idem firmarunt. Alex. cons. 94 nu. 3. & 95. nu. 8. volum. 3. Socin. sen. consil. 151. num. 18. volum. 1. & cons. 65. num. 2. & 3. volum. 4. † Et quod solutio vera, & realis non fiat absq; pecuniæ numeratione vult Rot. Ian. Mercat. decis. 1. num. 23. & 24. Quò fit, quod † si in instrumento dicatur pecuniam fuisse solutam: eo casu de naturali, vera, & reali solutione intelligendum est, & non de ficta, & impropria. d. l. solutam. ff. de solut. d. l. final. C. ad exhib.

† SECVNDO. Verbum istud solutio, largè, & impropriè sumitur pro omni actu liberatorio. Et hoc † modo quomodocunque quis satisfecerit soluisse dicitur l. solutionis verbo. 176. ff. de verbor. signif. Din. Alberig. & alij in l. solutionis. ff de solut. 54. Socin. sen. d. consil. 65. num. 3. vol. 4. Ias. cons. 9. num. 15. volum. 1. qui loquitur de verbis soluere, & numerare. & cons. 116. num. 4. volum. 2. Angel. in d. l. solutionis. ff. de solut. qui ad sic tenendum mouetur per text. in l. 4. in §. soluisse. iuncto §. ait Prætor. ff. de re iud. & Dini opinionem dicunt veriorem Alexand. & Ias. in dicta l. solutionis.

† Non defuerunt tamen, qui absolutè contrarium tenuerũt: Quod immo appellatione solutionis ex vi verbi, & omnis liberatio veniat: etiam quod de verbo. pecuniæ mentio non fit habita: affirmantes Dyn. opinionem non esse veram, vt fuerunt Bart. in dicta l. solutionis. ff de solut. Bald. & Castr. in l. solutam. ff. de solut. Ias. in l. 4. in §. soluisse. ff. de re iudic. Et hanc Bart. opinionem communem, & veram attestatur Socin. d. cons. 65. col. 2. in 4. Bene Rip. in d. §. soluisse. qui dicit solutionis verbum magis ad substantiam obligationis, quam ad nummorum solutionem referri. d. l. solutionis 54. ff. de solut. Et hoc idem tenet Alciat. in d. l. liberationis, qui respondet ad §. soluisse, quod & asserunt Cagnol. in l. nemo dubitet. num. 3. & 4. ff. de reg. iur. Paris. cons. 107. num. 132. volum. 3. Ruin. cons. 157. nu. 8. volumine 5. Qui dicit, quod soluere propriè dicitur, qui præstat id, quod debet.

† Ego in hac difficultate semper vsus fui hac distinctione. Quod aut nos attendimus essentiam, substantiã, & veritatem rei, aut effectum ipsius. Primo casu verè, & propriè solutio nõ dicitur, nisi interueniat realis pecuniæ numeratio. d. l. solutam. ff. de solutio.

† Secundo verò casu omnis liberatio continetur: † & quò ad effectũ multis modis quis soluisse dicitur, etiam absque pecuniæ numeratione d. l. solutionis verbum, ff. de solutio. l. solutionis verbum. & l. liberationis verbum. ff. de verb. sign. Corn. cons. 111. nu. 8. volum. quarto, Ruin. cons. 157. numero 6. volum. 5. † Soler enim dici, quòd solutio æquipollentibus fit. Rot. Ianuen. Mercat. decis. 191. numero 90. † Vnde solutum dicitur creditori,

ditori, quomodocunque sit ei satisfactum. d. l. 4. §. ait Prætor. & §. soluisse. ff. de re judic. l. si rem. in §. omnes. & l. solutum. in §. solutum. ff. de pign. act. Castr. in l. qui vsum fructum. num. 3. ff. de verborum oblig. Decius cons. 107. Ias. in l. singularia. num. 35. ff. si cert. pet. Thom. Docci. consil. 186. num. 3. Panzir. consil. 6. num 9. Marsil. consil. 37. num. 22. Bertaz. de claus. claus. 34. glos. 5. num. 4.

15 † Et ratio est: † Quia satisfacere, & soluere quoad effectum à pari procedunt. l. satisfactio. ff. de solut. l. quod si nolit. in §. illud. ff. de edilit. edict. l. solutio. ff. de verbor. signific. Calcan. consil. 35. num. 4. & 5. Asin. in prax. de execut. §. 4. c. 51. nu. 8. & dicemus infra cap. 2. casu 2.

De multiplici solutionis impropriæ significatione: & de casibus, in quibus soluere quis dicitur etiam absque pecuniæ traditione, & numeratione. Et de speciebus, in quibus solutio ficta, quò ad effectum solutioni veræ adæquetur.

CAP. II.

SVpra proximè actum fuit de solutione uera: Restat vt videamus de solutione impropria, & fictitia, & de eiusdem speciebus, & in quibus casibus (quò ad effectum saltem) solutioni veræ adæquetur, qui sunt multi, vt mox subijciam.

SVMMARIVM.

1 *Soluere, & promittere soluere paria sunt.*

2 *Promissio, datio, & solutio à pari procedunt.*

3 *Promissio de soluendo pro solutione habetur.*

4 *Soluere realiter, & promittere solutionem cum cautione paria sunt, & quomodo hoc procedat remissiuè.*

5 *Promissio campsoris pro alieno debito ex consuetudine vim solutionis habet.*

Soluere, & promittere soluere idem sunt.

§. I.

1 PRimo † igitur soluere, & promittere soluere paria sunt. † Promissio enim, & datio à pari procedunt. l. fin C. ad l. Falcid. l. fin. C. de dot. promiss. Deci. in l. vt liberis. num. 5. C. de collat. Alexan. in l. fuit, quæstionis. in vltimo not. ff. de acquir. hæred. Paris. cons. 33. num. 23. vol. 4. Tiraq. de retract. conuent. ad finem tituli, nu. 30.

3 † Nam promissio de soluendo pro solutione habetur. l. inter causas. in §. 1. ff. ad Macedon. Rota Ianuensis Mercaturæ, decisione quarta, num. 13. † Et

4 soluere realiter, ac promittere solutionem, cum cautione de soluendo paria sunt. Surd. qui ponit quomodo hoc dictum procedat decis. 187. num. 8. inquiens ista procedere creditore uolente.

5 † Hinc fit. Quod promissio campsoris pro alieno debito uim solutionis habet: secundum generalem consuetudinem, quam seruat Italia: licet de iure in explicatione huius articuli magnus sit inter Doctores conflictus. ad not. per eos in l. singularia. ff. si cert. per. & admonet Rot. Ianuen. Mercat. decis. 4. num. 9. & 15.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, & satisfactio à pari procedunt.*
2 *Soluere in pecunia numerata, vel alio modo satisfacere paria sunt.*
3 *Solutio, & satisfactio quoad effectum non differunt.*
4 *Solutio verè est cum soluitur id, quod debetur.*
5 *Satisfactio est, quando aliud de uoluntate creditoris soluitur: seu etiam eidem remittatur.*
6 *Remissio vim solutionis habet, quando aliud pro alio de voluntate creditoris remittitur.*
7 *Satisfactio licet uerè, & propriè solutio non sit: tamen quoad effectum solutionis uim habet.*
8 *Satisfactio est nomen generale.*
9 *Satisfactio continet fideiussionem, & pignoris dationem.*
10 *Satisfactio accipitur in genere, & in specie.*
11 *Satisfactio in genere sumpta continet omne id, ex quo desiderium creditoris impletur.*
12 *Satisfactio in specie sumpta pro solutione accipitur, & maxime in contractibus.*

Solutio, & satisfactio à pari procedunt.

§. 2.

1 SEcundo. † Etiam solutio, & satisfactio à pari procedunt. Paris. con-
2 sil. 69. num. 16. volum. 4. † Soluere enim cum pecunia numerata, vel quocunque alio modo satisfacere adæquantur. Ang. Aret. in §. vendi-
3 tæ inst. de rerum diuis. † Et quod solutio, & satisfactio quòad effectum
4 non differant, patet. Quia † solutio verè est, cum soluitur id, quòd debetur. Satisfactio vero, quando aliud cum voluntate creditoris
5 soluitur, vel non soluitur. † Seu eius voluntate, quod debetur, propter aliquid aliud remittitur. l. si reum alienam in §. omnis pecunia. ff. de pignor. act. Ias. cons. 216. num. 3. & 4. in 2. Cumi. super Rit. Sicil. cap. 9. nume-
6 ro 26. dum volunt, † quod quando aliud cum voluntate creditoris soluitur; vel propter aliquid aliud remittitur. Tunc illa solutio altetius rei, pro alia, vt etiam illa remissio vim so-
7 lutionis habent. † Satisfactio enim creditore volente facta, licet propriè, & verè solutio non sit; tamen solutioni comparatur, & quo ad effectum vim solutionis habet. l. satisdatio. ff. de solut. l. solutionis. ff. de verb. signific. l. inter causas. §. abesse. ff. mand. Bartol. consil. 160. Rot. Ian. decis. 4. num. 11.
8 † Et scias, quod satisfactio est nomen generale continens in se fideius-
9 sionem, & pignoris † dationem. gl. in d. l. satisdatio. ff. de solut.
10 † Etiam scias, quod satisfactio ac-
11 cipitur in genere, & in specie. † In genere sumpta complectitur omne, ex quo desiderium creditoris impletur. l. si liberatur. in §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. solut. l. item in §.
12 omnis. ff. de pig. act. † In specie verò pro solutione accipitur, & ita capitur in cõtractibus. l. promissor. ff. de constit. pec. Auth. si quando. C. dicto tit. Bart. & alij in l. 1. ff. qui satisd. cog. Ruin. consil. 57. num. 5. vol. 1. Natt. cons. 496. nu. 20. & 21. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Soluere, & cancellare idem sunt, quòad effectum.*

Solutio

2 *Solutio debiti, seu debitoris liberatio præsumitur ex cancellatione delaniatione, laceratione, seu combustione instrumenti, vel apochæ existentis penes creditorem.*

3 *Cancellatio, dilaniatio, laceratio, seu combustio instrumenti, seu apochæ plenam probationem solutionis debiti, & liberationis debitoris inducunt.*

4 *Et maximè, quando instrumentum reperitur cancellatum penes creditorem.*

5 *Cancellatio, dilaniatio, laceratio, & combustio de uoluntate creditoris facta esse præsumuntur.*

6 *Cancellatio, dilaniatio, laceratio, & combustio censentur ab illo facta penes quem instrumentum, seu apocha reperiuntur.*

7 *Cancellatio, ac cassatio ad effectam liberationis consequendæ nihil interest an factis, vel uerbis fiant.*

8 *Cancellatio solutionũ non probat, quando instrumentum à principio fuit integrum in iudicio productum, licet postmodum, & in progressu temporis reperiatur cancellatum, & hoc iustificaretur.*

9 *Idem, quando cancellatio esset inaduertenter facta.*

10 *Vt, & quando instrumentum reperiretur cancellatum penes tertium.*

Soluere, & cancellare idem important.

§. 3.

1 TErtio. † Soluere, & cancellare idem sunt. Cãcellatio enim quò ad effectum vim solutionis habet. l. emptor. §. huius. ff. de pact. Enchiridion Parium in verbo Cancellatio:

2 † ex delaniatione enim, & cãcellatione, vt etiam ex laceratione, necnon cõbustione scripti, syngraphæ, apochæ, ac chirographi existentis penes creditorem probatur solutio debiti, & debitoris liberatio præsumptiuè. l. Fullo. §. qui tabulas, vbi Bart. ff. de furtis. l. qui chirographum. ff. de probat. l. Labeo. cum l. seq. vbi not. ff. de pact. And. Gail. lib. 2. obser. obseruat. 37. num. 6. & 7. † In tantum quòd talis præsumptio plenã probationem inducit. Cyn. in l. si de possessione. C. de probat. Bal. Fulg. Angel. Alexan. & alij in d. l. Labeo. Butri. in cap. Ecclesia, vt lit. pend.

4 Et maximè, quando instrumẽtum reperitur cancellatum penes creditorẽ;

5 † quia tunc de voluntate creditoris censetur cancellatum. Ruin. cons. 75.

6 nu. 1. volum. 4. qui dicit, † quod cancellatio præsumitur facta per eum, penes quem reperitur instrumentum. Et ad præmissa vide Bald. consilio 83. num. primo, in 3. par. qui docet etiam cum cancellatione debere concurrere præsumptionem, quòd instrumentum per creditorem debitori redditum fuerit, † & ad effectum liberationis consequendæ, quòd nihil referat, vt cassatio fiat factis, vel verbo ponit Natt. consil. 102. num. quarto, volum. 1.

8 † Limita tamen, quando à principio instrumentum fuerit productum iudicio integrum, nam licet demum postmodum dictum instrumentum reperiatur cancellatum: tamen talis cancellatio non probat liberationem, & solutionem. Ruin. dicto consil. 75. num. 3.

9 † Limita secundo, quãdo dicta cancellatio esset inaduertenter facta, & hoc iustificaretur. Ruin. d. consil. 75. num 5.

10 † Limita tertio, quando instru-

mentum repetiretur cancellatum penes tertium. Alex. conſ. 59. num. 11. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Soluere propriè non dicitur, qui pecuniam deponit.*
2 *Soluere non dicitur, qui deponit; fallit quando pars conſenſit depoſito, illudque acceptat. num. 3.*
4 *Depoſitum quoad effectum, vim ſolutionis habet.*
Et maximè creditore volente. numero 5.
6 *Satisfactio quælibet ſolutionis vim habet creditore volente.*
7 *Depoſitum vim ſolutionis non habet, niſi ſit authore prætore, & in iudicio factum.*
8 *Depoſitum non eſt ſatis, vbi realis ſolutio fieri debet.*
9 *Depoſiti duo requiſita eſſe debent: Nam debet eſſe recuſatum: & liberum.*

Depoſitum vim ſolutionis habet.

§. 4.

1 QVarto † licet ſoluere vere, & propriè non dicatur, qui pecu-
2 niam deponit; † quia enim deponit non ſoluit. l. acceptam C. de vſuris. Rot. diuerſ. in impreſ. deciſ. 285.
3 num. 9. in 2. par. & † hoc niſi pars conſenſerit depoſito, vel depoſitum acceptauerit. Cumin. ſuper rit. Sicil. c. 93.
4 nu. 17. † tamen quoad effectum depo-
5 ſitum vim ſolutionis habet, † & maximè (vt dixi) creditore volente. Nam
6 † quælibet ſatisfactio vim ſolutionis habet creditore volente: & acceptante. l. ſatisfactio ff. de ſolut. l. ſolutionis verbum. ff. de verb. ſign. l. inter cauſas. §. abeſſe. ff. mand. Bart. conſ. 160. Rot. Im. Mercat. deciſ. 4. nu. 11. & diximus ſupra in ſecundo caſu. Et videatur ſignanter ad præmiſſa. Viui. deciſ. 192.
7 in prima part. † Vbi dicit, quod depoſitum non habet vim ſolutionis, niſi ſit iudiciale; & Authore Prætore factum, & ſubdit, quòd † vbi realis ſolutio eſt facienda, non ſufficit probare depoſitum.
8
9 † Sciẽdum eſt tamen in propoſito: Quod depoſitum ad hoc, vt ſit iuridicè factũ debet habere duo, & eſſe recuſatum, & liberum. Nam deponens debet citare creditorem ad recipiendam pecuniam, & in euentum recuſationis inſtare mandati per iudicem deponi, & ipſa recuſata eam effectualiter offerre, & deponere: Bald. in l. acceptã in primo not. C. de vſur. Curt. conſ. 28. col. 2. Ia. conſ. 216. colum. 2. verſ. quia tunc lib. 2. Rot. conſ. 63. nu. 29. volum. 1.

Secundo debet depoſitum eſſe liberum, purum, & expeditum, & abſque vlla cõditione, ità quod ſit in poteſtate creditoris illud habere, quãdo vult abſq; aliqua contradictione Bart. & Caſtr. in l. ſi ſoluturus. num. 5. ff. de ſolutionibus. Ia. conſ. 9 nu. 31. lib. 1. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. caſ. 232. Neguſ. de pign. 2. par. 3. memb. 4 par. num. 10. omnes in l. acceptam. C. de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Compenſatio non eſt verè, & propriè ſolutio.*
2 *Compenſatio ficta ſolutio dicitur.*
3 *Compenſans non dicitur realiter ſoluere.*
4 *Compenſatio non ſufficit, vbi realis ſolutio requiritur.*
5 *Compenſatio, & ſolutio æquiparantur,*

tur, & ideo compensans soluere dicitur.

6 *Compensatio pro specie solutionis, & reconuentionis habetur.*

7 *Compensare, & soluere idem sunt.*

8 *Exceptio compẽsationis, etiam in causa appellationis potest opponi tam contra cedentem, quam contra cessionarium.*

9 *Et maximè, quando petitum compensari est liquidũ, de specie ad speciem, & de quantitate ad quantitatem, alias secus.*

10 *Compensatio, quando est per hominem opposita, & admissa per iudicem species solutionis dicitur.*

11 *Compensatio fit etiam ipso iure, etiam creditore inuito, quando est per debitorem opposita.*

12 *Et maximè ad impediendas vsuras, & pœnam.*

13 *Compensatio ad tollendas vsuras, & pœnas fit ipso iure.*

14 *Compensatio non admittitur, vbi debitum est iuratum.*

15 *Contrarium sequuti nonnulli.*

16 *Prima tamen opinio verior, & magis communis.*

17 *Soluens inuito creditore recompensat cum eo, si erat debitor illius pro quo soluit.*

18 *Compensatio, & solutio adæquantur: non tamen quò ad effectum constituendi quem in quasi possessione.*

19 *Compensatio in depositio non cadit, & maximè quando species deposita est: secus si quantitas.*

Compensas soluere dicitur.

§. 5.

1 QVinto: † & si compensatio verè, & propriè solutio non sit:

2 † cum compensatio ficta solutio dicatur. l. si debitor. ff. qui pot. in pign. habeantur. l. amplius. ff. rem rat. hab.

3 † Nam compensans licet dicatur soluere: tamen non dicitur realiter soluere. Nat. cons. 60. num. 3. vol. 1. &

4 † ideo compensationi locus non est, quando tequititur vera, & naturalis solutio. Natt. ibidem, num. 4. Nihilominus

5 † compensans soluere dicitur, & solutio, & compensatio ad paria iudicantur. l. vel permutabit. ff. de lib. causa. Ias. in § bonæ fidei. num. 62. Instit. de actio. Surd. decis. 117. nu. 1.

6 † Compensatio enim pro specie solutionis, & reconuentionis habetur. l. si

7 debitor. ff. qui pot. in pig. hab. † Nam compensare idem est, quod soluere. l. Iulianus ait. ff. de condit. & demonstr. l. solutionis. ff. de solut. Bart. in l. diportio, in §. ob donationis. num. 21. ff. sol. matrim. Castr. cons. 318. colum. 2. in princ. volum. 1. Grat. telp. 121. numero 11. volum. 1. Rot. Ian. Cattar. execut. decisio. 77. num. 18. Carol. de Grat. de except. excep. 16. num. 9. cum seqq. Costa de ratione ratæ. quæst. 61. num. 2. 4. 6 & 15. Capell. Tolos. decis. 97. vbi additio quæ dicit, † quod exceptio compensationis etiam in causa appellationis potest opponi, & tã contra cedentem, quam contra cessionarium. † Et maximè, quando id, quod petitur, vel excipitur est liquidum, &

9 est de specie ad speciem, aut de quan-

10 titate ad quantitatem, † & compensatio est opposita per hominem, & admissa per iudicem. l. si constat. C. de compensat. l. verum dicto titulo. Tali enim casu compensatio est species solutionis, & nihil interest, An quis soluat, vel compenset. dicta l. si debitor. ff. qui pot. in pign. hab. l si peculium. in §. primo. ff. de stat. libe. Alex. cons. 91. visis. lib. 2. Afflict. decis. 171.

nu.4. Rot.diuers. in impress. decisio. 8.nu n.20 16.num.6. 16. num.32. & 214. nu.5.part.prima.Rot. Ian. Mercat. decis. 104. num.3. Et quod soluere, & compensare, comparentur, & à pari procedant, dicunt Bart. in l.diuortio. §. ob donationes in prima oppositione. ff.solut.matrim. Paris.consil.121.num.14. volu.10. Corn. consil.111.num.5.volum.4.Tiraquel. de retract.consanguin.§.3.glo.3.num.2.

11 † Et concurrentibus requisitis compensatio per debitorem opposita fit ipso iure, etiam creditore inuito. Corn. dicto consil.111. num.7. in quarto.

12 † Et præsertim ad impediendas vsuras, vel pœnam. Nam ad tollendas vsuras, & pœnam compensatio ipso iure fit. Alexand.cons.74.num.quarto, volum.4. Surd. dicta decisio.117. num.6.

13 † Et aduertatur,quod quando quis soluere medio iuramento tenetur,non adimplet promissionem compensando. glos.in cap.ad nostram. el primo, vbi Ioan. Andr. Butr. & Imol. Extra. de iureiur. Bart. in l.amplius non peti.num.8. licet demum teneat contrarium.ff.rem rat.hab.Alexan.cons.91. visis actis lib.2.qui dicit communem. Ias.consil.134.num.5.volum.4. Natt. cons.54. num.1. & 7. volum.1. Crot. cons.361.num.6.volum.3. Benè Grat. resp. 121.num.1. vol.1. qui communem opinionem contra Bart. sex modis limitat. Osasch.decis.92.num.33.

14 & per totum. † licet contrarium videatur tenere Carol. de Grass. dicto tract.de except. except.16. nu.17. qui dicit,quod qui iurauit soluere non incidit in periurium compensando, & multa alia addit circa compensationé,

15 & eius effectus,† licet demum ab hac sententia recedat sub numero 27.ver-

16 sic.supradictis:dum firmat † primam opinionem negatiuam contra Bartol. veriorem, & communiorem esse, & communem testatur Cæsar. de Grass. decis.3.de donat. num.17.

17 † Item nota,quod licet soluens pro aliquo inuito contra eum non habeat actionem,sed solum liberetur ille,pro quo soluit: attamen quando soluens esset debitor eius,pro quo soluit: quòd tali casu compensatur solutio cum debito: licet talis solutio inuito debitore fiat, & soluenti repetitio denegetur, glos. & alij in l.Stichum. §.fin.ff. de nouat. omnes. in l. fin. C. de negot.gest. Paris. consil.107. num.129. volum.3. Surd.de alimen. quæstio.5. num.24.tit.6.

18 † Etiam notãdum est vnum in proposito, quod compensatio, & solutio æquiparétur quoad solutionem, secus quoad effectum constituendi quem in quasi possessione, vt voluerunt. Rot. diuers. in impress. decis.389. num.2. parte 1. Gost. de rat. rati. quæstio.61. num.15.

19 Non omitto etiã aduertere.† Quòd non tantum in debito iurato non cadit compensatio, vt supra firmatum fuit: verum etiam in deposito: nam depositarius nullo modo retinere potest, sed omninò soluere tenetur, & à deposito omnes exceptiones reijciuntur. l.fin. C. depositi. Et hoc respectu satis impium contra depositum est, exceptionem compensationis opponere, sunt verb. text. in §. in bonæ fidei, versic.excepta sola depositi actione.inst. de act.Rot.Ian. Mercat.decis. 34. num.9. quæ istud dictum restringit, quando species deposita est: secus si quantitas.

SV bi-

SVMMARIVM.

1 *Cessio, & delegatio propriè solutionis nomine non continentur.*
2 *Delegatio ficta a solutio est.*
3 *Cessio, & delegatio pro solutione habentur quoad effectum.*
4 *Cessio iurium similis emptioni est, & ideo pro solutione habetur.*
5 *Delegatio, & cessio vim solutionis habent.*
6 *Delegans soluere dicitur.*
7 *Cedens soluere dicitur, etiam quod debitor secundus non soluerit.*
8 *Creditor acceptans debitorem delegatum, eius nomen bonum facere dicitur.*
9 *Debitor post notam sibi cessionem: primo creditori soluere non debet, sed cessionario.*
10 *Cessione facta, dataque in ea potestate agendi, omne periculum spectat ad cessionarium.*
11 *Cessio, & delegatio an, & quando vim solutionis habeant remissiuè.*
12 *Cedens tenetur facere debitorem verum, sed non bonum.*
13 *Etiã quod de euictione promissum sit.*
14 *Cedens tenetur facere bonum debitorem, quando potest eum facere soluendo.*
15 *Idem quando fuit conuentum expressè, vel tacitè.*
16 *Et isto casu sufficit sola assertio, & attestatio, quod debitor sit bonus.*
17 *Sufficit etiam, quod debitorem faciat cedens soluendo tempore cessionis.*
18 *Cedens ad nihilum tenetur, vbi fuit cessum ius, quod quis habet, vel si quod habet.*
Fallit, nisi cedens esset sciens, & in dolo. nu. 19.
20 *Cessio semper valet, quando continet ius indubitatum.*
21 *Etiam quod dictum ius indubitatum superuenerit post actionem in iudicio deductam.*
22 *Cessio quando dolo, malo animo, & intentione alium uexandi fit tunc non ualet.*

Cessio, & delegatio ad instar solutionis dijudicantur.

§. 6.

1 SExto. † Quamuis soluere verè, & propriè non dicatur, qui iura, & nomina debitorum assignat, cedit, & delegat. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Vellei. vbi Glo. in verb. soluit, dum
2 inquit, † qđ soluere fingitur, qui reũ, vel debitoré delegat. Ruin. cons. 157.
3 nu. 3. vol. 5. † nihilominus quoad effectum delegans, & cedens soluere
4 dicuntur. † Cessio enim dicitur similis emptioni, & vẽditioni, & ideo pro solutione habetur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de sol. d. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Vell. l. inter causas. §. abesse. ff. mand. † Et delegationem, accessionem vim solutionis habere, & sic,
6 † quod qui delegat soluere dicatur. est tex. in d. l. quamuis. §. interdũ ad Vellei. & tenẽt Dec. cons. 99. nu. 4. Corn. cons. 169. vol. 2. Ruin. d. cons. 157. nu. 3. & 8. vol. 3. Put. deci. 11 nu. 14. in 1. par. Rot. Ian. Mercat. decis. 60. nu. 11. & 153 nu. 7. videtur. n. datum nomen debitoris in solutũ. l. fin. C. quando fiscus, vel priuat. l. 3. C. de nouat. l. pupilli. § Sororum. ff. de solut. † Et ideo
7 ille, qui cessit, & dedit soluere dicitur, etiam quod debitor, nomen cuius cessum est, non soluisset. Socin. cons. 37. col. 2. & per tot. vol. 4. Parisi. cons. 69.
8 nu. 14. vol. 4 † Nam bonũ nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum d. l. inter causas. §. abesse. ff. mand.

ſt.mand. Et hæc adeò vera ſunt, vt delegatio, & ceſſio pro ſolutione habeá-
9 iur, † quod debitor poſtquam ſibi innotuit: de ceſſione amplius primo creditori ſoluere non debet, ſed ceſſionario. Corn.conſ.151. nu.17. volum.2.
10 † Imò ceſſione facta, & data poteſtate exigendi, periculum, ſpectat ad ceſſionarium. Gozad.conſil 86.num.11.
11 † Et quod ceſſio, & delegatio vim ſolutionis habeant, benè proſequitur hæc omnia. Surd.dec.23. Notandum tamen eſt vnum in hac materia, quod
12 quotidie contingit, † quod cedens tenetur facere verum debitorem, ſed nõ bonum. l. ſi nomen. vbi Bald. ff. de hæred. vel act. vend. Idem conſ.72.lib.3. Alexan.conſ.141.in fin.lib.6. Fab. de Monte, de empt.q.15.6. q.principali. Becci.conſ.105.nu.13. Franc.dec.108. par.1.
13 † Extende etiam, quod ſit promiſſum de euictione. Caſt.conſ.170.n.2. lib.2. Gozad.conſ.58.nu.17. Pariſien. conſi.49.nu.9. Becc.d.conſil.105. nu. 13.& 25.
14 † Lim.1. quando cedens poteſt facere debitorem ſoluendo, vel quando debitor poſt moram eſt factus non ſoluendo. Bald.dicto conſ 72. nu.2.in 3. Becc d.conſ.105.nu.13.& 25.
15 † Lim.2. quando fuit aliud cõuentum, ſiue expreſsè, ſiue tacitè. d.l. ſi nomen, vbi Fulg. & Caſt. Becc. vbi ſup.
16 † Et ſola aſſertio, ſeu mentio, quod ſit bonus ſufficit. Fulg.in l.qui plus.in §. qui non. ff de euict. Rot.Ian.dec.156. num.3. Becc. loco præcitato, qui nu
17 mero 26.27.& 35. ſubdit, † quod ſatis eſt, quod cedens faciat debitorem ſoluẽdo tempore ceſſionis, licet poſtmodum aliud contingat Fulg. in d.l. qui nomen in 3 not. addit, hæc vera etiam, quod cedens cedat iura, talia, qualia ſibi competentia.
18 † Lim.3. non procedere præmiſſa ſi fuerit ceſſum ius, quod quis habet, vel ſi quod habet: Nam tunc ad nihilum tenetur. l. quod ſi in venditione. ff. de hæred. vel act. Fulg.in d.l.qui no
19 men.nu.2 † Niſi cedens eſſet ſciens, & in dolo. Ang.in l.1.C.de euict. Gar. Patroc.39.in fi.

Non eſt in hoc loco omittendum,
20 † Quod ceſſio debet ſemper continere ius indubitatum, alias inualida reputatur. Gabr.conſi.67.nu.7. volum. 1. qui ſub num. 10. hoc verum dicit
21 etiam, quod dictum † ius indubitatũ ſuperueneret poſt actionem in iudicio
22 deductam. Addit nu.1. † ceſſionem tunc non valere, quando mala fide, dolo, & animo vexandi alium fit, quod præſumitur tantum in certis caſibus. expreſſis, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Acceptilatio, & nouatio propriè non veniunt appellatione ſolutionis.*
2 *Acceptilatio quoad effectum habetur pro ſolutione, & vice ſolutionis fungitur.*
3 *Nouatio vim ſolutionis habet.*

Acceptilatio, nouatio; & alij modi, per quos obligatio tollitur pro ſolutione habentur.

§. 7.

1 SEptimo. † Licet acceptilatio, nouatio, & alij modi per quos obligatio ſoluitur appellatione ſolutionis. ex proprio verbi ſignificatu non veniant Bart. Bertazz. de clauſ. clauſ 35. gloſ.10.nu.14. qui ex Aret. in §. item per acceptilationem nu.1. inſtit. quib. mod.

mod.tol.ob. dicit acceptilationem nõ compræhendi sub statuto de solutione loquente. † Tamen quoad effectũ pro vera solutione habentur, & vice solutionis funguntur. l. quamuis. §. interdum. ff. ad Vellei. l. si rem. in §. si duo. ff. de nouat. † Et de nouatione, quod vim solutionis habeat. Put. decis. 428. num. 4 par. 2. Dec. cons. 421. num. 16.

2

3

SVMMARIVM.

1 *Cedula Bancharia quoad effectum vim solutionis habet.*

Imo pro vera, reali, & effectuali solutione cum numeratur pecunia facta habetur. num. 2.

Cedula bancharia eius est virtutis, quam solutio.

§. 8.

1 OCtauo. Etiam cedula bancharia quoad effectum vim solutionis habet. Nam dans cedulam bancharia pro soluente habetur. Put. decis. 165. lib. 1 Bart. in l. si soluturus. ff. de soluti, & tenuit Rot. in vna Beneuentana Census. 29. Maij 1595. coram Illustrissimo Pamphilio. vbi decidit † quod cedula bancharia pro solutione cum pecunia numerata facta habeatur.

5

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum pro solutione habetur.*

Datio in solutum solutio dicitur.

§. 9.

1 NOnn. Datio in solutum vim solutionis habet. l. solutionis. ff. de solut. Patis. cons. 81. nu. 35. vol. 2. qui dicit dationem in solutum inducere solutionem debiti, & crediti. Socci. iun. cons. 41. nu. 14. & 118. num. 9. vol. 3. qui docet eam vices emptionis, & venditionis obtinere.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio pro solutione habetur.*

Oblatio vices solutionis obtinet.

§. 10.

1 DEcimo. Oblatio soluendi de rebus hæreditarijs pro solutione habetur. l. qui decem in princip. ff. de solut. nor. in l. acceptam. C. de vsur. Dec. cons. 449. nu. 9. vers. & ista conclusio vlterius confirmatur.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis, & immixtio loco solutionis sunt. Etiam quoad Dotem. num. 2.*

Aditio, & succeſſio loco solutionis sunt.

§. 11.

1 VNdecimo, Aditio immixtio, hæreditatis confusio, & succeſſio loco solutionis sunt, & pro solutione habetur. l. 2. C. de hæred. vel act. vẽd. l. pacto successorũ. C. de pact. l. ea quę. C. fam. ercis. & quod succeſſio vim

2 solutionis habeat; † etiam quoad dotis solutionem, Costa de portii. ratæ. q. 23. nu. 2. & 3. & quod succeſſio loco solutionis sit; voluerunt. Castr. in l. Vranius. ff. de fideiuss. num. 1. Corn. cons. 52. nu. 8. vol. 1. & cons. 304. nu. 4. vol. 4. Negus. de pign. in 1. memb. in 5. par. principali nu. 54. Surd. decis. 224. nu. 8. & 9. Dixi latè in meo tract. de fideiuss. par. 2. sect. 10. c. 14.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo pro solutione existimatur.*

Pactum de non petendo pro solutione reputatur.

§. 12.

1 PActum de non petendo vim solutionis habet. Ruin cons. 157. nu. 6. vol. 5. qui dicit liberationem à debito multis contingere: per pactum, acceptilationem, delegationem, vel actualem solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Datio fideiussoris pro solutione tenetur.*

Datio fideiussoris vicem solutionis obtinet.

§. 13.

1 DAtio fideiussoris, vel pignoris creditore volente loco solutionis. ff. de solut. Rot. Flor. Mag. 57. nu. 3. vide plenè in tract. nostro de fideiuss. par. 2. sect. 4. cap 26.

SVMMARIVM.

1 *Solutio contrapositi probatur, & inducitur, ex contrapositione partitarum librorum.*
2 *Compensatio ipso iure fit ex contrapositione partitarum librorum.*
3 *Capitula vbi sunt connexa non possunt vnum sine alio acceptari.*

Ex contrapositione partitarum solutio contrapositi inducitur.

§. 14.

EX contrapositione partitarum librorum inducitur solutio cõtra-
2 positi, † & ipso iure fit compensatio: Alex. cons. 85. lib. 3. Imo in l. 1. & in l.
3 cum ex pluribus. ff. de sol. Quia † vbi Capitula connexa sunt non possunt vnum sine alio accepiari, vt sunt, quãdo sunt ad debitum, & creditum, vt dicitur currens. benè Rot. Ian. Mercat. decis. 16. num. 8. quæ dicit, quòd quando in vna parte libri adest vna partita dati, & sic debiti, & in oppositum adest partita accepti: tunc talia connexa, & conglutinata iudicanda sunt, pro vt de vno corpore, & dicitur facta solutio.

§. 15.

PRæscriptio vim solutionis habet Bald. cons. 315. num. 2. in tertio. Corn. cons. 176. nu. 21. vol. 1. dicemus in cap. 4. num. 25.

Solutio quando inducitur ex modis supra relatis, non fit ex propria vocabuli significatione: sed ex vi conuentionis.

§. 16.

ADuertendũ tamen est circa præmissa, Quod ista omnia; Promissio de soluendo cum cautione, satisfactio volente creditore facta, cancellatio depositum, compensatio, delegatio, cessio iurium, acceptilatio, nouatio, cedula bancharia, datio in solutum oblatio, aditio hæreditatis, ac successio, pactum de non petendo, datio fideiussoris, contrapositio partitarum librorum, speciei, peremptio, & similia pro solutione habẽtur, & vim solutionis habẽt, & liberationem operantur: vt hoc procedat non ex natura

præ-

prædictorum, & ex vi, & propria significatione solutionis: sed quo ad effectum tantum: & ex potentia conuentionis. l. cum emptor. ff. de rescind. vend. glos. in cap. 1. de reg. iur. in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Casus, in quibus solutio impropria pro uera non habeatur.*
2 *Solutio, & numeratio quando pro forma requiritur, tunc solutio impropria pro uera non habetur.*
3 *Idem quando uerbum solutionis est adiectum uerbo pecuniæ.*
4 *Vt etiam quando sumus in statuto, uel alia dispositione strictè intelligenda.*
5 *Pariter quando uerbo solutionis adijcitur iuramentum.*

Solutio impropria in quibus casibus pro solutione vera non habeatur.

§. 17.

1 INsuper sciendum, † Quod casus supra numerati pro solutione non habentur, etiam quoad effectum in nonnullis.

2 Primo, † quando in actu pro forma requiritur numeratio. Quia tunc non est satisfactum adimplendo peræquipollens. Rot. Ianuen. decis. 91. numero 10.

3 Secundo. † Quando solutionis verbum est adiectum pecuniæ.

4 Tertio. † Quando sumus in statuto vel alia dispositione strictè, & propriè intelligenda.

5 Quarto. † Quando verbo solutionis est adiectum iuramentum eò quia quis medio iuramento in pecunia soluere se obligauit ex contractu. Nam in omnibus istis casibus quis præcisè soluere in pecunia tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem allegans eam probare debet, & nu. 5.*
Fallit quando solutio à tertio negatur, num. 11.
2 *Solutio ab affirmante, & non à negante iustificari debet.*
3 *Solutio ab eo, qui soluere tenetur probanda est.*
4 *Factum quid fuisse probari debet ab eo, qui facere tenebatur.*
6 *Solutio est quid facti.*
7 *Facta non præsumuntur nisi probentur.*
8 *Creditor habet intentionem fundatam in debito contracto.*
9 *Debitum perdurare præsumitur, nisi de eius satisfactione doceatur.*
10 *Emphyteota canonis solutionem probari debet.*
12 *Negans collectas non soluisse, talem negatiuam probare cogitur.*
13 *Negatiua solutionis à debitore probari debet, si à creditore opponatur.*
14 *Secus si à tertio.*
15 *Solutio dicitur de iure diuino.*

Solutio à quo, seu quibus probanda sit.

CAP. III.

1 SOlutionem allegans † illam probare tenetur. l. quingenta. versic. nam, & si creditum, & l. cum de indebito. ff. de probat. l. 1. C. d. tit. l. 1. & fin. C. de solut. l. adseueratio. C. de non num. pec. Natt. cons. 226. nu. 3. vol. 1. & cons. 569. num. 1. 2. & 4. vol. 3. Mascar. de probat. in 1. par. concl. 78. nu. 18. & in 3. par. concl. 1318. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 135.

2 Solutio enim debiti † ab affirmante, & non à negante iustificãda venit. glo. in l. 2. in verbo expellere. C. de

iure

iure emphyt. Patiſ.conſ.90. num.19. vol. 1. Alex. de Neo conſ.23. num.3. Aym. conſ.313. nu.1. Affl. deciſ.22. nu.3. & 91. num.3.

3 Solutio enim † probanda eſt per illum, qui tenetur ſoluere. Nat.d.conſ. 216. nu.3. vol.1. & d.conſ.569. nu.2. & 4. vol.3. Surd.deciſ.105. nu.9. Maſcar.d.concl.1318. par.3. vbi nu.2. dicit. † Quod factum quid fuiſſe probari debet ab eo, qui facere tenebatur.

5 † Et quod ſolutio per allegatem probanda ſit, ponit Magon.deciſ.Lucenſ. 5. num.17. Et ratio huius pronunciati

6 altera erit. † Vel quia ſolutio eſt, quid

7 facti.d.l.quingenta. † Et facta nō preſumantur, niſi probentur. l. in bello. in §. factæ. ff. de capti. & poſtlim. re-

8 uerſ. † Vel etiam: quia ſolutionem qui negat, habet intentionem fundatam

9 ex debito, † quod præſumitur durare, niſi ſit ſatisfactum: Ex quo deducitur, quod emphyteota ſolutionem canonis probare tenetur. Maſcard. d. concl.1318. nu.3.

10 Lim. prædicta quando tertius diceret ſolutionem non fuiſſe factam:

11 quia tūc ipſe probare debet: † Et ideo

12 dicens aliquem non ſoluiſſe collectas tenetur talem negatiuā probare. Bart. in l. in illa. ff. de verb. obl. Maſcard.d.

13 concluſ.1318. nu.5. † Negatiua enim ſolutionis non factæ ſi per creditorē opponatur, debitor ſolutionem pro-

14 bare debet: † ſi verò obijciatur per tertium probat ipſe tertius. Lapus allegat.94. Ceph. conſ.47. nu.5. vol.1.

15 Et † aduertendum, quòd ſolutio eſt de iure diuino. Habetur in Pſa.36. *Mutuabitur peccator, & non ſoluet.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio diuerſimodè probatur.*

2 *Solutio probatur per ſcripturas, quietantias, inſtrumenta, & apochas.*

3 *Solutio probatur per teſtes.*

4 *Solutio probatur per confeſſionem creditoris.*

5 *Et maximè ſolutio vera.*

6 *Solutio probatur per iuramentum.*

7 *Iuramentum vim ſolutionis habet.*

8 *Solutio probatur per coniecturas.*

9 *Solutio multis coniecturis iuſtificatur.*

10 *Solutio præſumitur ex diuturnitate temporis.*

11 *Solutio præſumitur ex lapſu decennij.*

12 *Solutio præſumitur ex qualitate debitoris, & creditoris.*

13 *Solutio ex opulentia debitoris, & indigentia creditoris præſumitur.*

14 *Imo ex eo ſolum, quod debitor ſit diues, & ſolitus creditoribus ſatisfacere.*

15 *Vt etiam quando creditor eſt diligens in exigendo.*

16 *Intellige tamen, quando creditor eſſet pauper.*

17 *Solutio etiam præſumitur quando debitor alias egit contra creditorem.*

18 *Et præſertim quando eſt eadem cauſa, & obligatio.*

19 *Soluens alteri non præſumitur, quod aliquid ab eo accipere debeat.*

20 *Solutio in dubio præſumitur facta in extinctione eius crediti, cui proportionata eſt quantitas, quæ ſoluitur.*

21 *Solutio præſumitur, ſi inſtrumentum reperitur penes debitorem, ſiue cancellatum, ſiue non.*

22 *Quid ſi reperiatur penes tertium remiſſiuè.*

23 *Solutio ſortis principalis arguit ſolutionem pœnæ fructuum, & intereſſe.*

24 *Et quando hoc procedat remiſſiuè.*

25 *Solutio, vt etiam omne ius remiſſum, & quæſitum ex præſcriptione inducitur.*

26 *Teſtator mandans ſolui debita, ea*

qua-

quæ sunt præscriptione sublata non veniunt.

27 Mala fides superueniens post completã præscriptionem eam non tollit etiam in foro conscientiæ.

28 Præscriptione tutus si soluat, repetere utique potest.

29 Præscriptio uim solutionis habet.

30 Solutio præsumitur ex eo, quod creditor bona debitoris administrauit.

31 Creditor administrans bona debitoris præsumitur de suo credito satisfactus.

32 Solutio præsumitur ex coniunctione sanguinis, diuturnitate temporis, & sepius facta calculatione.

33 Imo sola sanguinis coniunctio, & diuturnitas temporis uidentur sufficere.

34 Item secundum aliquos, sola sanguinis coniunctio.

35 Solutio præsumitur ex eo, quòd per creditorem stet, quo minus effectualis solutio fiat: maximè uerò ad euitandam pœnam.

36 Solutio probatur itidem ex libro ipsius debitoris cõcurrentibus admiculis.

37 Liber priuati facit fidem ex coniecturis etiam pro scribente.

38 Maximè si scribens esset mortuus.

39 Et summa sit modica.

40 Statutum, quod libero mercatoris credatur, intelligitur de continente partitas modicæ summæ.

41 Liber rationum ad hoc ut probet: quæ concurrere debeant remissiuè.

42 Liber familiaris non probat nisi semiplenè pro scribente.

43 Etiam quòd sit mortuus.

44 Probat tamen etiam plenè ex coniecturis.

45 Et an necesse sit, quod aliquæ partitæ fuerint verificatæ.

46 Liber memorialium num probet.

47 Liber estimi, & collectarum numquid probet remissiuè.

48 Liber officialis an, & quando probet remissiuè.

49 Solutio præsumitur ex eo, quod creditor expendit pecuniam, eo tempore, quo facta dicitur, & in eadem quantitate, quæ soluta dicitur.

50 Gestis ex immediatè cognoscitur quid antea factum fuerit.

51 Quietatio de residuo denotat solutionem totius.

52 Solutio an in scriptis probanda sit, quãdo obligatio in scriptis est contracta.

53 Solutio in scriptis probanda est, quando obligatio in scriptis est contracta, & est ita conuentum.

54 Omnia, quæ ad actum inducendum requiruntur, eadem ad illud tollendum interuenire debentur.

55 Canon, census, tributum, & similia probari debentur per scripturam, uel quinque testes omni exceptione maiores, & num. 57.

56 Probatio per quinque testes æquipollet probationi per scripturam.

58 Census ad sui substantiam scripturam requirit.

59 Solutio in scriptis probari debet, ubicũque contractus requirit scripturam.

60 Statutum uel pactum, quod solutio debiti non possit probari nisi per scripturam an ualeat remissiuè.

61 Quid si adsit etiam iuramentum remissiuè.

62 Statutum quod aliquid probari possit per unam speciem probationis ualet.

63 Solutio, & debitum à pari procedunt, & quod in uno seruatur, in alio seruandum est.

64 Solutio, quando per scripturam probari debet: An, & quando sufficiant quinque testes.

65 Solutio tunc per scripturam est probanda: quando commodè per scripturam probari potest: alias secus: quia tali

casu

casu etiam in subsidium per testes probari potest.

Solutio quibus modis, & probetur, & præsumatur.

CAP. IV.

1 SOlutionem † diuersimodè probari ponunt Doctores.

2 Primo † enim solutio probatur per scripturas, & quietantias puta instrumenta, & apocas superinde confectas:

3 vt † & per testes solutionem fuisse factam deponentes. Mascard. de probat. concl. 1318. nu. 6. vol. 3.

4 Secundo † confessione creditoris dicentis se recepisse, & sibi solutum fuisse. Mascard. de probat. d. conclus. 1318. nu. 22. par. 3. Iallong. in suis racemationibus racematione 3. † Confessione enim vera solutio probatur l. publia. ff. depositi. l. pecuniæ. vbi Bal. ff. de solut. Gabri. cons. 67. nu. 4. vol. 1.

6 Tertio † per iuramentum. l. iusiurandum, & l. duobus. §. item à fideiussore ff. de iureiur. Bar. in l. qui iutasse. §. fi. ff. d. tit. & in d. l. duobus in §. item

7 à fideiussore. vbi dicit. † Iuramentum vim solutionis habere. Mascard. d. tractat. de probat. d. concl. 1318. nu. 23. par. 3.

8 Quarto. † Per coniecturas, & præsumptiones. Calca. cons. 22. col. 1. & 2. Bertazzol. consil. 118. in 1. vol. 1. in ciuilibus. Surd. decis. 105. nu. 10.

9 Coniecturæ † autem ex quibus solutionis probatio resultat sunt multę.

10 Prima † est coniectura solutionis: quæ oritur ex diuturnitate temporis: Quando enim est lapsum longum tẽpus post diem solutionis præfixum,

11 Puta † decennium: tunc solutio facta præsumitur. Afflict. decis. 13. nu. 19. Deci. cons. 596. nu. 9. Cęphal. consil. 240. nu. 8. & 9. Surd. d. decis. 105. nu. 4. Mascard. de probat. concl. 1318. nu. 27. in 3. par. qui dicit hanc coniecturã maximè locum habere, quando cum diuturnitate temporis concurrunt silentium, & patientia. Alia diximus infra. c. 17.

12 Secunda est: Quę † resultat ex qualitate debitoris, & creditoris: Puta si

13 probetur † opulentia debitoris, & indigẽtia creditoris: Nam istis duobus concurrentibus satis dicitur probata solutio. Bertaz d. cons. 118. nu. 13. in ciuil. vol. 1. Mascard. d. conclus. 1318. num. 82.

14 Imo † quando debitor est locuples, & solitus satisfacere creditoribus debitis temporibus, tali casu ex hoc solũ solutio facta præsumitur. Paris. cons. 83. num. 9. vol. 1. Simon de Pret. cons. 68. in 1. Surd. d. decis. 105. num. 2.

15 † Vt pariter, quando creditor est diligens in exigendo. Afflict. d. decis. 13. nu. 9. Surd. d. decis. 105. nu. 2. qui

16 nu. 3. dicit hoc etiam verum † quando creditor est pauper, & non multum diues.

17 Tertia. Quando is, qui dicit se soluisse alias post solutionem egit contra creditorem: nam tali casu solutio præsumitur: nam non est verisimile, quod creditor saltem non compensasset: maximè si eadem sit causa, & obligatio l. si cum dos ff. rerum amot. l. si

19 quidem. C. de transact. † Nam qui soluit alteri non est verisimile, quod aliquid ab eo accipere debeat. Natt. cons. 358. nu. 13. vol. 2.

20 Quarta. † Quando solutio quantitatis est proportionata, & correspondens ad creditum: quia tunc solutio dictæ quantitatis præsumitur facta in extinctionem dicti crediti, & non diuersi. Bar. in l. cum ex plutibus col. 2.

de

de solut. Magon. decis. Flor. 13. nu. 26. Costa de ratione ratæ. quæst. 130. nume. 5.

21 Quinta. Quando penes † debitorem reperitur instrumẽtum debiti siue cancellatum, siue non: nam tali casu præsumi solutionem, affirmarunt Bartol. in l. qui tabulas. num. 5. & in l. Fullo. §. qui tabulas. nu. 1. ff. de furt. Castr. in l. si de possessione num. 2. C. de probatio. & in l. si chyrographum. ff. de prob. Ruin. cons. 75. nu. 1. volu. 4 Enchiridion parium in verbo cancellatio. Mascard. de probat. conclus. 476. nu. 1. part. 1. qui hoc multis modis ampliat, & limitat. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 140. num. 4. & 141. per totum parte 1. benè Bertazzol. de claus. clausula 34. glos. 17. nu. 2. & infra: vbi dicit: quid si reperiatur

22 penes tertium † diximus in cap. 2. versic. tertio soluere, & cancellare, & in tractat. de fid. part. 2. sectio. 10. cap. 65.

23 Sexta. † Per sortis receptionem absque protestatione præsumitur facta solutio pœnæ, fructuum, & interesse. l. centum Capuæ. vbi not. ff. de eo, quòd cert. loc. l. fi. ff si quis cauti. l. 2. in princ. ff. de arbitr. Rom. consil. 143. nu. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 32. nume. 8. Mascard. de probat. concl. 980. nu. 14. lib. 2. & diximus de hoc latè in nostro tract. de fructibus vbi super hoc pronunciato

24 regulam, & † cõclusionem cum ampliationibus, & limitationibus formauimus.

25 Septima. † Ex præscriptione 30. annorum non tantum solutio præsumitur verum etiam omne ius censetur, remissum, & quæsitum. Bald. consil. 315. num. 2. volum. 4. Afflict. decis. 13. num. 2. Mascard. de probat. d. concl 980. num. 15. lib. 2. dum volũt,

26 quòd † si testator mandat hæredi suo, vt debita soluat in tali præcepto non includuntur debita, præscriptione sublata.

27 † Et adeò per præscriptionem inducitur solutionis præsumptio, quod præscribens est tutus etiam in foro conscientiæ, & etiam si superueniat mala fides post præscriptionem completam Fely. in cap. vigilanti. de præscript. sub num. 11. & in c. nouit. in 3 col. num. 5. de iud. Pratic. Papi. in form. respons. rei: in verbo præscriptionis: vnde dicit Bald. in l. fin. § 1.

28 num. 3. ff. rem rat. hab. † Quod tutus præscriptione si soluat potest repetere, quod. & notat Caballi. milleloq.

29 604. præscriptio † enim vim solutionis habet Bal. d. cons. 315. num. 2. volum. 3. Corn. consil. 176. nume. 3. vol. 1.

30 Octaua. † Quando creditor bona debitoris administrauit: tunc præsumitur solutio, & quod fuerit de suo credito satisfactus: Creditor enim administrator bonorum debitoris:

31 Puta † quia tutor, procurator negociorum gestor, vel aliquod aliud simile negotium: habens præsumitur de suo credito satisfactus, & solutus. Afflictus. decis. 13. colum. 7. num. 16. cum seqq. Aym. cons. 129. nu. 5. Mascard. d. conclus. 980. num. 16. dicemus infra c. 78.

32 Nona. † Coniunctio sanguinis, diuturnitas temporis, & sæpius facta calculatio faciunt, vt inducatur vrgès solutionis præsumptio. l. Procula. ff. de prob. l. seruus communis. ff. de donat. inter vir. & vx. l. 1. ff. de negõcijs gest. Imo secundum Calcan ad inducendam solutionis præsumptionem. consil. 23. nume. 9. & Menoch. de

arbitr.iud.lib.2.cent.1.ca.88.nu.17.

33 † satis sunt coniunctio sanguinis, & diuturnitas temporis. Plus quòd suf-

34 ficiens, † & concludens probatio solutionis ex sola sanguinis coniunctione remissio, & condonatio resultet doc. Bart. in l.cum quid nu.11.circa fi. ff.si cert.pet. Arct.in l. recusari. col.2. ff.de acquir. hæred. Ias. in l.quæ dotis nu.18.ff.sol.matr. Alex.cons.56.nu.6. & 14.lib.4. Decius.cons.79.num.4. qui dicit, quod donatio facile præsumitur inter coniunctos. Afflict.decis.13.nu. 12. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt.32.num.1. Menoch.de arbitr. iud.d.lib.2.cent.1.cas.88.nu.17.Socin. iun. cons.128.nu.126. cum seqq.vol. 1. qui posuit quomodo l. Procula sit intelligenda, & Neuiz.consil.57.nu. 16. Diximus in c.18.

35 Decima. † Præsumitur solutio, & maximè ad effectum euitandi pœnam, & caducitatem: vt etiam ad hoc, vt debitor non teneatur ad fructus, vsuras, & interesse: quando per creditorem stat, quominus solutio effectuetur. l. Iulianus.ff.de condit.& demon. l.3.in princ. ff.de stat.lib. Surd.decis. 117.num.9.

36 Vndecimo. † Solutio probatur per librum debitoris cõcurrentibus alijs adminiculis, & verisimilia continentem. Bar.in l.admonendi.nu.27. ff.de iureiur. Alex. cons. 62. num.1. & 72. num.11. in 5. Aym.consil.275. nu.8. cum seqq. Mascard. de probat. con-

37 clus.973.num.74.par.2. † liber enim priuati aliquam fidem facit, quando concurrunt coniecturæ,& verisimilitudines Deci. consil.510 nu.2. Aym. consil.158.nu.9. & de antiq. temp.in 1. part. in §.quarto limitatur. nu.37. cum seqq.& per totum. Et præsertim

38 † quando scribens est mortuus. Anchar.quæst. fam. 55. num.4.lib.1.vbi recensetsex adminicula. Menoch.de præsumpt.lib.4. part.2. præsumpt.5. num.5. qui dicit quòd solus liber defuncti qualem qualem fidem facit. Ioseph. Lud.decis.Peruf. 184. nu.11. part. 2. qui dicit quod mors magis operatur,quam iuramentum, qui nume. 11. & 12. inquit quod quando sunt à bonis viris conscripti plenam fidem faciunt, libri rationum defuncti. Surd. d.decis.105. num.5. & 6.

39 Et † summa est modica. Tomas Tre-

40 uisanus decis.16. num.3. qui † dicit de libro mercatoris, quod ei tantum credatur in modica summa etiam stãte statuto. Et videantur ad præmissa Guid.Papiæ decis.441. Magon.decis. Florent.95. num.14. in fi. Aym. de antiquitate tempo. in 1. part. versic. 4. limitatur num.44. cum seqq. Ioseph Lud.conclus.29.vers.ad hoc

41 tamen, † qui ponunt quot requisita debeat habere liber rationum ad hoc vt probet: Et loquuntur in libro mercatoris.

42 † Sed quid in libro familiati?

43 † Dic ipsum non probare nisi semiplenè ad fauorem scribentis, etiam quod sit mortuus. Ioseph.Lud.decis. Peruf. 88. num.3. cum seqq. in 2. par. Viu. decis. 184. num.12. in 2.

44 par. † dum iuquit, quod concurrentibus nonnullis qualitatibus, plenè probat Subdens: dictas qualitates articulandas, & probandas esse. Cephal. cons.47. num.46. in principio.

45 Qui non admittit † illam qualitatem, quod opus sit, vt aliquæ partitæ sint verificatæ.

46 † Et in libro dicto memorialium variè locuta fuit Rota Romana, vt per d.Rotam diuersorum impress.decis.781.num.10.11.&16.751.nu.2.

cum

cum seqq. vbi vult dictum librum probare concurrentibus adminiculis, melius hoc idem ponit, & 813 nu. 1. par. 1.

47 † Et quid de libro Æstimi collectarum, an probet solutiones in eo descriptas, & annotatas videatur Mascard. de probat. d. concl. 1318. nu. 18. in 3. par.

48 † Et de libris administratorum, officialium, ecclesiarum, & similium personarum, an & quando probent, ponit Aym. d. tract. de antiq. temp. part. 1. vers. 4. limit. per totum, & nouissimè Nicolaus Passarus in suo trac. de priuat. script. necnon Ioseph. Lud. d. concl. 29.

49 Duodecima. † Solutio præsumitur, quando creditor de tempore quo facta dicitur, vel paulò post expendit pecuniam eius quantitatis, cuius erat illa, quæ fuerat soluta. Calca. cons. 23. nu. 15. Afflict. d. decis. 13. num. 20. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præ-

50 sump. 135. num. 16. † Nam ex post immediatè gestis cognoscitur, quid antea factum fuerit. l. ciuiras. cũ not. ff. si cert. pet. Præcedentia enim declarantur ea sequentibus. §. panonum insti. de rerum diuis. Surd. d. decis. 105. nu. 8.

51 Decimatertia. † Quietatio, & solutio de residuo facta: denotat, quod nihil amplius debeatur, & totam, & & integralẽ probationem solutionis concludit. glo. in l. si ex pluribus, in verbo reliquum. ff. de solut. omnes in l. si quidem circa fin. C. de transact. & adde alia de quibus infra sub capit. 16.

52 † Sed quid si obligatio est in scriptis redacta, eò quia de ea extat instrumentum, apocha, vel quid simile: an tali casu solutio in scriptis probanda sit? Afflict. decis. 13. num. 25. videtur firmare solutionem per scripturam probandam esse, quando debitũ in scriptis contractum est, vel per quinque testes probatæ, & spectatæ fidei. l. Testium. C. de testi. cum Authent. ibi posita. vbi not. omnes. Mascard. de prob. conclus. 346. num. 23. in 5. lim. & 361. num. 57. in fi. in prima par. & concl. 1318. num. 13. in 3. par.

53 † Et hoc videtur indubitatum, quãdo inter partes actum est, vt actus in scriptis celebretur, ita quod sine scriptura partes non contraxissent: quia tunc necessaria est scriptura ad

54 probandam solutionem. † Quia ea, quę ad actum inducendum requiruntur illa etiam met requiruntur ad tollendum l. omnia, & l. nihil. ff. de reg. iur. d. l. testium. C. de testib. Mascard.

55 d. concl. 1318. num. 7. † Qui dicit: quod ideo canon, census, tributum, & similia debent probari per scripturam retrosimilem, vel quinque testes omni exceptione maiores, quæ

56 † probatio æquipollet probationi per scripturam factæ: vt tradunt Bald. in l. generaliter. C. de non num. pec. & in l. cum de indebito in fin. ff. de probatio. Ofasch. decis. Pedem. 52. num. 14.

57 † Et qd. solutio Canonis pro emphyteusi debita probanda sit per scripturam retrosimilem tenent Bald. consil. 116. nu. 2. vol. 1. Aperius cons. 220. proponitur. d. lib. Aym. cons. 112. nu. 8. Mant. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 7. nu. 14. vol. 2. Pariter, quod quando de debito constat per instrumentum publicum, vt est in censu, & alijs contractibus qui ad sui essentiam scriptu-

48 ram requiruntur † vt de censu dicunt Vergi. Boccac. in tract. de cens. part. 1. num. 49. & Domi. Intrigliolus super

Bulla Regni census Bullatis q. 5. per
59 totum, & cons. 27. nu. 9. † tali casu so-
lutio etiam per instrumentum publi-
cum probari debeat, volunt tex. in d l.
testium. C. de testi. d. l. generaliter. C.
de non num. pec. Ang. cons. 156. nu. 1.
Rausucti. consil. 3. num. 10. lib. 2. qui
alios citat. Folleri. in praxi censua. in
verbo res iudicata num. 56. cum seqq.
60 † vbi disputant, an valeant statutum,
vel pactum, quod solutio debiti non
possit probari nisi per scripturam. Ad
quæ videantur etiam Carpan. ad stat.
Mediol. c. 95. num. 33. lib. 1. Carol. de
Grass de excep. except. 25. nu. 4. & 5.
61 qui dicit, † quid sit tenendum, quan-
do est iuratum: Quibus adde Asin. in
62 sua prax. iud. §. 19. in cap. 5. † vbi vult
valere statutum, quod aliquid per
vnam tantum speciem probationis
probari possit. & ibidem num. 2. sub-
63 dit. † Quod debitum, & solutio à pa-
ri procedunt, & quod seruatur in vno
etiam in alio seruandum est. Et ad-
dit in d. §. 19. cap. 5. limit. 2. num. 4.
64 Quando † probatio solutionis est fa-
cienda per scripturam, an sufficiant
quinque testes. Et §. 3. cap. 37. num.
11. docet id verum: quando solutio
per scripturam commodè probari, &
65 fieri potest, aliàs secus: quia in subsi-
dium tali casu testes admittentur:
Quæ omnia etiam aduertunt Bald.
cons. 133. num 1. volum. 5. Foller. in
d. sua prax. censu. num. 57. Ant. à Ca-
nario de execut. instr. q. 36. num. 75.
Iallong. in suis racematio. racematio.
3. num. 2. & infra.

SVMMARIVM.

1 *Solutio à quibus fieri possit: Et casus, in quibus soluens ab obligatione liberetur.*

2 *Soluens uni ex consocijs liberatur: etiã quod minorem partem habeat in societate.*

3 *Idem si fiat institori, uel famulo, aut Præposito negociationi.*

4 *Soluens institori an, & quando liberetur.*

5 *Soluens creditori creditoris liberatur: quia gerit utile negocium ipsius.*

6 *Soluere creditori, uel creditoris creditori parificantur.*

7 *Solutio facta creditori creditoris à debitore debitoris liberat soluentem.*

8 *Soluens creditori creditoris numquid liberetur si fiat eo inuito.*

9 *Et maxime si habet eum; & sua bona obligata.*

10 *Solutio facta creditori putatiuo an liberet soluentem.*

11 *Soluens putatiuo creditori liberatur: modo hoc faciat iussu iudicis, uel ex iusta causa: Idem si soluat falso creditori: modo ignoranter soluat. num. 12. ibidem.*

13 *Soluens alteri, quam uero creditori, ipsius tamen creditoris mandato an liberetur.*

14 *Soluens procuratori mandatum habenti generale liberatur.*

15 *Idem si soluat ei, cui à creditore fuit delegata administratio omnium bonorũ.*

16 *Et etiam si soluat ei, qui sciente, & patiente domino eius bona administrat.*

17 *Solutio facta procuratori, quando liberet soluentem remissiuè.*

18 *Procuratori, & administratori benè soluitur, & nu. 20.*

19 *Soluens tutori, & curatori liberatur.*

21 *Soluens procuratori quem quis scit de proximo remouendum liberatur.*

22 *Idem si soluat procuratori iam reuocato: modo debitor dictæ reuocationis notitiam non habuerit.*

23 *Soluens procuratori reuocato ante de-*

nun-

nunciationem sibi factam benè soluit.

24 Soluens procuratori reuocato ante denunciationem sibi factam censetur esse in bona fide.

25 Scientia de reuocatione mandati quomodo probetur remissiuè.

26 Soluens ei, qui communiter ab omnibus tenebatur procurator creditoris benè soluit.

27 Conductor soluens Abbati iniustè electo, & intruso, tolerato tamen: numquid liberetur, & quando.

28 Soluens Abbati iniustè electo, tamen tolerato, liberatur, quando cum eo contraxit.

29 Secus si cum eo non contraxerit.

30 Soluens tutori qui non fecit solemnia liberatur, quando contractus cum eo fuit gestus.

31 Etiam si tempore solutionis verteretur lis super eius electione.

32 Soluens alicui, tanquam procuratori eo quia in instrumento dicatur constare de eius mandato liberatur.

33 Solutio procuratori facta numquid probetur per confessionem ipsius procuratoris met.

34 Solutio facta à quocunque debitorem liberat.

35 Paritque actionem negociorum gestorum ad recuperandum solutum. ibid.

36 Solutio à quocunque fieri potest, etiam debitore inuito, vel creditore.

37 Soluens pro alio inuito, non potest cogere creditorem ad cedendum sibi iura.

38 Solvēs pro alio sine mandato debet probare solutam pecuniam fuisse versam in vtilitatem venditoris, alias non repetit solutum.

39 Fideiussor soluens pro principali debitore liberatur ipso iure: debitor verò non nisi ope exceptionis.

40 Soluens proprium debitum alienis pecunijs liberatur.

41 Maximè verò si pecuniæ fuerint immixtæ, vel consumptæ.

42 Debitor præscribens bona fide liberatur.

43 Præscriptio vim solutionis habet.

44 Soluens pecuniam minoris æstimationis, quam debet liberatur: si bona fide præscriptionem compleuit.

45 Soluens iussu iudicis alteri, quam vero creditori liberatur, & nu. 48.

Etiam si soluat ex præcepto ipsius iudicis iniusto: modo creditor sit subditus iurisdictioni illius, qui præcipit. 46.

47 Etiam vbi adest obligatio iurata.

49 Soluens iussu iudicis alteri, quam vero creditori liberatur: modo conuentus se opponat.

50 Et etiam quod talis executio fiat iuris ordine seruato.

51 Soluens iudicis mandato dicitur coactè soluere.

52 Iussus iudicis excusat debitorem soluentem.

53 Casus fortuiti debitorem liberant.

54 Item vim solutionis habent.

55 Debitor cessus soluens primo creditori, An & quando liberetur.

56 Debitor, cessus ignoranter primo creditori soluens liberatur.

57 Secus si habet notitiam cessionis factæ.

58 Scientia in proposito tripliciter consideratur.

Item debet esse certa. num. 62.

59 Debitor cessus post notitiam cessionis debet soluere cessionario, modo de cessione notitiam habeat vno ex tribus prædictis modis: alias secus.

60 Quid si habeat notitiam, sed aliter, quã ex tribus modis prædictis.

61 Cessio an, & quando censeatur facta ad commodum cessionarij, & quando ad commodum cedentis.

62 Scientia in proposito de cessione debet esse certa, & non confusa.

63 *Debitor cessus non tenetur parere protestationi sibi factæ, ne primo creditori cedenti soluat, nisi sibi ostendatur veritas causæ, puta per dimissionem copiæ ipsius cessionis, vel aliter.*

64 *Debitor cessus post simplicem notitiam cessionis soluens cedenti non liberatur, quando cedens cessit ius, & actionis exercitium.*

65 *Clausula in cessionibus apponi solita, Nihil sibi reseruans, Quid operetur.*

66 *Solutio facta cedenti: Num probetur per solam confessionem ipsius cedentis: vbi quod non, & num.67.*

68 *Soluens post notificationem cessionis sibi factæ primo creditori, non liberatur.*

69 *Soluens adiecto solutioni liberatur.*

70 *Clausula.* A chi presenterà la presente, *Nihil operatur, quando liquet de mutatione status solutioni adiecti, & nu.73.*

71 *Soluens solutioni adiecto liberatur etiã inuito creditore.*

72 *Item ipso iure eius liberatio contingit.*

73 *Solutio adiecto solutioni fieri non debet quando adiectus statum mutauit.*

74 *Adiecto solutioni soluitur, etiam si stipulator extraiudicialiter contradicat.*

75 *Exhibitori cedulæ non fit solutio post disdictam societatem eorum, qui cedulam præsentarunt.*

76 *Societate finita solidum exigi nequit.*

77 *Adiectus solutioni in gratiam creditoris differt ab adiecto in rem suam.*

78 *Adiectus in rem suam, vt etiam procurator in rem suam non est propriè adiectus.*

79 *Solutio Præposito ad contrahendum rectè fit.*

80 *Præpositus ad contrahendum etiam ad recipiendum Præpositus dicitur.*

81 *Solutioni adiectus potest solutionem recipere: non tamen nouare, acceptum ferre: vel alias debitorem liberare.*

82 *Solutioni adiectus fit per alternatiuam, non autem per copulam.*

83 *Adiectus solutioni non potest agere contra obligatum remissiuè.*

84 *Soluens creditori minoris liberatur.*

85 *Dummodo solutio sit uersa in utilitatem minoris.*

86 *Maximè verò, quando curator non est soluendo, vel alias minor regressum non habet.*

87 *Confessio de recepto facta à curatore minoris an, & quando noceat ipsi minori. Quid in Tutore?*

88 *Debitor liberatur si quantitas debita creditoris culpa pereat.*

89 *Soluens ei, qui deliquit ante tamen confiscationem an, & quando liberetur.*

90 *Soluens ei, qui deliquit ante confiscationem non liberatur, quando tertio dãnum inferretur ex titulo oneroso.*

91 *Idem nec quando delinquens commisit crimen læsæ maiestatis. ibid. nu.92.*

93 *Soluens anticipatè ei, cui postea bona ueniunt confiscanda liberatur.*

94 *Soluens fisco post confiscationem rectè soluit, & liberatur, & quando hoc procedat remissiuè. & nu.96.*

95 *Fiscus loco hæredis habetur.*

96 *Soluens famulo, qui à creditore fuit missus ad recipiendum, liberatur.*

97 *Etiam quod deinde aufugiat. ibid.*

98 *Idem si portauit aliquod signum, puta annulum, uel quid aliud.*

99 *Soluens patri uti legitimo administratori ipsius filij non liberatur nisi conflet de reali solutione.*

100 *Secus si per confessionem patris.*

101 *Quid in tutore?*

102 *Debitor Ecclesiæ, vel pupilli, soluens Prælato, uel Tutori liberatur etiam*

quod

quod pecunia non sit uersa in eorum utilitatem.

103 *Possunt tamen petere restitutionem in integrum.*

104 *Cautela ad hoc ut soluens Prælato, uel tutori sit tutus.*

105 *Debitor quantitatis si soluat in specie de uoluntate creditoris liberatur.*

106 *Aliud pro alio de uoluntate creditoris solui potest.*

107 *Soluens monacho, seu religioso. sine consensu superioris liberatur.*

108 *Dummodo debitum sine consensu superioris contractum sit. ibid.*

109 *Et an hoc hodie sit correctum ex dispositione sacri Concilij Tridentini.*

110 *Solutione subsequuta, & effectum suum sortientibus litteris cambij remittentes liberantur.*

1 Solutio † à quibus fieri possit. Et casus, in quibus soluens per solutionem ab obligatione liberetur.

CAP. V.

2 PRimo. † Soluens vni ex consocijs æqualem, vel minorem partem in societate habenti liberatur. Caputaq. decis. 384. num. 2. in 2. par. & decis. 168. num. 2. in 3. par. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 25. nu. 13. cũ seqq. Idem disponitur in solutione facta institori, & famulo: Nam, & ipsa liberat

3 soluentem † Solutio enim facta, institori, socio, negotiatori, ac Præposito valet, & liberat debitorem soluẽtem. l. si quis. l. dispensatori & l. dispensatorem, & ibi Doctores. ff. de solut. † Et

4 quæ necessaria sint, ad hoc vt solutio institori facta liberet debitorem soluentem, aduertit Paris. cons. 112. nu. 1. 13. & 14. vol. 4. qui dicit istud esse ex eo, quia institutor habet potestatẽ vendendi: ergo etiam habebit potestatem exigendi, & solutiones recipiendi. & diximus infra cap. 35.

5 Secundo. † Debitor soluens creditori creditoris etiam sine mandato; cum vtile negotium pro creditore gerat liberatur, l. nomen. l. soluendo, & l. si libet homo. ff. de neg. gest. glos. maior. in l. solutum. in §. solutam. ff. de pig. act. Affict. decis. 150. num. 25. qui dicit hæc vera etiam creditore inuito: modo debitor fuerit morosus in soluendo creditori. Socin. Sen. cons. 65. nu. 5. vol. 4 qui ad longum ponit hunc articulum faciẽdo pulchram distinctionem, & cons. 129. num. 15. d. vol. 4. Socin. iun. cons. 79. nu. 5. lib. 3. qui inquit liberationem contingere saltẽ ope exceptionis. Corn. cons. 257. nu. 7. vol. 3. Natt. cons. 543 num. 4. in

6 tertio. Alba. cons. 532. nu. 12. † Soluere enim creditori, vel creditori creditoris, vel alteri ex eiusdem creditoris necessarijs paria sunt. Barr. in l. solutũ. in §. solutam. ff. de pig. act. Bal. in l. nihil interest. & in l. inuito. C. de solut.

7 in §. fin. † Imo solutio facta creditori creditoris per debitorem debitoris inducit liberationem Corn. cons. 61. nu. 26. & d. cõs. 257. nu. 7. vol. 3. Surd. omninò videndus decis. 187. nu. 6. qui

8 dicit, † quod soluens creditori creditoris liberatur, etiã si solutio facta sit creditore suo inuito. Magon. decis Florent. 5. num. 4. dum firmat, Quod

9 † soluens creditori creditoris habentis eum, & sua bona obligata; liberatur: & circa hunc articulum multa alia dicuntur per Carol. de Grass. in suo tract. de except. except. 25. nu. 34. Qui pro eius resolutione sex casus distinguit.

10 † Sed an solutio facta non vero, sed putatiuo creditori liberet debitorem soluentem? Et quod veniat liberatus

renent Canon. in cap. nihil de elect. Gigas de crim. læsæ maiest. titulo de pena committ. crim. læsæ maiest. q. 27. nu. 3. qui dicit hoc sine difficultate esse, quando soluens soluisset iussu iudicis. Ruin. cons. 171. num. 4. in 4.

11 Qui † dicit hoc indistinctè verum etiam si, & sine iudice soluat, modo hoc faciat ex iusta causa. Carol. de Grass. d. except. 25. num. 28.

Contrarium tamen tenet Corn. cõsil. 257. nu. 6. vol. 3. & diximus infra cap. 6. cas. 15.

12 † Tenendo primam eam, extende ad debitorem soluentem nõ vero, sed falso creditori, modo errãter, & ignoranter hoc faciat, vt per Alba. cons. 3. per totum.

Iterùm, quid si solutio est facta alteri, quam verò creditori de mandato tamen ipsius creditoris: an liberet de-

13 bitorem? † Dicas, quod sic: & eodem modo, ac si facta fuisset ipsi creditori. l. solutum. in §. solutam, vbi Bart. num. 2. ff. de pig. act. & in l. si liber homo. in princip. ff. de neg. gestis. Surd. cons. 82. nu. 2.

14 Tertio. † Debitor soluens procuratori habenti mandatum generale, & cui delegata est generalis bonorum administratio liberatur. Alex. consil. 120. nu. 4. lib. 5. Qui dicit requiri ad hoc, vt debitores rectè soluant, vel ꝙ soluant ei, qui habet speciale manda-

15 tum ad recipiendum, † vel saltem illi, cui est à creditore demandata administratio omnium bonorum, vel illi,

16 † qui sciente, & patiente domino talia gesserit. Natt. consi. 543. nu. 3. in 3.

17 Corn. cons. 263. nu. 8. vol. 4. † Qui ponit quando solutio facta procuratori

18 liberet soluentẽ. † Procuratori enim, & administratori benè soluitur. l. Lucius. §. tutelæ. & §. fin. ff. de administ. tut. l. 5. ff. si aduers. sol. vbi debitor sol-

19 uens † tutori, vel curatori liberatur, & facit l. verò procuratori. ff. de solu-

20 tionibus. vbi solui potest verò procuratori, cui omnium bonorum administratio demandata fuit. & hoc idem notat Bald. in l. inuito. C. de solut. in §. fin.

21 † Imo soluens procuratori, vel administratori, quem sciebat de proximo remouendum, cum non dicatur esse in culpa bene soluit, & liberatur. Bal. in d. l. inuito. §. fi. C de solut. Qui

22 dicit † quod etiam soluens procuratori reuocato, modo debitor non habuerit scientiam reuocationis procu-

23 ratoris, † & sic ante denunciationem eidem factam bene soluit: & eodem modo, ac si soluisset vero domino:

24 † cum soluens censeatur esse in bona fide propter primum mandatum. Angel. in l. si quis seruo. num. 1. ff. de solut. Abb. in cap. ex parte decani. num. 13. de rescript. cum alijs relatis per Carol. de Grass. de except. exce-

25 ptio. 25. num. 53. qui num. 54. † docet quomodo in proposito probetur scientia.

26 Plus. † Soluens ei, qui communiter ab omnibus tenebatur, & reputabatur creditoris procurator ad pecunias exigendas liberatur, quamuis procurator non sit. l. eius, qui in pronunciam. ff. si cert. pet. l. si quis seruo. ff. de solut. Socin. cons. 32. nu. 22. li. 1. Menoch. cõs. 573. nu. 14. lib. 6. Tiraq. de ll. connubial. glo. 8 nu. 148. Gurt. iun. cons. 310. nu. 95. lib. 3. Mascard. de probat. in euidentialibus, lib. 1. concl. 10. nu. 28.

27 † Sed quid si soluta est pensio à cõductoribus Abbati iniustè electo, intruso, & ingresso Monasterium, & non habenti titulum tolerato tamen

pro

pro Abbate: an dd. conductores liberentur? Bartol. in l. si vrbana. num. 4.
28 ff. de cond. indeb. distinguit: † quod aut dicti conductores conduxerunt ab illo Abbate intruso, & liberantur?
29 † alias secus, quod & ponit Alex. cōsil. 120. num. 7. vol. 5. Nam soluens Prælato intruso ex contractu prius facto cum vero Prælato nō liberatur. Alex. cons. 103. num. 17. lib. 1. Dec. cons. 407. num. 1. Grot. cons. 24. num. 14. vol. 1. Quod & aduertunt Card. Tus. practic. concl. concl. 336. num. 6. & infra. Carol. de Graff. de excepti. excep. 25. num. 92. qui num. 94. dicit
30 † rectè solui tutori, qui non fecit solemnia, quando à principio contractus fuit cum eo, etiam si †
31 tempore solutionis verteretur lis super eius electione.

32 Iterum. † Quid si quis soluat alicui tanquam procuratori creditoris recipienti: eò quia de eò præsumatur mādatum cum in instrumento quietationis dictum fuerit constare de eius mandato per manus talis notarij, an huic sic affecto procuratori bene soluatur? Et eidem bene solui voluerunt Cum. consil. 6. num. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. tit. 2. libro 7. tit. 4. num. 9. vol. 1.

33 Amplius. † Quid si soluens procuratori constituto ad recipiendam solutionem non docet de solutione, sed tantum de ea constet per confessionem ipsiusmet procuratoris, an talis confessio obstet ipsi domino demū agenti? Et quod non firmant Cast. in l. si debitorem nu. 4 ff. de nouat. Marsil. sing. 265. num. 2. Rimin. Iun. consil. 465. nu. 9. lib. 4.

34 Quarto. † Quilibet soluens pro debitore ipsum liberat: & acquirit aduersum eum actionem negotiorum gestorum ad recuperandum solutum,
35 siue hoc sciente, siue ignorante debitore contingat. l. soluendo. vbi Cast. & omnes. ff. de neg. gest. l. si pro me, & l. soluere, vbi DD. ff. de solut. Passer. cons. 93. num. 1. Rot. Ian. Mercat. de-
36 cis. 6. num. 7 & decis. 143. nu. 1. † Nā quilibet pro debitore soluere potest etiam eo inuito, & eum inuito quoque creditore liberare. Rol. consil. 14. nu 4. volum. 1. Quilibet enim pro alio soluere potest. d. l. soluendo. ff. de neg. gest. l. solutionem. ff. de solutionibus.
37 † Circa quod aduertenda sunt duo. Primo, quod talis sic soluens non potest cogere creditorem ad cedendum sibi iura contra debitorem liberatum, iuxta l. nulla C. de solut. & l. Modestinus. cum ibi not. ff. d. tit. vt per Carol. de Graff. de excep. excep. 25. num.
38 90. qui alia addit. † Secundo: quod ille sic soluens sine mandato tenetur probare pecuniam in vtilitatem creditoris versam fuisse, alias non repetit a principali debitore, pro quo soluit. Sur. de alim. tit. 8. priuil. 34. nu. 11. te- liqua diximus infra. c. 25.

Quinto. Fideiussor, & constitutor soluentes creditori: ipsi se liberant à fideiussoria, & constitutoria obliga-
39 tione ipso iure: † principales autem eorum ope exceptionis. l. Papinianus. ff. mand. l. Stichum. §. si mandato. ff. de solut. glos. Bartol. & alij in l. cum his. ff. de fideiuss. & in l. Modestinus. ff. de solut. Rot. Ian. Mercat. decis. 4. nu. 20.

40 Sexto. † Debitor soluens proprium debitum ex alienis pecunijs li-
41 beratur. l. Cassius. ff. de solut. † Et maximè si illæ sint vel commixtæ, vel consumptæ, ita quod cuinci non possint. Cesar. de Graff. de donat. decis. 3. num. 19.

Se-

42 Septimo. † Soluere, qui tenetur, si debitum sit per eũ bona fide præscriptum etiam in foro poli est tutus, & allegando præscriptionem liberatur.
43 Præscriptio enim vim solutionis habet. Bald. consil. 315. num. 2. vol. 3. Corn. cons. 176. nu. 21. vol. 1. diximus supra c. 4. in septima coniectura.
44 Octauo. † Soluens in pecunia minoris æstimationis cum soluere debeat in pecunia maioris æstimationis, si modo bona fide soluerit, & recipiens putauerit sibi plura non deberi: cum sit tutus ob præscriptionem, tali modo soluendo plenissimam libertatem consequitur. Natt. cons. 192. num. 6. volum. 1.
45 Nono. † Iussu iudicis debitor soluens alteri, quã vero domino, & creditori plenissimam liberationem consequitur. l. creditor. ff. de solutio. l. ait Prætor. in §. permittitur. ff. de minor. vbi gl. & Bart. §. nunc admonendi. instit. quibus alie. licet, vel non Rot. Ian. decis. 33. num. 6. Asin. tract. de execut. §. 4 c. 51. num. 15. Bim. cons. 71. num. 28 lib. 1. Botta. cons. 100. nu. 22. Ceph. cons. 713. num. 29. vol. 5. Ruin. cons. 171. nu. 3. vol. 4. & cons. 116. num. 13.
46 vol. 5. † qui vult, quod debitor ex præcepto iniusto alteri soluens liberetur, si creditor sit subditus præcipiẽti, qui
47 nu. 14. inquit, † hoc procedere etiam, quod obligatio sit iurata: qa auctoritas superioris in omni iuramento excepta
48 intelligitur? † Et, quod mandato iudicis soluens plenissimam liberationem consequatur firmatunt Ang. in l. liber homo. in fin. ff. de hæred. instit. Gabr. de solut. concl. 11. num. 44. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 2. casu 137. num. 12. Dec. in l. non videntur. in §. qui iussu. ff. de reg. iur. Qui vult,
49 † quod ad hoc, vt soluẽs iudicis mandato excusetur, & liberationem consequatur, quod requititur, quod debitor conuentus se opponat, & quod oppositiones reijciantur. Castr. in l. 2. num. 7. ff. de iud. Ruin. cons. 147. nu-
50 mero 16. vol. 1. † vt etiam quod talis exactio iuris ordine seruato fiat. Ruin. cons. 171. num. 11. lib. 4. Rimin. iun. cons. 506. num. 30 vol. 4. Rot. Floren.
51 Magon. decis. 94. num. 24. † Et ratio huius pronunciati est: quia soluens iussu iudicis dicitur coactè soluere: & necesse habet parere. Dyn. in d. l. liber homo. in princ. ff. de acquir. rer. dom. Bald. in extrauag. de pact. constan. r. in verb. pactione. Grat. resp 5. num. 25.
52 lib. 1. † Vt etiam quia iussus iudicis excusat debitorem solu[illegible], nec eum ligat extra iudicis officium. l. furti. in §. qui iustè. ff. de his, quibus irrog. infam. l. non videtur. in §. qui iussu. ff. de reg. iur. Menoch. de arbitr. dicto cas. 137. num. 12.
53 Decimo. † Casus fortuitus liberat debitorem à solutione, & præstatione
54 annua, † & solutionis vim habet. Paris. cons. 100. num. 37. & 38. volum. 1. Ruin. cons. 171. num. 10. vol. 4.
55 Vndecimo. † Debitor cessus soluẽs cedenti an liberetur? Distingue, Pri-
56 mo, aut † debitor cessus soluit cedenti ignoranter, & tali casu non est dubiũ, quod liberatur, & potest opponere talem exceptionem solutionis cõtra cessionarium agentem Bart. Castr. & Ias. & alij in l. fi. C. de transact. Vincen. de Franc. decis. 119. nu. 17. Surd. cons. 22. num. 8. lib. 1. Ceph. cons. 242. num. 7. faciunt l. verius. ff. de prob. c. præsumi-
57 tur. de reg. iur. in 6. † Secũdo, aut debitor cessus habet notitiã cessionis per vnum ex illis tribus modis de quibus
58 in l. 3. C. de nouat. † videlicet per litis contestationem, denunciationem, partisque:

tisque debiti solutionem. Et tunc non
59 liberatur soluendo cedenti, † sed omninò requititur, vt cessionario soluat. d.l.3.vbi gl.& doct. C.de nouat. Bart. & Salyc.in l.1. C.de actio. & obligat.
60 † Aut, & tertio debitor cessus habet simpliciter notitiam cessionis, & non per vnũ ex illis tribus modis, de quibus in d.l.3.C.de nouat. Et tunc solutio facta per debitorem cedenti cum non liberat,& maximè. quando cessio est facta ad commodum cessionarij, nam tali casu, quomodocunque debitor habeat notitiam cessionis, solutio facta per cũ cedenti ipsum non liberat. Alex.in l.cum emptore .nu.4. Iaſ. num.7.Castr.in col.fin. ff.de pact. Paris.cons.19.num.66.vol.3.Afflict decis.735.num.21.vbi Vasil.nu.18.Bal. in l.1.in 5.q.C.de act.& oblig.vbi Salyc.in q.11.Bart.& alij in l.facta. in §. si hæres.ff.ad Trebell.Cabal.de euict. §.3.nu.12. Neguſ.de pig. p.3.membr. 3.nu.27. Oſaſch.deciſ.45. Anna sing. 486. vbi add.Surd.d.conſ.22. per to-
61 tum,qui signanter hoc explicat. † Dicitur autem cessio facta ad cõmodum cessionarij, quando cedenti cõtra cessionariũ præcluditur omnis via agendi: secus si cessionario remanet ius agendi contra cedentem: quia tunc dicitur fieri ad commodum cedẽtis nor. omnes. in l. facta. in §. si hæres. ff.ad Treb.vbi Imol.in fi. Alexan.conſ.46. num.4.lib.4. Corn. conſil.139. col.1. verſic.non obſtat si dicatur. volum.3. Rol.conſ.58.num.5.vol.3.Ceph.conſil.21.nu.1.Surd.d.conſ.22. num.10. lib.1.vbi dicit magis communem.
62 † Et aduertatur quòd scientia cessionis debere esse certa cum omnibus suis qualitatibus, & non incerta,& confusa ad hoc vt soluenti præiudicet l. aut qui aliter in §.1. ff.quod vi, aut clam, gloſ.in c.concertationi in verbo sciuerit de appellat.in 6.Becci. conſ.37. nu. 23. Alban.conſ.18.nu.7.
63 † Ex quo sequitur cum scientia debeat esse certa cum omnibus suis qualitatibus: Quod debitor non tenetur parere protestationi, quæ sibi fit ne soluat creditori: nisi veritas causæ sibi ostendatur, denuncietur, & plenè intimetur, aut per dimissionem copiæ dictæ cessionis,& eius lecturę,vel aliquo alio modo simili per quod ipse notitiam habeat perfectam de cessione cum omnibus suis qualitatibus, & cum expressione causæ in dicta cessione. Bart. in l. non solum. in §. morte. num.23. ff.de nou. oper. nunciatio.& etiam nu.35. Surd. d. conſ.21. nu.12. & 13.Socin.teg.79 in 1.Fall.Rebuff. in d.§.morte.num.418.
64 † Aliud etiam perpendendum est in hac materia. Quod quando cedens cedit omnem spem, & exercitium actionis, & ponit cessionarium in eius locum, & in cessione transfert omnia iura, promittens non contrauenire,
65 † & nihil prorsus sibi reseruans ità, & taliter, vt nullæ remaneant actionũ reliquię penes ipsum cedentem,quod isto casu debitor post habitam simplicem notitiã cessionis soluendo cedenti non liberatur. Iaſ. in d.l.si cum emptore. col.2.in 1. lim ff.de pact. Patis. conſ.19.circa fin.volum.3. Oſaſch.deciſ. 61. per totam. Rimin. iun. conſil. 451.num.4.lib.4.
66. † Postremò circa præsentem casum dubitant doct. An si non constat de solutione facta cedenti: nisi per solam confessionem dicti cedentis, Dicta so-
67 lutio liberet debitorem: † Et cõmuniter pro negatiua concludunt. Castr. in d.l.facta. in §.si hæres. ff ad Trebel. conſil.110. num.6.lib.1. & conſil.97.

nu.7.

nu.7 lib.2. Aufred ad Capell. Tolos. decis.119.Corn. cons.139.col.1. in fi. vbi testatur de magis communi Mascard. de probat. concl.374. Tiraq. de retract.lig.§.2.gl.2.nu.14. Natt.cons. 152. num.11.lib.1.Bero. consil 187. num.5.lib.1.cum alijs relatis à Carol. de Grass.de excep except.25. num.51. cum seqq.

68 † Vnum etiam non omitto in proposito. Post factam notificationē debitori principali per cessionarium, an soluēs sit liberatus, & cessionario pręiudicet. Puta: quia fideiussor vel in solidum obligatus non obstante dicta notificatione soluerit cedēti? Et quòd soluens non sit liberatus dicit Marchianus decis.31. nu.14. per text. in l. authore laudato. C. de euict. Alia diximus sup.c.2.cas.6.& ponit hęc omnia Bald. cons. 105. num.4. vol.3. vbi recenset casus in quibus debitor possit soluere cedenti omisso cessionario ad hoc vt liberetur.

69 "Duodecimo † soluens adiecto: Puta Præsentatori chyrographi, vel cedulæ benè soluit, & ex tali solutione liberatur debitor: eodem modò ac si ipsi stipulatori solutio facta fuisset. l. vero procuratori in princip. in verbo interdum.& l.si ità stipulatus: sim mihi aut Titio.ff.de solut.l. sed etsi. in §. si mihi. ff.de condit.pecun. §.planè. instit.de inutil.stipu. Straech. de adiect. part.3 Barz.decis.26. Surd. cons.140. num.16. cum seqq. & 528. nu.2. vol. 4. Thom. Treuis.decis.42.nu.17.par.1.

70 Qui dicit, † quòd clausula *à chi presenterà la presente* non operatur quando liquet de mutatione status adiecti. l.cum quis. ff.de solut. Vinc.de Franc. decis.55.num.15. part.1. Costa de ra-

71 tione ratæ q.20.num.1.† Quæ procedunt etiam inuito stipulatore l. aliud. ff.de solut. Ias. in l.eum in §. qui sibi. ff.

72 de verb.oblig.† Et liberatur ipso iure inst. de inutil.stip §. si quis alij versic. planè solutio Straech. tract. de adiect. part.3.nu.2.cum seqq. vbi hoc multis modis limitat. Surd.decis.229.nu.18.

73 † Intellige vt dixi vera præmissa: nisi liqueat de mutatione status adiecti d. l.cum quis.ff.de solut. Vinc.de Franc. decis.55.num.15.par.1. Costa de portione ratæ.q.20.nu.2.qui nu.6. inquit

74 † quod adiecto solutum etiam si con-

75 tradicat extra iudicē stipulator.† Plus exhibitori cedulæ non fit solutio post dissolutam societatem eorū, qui præsentarunt cedulam Costa d.tractat. de portione ratæ q.20.nu.3.qui dicit hoc

76 esse ex eo: † quia societate finita solidum exigi nequit.

77 † Nota tamen in proposito. Quod adiectus in gratiam creditoris differt ab adiecto in rem suam l. si cum Cornelius. ff. de solut. Ater. in l.liber homo in §.fin. ff.de verb.obligat.Bazius

78 decis.26.Costa. d.q.20.nu.10.† Nam adiectus in rem suam, vt etiā de procuratore in rem suam non est propriè adiectus Alba cons.406.vol.3. Immo

79 † etiam præposito ad contrahendum

80 solutio fieri potest: quia † censetur etiam prępositus ad recipiendū Surd.

81 d.decis 229.num.8. Et scias. † Quod adiectus solutioni tantum potest solutionem accipere non autem nouate, acceptum ferre, vel aliàs debitorē liberare, vt p Surd.d.decis.229. nu.27.

82 qui nu.29.inquit adiectum † fieri per alternatiuam, & non copulā: & multa de adiecto ponit Costa de ratione rathæ.d.q.20. Alia posuimus inf.c.49.

83 vbi adnotauimus † adiectū agere non posse, minusq; posse nouare, & cogere debitorem ad soluendum: licet ex eius receptione debitor liberetur.

Deci-

84 Decimotertio. † Debitor soluens curatori minoris liberatur l. quod si fortè in §. quid ergo. versic. curatori quoque vbi Bartol. ff. de solut. l. 1. C. si aduers. sol. l. 1. §. fin. ff. quod iuss. l. Lucius. §. tutela. & §. fin. ff. de administr. tut. cum alijs relatis per Surd decis. 229. num. 7. qui num. 34. hoc limitat
85 † dummodo solutio fuerit versa in vtilitatem minoris, alias ea solutio
86 non prodesit soluenti. † Et maxime quando curator non est soluendo, & minor non habet regressum. Idem statuitur in confessione de recepto
87 † quæ facta à curatore nocet minori vt per Surd. ibi. nu. 23. qui num. 24.
88 † contrarium esse dicit in tutore, nisi constet de reali solutione.

89 Decimoquarto. † Debitor ope exceptionis libetatur, si quantitas in genere debita creditoris culpa desituatur, & pereat. l. qui decem in princip. ff. de solut. Ruin. consil. 116. num. 11. volum. 5.

90 Decimoquinto. † Soluens illi, qui prius commiserat delictum ante tamen confiscationem bonorum eiusdem an sit liberatus? Et quòd sic voluerunt Tiraq. in l. si vnquam in verbo reuertatur. num. 365. C. de reuoc. donat. Surd. de alimen. quæst. 32. tit. 9. num. 17. Angel. de maleficio. in verbo, & eius bona publicamus, vbi Aug. de Arim. in addi. num. 39. cum alijs congestis à Carol. de Graff. tractat. de except. excep. 25. num. 20. qui dicit hanc opinionem communem esse, & subdit eam non procedere in duobus casibus.

91 † Primo quando inferretur damnum tertio ex tit. oneroso. Secundo
92 † in eo, quia patrauit crimen læsæ maiestatis, cum illi solui non possit.
93 † Idem est contra: Nam debitor soluens anticipatè illi, qui postea commisit crimen, ob quod bona veniunt confiscanda est liberatus, ità quod de cætero amplius molestari nō potest Carol. de Graff. d. except. 25. nu. 27.

94 Decimosexto. † Debitor soluens fisco post confiscationem bonorum creditoris rectè soluit, & liberatur l. bonorum. ff. de verb. sign. Bald. in l. creditor. ff. de solut. Afflict. decis. 150.
95 num. 17. † Nam tali casu fiscus loco hęredis habetur. l. fideiussor. ff. de solut. Ruin. consil. 22. nume. 2. lib. 1. Menoch. de arbitr. iud. cas. 137. nume. 3. Carol. de Graff. de except. 25.
96 num. 29. † qui hoc dictum ampliat, & limitat non nullis modis.

97 Decimoseptimo † soluens famulo sui creditoris, qui fuit missus à creditore debitori cum chyrographo ad recipiendam solutionem an sit libe-
98 ratus? Et quòd sit † debitor liberatus, etiam quod famulus postea aufugiat: dixerunt Bartol. & alij. in l. eum qui in §. fin ff. commod. Abb. in cap. 1. extra commod. & in cap. fin. de pign. Alban. consil. 462. num. 1. lib. 3. vbi add. Carol. de Graff. de excep. d. excep. 25. num. 81. qui plures circa hoc exci-
99 tat quæstiones, & † in specie de illo, qui portauit aliquod signū creditoris, puta annulum, clauem, vel quid simile, & dicit istum talem liberatum esse, retigimus nonnulla sup. in hoc nostro c. in primo casu.

100 Decimooctauo. † Debitor filij soluens patri vti tutori, & legitimo administratori tunc liberatur, quando de solutione constat per realem solutionem, & numerationem pecunię
101 † & non per confessionem partis, nisi cū confessione adsit aliqua coniectura. Natt. cōs. 543. nu. 19. lib. 3. Carol. de Graff. d. except. 25. nu. 98 qui

num.

102 nu.99.dicit contrarium † in tutore: cui si est facta solutio de eo, quod debetur pupillo cõtingit liberatio etiam quod de solutione non constet nisi per tutoris confessionem.

103 Decimonono. † Debitor Ecclesię, & pupilli liberantur, etiam quod Ecclesiæ, & pupilli non verteretur solutum in eorum vtilitatem Abb. & alij in c. grauis de depositi. Deci. cons.36. num.8. vers.3. principaliter Rodoan. de rebus Eccl. non alien.q 51.cap.13.

104 nu.34.† bene verum est quòd aduersus talem solutionem Ecclesiæ potest petere restitutionem in integrũ. Carol. de Grass. d. except.25. num.109.

105 & 110.† qui dat cautelam, quòd ad hoc vt talis debitor sit tutus,quod soluat de mandato superioris.

106 Vigesimo. † Si debitum cõsistat in quantitate, & solutio (creditore sic volente) fiat in specie contingere debitoris liberationem ponunt Siluan. cons.102.nu.16.Barbar. cõs.15.vol.1.

107 cum aliud pro alio † volente creditore solui possit.l.2.§.mutui. ff.si cert. petat.

108 Vigesimoprimo. † Debitor Monaci, vel alterius religiosi soluendo ipsis sine consensu sui superioris, & Abbatis liberatur,dummodo debitum nullo eorum interueniente cõsensu contractum fuerit: alias secus Bart. in l.si vnus in primo resp. de pact. & in l. filius. C.d.iit.vbi etiam Bald. & Salyc. Capell. Tolos.decis.122.nu.2.vbi Au-

109 fred. in add. † Cæterum hæc tolluntur per Concil. Trident.quo cauetur, quod quæstia per regulares statim cõuentu incorporent, vt sess.25. cap.2. de regula.

110 Vigesimosecundo: † solutione subsequuta, & effectum sortientibus litteris cambij, remittentes liberantur. Bald.& Salyc. in l.si litterarum C. de solut.idem Salyc.in l.si pro debito. C. de bon.auth. iud. poss. & in l.si filius. ff. ad Maced. Rot. Ian. Mercat. decis. 2.num.10.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in quibus soluentem non liberet cum multis seqq.*

2 *Soluens alteri, quam ei, cui debet non liberatur.*

3 *Solutio debet fieri vero creditori, & domino, alias soluens non liberatur.*

4 *Soluens alteri, quam vero creditori ex iudicis præcepto an liberetur remissiuè.*

5 *Soluens negociorum gestori ipsius creditoris non liberatur.*

6 *Nec dominium acquiritur ipsi creditori, nisi post ratihabitionem.*

7 *Cessione iurium creditori facta per debitorem: alter debitor non liberatur.*
Intellige quoad propriam verbi cessionis significationem secus quoad effectum.

8 *Deponens (cum soluere non dicatur) à debito non liberatur.*
Modò pars deposito non consenserit, vel illud acceptauerit. num.9. ibidem.

10 *Campsor si decoctus efficiatur an nihilominus liberetur debitor, qui ei mandauit vt solueret.*

11 *Debitor obligatus rem tradere, an soluendo interesse liberetur.*

12 *Solutio in pecunia reprobata non releuat.*

13 *Soluere in pecunia reprobata, & non soluere paria sunt.*

14 *Solutio debet fieri cum pecunia currenti, & vsuali.*

15 *Solutio manca, imperfecta, & non effectualis soluentem non iuuat.*

16 *Soluens, & statim retrò solutam pecuniam*

cuniam recipiens non liberatur.

17 Solutio simulata non liberat.

18 Pecunia commodata ad ostentationem non efficitur accipientis.

19 Solutio intempestiua non suffragatur.

20 Solutionem recipere ante tempus nemo cogitur.

21 Et maxime quando id, quod recipitur potest tempore deteriorari.

22 Solutio tempore, vel loco incongruo facta, vel non iuxta pollicita non opitulatur.

23 Quin creditor, & hæres ipsius possint iterum petere, vt sibi soluatur.

24 Maritus restituens dotem constante matrimonio non liberatur: nisi vergat ad inopiam.

25 Solutio facta loco incongruo: puta in mari, tempore quo debitor & creditor sunt ab hostibus insecuti soluentem non liberat.

26 Solutio debet fieri de toto debito, alias creditor non cogitur recipere.

27 Solutio partis non minima affert incommoda.

28 Soluens in pecunia de proximo in valore minuenda non liberatur, nec eam creditor cogitur recipere.

29 Idem in illo, qui rem deterioratam restituit.

30 Soluens pro alio debitum non liquidum, & suspectum non repetit.

31 Soluens putatiuo hæredi non liberatur, nisi quatenus pecunia peruenerit in veri hæredis vtilitatem.

32 Solutioni adiecto soluens an, & quando liberetur.

33 Solutio non debet fieri ei, qui soluentem liberare non potest.

34 Solutio nulli fieri debet ex duobus super beneficio contendentibus.

35 Solutio probatur ex confessione creditoris coram amicis facta absente debitore.

36 Soluens alteri, quam creditori non liberatur.

37 Imo nec soluens creditori, cui de iure solui non debet.

38 Pariter nec soluens alteri, quam cui debebat.

39 Factum non sufficit, nisi probetur ex causa, quæ fieri debet fuisse factum.

40 Soluēs alteri, quam vero creditori male soluit.

41 Solutio fieri debet vero domino, vel eius procuratori.

42 Solutio facta alteri, quam ei, cui fieri debet, habetur pro non facta.

43 Solutio facta coniunctæ personæ, puta filio pro patre, vel matre regulariter non liberat soluentem: fallit tamen in multis.

44 Solutio facta filiosa. vti coniunctæ personæ, qui pecuniam patris mutuauit, bene liberat soluentem.

45 Idem quando creditor esset minor, vel prodigus.

46 Idem quando coniunctus nomine coniuncti contraheret.

47 Idem quando solutio fit patri vti legitimo administratori bonorum filij.

48 Soluens matri id quod filiæ debetur non liberatur.

49 Nec soluens patri, id quod filio debetur, liberationem consequitur.

50 Soluens ei, qui mandatum non habet ad exigendū non liberatur, siue scienter, siue ignoranter soluat.

51 Idem si habet mandatum, sed minus legitimum.

52 Pupillus non potest constituere procuratorem ad soluendum absque solemnitatibus.

53 Soluēs anticipate Prælato Ecclesiæ non liberatur: Prælato deinde moriente ante diem solutionis.

54 Solutio anticipatè facta Prælato non præiudicat successori.

55 Solu-

55 *Solutio anticipatè fieri nõ potest, quando tertio præiudicat.*

56 *Solutio facta pupillo sine iudicis decreto, & tutoris authoritate non liberat soluentem, nisi pecunia versa fuerit in pupilli utilitatem.*

57 *Soluens pupillo non liberatur si hoc sine tutore faciat, nisi quatenus pecunia soluta, fuerit uersa in pupilli utilitatem.*

58 *Secus interueniente iudicis decreto.*

59 *Debitor cessus non liberatur à prima obligatione ex eo, quod promisit soluere, nisi realiter soluat.*

1 Casus, in quibus † soluens se à debito non liberat.

CAP. VI.

2 PRimo. † Soluens alteri, quam illi cui solutio fieri debet non liberatur: sed iterato soluere cogitur. l. si ego. ff. de neg. gest. l. 1. §. ante omnia. ff. de pact. l. non debet. ff. de reg. iur. l. sæpe. ff. de re iud. l. soluta. ff. de solut. l. qui hominem. in § si nullo dicto tit. c. ea te. de iureiurando. cum alijs relatis à Ceph. cons. 24. num. 4. vol. 1.

3 † Solutio enim debet fieri vero creditori, & domino, & non alteri alias soluens nõ liberatur. d. l. si ego. l. eius, qui in prouinciam. vbi gl. & Bart. ff. si cert. pet. Becc. cons. 19. nu. 1. & 2. Torret. cõs. 59. nu. 6. Ror. Ian. Mercat. decis. 172. num. 6.

4 † Sed quid si aliquis soluat, alteri, quam vero creditori iudice sic mandante? diximus infra cap. 21. & supra c. 5. cas. 9. & dixit Rot. Ian. decis. 33. num. 6. vbi plenè hanc materiam explicat.

5 Secundo. † Solutio facta negociorum gestori creditoris nõ liberat soluentem, † nec dominium acquiritur creditori, nisi ratihabitio ne subsequuta. d. l. si ego. ff. de neg. gest. Bald. cons. 34. volum. 2. Rol. cons. 19. num. 2. volum. 1.

7 Tertio. † Excessione iurium, & actionum facta per debitorem creditori non liberatur debitor l. quamuis. in §. interdum. vbi gl. ff. ad Vellei. Ruin. cons. 157. nu. 3. vol. 5. qui dicit, quod soluere non dicitur vere, qui debitorum nomina assignat. Pute. decis. 11. num. 14. in prima par. & diximus c. 5. cas. 11. supra. Quod intellige quoad propriam verbi solutionis significationem secus tamen quoad effectum, vt notauimus supra cap. 2. illat. 6. d. c. 5. cas. 11. in quibus locis plenè de isto casu egimus.

8 Quarto. † Debitor deponens: cum deponendo soluere nõ dicatur, per depositum à debito non liberatur. Rot. diuers. in impres. decis. 281. nu. 9. in 2.

9 part. † Intellige nisi pars consenserit depõsito, vel illud acceptauerit. Cum. super rit. Sicil. cap. 93. nu. 17. aduertimus supra in princ. c. 2. cas. 4.

10 Quinto. † Campsore soluendi ordinem accipiente: non sequitur liberatio primi debitoris mãdantis, campsore interim effecto decocto. Rot. Ian. Mercat. decis. 1. nn. 21. & 37. plenè Rot. diuers. in impress. decis. 811. num. 12. & per totum pat. 1.

11 Sexto. † Venditor, qui teneatur rem tradere, soluendo interesse non liberatur. not. in l. 1. ff. de act. empt. aduertunt gl. & Doct. in §. precium. inst. de empt. & vend. in l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. & in l. ex empto. ff. de actio. empt. Ias. in §. actionum. nu. 144. inst. de act. quos refert sequitur Ror. Ian. Mercat. decis. 214. num. 1.

12 Septimo. † Soluens in pecunia re-

proba-

probata, cum talis solutio non releuet non liberatur. l eleganter. in §. qui re-
13 probos. ff. de pig. act. † Nam non soluere, & soluere per adulterinos, & reprobatos nummos paria sunt Bart. in d. §. qui reprobos. idem Bart. in l. Paulus. ff. de solut. Ceph. consil. 31.
14 num. 1. vol. 1. Qui dicit, Quod † solutio debet fieri de pecunia vsuali, & currenti alias non liberat soluentem: & addit quod bonitas materiæ consideratur respectu vsus, non autem materiæ.

15 Octauo. † Solutio mancha, imperfecta, & non effectualis non liberat soluentem. l. Meuius. §. in fundo. ff. de leg 1.

16 Nono. † Soluens, & incontinenti retrò pecuniam accipiens: eum non verè: sed simulatè soluat non liberatur. l. qui sic. ff. de sol. Rum. cons. 144. num. 12. vol. 4. Paris. cons. 86. nu. 30. vol. 3. dum vult.

17 †. Quod simulata solutio cum habeatur, ac si facta non esset non liberat soluentem. Crott. consil. 31. num. 7. volum 1. qui dicit, quod qui soluit, vt statim repetat non dicitur soluisse. Neuizan. cons. 50. num. 47. omnes in
18 l. diuortio. ff. sol. matrim. † Idem est, quando per tertium pecunia accommodatur, & de ea fit mostra. Et de solutione depicta, simulata, colorata, palliata, & fraudolenta videatur. Iaf. con l 26. num. 5. & 8. volum. 3. qui dicit eam esse, quæ extrinsecus apparet aliquid: sed intrinseeus non habet substantiam.

19 Decimo. † Solutio ante tempus facta non releuat, & soluenti non suffragatur. l. soluturus. ff. de solutio. l. qui Rómę in principio vbi omnes nu-
20 tant. ff. de ver. obl. † solutionem enim quis ante tempus recipere nō cogitur,

21 & † maxime quãdo illud, quod recipitur potest tempore variari, & deteriorari. Neuiz. cons. 49. nu. 9 & 13. Viui. decis. 218. num. 1. par. 2.

22 Vndecimo. † Solutio si est facta tẽpore vel loco incongruo, vel non seruata ea promissione, qua fuit promissum soluentem non liberat: nam non potest opponere creditori agẽti de tali
23 solutione: Quin creditor, & eius hęres iterum debitum petere possint. l. 1. l. is cui in §. 1. ff. de act. & oblig. l. qui hominem in §. si decem. l. si quis alia in §. fi. l. solutum. l. qui sic. & l. solidũ. ff. de solut. l. 4. l. obsignatione. & l. inuicto. C. de solut. Ceph. cõs. 586. nu. 4.
24 lib. 4. † Exemplum sit de primo, & sic de tempore incongruo, in restitutione dotis facto viro constante matrimonio dummodo vir nõ vergat ad inopiam: quia talis restitutio non liberat restituentem Bartol. in l. si constante. nu. 101. & seqq. ff. sol. matrim. Salycet. in l. vnica. C. si dos constante matrimonio Natta cons. 552. num. 7. lib. 3. Paris. consil. 119. num. 9 & 11. vol. 1. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 34. num. 1. Asin. in suis conclus. in verbo dos. Amatus decis. 43. per totum.

25 † De loco potest exemplum dari. Si quis soluetet in mari tẽpore, quo debitor, & creditor essent à pitatis insecuti. Vel in terra, in loco vbi latrones grassantur: Et post solutionem esset sequuta captura. Carol. de Grass. de excep. excep. 25. num. 117.

26 Duodecimo. † Solutio debet fieri de toto debito, alias creditor non cogitur recipere: & debitor ex tali creditoris receptione non liberatur l. tutor. §. Lucius de vsur. l. Accepiam cum not. C. de vsur. Doct. in l. qui Romæ, & in l. si ità quis Seia. ff. de verborum obligat. Salycet. in l. semel mora in 9.

concl. ff. sol. matrim. glos. & omnes in l. quidam existimarunt. ff. si cert. pet.

27 † Et ratio est: quia particularis solutio non minima incommoda affert. l. planè. ff. fam. ercisc. fusius de hoc egimus infra cap. 30.

28 Decimoterтio. † Debitor soluens monetam minuendam in valore de proximo: non liberatur, & creditor non cogitur recipere. Neuiz. consil. 49.

29 num. 15. qui num. 16. † Idem esse dicit, in debitore, qui rem deterioratam ipsi creditori restituit, qui non liberatur, & creditor ad dictam rem sic deterioratam recipiendam astringi non potest.

30 Decimoquarto. † Soluens debitum suspectum, non liquidum, nec calculatum proalio. Cũ dicta solutio etiam suspecta reddatur: non tantum soluens sibi actionem negociorum gestorum non quærit: cum rem vtilem ipsi debitori non faciat: verum etiam, nec debitorem liberat. Socin. sen. consil. 65. num. 8. circa medium vol. 4. & ratio est secundum ipsum: quia debiti obscuri aliqua remissio speratur.

31 Decimoquinto. † Soluens putatiuo hæredi bonæ fidei possessori non liberat debitorem: nisi illa pecunia postea ad verum hæredem peruenerit. Crot. consil. 24. num. 2. vol. 1.

Contrarium tamen tenet Costa de ratione ratiæ. q. 20. num. 7. qui dicit, quod soluens Prælato putatiuo liberat soluentem, & diximus supra c. 5. cas. 2.

32 Decimosexto † Adiecto solutioni, quando soluens liberetur, & quando non cauit. Bald. consil. 281. in quinta part. & refert Costa de ratione ratiæ d. quæst. 20. latè posuimus supra cap. 5. cas. 12.

33 Decimoseptimo. † Soluẽdum non est illi, qui soluentem liberare non potest: Quò fit, † quod si duo contendunt super beneficio, quorum neuter in possessione sit, neutri est soluẽdum. l. 1. §. apud Iulianum. ff. depositi. Bald. consil. 250. num 2. & 4. vol. 4.

35 Decimooctauo. † Si creditor absente debitore coram amicis confiteatur sibi solutum, & satisfactum: talis confessio valet in vim probationis, non liberationis inducendæ. Bald. consil. 466. num. 1. vol. 4.

36 Decimonono. † Soluens alij, quam creditori non liberatur l. 1 §. ante omnia ff. de pact. l. 2. vbi gl. ff. vt leg. nom. cau. l. eius, qui in prouinciam. in prin. vbi glos. Bart. & alij. ff. si cert. per. l. qui alienam. in §. quanquam. ff. de negot. gest. l. filia. ff. de solut. Surd. qui alios citat decisio. 60. numero 1. qui dicit,

37 † quod etiam non liberatur, qui soluit creditori, cui de iure soluere non

38 debebat. † Soluens enim alteri, quam cui debebat soluere nõ liberatur. Magon. decis. Lucens. 5. num. 311. Ceph.

39 consil. 24. num. 4. in princ. † Non enim sufficit factum impletum, nisi probetur factum ob causam, qua fieri de-

40 buit. Aymon consil 17 t. num. 15. † Et quod soluens alij, quam vero creditori malè soluat. iura sunt clara. text. in l si ego. ff. de neg. gestis l. cum quis. in §. 1. l. qui hominem in §. si nullo. & l. vero procuratori. ff. de solutio. Surd. decis. 187. nu. 5. & decis. 229. nu. 1. vbi docet debitorem non liberari soluen-

41 rem alij, quam vero creditori. † Solutio enim debet fieri vero domino, vel vero procuratori, & administratori, & non alijs, alioquin non cõtingit liberatio. dict. l. si ego. d. l. eius, qui in prouinciam, vbi gl. & Bart. Rot. Ian. decis. 172. nu. 5. Franciscus Becci. cõs. 19.

42 nu. 1. † Nam solutio facta alteri, quam

ei

ei cui debet pro nõ facta habeiur. d.l. 1.§.ante omnia. ff.de pact. l.nõ debet. ff.de reg.iur.l.sæpe.ff.de re iud. Ceph. d.cons.24.num.4.lib.1.Petr.Anch.q. famil.30.num.2.lib.2. Rot.Ian. Cartar. execut.decis 30. nu.6. reliqua diximus supra in hoc eodem cap. in primo casu.

43 Vigesimo. † Debitor soluens coniunctæ personæ creditoris, puta filio pro patre, vel matre; fratri pro fratre, viro pro vxore, & è contra regulatiter non liberatur. l. filius paciscendo. C.de pact. l. qui in aliena. in §.quamquam. ff.de neg.gest. gl.in l.vero procuratori.ff.de solut. Bald. Alex. Ias. & Dec.in d.l.filius paciscendo.Bald.in l. cum maritum. C.de solut. Alex.cons. 4.num.3.vers.tamen quia coniunctæ. vbi dicit communem lib.2. & consil. 37.num.1.lib.3. Becci.cons.19.nu.2. Rot.Ian.Cartar.execu.30.nu.8.Surd. decis.229. num.2. & 3. qui nu.9. hoc
44 limitat in † solutione facta filiofam. qui patris pecuniam mutuo dedit, cui solutio fieri potest Carol.de Grass. tractat.de excep.excep.15.num.57.

Qui hoc duobus modis limitat.
45 † Primo, quando creditor fuisset minor, vel prodigus, quo casu solui potest coniunctæ personæ: & ex tali solutione resultat totalis liberatio. Roman sing.237 Carol. dict.excep.25.
46 num.58.† Secundo, quoties persona coniuncta cõtraheret nomine alterius coniunctæ personæ: nam taliter contrahenti legitimè solui potest. Exemplum,si filius,vel frater mutuarẽt pecuniam patris,vel fratris,& illi stipularetur, attamen si soluitur ipsi mutuãri soluens est liberatus.l.filius. vbi Bart.& Alex. Dec.& Ias.num.6. C.de pact.idem Bart. in l.si Vrbanus. nu.3. ff.de cond.indeb. Becc.d.cõs.19.nu.5. & 9.Surd.cõs.43.nu.2. Carol.d.l. nu. 60.qui nu.61.addit tertiam limitatio-
47 nem ad hoc dictum,nempè.† Scilicet debitor filij soluit patri, qui pater sit legitimus administrator bonorũ maternorum filij: nam tali casu patri legitimè soluitur, propter vsumfructũ quem in talibus bonis pater habet. Ang. in d.l. qui in aliena. in §. quamquam ff de neg. gest. Ias. in d.l.filius. C de pact. cum alijs relatis à Grasso in d.excepr.25.sub d.num.1.

48 Hinc est, † vt quod filiæ debetur non possit solui matri.Bald.in d.l.cum maritum.C.de solut. Alex.d.cons.37. num.1. Bec. d.cons.19. num.2. Rot. Ianu.Carr.execut.decis.30.num.2.

49 Hinc etiã infertur † Quod soluens patri debitum filij liberationem non consequitur. Emilia. cons. 36. in fin. Magon.decis.Flor.70.num.16.

50 Vigesimoprimo. † Soluens scienter, vel ignoranter non habenti mandatum ad exigendum non liberatur. Bart in l. si procuratori. ff. de condit. causam data Abb.in c.cum te.de iureiur. Magon.d.decis.Flor.70.nu.15.

59 Item † est etiam in soluẽte habente mandatum minus legitimum, & nullum. Exemplum sit in mandato procuratoris minoris,in quo deest iudicis decretum,& alia solemnia. Alex.
52 cons.103.nu.16.lib.2. † Nã talis procurator minoris cum dicto mandato minus solemni nõ liberat soluentem, si cum tali mandato minus legitimo solutionem recipiat.

53 Vigesimosecundo. † Solutio anticipatè facta Prælato, vel vsufructuario non liberat soluẽtem, si Prælatus, vel vsufructuarius moriatur ante diẽ
54 debitæ solutionis. † Nam tales solutiones non præiudicant successoribus. Castr.in l.diuortio. ff. sol.matr. Cald.

conſ.7.loc. & cond. Rodean. de rebus Eccl.non alienand.quęſt.58.num.53.

55 Et ratio eſt,quia † quando ſolutio anticipata præiudicat tertio tunc ante diem debitum fieri non poteſt. l.cum pater. §. à filia. ff.de leg.2. Bart.in l.1. num.11. de leg. 1. Rota Auini. Laur. deciſ. 107.num.4. Ferret. conſil.225. num. 5. qui volunt hoc indubitatum eſſe, quando ſolutio iſta anticipata eſſet facta Prælato, vel vſufructuario agonizantibus, & laborantibus in extremis.

56 Vigeſimotertio.† Solutio facta pupillo ſine authoritate ſui tutoris, & decreto iudicis non liberat debitorem ſoluentem.l.ait Prętor §.permittitur. ff.de mino.l.ſancimus.C.de adminiſt. tuto. gloſ.in l.iuſiurandum. in §.1. ff. de iureiur. Crottus conſ.286. num.5. lib.3.qui dicit, quòd ſi debitor pupillo ſoluat authoritate iudicis conſequitur pleniſſimam libertatem, quæ non poterit teſcindi beneficio reſtitutio-

57 nis in integrum.† Niſi probetur pecuniam fuiſſe verſam in vtilitatẽ pupilli l.ſi Stichum. §.vſumfructum. ff. de ſolut. Foller.in prax. cenſ.in verbo tanquam res iudicata.num.69. Socin.

58 iun.conſ.81.nu.2.& 6. lib.2.† Secus ſi ſoluat cum decreto iudicis, quia tũc ſemper eſt liberatus. Thom. Docci. conſil.34.num.2.

59 Vigeſimoquarto.† Si debitor non ſoluit illi, cui fuit ceſſus ſed tantum ſoluere promiſit an ſit liberatus? Et quòd non tenet Caſtr. in l. qui vſumfructum nũm.1. ff.de verb.ſignif. vbi Socin. num.25. Cutt. iun. in l.ſingulariа. num.27. Deci. num.26. Cagn. num.158.ff.ſi cert.pet. Deci.conſ.107. col.penul. in fi. Surd. deciſ.187.nu.8. tractauimus hoc ſupra latè.c.5.caſ.11. num.5.

SVMMARIVM.

1 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. & num.3. cum ſeqq.*

2 *Soluens vnam rem pro alia creditore inuito non liberatur.*

4 *Species pro quantitate ſolui non poteſt.*

5 *Maritus recipiens dotem in quãtitate, illam in ſpecie ſoluere non poteſt.*

6 *Creditor non poteſt cogere debitorẽ ad dandam ſpeciem pro quantitate.*

7 *Debitor quantitatis per publicum inſtrumentum non poteſt pro ſatisfactione ſui debiti offerre bona.*

8 *Pactum, quod quis non poſſit pro ſatisfactione ſui debiti offerre tot de bonis ſuis in ſolutum valet, & tenet.*

9 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui nõ poteſt hæc regula multis modis ampliatur.*

10 *Retineri vna res pro alia non poteſt.*

11 *Aliud pro alio inuito creditore ſolui nõ debet: etiam quod intereſſe affectionis aliud ſuaderet.*

12 *Nec etiam cedi poteſt aliud pro alio.*

13 *Creditor recipiens ſolutionem ab aliquo ſibi præiudicat.*

14 *Legatarius, cui fuerunt relicta centum, quæ erant apud campſorẽ, alias damnatur hæres ad dandam vineam: ſi hæres dicta centum expendit, non poteſt cogi legatarius alia centum recipere.*

15 *Solui non poteſt aliud pro alio: ſiue debitor ſit quantitatis, ſiue generis ſiue ſpeciei.*

16 *Solui poteſt aliud pro alio in caſu neceſſitatis.*

17 *Idem ſtante impotentia in ſoluente.*

18 *Idem quando certa quantitas hæreditatis relicta fuit propter incommodum diuiſionis.*

19 *Idem quando eſſet dura ſeparatio ratione ſanguinis.*

20 *Idem*

20 *Idem quando aliud succedit in obligatione loco rei promissæ.*

21 *Idem in obligationibus rem tradi, restitui, & dari.*

22 *In obligationibus rem tradi restituidarique si factum non præstatur succedit obligatio ad interesse.*

23 *Idem in contractibus innominatis, in quibus obligatus ad factum soluendo interesse liberatur.*

24 *Quantitas, quando debetur loco speciei: tunc pro quantitate potest præstari species.*

25 *Solui aliud pro alio rectè potest, quando vnum est in obligatione, & aliud in solutione.*

26 *Item quando consuetudo est in contrarium.*

27 *Vt etiam quando debitor esset in mora.*

28 *Idem, quando debitum est ex dispositione legis: nam tunc solutio potest fieri in diuersis speciebus.*

29 *Similiter ex causa aliud pro alio solui potest.*

30 *Præcium, & æstimatio succedunt loco rei in vniuersalibus.*

31 *Vt etiam in particularibus in subsidium.*

32 *Testator si mandat dari quibusdam fratribus quindecim Amphoras vini, eisdem reluctantibus potest hæres eisdem vnam vineam assignare, ex qua dictum vinum percipiant.*

33 *Aliud pro alio solui potest creditore consentiente.*

34 *Creditor si vult potest aliud pro alio recipere.*

35 *Solui aliud pro alio potest, quando solutum subrogatur loco rei, quæ sola solui non potest.*

36 *Maritus si legat fructus prædij sui Trebatiani ipsi vxori: hæres an vendere possit illud prædium, & soluere eam præstationem.*

37 *Aliud pro alio solui potest fisco, cui debentur tributa in pecunia uel argento in massa: Nam potest præstari rectè extimatio.*

38 *Frater mortuo patre potest suos libros retinere, dando fratri condignam estimationem.*

39 *Executio in libris scholaris fieri nequit.*

40 *Seruitutem promittens in una parte fundi, recte in aliam constituere eam potest.*

41 *Solui potest aliud pro alio in pignore.*

42 *Item quando hæreditas fuit addita cum beneficio legis.*

43 *Fructus percipiens ex re pignorata eos in sortem imputat.*

44 *Aliud pro alio quis recipit, quando fructus in sortem imputat.*

45 *Hæres grauatus restituere hæreditatem, si rem hæreditariam alienauit eam sibi in Trebellianicam imputat.*

46 *Locator tenetur domo locata euicta aliam habitationem æquè idoneam præstare etiam inuitus.*

47 *Obligatus rem deterioratam restituere: potest non tantum rem ipsam restituere: uerum etiam prætium deteriorationis.*

48 *Facultas soluendi aliud pro alio transit in singularem successorem.*

1 † Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.

CAP. VII.

2 † SOluens vnam rem pro alia creditore inuito non liberatur. l. 2. §. mutui in fin. ff. si cert. pet. l. si se non obtulit. §. ait prætor. ff. de re iudicata. l. promissor §. fin. ff. de const. pec. l. item liberatur. in §. qui paratus. ff. quibus mod. pigno. vel hypoth. sol.

3 † Aliud enim pro alio inuito creditore solui non debet. glos. in d.l.2. in §.1. ff.si cert.petat. vbi Rip. num.22. Corn.consil.149.num.7. volum.4. & consil.102.num.11.volum.2. Ioseph. Ludou.decis.Perus.101.num.17. cum seqq.in 2.parte. Asini.tract.de execut. 4 per multa capitula. † Et in debitore quantitatis,quod nō possit solui aliud pro alio inuito creditore, puta species pro quantitate, & pecunia: iura sunt clara. text.in l.creditor in §.Lucius.ff. de vsur. & in l.eum à quo. ff. de solut. Deci.in d.l.2. in §.mutui. nu.26.vers. tertia est concluſ.Ruin.consil.65.num. 10.volum.2.

5 Et † in specie de debitore dotis, quod bona pro pecunia, quam recepit soluere non possit est lex.in l.ex pecunia.C.de iure dot.Bart.in l.res in dotē num.43 ff.de iure dot. Cephal.consil. 698.nu.1. volum.5. Corn. consil.15. num.5.lib.1 Ioseph.Lud.concluſ.10. 6 per totum: † Et sicut non potest debitor cogere creditorem ad recipiendam rem,vel speciem pro pecunia debita: ita è conuerso nō potest creditor cogere debitorē pro pecunia sibi debita dare rem, vel speciem l. domini prædiorum.C.de agric.& cens.lib.11. Rip.in d.§.1.nu.29 ff. si cert.pet. vbi hoc multis modis limitat.

7 Hinc est. † Quod debitor in pecunia per publicum instrumentum quarantigiatum, cōfessionatum iuratum, & solemni stipulatione vallatum non potest pro satisfactione sui debiti de propriis bonis offerre, & satisfacere: sed hoc debet in pecunia facere nisi stante impossibilitate,& concurrentibus requisitis de quibus in Auth. hoc nisi. C. de solut. Ias.consil.9.num.10. volum.1.Deci.in d.§.mutui.num.26. versic. & hoc intelligendum Benin-

tend. decis. Bonon. 28. per totum Ioseph.Lud.decis.Perus.64. num.1.in 2. par.Ceph.d.consil.195.num.1. & per totum vol.2.Tesaur.decis. Pedemon. 153. per totum Surd. consil.201.numero 3. diximus in nostro tract. de fideiuss.in prima part.sectio.3.cap.7. in prælud.

8 Hinc, & secundo fit. † Valere pactum,quòd quis non possit offerre tot de bonis suis in solutū: quia hoc modo aliud pro alio inuito creditore solueretur Cott.in suis mem. in vers.solui non potest aliud. versic. ex ista regula dicebam. Licet ab hoc dissentiat Alexan.consil.37.col.2. vers.3. videtur lib.2.

9 † Amp.1.vt ista etiam procedant in retentione: in qua vna res pro alia non potest retineri, nisi de consensu partium.l.si ex ea pecunia. C.de rei vend. l.quamuis. C.de pign. l.si maritus. C. de distract.pign.Corn.consil.207.nu. 3.volum.1.

11 Ampl.2. † hoc dictum etiam procedere,quod interesse affectionis aliud suaderet:nam adhuc aliud pro alio inuito creditore solui non debet. Castr. in l.si domus in §. in pecunia ad fi.vbi Ias.in 7.not. ff.de leg.1.

12 Ampl. † Quod pari ratione, alius pro alio: creditore inuito,cedi,& solui non potest: & maximè quando hoc præiudicium creditori afferre posset Catel. Cor.in suis memo.in verbo solui non potest versic.addo prędictæ re-

13 gulæ, † qui addit, quòd dominus, & creditor recipiēdo solutionem ab alio sibi præiudicat.

14 Ampl.4. † quando testator legauit mihi cētum, quæ erant apud campsorem, cum hoc quòd si hæres ea mihi non præstaret, teneretur mihi dare vnam vineam: Certè si hæres expendit

dit illa centum, quæ erant apud campsorē, & velit mihi dare alia centum, non cogor ea recipere: sed debeo habere vineā ex hac regula ità Bart. post Din. in l. talis scriptura num. 3. in fin. princ. per illum text de leg. 1. Iaſ. in d. l. 2. in §. mutui. num. 8. verſ. tu amplia ſecundo. ff ſi cert. pet. Intellige quando pecunia fuiſſet in ſacculo deſignato tamquam ſpecies: ſecus ſi ad numerum tanquam quantitas, vt per addit. ad Bart. in d. l. talis ſcriptura in littera A, Iaſ. in d. l. talis ſcriptura nu. 11. ff. de legat. 1. vbi ad longū de hac ampliatione tractat. & eam dicit cōmunem cum hac tamen diſtinctione.

15 Ampl. 5. vt iſta ſibi locum vendicent, ſiue quis ſit debitor generis: ſiue ſpeciei: ſiue quantitatis. Iaſ. in d. §. mutui. numero 8. vbi reliqui alij hoc notant.

16 Lim. 1. hæc concluſio † in caſu neceſſitatis, in quo loco præſtationis rei ſuccedit ipſius æſtimatio. l. ſi filiuſfam. § ſi quid alicui. ff. de leg. 1. Bart. in d. l. 2. §. mutui. qui huius dicti multa exempla aſſignat. ff. ſi cert. pet. vbi Iaſ. num. 8. Rip. num. 29.

17 Limit. ſecundo, † ſtante impotentia, & impoſſibilitate in ſoluente, quia tunc ſpecies pro quantitate ſolui poteſt concurrentibus requiſitis, de quibus in Auth. hoc niſi. C. de ſolut. Diximus in tractat. noſtro de fideiuſſ. in prima part. in prælud. 3. ſectio. in capit. 7.

18 Limit. tertio, † in legatario, & fideicommiſſario cui relicta eſt certa quantitas hæreditatis, abſolutè, quia propter incommodam diuiſionē permittitur, vt eis ſoluatur æſtimatio. l. non amplius. § fi. de leg. 1. gloſ. in l. 1. circa fi. in verbo cōpenſatio ff. ſi pars hæred. petatur. l. deducta. in §. nūmis. ff. ad Trebel. Iaſ. in d. §. mutui. num 8. verſ. ſecundo fallit.

19 Limita quarto, † quando eſſet dura ſeparatio ob rationem ſanguinis. l. ſi domos. in § qui confiterur. ff. de leg. 1. l. poſſeſſionum. ff. communia vti iuſque iud. Iaſ. in d. §. mutui. verſic. fallit tertio.

20 Limita quinto, † quando aliud ſuccedit in obligatione: loco eius, quod
21 promiſſum fuit, † vt eſt in omnibus obligationibus facti, tem tradi, reſti-
22 tui, † & dari, in quibus ſi factum non poteſt præſtari ſuccedit obligatio ad intereſſe Iaſ. in d. l. 2. in §. mutui. nu. 8. verſ. decimotertio fallit. Rip. nu. 31. verſ. 3. declaratur.

23 Limita ſexto, † in contractibus innominatis, in quibus obligatus non præciſè tenetur ad factum, & ideo ſoluendo intereſſe liberatur. l. naturalis. in §. primo. ff. de præſcrip. verb. Iaſ. in dict. §. mutui. num. 8. verſ. vltra Bartol. & Doct. vbi Rip. num. 31. in fine.

24 Limita ſeptimo, † quando quantitas debetur loco ſpeciei: quia tunc pro quantitate poteſt ſolui ſpecies. Bartol. in d. §. mutui. Iaſ. ibidem num. 8. verſ. quarto fallit. Rip. num. 35. qui licet à principio videatur recedere à ſententia Bartol. tamen demum in fin. dicit Bartol. opinionem communem & veram, quando ſpecies eſt in facultatem ſoluendi.

25 Lim. 8. quando vnum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione. l. ſi quis. ſtipulatus decem in mille. ff. de ſolut. Rip. in d. §. mutui. nu. 31.

26 Limita nono, † ſubſiſtente contraria conſuetudine Io. de Plat. in l. domini Prædiorum. C. de agr. & cenſ. lib. 11. Rip. in d §. mutui. num. 29.

27 Limita decimo, † quando debitor

eſſet in mora ſoluendi: quia tunc cadit à commodo ſoluẽdi aliud pro alio. l. vinum. ff ſi cert. per. iũcta l. quod re. l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obligat. Rip. in d. §. mutui. num. 30.

28 Limita vndecimo, † quando illud, quod debetur eſt debitum ex diſpoſitione legis: nam tunc ſolutio poteſt fieri partim in vna, & partim in alia re, & ſic in diuerſis corporibus Imol. in l. ſi inter. in §. officium. de acq. plu. arcend. Alexand. & Iaſ. in l. in executione. in § 1. ff. de verb. obligat. Neguſant. de pign. in 5. part. principali in tertio memb. num. 26. Sutd. deciſ. 224. num. 17.

29 Limita 12. † vt ex cauſa aliud pro alio inuito creditore ſolui poſſit. Corn.

30 conſ. 233. nu. 2. in primo vol. † vt eſt in ſoluente æſtimationem, quæ in iure ſuccedit loco rei, & idem cum re ipſa reputatur. l. ſi ità fideiuſſorem accepero. ff. de fideiuſſ. Nam multoties pretium ſuccedit loco rei. l. mortuo. in §. 1. & l. Codicillis in §. inſulam de leg. 2. cum alijs relatis à Corn. dict. conſil. 233. num. 2. Et maximè in vniuerſalibus ſecundum Bart. in l. 1. nu. 6. ff. de

31 act. empt. Vt etiam in particularibus in ſubſidium.

32 Lim. 13. in teſtatore, qui grauaſſet hæredem ad dandum quibuſdam fratribus quindecim amphoras vini ſingulis annis, nam ipſis renitentibus poterit aſſignare eis vnam vineam, ex qua percipiant dictum vinum. Bal. in l. ſi quis argumentum. in vltima col. C. de donat. Iaſ. in l. non amplius. in §. cum bonorum in ſecundo. not. de leg. 1 & in d. l. 2. §. mutui. num. 8. verſ. decimoſeptimo fallit. ff. ſi cert. petat. Corr. in ſuis memo. in verbo ſolui non poteſt aliud pro alio.

33 Lim. 14. vt concluſio prædicta procedat inuito creditore: ſecus autem eſt creditore conſentiente, & volente: Nam creditore volente aliud pro alio ſolui poteſt l. 1. §. an poteſt. ff. de conſtit. pecun. d. l. 2. §. mutui. in fin. ff. ſi

34 cert. pet. creditor † enim ſi vult, poteſt aliud pro pecunia ſibi debita recipere. l. manifeſtè. C. de ſolut. l. 1. §. an poſſit. ff. de conſt. pec. Alex. in d. l. 2. §. 1. nu. 1. ff. ſi cert. pet.

35 Limit. 15. † quando ſolutum ſubrogatur loco rei, quæ ſola non poterat ſolui Aret. in l. ſi ita ſtipulatus in §. Titius. ad fin. ff. de verb. oblig. Carel. Corr. in dd. ſuis mem. in verbo ſolui non poteſt. verſ. nunquid autem.

36 Lim. 16. † quando maritus fructus annuos prædij ſui Trebatiani vxori ſuæ legaſſet quoad viueret: quia poteſt eius hæres vendere dictum fundum, & vxori dictam annuam præſtationem ſoluere ad eã rationem ſecundum quam pater fam. ex locatione fundi redigere conſueuerat. l. Trebatiani. in principio. ff. de vſufruct. legat. Iaſ. d. §. mutui. num. 8. verſic. ſeptimo fallit.

37 Limit. 17. in tributis, quæ fiſco, vel alijs in pecunia, vel argento in maſſa, aut alia re ſoluuntur: nam loco eorum poſſe præſtari æſtimationem dicit Iaſ. in d. §. mutui. num. 8. verſic. fallit ſexto.

38 Lim. 18. in libris fratris, quos frater mortuo patre in diuiſione cum altero fratre non tenetur conferre, & præſtare: ſed dando condignam æſtimationem eos pro ſe retinere poteſt,

39 vt patitur † executio cõtra ſcholarem in libris fieri nequit. l. nepos proculo. vbi gloſ. ff. de verb. ſign. Iaſ. vbi ſupra. verſ. octauo fallit.

40 Limit 19. † in eo, qui ſeruitutem promiſit, in aliqua parte fundi: nam

eam

eam potest instituere in alia parte creditore inuito. Ias. in d. §. mutui. nu. 8. versic. decimo fallit.

41 Limit. 20 † in pignoribus: nam si debitor promisit dare in pignus aliquam rem certam, poterit inuito creditore dare aliam æque idoneam, & bonam Ias. d. l. versic. vndecimo fallit, qui dicit idem in fideiussore, de quo latè dixi in tract. de fid. par. 2. sect. 7. cap. 5.

42 Limit. 21. † in hærede, qui hæreditatem adiuit cum beneficio legis, & inuentarij qui legatarijs res pro pecunia soluere potest etiam non subsistẽte necessitate. l. fin. §. & si præfatam, vers. sed, & si legatarij vbi Bartol. & Castr. C. de iur. delib. Ias. d. §. mutui. vers. 12. fallit.

43 Limit. 22. † Quando creditor ex re pignorata fructus percepisset, & ipsos conseruasset, & vellet eosdem met restituere debitori, & habere pecuniam: quia non potest: cum teneatur eos in sortem imputare, vt per Ias. in d. loco. vers. vltra scribentes.

44 Limit. 23. † Quando mandaui alicui, quod emeret mihi fundum, & ille illud emit de pecunia sua, nam si stetit longo tempore, quòd nihil dixi, & ille percipit fructus debet fructus cõputare in sortem, & aliud pro alio habere Bald in rub. C. de contr. empt. in 15. col. Ias. d. loco vers. 15. fallit.

45 Limit. 24. † in hærede grauato per fideicommissum de restituenda hæreditate nam si aliquas res hæreditarias alienauit eas sibi in quartam imputat. l. Marcellus. § res quę cum ibidem signatis ad Treb.

46 Limit. 25. † si domus locata sit euicta sine dolo, & culpa locatoris: & locator vult aliam habitationem æque idoneam præstare: cogitur conductor & inuitus accipere. l. si quis domum, in princ ff. loc. vbi glo. dicit contrarium in emptore.

47 Limit. 26. † Nam licet restituens rem sibi commodatam, seu depositam deterioratam non videatur rem restituere: l. 3. §. si reddita. ff. commod. l. 1. §. si res. ff. depos. Tamen si debitor velit restituere rem deterioratam, & pretium deteriorationis creditor inuitus compellitur accipere. Ang. in l. elegan ter. in §. non solum. ff. de dolo. Ias. in l. 2. in §. mutui. num. 8. versic. vigesimo fallit. ff. si cert per.

48 Aduerte † tamen, quod si est data facultas soluendi aliud pro alio, quod talis facultas transit etiam in singularem successorem. l. si quando in §. fin. vbi Bart. ff de leg. 1. Ceph. consil. 655. num. 16. vol. 5.

SVMMARIVM.

1 *Solutio censetur facta ex causa præambula contractus.*

2 *Solutio non potest referri nisi ad titulum præcedentem.*

3 *Titulus ex grimordio posterior formatur euentus.*

4 *Solutio censetur facta vigore obligationis, & instrumenti præcedentis.*

5 *Et præsertim quando de alia causa non apparet.*

6 *Etiam quod in summis detur inequalitas.*

7 *Vt pariter, quando obligatio principalis foret inefficax.*

8 *Solutio esse non potest, nisi præuia adsit causa, & obligatio.*

9 *Solutio sequens declarat qualis fuerit concessio præcedens.*

10 *Solutio æris alieni facta immediate post alienationem bonorum hæreditariorum censetur facta de pecunia redacta ex dictis bonis.*

11 So-

11 *Solutio facta præsumitur ex pecunia paulò ante recepta.*

12 *Solutio (vbi non est expressa causa) ex causa mutui facta censetur.*

13 *Mutuum præsumitur, vbi non apparet de causa, qua pecunia recipitur.*

Solutio censetur facta ex causa præambula contractui.

CAP. VIII.

1 SOlutio, quando simpliciter fit: & sumus dubij, ex qua causa facta fuerit: tunc semper censetur facta ex causa præexistente, præcedente, & præambula contractui, & obligationi. Solutio † enim nõ potest referri ad aliud, quam ad titulum præambulum. l. 2. C. de acquir. possess. Bar. in l. triticum. ff. de verb. obl. Surd. cons. 16. num. 13. & decis. 221. num. 13. Ofasch. decis. Pedam. 57. num. 18. Rot. Lin. Mercat. 4. nu. 21. 6. nu. 10 & 91. nu 4. Surd. decis. 308. nu. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 49. Nam † à Primordio tituli posterior formatur euentus. l. 1. C. de impõn. Luc. descripti.

4 Et adeò solutio † præsumitur facta vigore obligationis, & instrumenti præcedentis, & maxime quando de

5 alio debito † & alia causa non apparet: vt etiam præsumatur facta ex causa dicti instrumenti præcedentis: etiã,

6 † quòd sit aliqua diuersitas summæ inter instrumentum, & ipsas solutiones subsequutas. Aym. cons. 158. nu. 13. Ceph. cons. 198. num. 12. vol. 2. & cons. 156. nu. 15. eod. vol. qui num. 17.

7 † inquit hæc procedere, etiam quod obligatio principalis esset inutilis, & inualida.

8 Hinc est, † quod solutio esse non potest, nisi præuia sit causa, & obligatio. Corn. cons. 145. num. 4. vol. 2.

8 Hinc est, † quod solutio esse non potest, nisi præuia sit causa, & obligatio. Corn. cons. 145. nu. 4. vol. 2.

9 Hinc etiam fit. † Quod solutio sequens declarat, qualis fuerit intentio, concessio, & obligatio præcedens. Natt. cons. 192. num. 3. volum. 1. Rot. diuers. in impress. decis. 119. nu. 16. in 2. part.

10 Hinc pariter tertio est. † Quod quãdo procedit alienatio bonorum hæreditariorum, & immediatè subsequitur per hæredem solutio æris alieni illa solutio censetur facta de pecunie redacta ex bonis alienatis. Bart. in l. fi. in §. & si præfatam in fi. C. de iur. delib. Surd. decis. 55. nu. 6. in fi.

11 Hinc † & quarto fit, quod solutio præsumitur facta ex pecunia paulò ante recepta, vt per Surd. d. decis. 55. num. 9. & 10.

12 Sed † quid si obligatio est informis, & non apparet de causa præcedẽte? Dicas: quod eo casu solutio censetur facta non expressa causa pro mu-

13 tuo, vel depositio: Quando † enim accipitur pecunia, & nõ exprimitur causa: censetur causa, & titulus mutui. l. cum quid. vbi Bart. & cæteri omnes. ff. si cert. pet. Rom. cons. 238. num. 3. Alex. cons. 37. nu. 8. in 3. Crott. consil. 186. nu. 10. vol. 2. Rot. Lnuen. Mercat. decis. 26. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio censetur facta in causam arctiorem, graviorem, periculosiorem, & antiquiorem, & num. 11.*

2 *Imo in causam in qua ipse creditor si esset debitor soluisset.*

3 *Solutio censetur facta in debitum antiquius, vel eius, cuius dies iam cesserit.*

4 *Item in debitum durius, granius, efficacius, & pœnale.*

5 *Debitum durius in proposito quale dicatur.*
6 *Debitum durius dicitur, quando quis obligauit personã, et voluit posse capi.*
7 *Idem quando debitum est pœnale.*
8 *Vt itidem, quando est hypothecarium, & pro quo vsuræ debẽtur, & nu. 14.*
9 *Vt pariter quando est cum fideiussoribus, & num. 13.*
10 *Solutio an censeatur facta in causam leuiorem, vel duriorem desumitur ex coniecturis.*
12 *Solutio præsumitur facta in causam, quæ plus cæteris obligat.*
15 *Solutio in dubio debet applicari in causam eligendam per soluentem, secundum Bart.*
Contrarium tamen tenent communiter DD. num. 20.
16 *Soluere quisque potest in quam causam magis velit.*
17 *Dummodo solutio non fiat in minori quantitate, quam sit debitũ, in quod velit soluere.*
18 *Etiam quod debitum creditum non æquipolleat.*
19 *Soluens potest declarare, & eligere in quam causam soluere velit.*
20 *Dummodo electio, & declaratio fiat in actu solutionis.*
21 *Secus si fiat ex post facto.*
22 *Debitor post solutionem non potest eligere, in quam causam soluere intẽdat.*
23 *Solutio censetur facta in eam causam, secundum quam verisimilius est, & num. 24.*
25 *Solutio censetur facta in causam specificatam.*
26 *Soluens potest quandocunque eligere in quam causam soluere uelit, quando solutio, & numeratio scribuntur ut creditum currens.*
27 *Hoc idem contingit in partitis librorum mercatorum.*
28 *Id intellige, quòd si non declarat debitor potest declarare creditor.*
29 *Solutio censetur facta in eam causam, cui est proportionata.*
30 *Solutio in quam causam censeatur facta, quando causæ sunt pares.*

Solutio in quam causam facta esse censeatur.

CAP. IX.

1 SOlutio † in dubio, & quãdo aliud non apparet: præsumitur facta in causam arctiorem, grauiorem, periculosiorem, duriorem, & antiquiorem:
2 & † in eam causam, in quam ipse creditor si esset debitor soluisset. l. 1. l. & magis. l. cum ex pluribus. & l. In ijs. ff. de solut. Bene Bart. in d. l. cum ex pluribus, vbi num. 2. inquit quot modis causa grauior dicatur Corn. cons. 128. nu. 1. vol. 4. Rimin. sen. cons. 297. nu. 2. vol. 2. Paris. cons. 122. nu. 6. cũ seqq. vol. 4 Bero. cons. 196 nu. 24. lib. 1. & cons. 19. lib. 3. Gabri cons. 75. nu. 10. in 2. par. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 136. Vinc. de Franc. decis. 164. nu. 15. in 1. par. Rot. diuers. in impress. decis. 679. nu. 6. & 114. nu. 4. in
3 1. par. † Nam solutio dicitur facta in debitum antiquius, vel cuius dies cessarit, †
4 vel in debitũ durius, grauius, efficacius, pœnale, & quod exigi poterat. Et in proposito † dicitur debitum
5 durius: Puta, quando quis obligauit
6 personam: & † voluit posse aggranari, & capi: †
7 vt etiam quando est debitum, pœnale, hypothecarium, † & pro
8 quo debentur vsuræ, fructus, & interesse, vel † quod est factum cum fideiussoribus Paris. d. cons. 122. nu. 6. cũ alijs Rom. cõs. 94. visis his. nu. 2. Brug. decis. Fiuiz. 1. nu. 27. & decis. 5. nu. 21. & 22. in 1. par. Rot. diuers. in impress.
9 de-

10 decis.92.nume.2.& 6.part.1.† Dum firmani, quod an solutio dicatur facta in causam duriorem, vel leuiorē hoc pendeat ex circunstantijs facti, & coniecturis. Et ponūt hæc omnia Corn. consil.295.nu.n.1.volum.3.91.nu.7. in princ.bene Surd.d.decis. 186. nu-
11 me. 4. † qui dicit solutionem cedere in causam grauiorem: subdens nu. 5. solutionem censeri factam pro debito antiquiori, & in eius extinctionem:
12 & decis.308.num.18.† vult solutionem censeri factam in duriorem causam, & quæ magis obligat: & deci-
13 sio.118.nu.14.† ad extinctionem eius debiti pro quo est fideiussor, quod, & cauit Gabr. cons.48. nu.1.& 2. vol.2. Et aduertunt Menoch. de arb. iud. cent.5.lib.2. cas.493.per totum. Ma-
14 gon.decis.Flor.13.nu.27.& 29.† Et in dubio solutionem censeri factam pro debito grauiori, & pro quo fructus, vsuræ, & interesse debentur notat Gabr.cons.151. nu.3. vol. 1.

Contrarium tamen videntur tenere Bart.in l.si vsuras. C.de vsur. Cast. in d.l.1. nu 6.7.& 9. ff.de solut. Rot. Ianu.Mercat.decis.6.nu.11.& 16. dū
15 volunt,† quòd solutio simpliciter facta debeat applicari in causam eligen-
16 dam per soluentem. † Soluere enim quis in quam causam velit stat in potestate soluentis hoc declarare Crott. cons.401. nu.15. vol.3. Corn. consil. 111.num.4. vol.4. Surd.d.decis.186.
17 nu.1.& 8. † dum vult, quod debitor, qui creditori numerauit multas quantitates pecuniatum possit eligere in quam causam velit compēsare, ac imputare quando partitæ solutę sunt pares, & æquales debito cum quo debitor vult compensare, vel illud excedant: non autem quando minorem summam faciant ex Imo. in l. 1. in fi. princ.versic. & quod dixi. ff.de solut.
18 subdens nu. 9. † hęc procedere etiam quod creditum non æquipolleat debito: sed illud excedat, idem Surd.de-
19 cis.227.num. 12. decidit. Quod † ad soluentem spectat declaratio, & electio in quam causam velit soluere. Gabr.d.cons.75.nu.11. in 2. qui dicit hanc declarationem faciendam esse altera parte præsente.

20 Non † recedas à prima opinione quam communiter sequuntur doct. vt per Surd. d.decis.186. num.4.5.6. & 7. Quam declara, & intellige procedere, quando declaratio, & electio sunt factæ à principio in actu solutionis creditore non contradicente: Se-
21 cus vero est si debitor vult facere istas declarationes, & electiones ex post: nam tali casu cū creditori sit ius quæsitum ex iuris communis dispositione, quod solutio cedit in causam antiquiorem, durioremm, grauiorem, & efficaciorem, vt supra pro regula firmatum est debitor in prędiudicium iuris quęsiti creditori hoc facere nō potest, & ita conciliant istas opiniones inter se pugnantes Gabri.cons.75.num.11. vol.2.dum vult quod computator nō potest exprimere, & declarare aliam causam absente principali: secus vero eo præsente, & non contradicente. Et hāc distinctionem amplectitur. Surd. d.decis.186. nu.9.& decis.102. nu 6.
22 vbi † vult quod debitor postquam soluit non potest declarare in quam causam soluerit.

Tenendo igitur primam opinionē eam multis modis limita.

23 Lim. 1. † quando verisimiliter appareret ex aliqua causa solutionem factam fuisse, vel secundum quod magis verisimile est pro soluente: quia tunc in illam causam facta præsumi-

tur,

tur. Rot. diuers. in impress. decis. 314. num. 4. in 1. par. & decis. 423. num. 3. & 176. nu. 1. in 2. parr. & facit alias allegata decis. 92. num. 2. & 6. in 1. par.

24 † Solutio enim debet interpretari secundum quòd magis verisimile est pro soluente. Rot. diuers. d. decis. 176. num. 1. in 2. par.

25 Lim. 2. † Quando in scriptura solutionis est expressa causa à principio. Nam tunc licet ex aduerso concurrat causa dutior, arctior, & antiquior nihilominus solutio censetur facta in causam expressam. Brug. decis. Fiuiz. 1. num. 26. parr. 1. Gabr. d. consil. 75. num. 11. vol. 2. & diximus supra in versic. non recedas.

26 Lim. 3. † Quando numeratio, & solutio scribuntur tanquam creditum currens: nam tunc licet debitori compensare, ac computare in quam causam velit A lex. cons. 85. nu. 1. lib. 3. vt est in partitis librorum mercatorum:

27 † in quibus id quod numeratur non scribitur tanquam solutum in extinctionem debiti, sed tanquam creditū soluentis, & sic *in dare, & habere:* quo casu quandocunque licet declarare in qua causa quis imputare velit. Deci. cons. 308. in casu ad nos transmisso. col. 6. Corn. consil. 111. lib 4. Straccb. de Mercat. in 2. par. num 57. Magon.

28 decis. Flo. 39. nu. 4. † Qui dicit, quòd si non declarat debitor debet declarare creditor.

29 Limit. 4. † Quando solutio quantitatis est proportionata ad vnum debitum: eo quia conueniunt in summa: quia tunc creditur facta in extinctionem dicti debiti, & non diuersi. Bart. in l. cum ex pluribus. colum. 2. versic. 4. dicitur. ff. de solut. Magon. decis. Flor. 13. num. 26.

39 Sed quid † si omnes causæ sunt pares? Dic quod tali casu solutio debet cedere in qualibet causa æqualiter pro sua virili, & rata nisi ex alia causa non deberetur: quia tunc primo censetur solutum ex causis veris, & debitis: reliquum verò pro non veris, & indebitis. Ruin. consil. 18. num. 11. volum. 3. Brug. d. decis. 1. nu. 28. par 1.

Et in proposito multa alia congerit Card. Tuscus. pratic. conclus. par. 7. conclus. 753. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio præsumitur facta pro fructibus, vsuris, & interesse, & non pro sorte. num. 3.*

Et quando hoc sit verum. num. 4.

Pecunia redacta ex venditione pignoris cedit prius in causam vsurarum. num. 2.

Solutio primo pro fructibus: & demum pro sorte facta esse censetur.

CAP. X.

1 SOlutio † in dubio præsumitur facta pro fructibus, vsuris, damnis, & interesse, & non pro sorte. l. 1. in fi. C. de solut. l. in his. in §. imperator. ff. 2 de solut. Vbi † pecunia redacta ex venditione pignoris prius cedit in causam vsurarum, quam sortis. † Et quod 3 solutio prius cedat in extinctionem vsurarum, & postmodum capitalis, ac sortis voluerunt Cast. in d. l. in his verò. in §. imprimitur. num. 2. ff. de solut. idem in l. fin. num. 2. ff. de eo, quod cert. loc. Cald. cons. 4. de vsur. Costa in suo tractat. de ratione ratæ. q. 124. nu. 1. & 23. Roia ex alijs quos allegat diuers. in impress. decis. 116. 4 num. 4. par. 2. Qui dicunt † hæc vera,

quan-

quando fructus, vsuræ, & intereſſe vtroque iure debentur: ſecus ſi iure naturali tantum, vt per Caſt. in d. §. imprimitur, vt etiam quando conſtat vſuras fuiſſe ſolutas: ſed non in regaliter, vt per Rot. d. deciſ. 116. num. 4. verſ. ſiquidem pro reſponſione.

SVMMARIVM.

1 *Solutio prius cenſetur facta de mobilibus, demum de ſtabilibus.*

Solutio primo de mobilibus, & poſtmodum de immobilibus facta cenſetur.

CAP. XI.

1 SOlutio † prius præſumitur facta de rebus mobilibus: & poſtea de ſtabilibus: Nam in ſatisfactione debiti alicuius prius ſunt vendenda mobilia ſi extant: ſin autem recurrendum eſt ad immobilia. l. à Diuo Pio. in §. in venditione, & in §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. Ror. diuerſ. deciſ. 680 nu. 7. in prima par. Surd. deciſ. 170. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ſortis poſt terminum ad ſoluendũ ſimpliciter recepta, operatur, vt quis ſibi præiudicet, nec amplius uſuras petere poſſit, & nu. 2. remiſſiuè.*

Ex ſolutione, & receptione ſortis principalis cenſentur ſoluti fructus, & intereſſe.

CAP. XII.

1 SOlutio † ſortis per creditorem poſt terminum ad ſoluendum præfixũ recepta abſque proteſtatione præiudicat eidem, vt nõ amplius fructus, vſuras, & intereſſe petere poſſit. l. ſi. vbi addentes ad Bart. ff. de eo quod cert. loc. Bald. ibidem num. 2. Caſt. Alex. Iaſ. & alij. Capell. Toloſ. dec. 50. Surd. de alim. q. 43. Et latè proſequuti ſumus concluſionẽ iſtam in noſtro trac. de fructibus in illa regula. † An ſoluta 2 ſorte per debitorem creditor amplius ad fructus agere poſſit: vbi poſuimus regulam cum ampliationibus, & limitationibus diximus ſupra cap. 4. caſ. 6. nu. 23.

SVMMARIVM.

1 *Solutio magnæ quantitatis facit præſumi mandatum.*

2 *Mandatum præſumitur ex magnæ pecuniæ quantitatis ſolutione, & num. 5.*

3 *Itẽ ex actu geſto cum notabili impenſa.*

4 *Mandatum non ſolum de gratia impetranda: verum etiam de litteris expediendis præſumitur ex magna pecunia erogata.*

6 *Soluens nomine alterius ipſius mandato ſoluiſſe creditur.*

7 *Nemo præſumitur ſuum effundere patrimonium.*

Ex notabili pecuniarum ſolutione præſumitur mandatum.

CAP. XIII.

1 SOlutio † magnę pecuniarum quãtitatis facit præſumi mandatum. Ror. diuerſ. in impreſſ. deciſ. 187. nu. 2 3. in prima part. † In actu enim geſto, 3 & expedito cũ notabili impenſa mandatum præſumitur Bart. in l. eũ ſeruus col. 1. nu. 4. ff. de verb. oblig. Mohed. deciſ. 18. de præbend. Caputaq. deciſ. 20. lib. 1. Pereg. deciſ. 110. lib. 1. Put. 4 deciſ. 339. lib. 2. † vbi volunt quod propter erogatam pecuniam non tantum præſumatur mandatum de gratia impetranda: verum etiam de litte-

ris

5 tis expediendis. † Et quod ex expēsa, & solutione, quæ non sit modica mādatum præcessisse præsumatur adnotat Catd. Mantic. de tacit. & ambig. 6 tit. 6. lib. 7. nu. 4. par. 2. † Quo fit, quod soluens nomine alterius, ipsius mandato soluisse creditur † cum non præ- 7 sumatur, quod suum voluerit profundere patrimonium. l. cum de indebito. ff. de probat. Rot. decis. 3. de caus. poss. & propriet. in anti. Felyn. in c. sicut. nu. 39. de re iud cum alijs cumulatis per Mant. d. tract. de tacit. & ambig. dicto tit. 6. lib. 7. nu 5. par. 2.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactus plenè censetur, qui totum recipere potuit, & partem solum recepit.*

Integraliter satisfactus præsumitur, qui potuit sibi de toto satisfieri, & partem tantum recepit.

CAP. XIV.

TOtum soluisse, qui sibi potuit, & partem tantum recepit integra- 1 liter † satisfactus præsumitur: Exempla sunt in tutore, procuratore negociorum gestore, administratore, & similibus. Afflict. decis. 13. nu. 20. & 21.

SVMMARIVM.

1 *Soluens partem non præsumitur soluisse totum.*
2 *Creditor, qui partem recipit ad residuū agere poterit.*
3 *Solutio gratuita unius partis non grauat in solutione alterius.*
4 *Soluens partem indebiti non cogitur aliam soluere.*
5 *Soluens partem debiti non censetur totum debitum agnoscere.*
6 *Soluens partem debiti confessati pro alia exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere potest.*

Soluens partem an censeatur soluisse totum.

CAP. XV.

QVI † partem soluit non præsumi- 1
tur soluisse totum: † Et creditor, 2
qui partem recipit potest cōtra debitorem ad residuum agere. Afflict. decis. 13. nu. 21. Surd. plenè decis. 33. nu. 12. Et hoc idem tenet Mazuol. cons. 16. nu. 36. Guid. Pap. decis. 177. Granuti. Theorem. 9. vbi volūt, quòd si debitor partem minorem debiti sine protestatione soluit, & creditor petat, & recipiat quod nihilominus poterit agere ad residuū. † Et ad- 3
uertatur quod Surd. de aliment. tit. 4. q. 16. nu. 18. vult: quod gratuita solutio vnius partis non grauat in solutio- 4
ne alterius: & subdit quod † qui partem indebiti soluit non cogitur aliam partem solnere. & ibi occasione huius dicti infert ad multa. Idē dicto tract. 5
tit. 8. priuil. 22. nu. 16. firmat † quod soluens partem debiti, non ideo videtur agnoscere totum debitum, vt teneatur aliam partem soluere per l. fin. vbi gl. & Bald. C. ne vxor pro marito. 6
† Nam soluens partem debiti confessati pro alia parte potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, secundum Saly. in l. cum fidem. C. de non num. pec. Et multos casus distinguendo hunc articulum resoluit Carol. de Grass. de except. except. 25. à num. 13. vsque ad 20. Multa alia ad materiam præsentis cap. vide infra sub cap. 23.

SVMMARIVM.

1 *Soluens pro residuo totum soluisse creditur. & nu. 2.*

3 So-

3 *Solutio pro reſiduo facta præſupponit aliquam partem prius ſolutam fuiſſe.*

4 *Verba reliquorum, & ex reſto, quid ſignificent remiſſiuè.*

Solutum pro reſiduo arguit totum, & integrum debitum fuiſſe ſolutum.

CAP. XVI.

1 SOlutio de † reſiduo facta denotat, quod nihil amplius debeatur, & totam, & integralem probationem ſolutionis concludit gloſ. in l. ſi ex pluribus in verbo reliquum ff. de ſolut. Ang. Imo. Caſt. & Alex. in l. 2. vbi Iaſ. nu. 7. C. de hęred. inſt. Iaſ. Bald. Salyc. Atet. & cæteri in l. ſi quidem circa fi.

2 C. de tranſact. Nam † ſoluens pro reſiduo totum, & integrum debitum ſoluiſſe dicitur. Caſtr. in d. l. 2. num. 4. vbi infert ad pulchram quæſtionem. Corn. conſ. 33. num. 24. vol. 2. Caſſan. conſ. 12. col. 1. verſic. & ſi replicatur. Rot. Ian. Mercat. deciſ. 27. num. 5. qui dicit de verbo illo pro complemento, & deciſ 60. nu. 6. Vinc. de Franc. deciſ 45. nu 1. par. 1. vbi nu. 3. & 5. dicit quando reſidui appellatione totũ non

3 contineatur. Quibus † adde, quòd ſolutio pro reſiduo facta præſupponit prius aliquam partem ſolutam fuiſſe. Deci. & alij, in l. creditori. C. de pact. Alex. conſ. 141. vol 6. Caſtr. conſ. 71. in fi. in 2. part. Aſſl. deciſ. 285. nu. 3. & 9. vbi Vrſil. nu. 1. qui dicit quid de

4 † verbis reliquorum, & ex reſto.

SVMMARIVM.

1 *Solutio præſumitur ex decem annorum lapſu.*

2 *Et maximè vbi etiam concurrunt ſilentium, & patientia creditoris.*

3 *Creditor diutius nõ tacuiſſe præſumitur.*

Solutio debiti ex diuturnitate temporis facta eſſe præſumitur.

CAP. XVII.

1 SOlutionis † præſumptio ex diuturnitate temporis reſultat. Ceph. cõſil. 240. nu. 9. in fi. vol 2 Aſſlict. deciſ. 13. nu. 21. Menoch. de præſumptio. in 1. par. lib. 3. præſumpt. 135. nu. 3. 6. 7. 10. & per totum. Maſcard. de probat. concl. 1315. nu. 27. qui alios citat ſubdens hęc eò magis vera eſſe, quando mortuo debitore creditor tacuit. Rota diuerſ. in impreſſ. deciſ. 788. nu. 2. in prima parte, quę num. 12 inquit quòd ſola tarditas creditoris non eſt ſatis ad inducendam præſumptionem ſolutionis: ſubdens, quòd aliàs præſcriptio eſſet fruſtratoria.

2 Et maximè † quando cum diuturnitate temporis concurrunt ſilentiũ, & patientiæ. Cum. conſil. 91. num. 4. Alex. conſil. 115. num. 4. lib. 7. Ceph. d. conſ. 240. nu. 9. latè Bertazz. conſil. ciuil. 118. num. 6. Rot. March. Gratia. 46. nu. 10. Rot. diuerſ. in impreſſ. d. deciſ. 788 nu. 2. dum inquit. † Quod nõ

3 præſumitur quòd creditor tam diù tacuiſſet, ſi eidem debitum ſolutum non fuiſſet. Alia diximus ſupra c. 4. coniectura 1. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Solutio præſumitur ex coniunctione ſanguinis, diuturnitate temporis, & ſæpius, facta calculatione.*

2 *Imo etiam hoc coniunctio ſanguinis, & diuturnitas temporis operatur.*

3 *Hoc idem operatur aliqua alia præſumptio: puta diuiſio loco ſæpius factæ calculationis.*

4 *Diuiſio plus operatur, quam ſi ſæpius eſſet reddita ratio.*

5 Di-

5 *Diuisio inducit præsumptionem solutionis, & solidationis.*

Coniunctio sanguinis, diuturnitas temporis, & sæpius facta calculario faciunt solutionem præsumi.

A P. XVIII.

1 CONiunctio sanguinis, diuturnitas temporis, & sæpius facta calculatio, & de habitis, & datis ratio redditafaciunt præsumi solutionem, liberationem, quietationem, & hinc inde datorum, & receptorum remissionem, & condonationem. l. procula. ff. de probat. l. si seruus communis. ff. de donat. inter vir. & vx l. 1. C. de neg. gest. Afflict. decis. 13. num. 12. Alciat. de præsump. reg. 1. præsump. 32. nu. 6. qui nu. 1. dicit ex sola ratione proximitatis donationem præsumi. Ias. in l. quæ doris. num. 18. ff. sol. matrim. Alex. consil. 46. visis, & accuratè in fi. lib. 1. vbi Appostilla in verbo sine volum. 3. & 56. num. 6. & 14. in 4. Dec. consil. 79. & 267. col 2. Bart. in l cum quid. ff. si cert. pet. num. 11. Aret. in l. recusari col. 2. ff. de acquir. hæred. Socin. iun. consil. 128. num. 126. 129 & 265. lib. 1. Neuiz. consil. 57. num. 16. Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. cas. 88. num. 17. Mascard. de probat. conclus. 554. numero 41. & 1371. à num. 101. vsque ad numerum 105. vbi de communi, & conclus. 1318. num. 27. Ias. consil. 193. lib. 2. Roman. consil. 517 num. 15. Tiaq. de præscript. glos. 4. §. 1. versic. octauo istis annectendus.

2 Imo secundum Calca. cons. 23. nu. 9. Menoch. d. cas. 88. nu. 17. Mascard. d. conclus. 554. nu 41. Ias. d. cons. 193. lib. 2. sufficiunt coniunctio sanguinis, & diuturnitas temporis.

3 Addo: † Quod si viget, & adest aliqua alia præsumptio: Quod illa subrogatur in locum sæpius factæ calculationis, & rationis redditæ: Puta di-

4 uisio, † quę plus operatur, quam si sępius ratio reddita esset: Deci. consil. 266. non excedit à memoria. num. 5. Gram. decis. 103. num. 39. circa fin. Galliaul. in rub. de verb. oblig. nu. 45. Rip. in l. si vnquam quæst. 42. C. de reuoc. donat. Neuiz. d. consil. 57. nu.

5 16. circa medium. Qui dicunt † diuisionem etiam inducere præsumptionem solutionis, & solidationis. Alia diximus supra c. 4. cas. 9.

SVMMARIVM.

1 *Soluens præsumitur ad sui commodum, & vtilitatem soluere.*

2 *Soluens pro sua obligatione, & non pro alia soluere censetur.*

3 *Soluens de suo soluere præsumitur. & num. 8.*

Nisi aliud appareat ex coniecturis. numero 9.

4 *Soluere quisque magis pro se, quam pro alio censetur.*

5 *Soluere libenter pro alio nemo creditur.*

6 *Administrator rerum alienarum magis pro seipso, quam pro alio soluere censendus est. & nu. 13.*

Nisi aliter appareat ex coniecturis. num. 7.

10 *Soluens pro alio censetur soluere de propriis pecunijs, & non de alienis nisi actus cantaret sub nomine alterius. & num. 15.*

11 *Emens suo, & fratris nomine, & precium soluens: an censeatur soluere totum de suo, & partem à fratre petere possit, & quando hoc procedat remissiuè. & nu. 12.*

13 *Soluere de suo quisque creditur, etiam quod alia negocia administret.*

14 *Et etiam penes se pecuniam habeat cum alio communem.*

15 *Fallit ubi actus gestus cantaret sub nomine alterius.*

Soluens præsumitur pro se, & sua obligatione, & de suo, & sua pecunia soluere.

CAP. XIX.

1 SOluens † præsumitur in dubio ad sui commodum soluere, & ad sui intuitum, contemplationem, & vtilitatem. Corn. cons. 317. nu. 2. circa fin.
2 volu. 1. Et sic pro sua, † & non aliena obligatione idem Corn. cons. 33. nu.
3 4. vol. 2. Et † de suo, ac de sua propria pecunia Dec. cons. 59. nu 2. cons. 79. nu. 4. & 15. & bene cons. 174. num. 1. vol. 1.

4 In † dubio enim quis magis creditur soluere pro seipso, q̃ pro alio: † qa
5 pro alio homines malè libēter solvũt, & vix pro seipsis Bal. in l potuit quæstio. 10. C. de iure delib. Asin. qui dicit communē in sua prax. §. nec quis putet. num. 136. Magon. decis. Flor.
6 148. num. 8. etiam † quod fuisset rerũ
7 alienarum administrator: modo aliud ex coniecturis non appareat. Aym. cons. 129. num. 2 Natt. cons. 358. nu. 2. vol. 2. Ror. Ianu. dec. 10. nu. 7. 127. nu. 7. & 154. num. 9.

8 † Plus non tantum in dubio quis censetur soluere pro se, & sua obligatione, vt dictum est, verum etiam de proprijs pecunijs, & de suo proprio,
9 † nisi aliud probaretur, vel coniecturæ suadeant. l. & magis. ff. de solutio. Bartol. Bald. & alij in l. 2. C. pro soc. & in l. pen. C. si quis alter. vel sibi. Bart. in l. si patronus. C. com. vtriusque iud. Rom. sing. 440. Corn. cons. 327. lib. 1. Ioan. de Amic. cons. 16. num. 9. Nat. cons. 94. nu. 10. col. fi. & cons. 100. col. vltima nu. 15 par. 1. Aym. cons. 119.
10 nu. 2. & 191. nu. 8. vbi † reprobat Ro. volentem extraneum soluentē pro ipso extraneo præsumi, vt soluat de pro-
11 prijs ipsius extranei pecunijs. † Imo emens suo, & fratris nomine si soluat precium creditur soluere de eius propria pecunia, & à fratre partem pecuniæ petere potest Dec. cons. 348. de duobus nu. 4. & 15. signanter Ceph. cons. 740. num. 31. & cum seq. vol. 5.
12 qui † hoc dictũ multis modis limitat. benè Surd. de alim. quæst. 8. nu. 51. ut. 6 dum vult, quod quilibet
13 præsumitur de proprio soluere: etiam
14 quod aliena negotia administret, & etiam quod penes se habeat pecuniam cum alio communem. Et nouissimè ad ista videatur Cardin. Tusc. practic. concl. par. 7. concl. 337. per totum.

15 Lim. † præmissa. Quando actus esset factus, & cantaret sub nomine extranei: quia tunc solutio censetur facta de pecunia extranei. l. super hypothecis. C. de pign. Rom. cons. 3. viso themate. Natt. cons. 38. num. 2 Cur. Ian. in l. 1 num. 11. C. de furt. licet id non placeat Aymoni. d. cons. 129. nu. 4. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Solutio voluntaria non ligat soluentem ad iterum de cætero soluendum.*
2 *Maximè verò ubi esset unica tantum solutio.*
3 *Nec etiam præiudicat successoribus.*
4 *Cautela ad hoc ut soluens voluntariè sibi non præiudicet ad soluendum in futurum.*
5 *Solutio voluntaria quando dicatur.*

De

De solutione voluntaria, & quod soluentem ad soluendum in futurum non liget.

CAP. XX.

1 SOlutio † voluntaria soluentem ad soluendum de cætero non obligat: nec est trahenda ad necessitatem, & in consequentiam: in tãtum, quod talis voluntariè soluens non tenetur iterato soluere. l. voluntariè. C. de excus. tut. l. 2. C. de his, qui spont. mune. subie. Auth. presbyteri, C. de epis. & cler. l. creditor. C. de vsur. l. fin. C. ne vx. pro marit. glo. Cy. & alij in l. non dubium. C. de testa. Bart. in l. fin. in §. fin. C. de decur. Deci. cons. 72. col. fi. vers. secundo dato. Goz. d. cõs. 23. nu. 1. in fi. Paris. cons. 21. nu 49. & consil. 31. nu. 35. vol. 4. & cons. 51. nu. 15. volum. 1. Ceph. plenè cons. 154. nu. 20. vol. 2. & cons. 631. nu. 42. vol. 5. Balb. de prescrip. in 4. part. 5 part. principalis. q. 5. num. 2. † Et maximè, quando
2 est vnica, idem Paris. cons. 79. nu. 13.
3 vol. 3. † Et adeò voluntaria solutio non obligat in futurum soluentem, vt etiam non præiudicet successoribus soluentis. c. de cætero. & c. veniẽs de transact. Paris. d. cons. 31. nu. 35. & 36. vol. 4.

4 † Cautela tamen est ad hoc, vt volũtariè soluẽs sibi in futurum non præiudicet, quod soluat cum protestatione l. 1. ubi Bartol. & alij, C. de his, qui spont. mun. subi. Alex. cons. 101. uisis nu. 10. uol. 1.

5 Dicitur autem uoluntaria solutio, quando quis spontè, & ultro nullo iure, lege, causa, ac ratione cogentibus se offert promptum ad soluendum, & cum effectu soluit. Paris. d. cons. 21. nu. 49. uol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Solutio necessaria dicitur, quando iudiciaria authoritate, & iudicis decreto facta est.*
2 *Soluens iussu superioris dicitur coactè soluere.*
3 *Soluens superioris mandato non constituit aduersarium in quasi possessione exigendi.*
4 *Solutio necessaria non obligat ad soluendum in futurum: nec de cætero soluenti præiudicat.*
5 *Solutio onerum coactè facta non tollit immunitatem.*
6 *Solutio, quæ fit timore mandati, & cẽsurarum non præiudicat, nec constituit quem in quasi possessione.*
7 *Solutio facta per carceratum uti meticulosa non subsistit.*
8 *Soluens coactè solutum repetere potest.*
9 *Solutio pensionis, quæ fit per clausulam sine retardatione non constituit pensionarium in quasi possessione exigendi.*
10 *Solutio necessaria plenissimam inducit liberationem.*
11 *Imo periculum spectat ad creditorem.*
12 *Et quomodo hoc intelligatur remissiuè.*
13 *Solutio necessaria, quando liberet soluentem, & quæ requirantur.*
14 *Solutio necessaria non liberat soluentem, nisi sit facta cum resistentia, quæ habeat causam, & iudice mandante.*
15 *Soluens ex mandato iudicis sine causæ cognitione, an repetat solutum.*
16 *Debitor creditoris expulsi de ciuitate soluere coactus reipublicæ liberatur. Secus si à priuato cogeretur. nu. 19.*
17 *Soluens coactus à tyranno odio creditoris liberatur.*
18 *Debitor, quando dicatur coactè soluere odio creditoris.*

19 *Soluens in odium creditoris à priuato coactus non liberatur: secus si à republica, vel tiranno.*

20 *Debitor præcepto superioris soluere impeditus, an liberationem consequatur.*

De solutione necessaria, & Prætore Authore facta.

CAP. XXI.

1 SOlutio ex causa †necessaria facta dicitur, quando iudiciaria anthoritate, & iudicis decreto fit. Afflict. decis. 191. nu. 2. Ruin. consil. 147. nu. 4. & 16. volum. 1. dum dicit quòd solutio facta præcepto iudicis, & superioris dicitur coactè, & ex causa necessaria facta modo debitor contradicat, & soluere recusset vt per Rot. Ian.
2 Mercat. decis. 103. nu. 9. Nam † coactè soluere dicitur, qui iussu superioris soluit Bartol. in tract. de Tiberi. num. 25. Bald. consil. 128. num. 2. vol. 2. Albetig. de stat. quæstio. 86. num. 1. 5. & 10. lib. 1. Deci. consil. 25. num. 2.
3 dum firmant quod † qui paret mandato superioris non animo obediendi: sed timore hoc facit, aduersarium in quasi possessione iuris exigendi nõ constituit. Et ratio est: quia quæ fiunt contra, & præter voluntatem facientis, non imputantur facienti. cap. 1. 2. & 3. 32. q. 5.

4 Ista † solutio necessaria, & violenta non obligat in futurum soluentem ad soluendum, & soluenti in posterũ non præiudicat. l. cura circa principium versic. nec si per viam. ff. de mun. & hon. Roman. consil. 252. nu. 5. Ceph. consil. 154. num. 19. vol. 2. qui alios citat.

5 Hinc est. Quod solutio onerũ coactè facta non tollit immunitatem d. l. cura. ff. de mun. & hono. Rom. d. cons. 252. num. 5. Rol. cons. 45. num. 73. in princ. & cons. 60. nu. 12. in 2.

6 Hinc etiam fit. † Quod solutio quę fit metu mandati, & censuratum non præiudicat, nec constituit quem in quasi possessione Capuraq. decis. 331. nu. 4. in 2. par. Pur. decis. 281. num. 5. lib. 2. Rot. diuers. in impress. decis. 196. in 3. par.

7 Ex hoc itidem resultat. † Quod solutio facta per carceratum, vti meticu losa, coacta, & violenta non subsistit. Rol. cons. 2. nu. 51. vol. 1. & cons. 57.
8 nu. 42. vol. 2. † soluenti enim coactè, & metu repetitio conceditur. Bald. & alij in l. 2. C. qui met. causa. Crott. cons. 392. nu. 14. vol 3.

9 Hinc pariter fit. Quod † solutio pensionis propter clausulam sine retardatione: pensionarium in quasi possessione exigendi non constituit Pur. d. decis. 281. nu. 1.

10 Et † nihilominus talis solutio necessaria facta de ordine commissione iussu, mandato, præcepto, & authoritate iudicis plenissimam liberationẽ inducit. l. ait prætor. in §. permittitur. ff. de min. §. nunc admonendi. Inst. quibus ali. licer, vel non las. consil. 26. num. 1. cum seqq. & per totum. vol. 3. dum tenet, quòd debitor per superio-
11 rẽ soluere coactus liberetur, † & periculum sit creditoris, quod intellige
12 vt per † eum ibidem nu. 2. 12. & 13. His adde Ceph. consil. 713. num 29. volu. 4. Ruin. consil. 171. num. 3. volum. 4. benè Rot. Ian. Mercat. decis. 33. num. 6.

Vnum in proposito aduertendum
13 est. Quod † solutio coacta ad hoc vt liberet soluentem duo requitun-
14 tur: † & quod sit facta cum resistẽtia: & quòd resistentia habeat causam. Vt

etiam

etiam quòd sit facta superiore mandante Castr. cons.13.nu.65. & 69.in 3. Ruin.cons.147.nu.16. vol.2.

15 † Sed an tali soluenti in vim præcepti iudicis emanati absq; causæ cognitione concedatur repetitio? Glo.in l.fin.in verbo simplici. ff.de eo, quòd met. causa determinat quòd non: & maxime quando vnà cum præcepto concurrit res iudicata Paris.cons.108. num.36.& 38.vol.4.

16 Sed † quid in debitore expulso de ciuitate coacto iniustè odio creditoris soluere reipublicę an liberetur? Ruin. cons.85.num.8.volum.1. tenet quòd sic.

17 Idem † est in debitore alterius coacto à Tiranno in iniuria creditoris soluere: nam, & ipse sic exactus liberatur.Ruin.consil.171.num.1.vol.4.

18 qui num.2.declarat: Quando † debitor dicatur exactus in iniuriam creditoris. Qui ibidem num.7.determinat

19 † hæc non procedere in debitore inuito exacto à priuato: qui soluendo non liberatur.

20 Iterum. Quid † si debitor præcepto superioris soluere creditori impeditus fuerit: An ex iusto errore excusetur, ita,& taliter, quod veniat liberatus? Ruin.cons.116.num.10.cum seqq. volum.5. videtur determinare quòd sic.

Multa alia quæ conferunt ad materiam præsentis cap. posuimus supra c.5.cas.9.

SVMMARIVM.

1 *Solutum per errorem repeti potest.*
2 *Secus si scienter, & consulto soluatur.*
3 *Cuius per errorem dati repetitio est, eiusdem consulto dati donatio est.*
4 *Nemo sine consensu obligatur.*
5 *Errans non consentit.*
6 *Indebiti solutio ad hoc ut inducat donationem ambarum partium consensus requiritur ita quòd ut indebitum soluatur, & recipiatur.*
7 *Soluens præsumitur potius soluere ignoranter, quam scienter.*
8 *Solutio præsumitur magis facta ignoranter, quam scienter, quando id quod solutum fuit probatur indebitum.*
9 *Error magis præsumitur, quam donatio.*
10 *Indebitè solutum repeti potest conditione indebiti.*
11 *Item solutum ob causam, causa non secuta repetitur ut indebitum.*
12 *Solutum per errorem repetitur, & quòd cum iuramento solutum fuerit, & cũ iuramento renunciatum exceptioni non numeratæ pecuniæ.*
13 *Idem siue sit solutum errore iuris, siue facti.*
14 *Solutum indebitè ex causa transactionis non potest repeti.*
15 *Idem vbi soluitur authoritate rei iudicatæ.*
16 *Et quomodo hoc procedat.*
17 *Solutum indebitè authoritate iudicis per sententiam non repetitur, etiam si sententia lata sit iuris ordine non seruato.*
18 *Soluens pro alio indebitum etiam scienter repetere potest.*
19 *Indebitum fictè solutum non repetitur: secus si interuenit vera solutio.*
20 *Indebitè solutum non potest repeti fauore piæ causæ.*
21 *Soluens indebitè non repetit nisi solutionem, & ignorantiam probet.*
22 *Ignorantia præsumitur in eo, qui pro alio soluit.*
23 *Soluens partem indebiti ad residuum soluendum cogi non potest.*
24 *Soluens legatum in testamento minus solemni, in cæteris sibi non præiudicat.*

De solutione indebiti: Et quando eius repetitio detur.

CAP. XXII.

1 SOlutum † per errorem, & ignoranter: vti indebitè solutum repe-
2 titur: secus si † scienter, & consultò soluatur: Cum enim donatum cẽsea-
3 tur nõ repetitur. † Nam cuius per errorem dari repetitio est, eiusdem consulto dati donatio est. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. l. 1. vbi not. omnes. ff. de cond. indeb. Socin. iun. consil. 27. nu. 22. vol. 4. Certum est enim quod
4 sine † cõsensu nemo obligatur l. obli-
5 gamur. ff. de act. & ob. Et † quod errantis nullus est consensus. l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iud. Et ista absque difficultate procedunt, quando solutum vt indebitum, & donatum recipitur. Viui. decis. 218. nu. 3.
6 & infra parte secunda. Nam ad † hoc vt per indebitè solutum inducatur donatio requiritur ambarum partiũ scientia, & consensus, quod vt indebitum soluatur, & recipiatur Ruin. consil. 15. nu. 11. vol. 1.

7 Et aduertatur. † Quod in dubio soluens præsumitur soluere potius i-
8 gnoranter, quam scienter. † Nam solutio semper præsumitur facta per ignorantiam, quando id quod solutum fuit probatur indebitum glos. in l. cum de indebito in verbo ignorante. ff. de probat. Cuman. in l. non fatetur. ff. de confess. Corn. consil. 203.
9 nu. 11. vol. 3. vbi † vult quòd potius præsumatur error iustus, quam donatio. Surd. consil. 80. num. 24. & con-
10 sil. 246. num. 9. † Et huiusmodi indebitè per errorem solutum reuocatur, & repetitur condictione indebiti. Vt
11 pari † ratione repetitur solutum ob causam causa non sequuta. Solutum enim ob causam, quando causa non est sequuta, vt indebitum repetitur, vel vti promissum, & non solutum retineri potest toto titulo. ff. de cond. caus. dat. causa non sequuta. Corn. consil. 318. nu. 1. & 5. vol. 3. Deci. cons. 547 num. 5.

12 Ampliatur, † vt adeò solutum per errorem, vti indebitum solutum repetatur, quod etiam procedit si quis soluerit medio iuramento, & renunciauerit exceptioni non numeratæ pecuniæ, & promiserit non contrauenire: nam adhuc, & huic soluenti succurritur per beneficium repetitionis. Corn. cons. 293. nu. 4. vol. 4.

13 Ampl. secundo, † vt solutum ignoranter repetatur, vt indebitum: siue sit solutum errore iuris: siue errore facti. Corn. consil. 104. num. 7. & 8. vol. 4.

14 Lim. primo, † quando soluitur indebitè ex causa transactionis, & talis solutio fit ignoranter, & per errorem: quia tunc repetitioni locus non est. l. in summa. in §. 1. ff. de cond. indeb. l. 1. C. dicto titulo. Deci. consil. 350. num. 7. & 351. num. 2. Ruin. cons. 71. num. 5. volum. 4. Socin. iun. cons. 60. num. 22. vol. 3.

15 Lim. secundo, quando † indebitè soluitur authoritate rei iudicatę, quia licet ignoranter, & per errorem vti indebitum soluatur, tamen non repetitur. l. si fideiussor. in §. in omnibus. ff ad Maced. l. 1. C. de condit. indeb. l. Iulianus. ff. dicto titulo. Paris. cons. 108. num. 36. & 38. in quarto, vbi firmant. Solutum rei iudicatæ ptætextu non repeti.

16 Aduerte tamen, † quod licet quis authoritate sententiæ indebitum soluens repetat ratione obligationis iam

facta ab eo, qui indebitum recipit, & hoc si coactus soluit: tamen secus est, si quis simpliciter indebitum authoritate sententiæ solueret: nam tali casu illud postea repetere nõ potest. l.1.

17 ff.de cond.indeb.† Vt patiter non repetit quis,quando authoritate iudicis puta per sentẽtiam debitum coactè soluit: Etiam quod talis sentẽtia fuerit lata iuris ordine non seruato.l.fi.in fi.ff.de eo,quod met.causa.Rom.sing. 511. Ias.in l.iubere. nu.6. ff.de iurisd. om.iud. Curt. iun.in l.si pacto. col.2. C. de pact.

18 Lim.tertio,† & intellige, quando quis pro se solueret: secus si pro alio: cui etiam scienti datur repetitio Bart. in l.1.§.hęc verba. ff.ne vis fiat. Alex. Ias.& alij in l.1 ff.de cond.indeb. Viui.d.decis. 118. num. 4. dum inquit hoc verum, quando solutio per alium facta liberaret debitorem: aliàs secus.

19 Lim.quarto,† in solutione ficta: nã ad hoc, vt repetitio detur requiritur solutio vera. Bart. & alij in l. duobus in§.à fideiussore.ff.de iure fisci. Viui. d.decis.118.nu.4.

20 Lim.quinto,† in soluto per errorẽ in tutiu piæ causæ: cuius repetitio non datur.§. fi.insti.de oblig.quæ ex quas. contract.nasc.l.cum sis.in §.mulier. ff. de cond. indeb. Surd. de alim. tit. 6. q.6. nu.8.

21 Et vnum nota in proposito.† Quod soluens indebitum, adhoc vt repetere, & obtinere possit: duo requiruntur, videlicet, quod probet solutionẽ, & ignorantiam l. cum de indebito. ff. de prob. Rim.iun.consil.262. nu.39. vol.3. Viui.d.decis.218. num.5. & 6.

22 qui dicit† in soluente pro alio ignorantiam præsumi. Rot. Ian. Mercat. decis.3.num.2. quæ vult. Quod repetens, vt indebitè solutum onere probandi indebitum astringitur.

23 Etiam† aduertatur, quod soluens partem indebiti ad soluendum residuum astringi non potest. d.l.cum de indebito. in versic. sed si pro parte. ff.

24 de prob. Et ideo† soluens legatum ex testamento minus solemni in alijs sibi non præiudicat. glo. in l. non dubium. C. de testament. Natt. consil. 446.nu.19. Curt.iun. consil.166. nu. 12. Vasq. de succ.creat.§.2.lib.1.versic.quoad septimum articulum.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem allegans per viam exceptionis non dicitur fateri debitum.*

2 *Ex solutione alteri facta non desumitur concludenter debitum adfuisse.*

3 *Præscriptionem debiti allegans non dicitur debitum agnoscere.*

Solutionem allegans, opponens, & excipiens debitum non fatetur.

CAP. XXIII.

1 QVI solutionem† allegat, opponit, & per viam exceptionis deducit: ipsum debitum non fateri iure sancitum est.l.si cum dos.vbi Bart.ff.rerum amot. Bart. Bald.& Salyc.in l.si quidem.C.de transact.Nat. cons.134.num.1.vol.1.Lanfranc.decis.243. Magon. decis. Florent.81.

2 †Nam ex solutione per Seium Titio facta non per hoc arguitur, quod Titio debitor sit. Natt.cons.358.nu.13.

3 in secundo. Idem† est in excipiente de præscriptione: nam & per hoc talis excipiens se debitorem non fatetur. Natt.d.consil.134.nu.1.vol.1. tetigimus infra cap.76.

SVMMARIVM.

1 *Soluens partem debiti an, & quando fateatur se debitorem, & ad residuum astringi possit.*
2 *Soluens partem debiti in dubio præsumitur velle debitum agnoscere. nu. 2.*
3 *Quod intellige, nisi doceat de errore.*
4 *Minor dicitur contractum confirmare vbi soluit, vel solutionem recipit.*
5 *Idem si annuos fructus, & redditus percipiat.*

Soluens agnoscit debitum, illudque fatetur.

CAP. XXIV.

1 SOluēs † partem debiti, cum agnoscat bonam fidem, fatetur se debitorem, & potest astringi ad solutionē residui. §. non autem in Auth. de hæred. & Falcid. l. sed & si Iulianus in §. fi. ff. ad Maced. l. si fideicommisso. in §. fi. vbi glo. ff. de iud. l. cum fidem. C. de non num. pec. vbi Bald. & Salyc. l. fin. C. ne vx. pro marit. Auth. sed cum testator. in §. 1. C. ad l. Falcid. Natt. cons. 573. nu. 38. in 3. par. Socin. Iun. cons. 106. nu. 28. & 29. vol. 3. Magon. decis. Floren. 143. nu. 1.

Tu verò pro plena resolutione huius conclusionis distinguendo dicas. Quod aut quis soluendo voluit cautionis, & obligationis agnoscere bonam fidem: eò quia hoc expressè dixit, & tunc sibi præiudicat in solutis, & in soluendis. d. Auth. sed cum testator. in §. 1. Aut certum est, quod nō agnouit, vt quia hoc expressit, & tunc in nihilo sibi præiudicat. l. 2. ff. de cond. indeb.

2 Aut est dubium, † & tunc præsumitur, quod agnoscere voluerit, & sibi præiudicare in omnibus. d. l. cum fidem. C. de nō num. pec. l. 2. C. quod met. causa, nisi probetur error. ita Natt. cons. 77. num. 7. in 1. part. Licet in hoc vltimo Salyc. in l. cum de indebito. in §. 1. ff. de prob. teneat sanctius esse dicere, quod in dubio fides cautionis non dicatur agnita: sed sub prætextu fidei cautionis solutionem
3 factam fuisse. † Cæterum hoc intellige esse verum, vt soluens in dubio sibi præiudicet, & debitum agnouisse dicatur: donec non probat se errasse. Natt. d. cons. 77. num. 7. in fi. vol. 1. Et ad præmissa videantur Menoch. de recup. poss. remed. 15. num. 119. vbi
4 vult † minorem contractum confirmare, ratumque habere si soluat, aut
5 solutionem recipiat. & nu. 120. † extendit hoc idem esse si annuos fructus, & redditus percipiat. Alia diximus supra cap. 15.

SVMMARIVM.

1 *Solutio potest fieri per alium etiam sine mandato, & num. 5.*
2 *Soluere quilibet bonus esse censetur.*
3 *Solutio per quem fiat nihil refert.*
4 *Soluere, vel quod alter pro eo soluat pacificantur.*
6 *Creditor compelli potest solutionem recipere à quocunque.*
7 *Soluere pro alio quilibet potest etiam debitore inuito, vt etiam creditore nolente.*
8 *Soluens pro alio sine mandato habet cōtra eum actionem negociorum gestorum, & num. 18.*
9 *Soluens pro alio dicitur eius negocia utiliter gerere.*
10 *Soluens pro alio sine mandato potest solutum repetere contraria actione negociorum gestorum.*
11 *Solutio quomodo, & à quo fiat non refert ad effectum conseruandi ius reale,*

le, & non incurrendi caducitatem, & euitandam pœnam.

12 *Dominus directus an cogatur solutionem recipere ab alio, & 15.*

13 *Soluere sibi ipsi nemo potest, nisi de stylo mercatorio.*

14 *Solutio pro redimendo fundo vendito cũ pacto de retrouendendo: non potest fieri pro alio: sed tantum ab ipsomet venditore.*

15 *Idem in debito qualificato.*

16 *Eodem modo, quando creditoris non interest ab eo non recipere.*

17 *Vt etiam quando solutio non fieret uero creditori, nec eius procuratori.*

18 *Soluens pro alio sine mandato non potest repetere, nisi doceat rem utilem pro debitore fecisse.*

19 *Soluens pro alio inuito, & à primo contradicente non potest postea solutum repetere ab eo: ubi de ratione.*

Solutio potest fieri à quocunque.

CAP. XXV.

1 SOlutio,† & adimpletio eius ad qđ quis tenetur potest fieri per alium
2 etiam sine mandato? †Nam vnusquisque ad soluẽdum bonus est. l. solutionem, ff. de solut. l. soluendo. ff. de neg. gest. §. 1. vers. nec interest. inst. quibus mod sol. oblig. l. tale pactũ. in §. post diuisionem in fi. vbi Fulg. & Cast. ff. si
3 cert. pet. † Solutio enim per quem fiat non refert. Corn. cons. 113. nu. 17. vol. 1. & cons. 130. nu. 14. vol. 3. Dec. cons. 449. nu. 10. Caballin. milleloq. 228.
4 nu. 5. in 1. par. †Non enim attenditur, quod quis soluerit, vel alius pro eo. c. qui per alium. de reg. iur. in 6. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arm. Dec. in l. is damnum. ff. de reg. iur. Surd. dec. 118.
5 nu. 2. & 113. nu. 2. qui † dicit solutionem à tertio fieri posse: & per eã tollí omnem obligationem idem Surd. decis. 174. nu. 27. dum vult quod creditor potest à quocunque † compelli
6 ad solutionem recipiendam soluente nomine debitoris: quia inquit, sua nó interest, & nihil sibi deperit, vt ab vno, vel ab altero sibi satisfiat. † Nam
7 soluere quilibet potest pro debitore etiam inuito, & eum quoque inuito creditore liberare. §. 1. inst. quibus mod. toll. obli. Roland. cons. 14. num. 30. vol. 1.

8 Et † tali casu huiusmodi solutio ab altero, & tertio facta parit actionem negotiorum gestorum contra debitorem liberatum etiam sine eius mandato. Corn. cons. 79. nu. 1. volum. 1. &
9 cons. 79. nu. 16. vol. 2. † Nam soluendo si quis liberat debitorem, gerit negocium vtile pro eo. l. soluendo. ff. de
10 neg. gest. † Et ideo contra tia negotiorum gestorum actione solutum repetere potest. §. igitur. inst. de oblig. quę ex quas contr. nasc. benè Card. Tusc. par. 7. prat. concl. concl. 352.

Quod vel maxime videtur procedere in solutione census, & canonis. Nam ad effectum conseruãdi ius reale, emphyteoticum, & non incurren-
11 di caducitatem, † aut pœnam non refert quomodo soluatur aut à quo, & cuius nomine dummodo solutum sit, & dominus directus dictæ solutioni non contradixerit Rom. consil. 103. num. 1. & 2. & 491. 4. Dec. consil. 650. nu. 16. & distinguendo resolut hunc att. Caball. dict. milleloq. 228. vbi ad partes disputat.

12 Contrarium † tamen tenet Surd. d. decis. 174. num. 32. qui vult, quòd solutionem non cogitur recipere directus dominus ab alio, quam ab emphyteota. Caball. dict. milleloq. 228. & dicemus infra de emphyteota

ſoluente. cap. 33. verſicul. 2. quòd ſolutio.

13 Limit. primo † in ſoluente ſibi ipſi: Nam ſibi ipſi nemo ſoluere poteſt niſi de ſtylo mercatorio: Rota Ianu. Mercat. deciſ. 32. num. 4.

Etiam multis alijs modis præſens
14 concluſio limitatur. † Primo in ſolutione facta pro redemptione fundi à pacto de retrouendendo, quæ non poteſt fieri niſi ab ipſo venditore met,
15 & non à tertio. † ſecundo in debito qualificato, vt eſt debitum, & ſolutio quæ fit cenſuario, & emphyteutæ, vt
16 etiam ſupra diximus. † tertio quando fit ſolutio cum creditoris incommodo, & præiudicio, & ſic quando creditor habet iuſtum intereſſe non reci-
17 piendi. † quarto quando ſolutio fieret non domino, nec procuratori ità Caball. d. milleloq. 228. nu. 6. cum ſeqq. in 1. part.

18 Aduertendum tamen eſt. † Quod ſoluens ſine mandato ad hoc vt à debitore recuperare ſolutum poſſit, requiritur, quòd rem vtilem pro debitore fecerit, & ſic quòd doceat pecuniam in vtilitatem creditoris verſam fuiſſe, & pro debitore vtile negotium geſſiſſe, alias non repetit. Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 34. num. 11.

19 Inſuper nota. † Quod qui pro altero ſoluit, eo inuito non poteſt poſtea ſolutum repetere l. fin. C. de neg. geſt. l. ſi pro te. ff. mand. l. ſi ex duobus. ff. de neg. geſt. gloſ. & Bart. in l. ſi Stichum. in §. fin. ff. de nouat. Rom. ſing. 124. tu habes. Cagn. in l. inuito. num. 4. ff. de reg. iur. Quod intellige quando ante ſolutionem ſoluens fuerit à debitore vetitus ne ſolueret, & nihilominus hac prohibitione non obſtante ſoluere voluit: nam tali caſu tertium ſoluentem cadere à cõmodo repetitionis dicit Bart. in d. l. ſi Stichum. in §. fin. ibi, vt puta prohibeo. Addentes ad Bart. in l. in rem in §. Tignũ. ff. de rei vend. vbi eã huius dicti rationem aſſignant: quia per prohibitionem, & contradictionem, reſiſtentiam q; debitoris tertius ſoluens venit conſtitutus in mala fide, & ideo à commodo repetitionis cadit. Et ſic declara præmiſſa de inuito ante factam ſolutionem non de inuito poſt factam ſolutionem: qui verè ignorans dicitur: aliàs nunquam daretur caſus cõcluſionis ſupra firmatę.

SVMMARIVM.

1 *Solutio qua moneta fieri debeat, vel aurea, vel argentea, vel ænea?*
2 *Soluere an poſſit valorem, & æſtimationem qui tenetur ſoluere ducatos aureos, & num. 4.*
3 *Hæres an legatum de florenis aureis poſſit etiam ſoluere in alia moneta puta argentea.*
4 *Solutio debet fieri de pecunia conuenta, & conuentio attendi debet.*
5 *Pactum, & conuentio quamuis dura ſeruanda ſunt.*
6 *Creditor an teneatur recipere ſolutionem in pecunia minuta.*
7 *Solutionem recipere cogitur creditor in pecunia minuta, vbi nihil ſua intereſt.*
8 *Secus, vbi aliquod damnum pateretur.*
9 *Pecunia minuta approbata à Principe recuſari non poteſt, alias recuſans poteſt extra ordinem puniri.*
10 *Niſi certa, & particularis moneta ſit promiſſa.*

Solutio in qua moneta fieri debeat.

CAP. XXVI.

SOlutio an fieri debeat in auro, vel in moneta argentea, vel ænea?

Et

1 † Et dicas. † Quod si quis ex cõtractu
2 soluere tenetur ad ducatos auri largos soluendo in moneta, vel in alia specie eorum æstimationem, & valorem liberatur, & adimplet Corn. cons. 10. num. 17. volum. 2. Berrer. consil. 58. Put. decis. 149. nu. 2. & 10. in 2. part. benè Ceph. cons. 755. nu. 1. cum seqq. vol. 5. vbi firmat, quod obligatus ad soluenda 4. mille auri in auro possit soluere in alia moneta. Socin. sen. con-
3 sil. 6. nu. 1. vol. 1. Dum vult, † quòd legatum per testatorẽ de florenis aureis hæres possit soluere in moneta.

Intellige tamen, & declara prædicta dummodo solutio fiat de pecunia currenti, & vsuali, quod quomodo intelligatur ponit Socin. iun. cons. 145. num 96. vol. 1. Brug. decis. fiuiz. 16. num. 40. & dicemus inf. proxim. in sequenti. cap.

4 Contrarium. † Quod imò solutio debeat fieri de pecunia conuenta, designata, stabilita, & firmata inter partes, & quòd in hoc conuentio attendi debeat, & potissimum spectetur tenẽt Bald. cons. 213. in fin. lib. 5. Boer. decis. 327. num. 10 Menoch. consil. 49. lib. 1. & 258. nu. 1 lib. 3. Rot. Ian. exe-
5 cuti. Cartar. decis. 134. nu. 1. † Et hoc ex pacto, & conuentione, quæ quantumcunque dura seruanda est. l. 1. §. si conueniat. ff. depos it.

6 Et ideo dubitatur. † An si debitor offert debitum in pecunia minuta, puta in denarijs, quadrantibus, solidis, vel similibus creditor teneatur recipere? Et pro affirmatiua, quod creditor recipere cogatur videtur text. in l. Paulus in 1. responso à contratio sensu. ff. de solutio. vbi vult texius, quod
7 creditor † cogi non possit recipere nũmos in alia forma: si ex ea re aliquod
8 damnum passurus sit: † Ergo à contrario sensu si non est passurus damnũ cogitur recipere. l. vnica. C. de collat. æris lib. 11. Et in proposito non videtur inferri aliquod damnum, quando vna pecunia tantum valet, quantum alia: & sic quando pecunia minuta valet, quantum magna. Caballi. mille-
9 loq. 636. qui numero 2. dicit. † Quod quãdo pecunia minuta sicut aurea est approbata à Principe nõ potest recusari, aliàs recusans puniri extra ordi-
10 nem potest: † qui subdit secus esse, quando certa particularis moneta est promissa, & sic quãdo in specie est dictum, & expressè conuentum, ac firmatum talem pecuniam restituere: quia tali casu in specie designata restituenda est, vt supra diximus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio an sit facienda de moneta currenti tempore solutionis vel potius decurrenti tempore contractus.*

2 *Solutio debet fieri de moneta currenti de tempore solutionis, & num 6*

3 *Quid si moneta currens tempore contractus sit deinde tempore solutionis deteriorata. num. 7.*

4 *Solutio debet fieri de scutis, qui tunc fiunt, & cuduntur, & non habita ratione antiquorum.*

5 *Valor monetæ si diminutus sit, debet attendi valor de tempore ipsius promissionis, & contractus, & nume. 15. cum seq.*

6 *Solutio debet fieri in ea moneta, quæ tẽpore contractus erat in vsu secundum communem.*

Dummodo tempore solutionis non sit deteriorata, & diminuta.

7 *Solutio debet fieri secundum æstimationem, & valorem monetæ currentem de tempore contractus.*

8 *In solutione debet attendi tempus, quo dispen-*

dispensatio applicatur actui, maxime quoad valorem.

9 *Solutio in obligationibus annuis debet fieri de moneta currenti de tempore contractus.*

10 *Mutuum, & pecunia credita debet reddi iuxta valorem currentem tempore obligationis.*

11 *Pecuniæ augumentum an, & quando debeatur remissiuè.*

12 *Pecuniæ augumentum non cedit commodo illius, cui soluitur interesse.*

13 *Nisi vbi debitor fuisset in mora.*

14 *Debitor morosus tenetur soluere interesse vnà cum augumento.*

16 *Valor pecuniæ in vltimis uoluntatibus debet attendi tempore dispositionis, non autem tempore mortis.*

17 *Idem in legato annuo.*

18 *Idem in sententia in qua etiam valor monetæ spectatur de tempore ipsius sententiæ non autem executionis.*

19 *Valor monetæ attenditur de tempore solutionis in gratia Principis.*

20 *Idem in legibus, & statutis.*

21 *Idem vbi debitor fuit in mora: nam tunc diminutio cedit damno ipsius debitoris morosi.*

22 *Pari ratione: vbi diminutio causatur ex voluntate ipsius Principis.*

23 *Similiter quando pecunia debetur ex salario.*

Solutio an debeat fieri de moneta currente tempore solutionis, vel de tempore contractus.

CAP. XXVII.

1 HAesitant Doctores. † An solutio sit facienda de moneta currente de tempore solutionis: vel potius de tempore promissionis, obligationis, & contractus?

Et communi calculo concludunt:

2 † Quod eo tantum casu solutio debet fieri de moneta currente, & vsuali de tempore solutionis quando moneta currens tempore contractus non cur-

3 rebat tempore solutionis † vel erat deteriorata, & in valore, & æstimatione diminuta. Rom.cons.123.num.11. vbi latè Mand. & signanter. Cotn.consil. 181.num.71.vol.1.& cons.277.nu.1. d.vol.1.& 109.nu.4. volum.4. Rubr. Alex.cons.148. per totum. Dum vult solutionem esse faciendam de scutis,

4 qui currebant † de tempore contractus, vel de scutis, qui nunc fiunt; & cuduntur habita ratione, & respectu antiquorum scutorum. Ceph.cons.31. num.9.vol.1.dum inquit, quod solutio debet fieri, secundum valorē monetæ currentis de tempore cōtractus, quod etiam ponunt Afflict. decis.90. num.1.& 2.Put.decis.149. nu.1.5. & 8.in 2.part.benè And.Barbat.cons.19. volum.4.

5 † Et propterea inquit Gabr. de solut. conclus. 1. Quod si valor monetę propter deteriorationem materiæ, vel formæ decreuerit, & diminutus sit de tempore solutionis, quod eo casu attēdi debet valor, & æstimatio de tempore promissionis, & contractus: Et ideo eadem met moneta præstanda est, quæ currebat de tempore contractus si repetiti potest, & sit currens, & vsualis, & non diminuta in valore, sin autem eius valor secundum æstimationem temporis contractus.

6 † Cōclusio igitur ex præmissis firmanda est, quod solutio debet fieri in ea moneta, quæ de tempore cōtractus in vsu erat, Curt. iun. qui dicit communem cons.24.nu.4.

Quod intellige tamen, & declara,

7 † quando dicta pecunia, & moneta de tem-

tempore solutionis erat currens, & vsualis, & non variata, deteriorata, ac diminuta in valore, & æstimatione, quia tunc solutio debet fieri de moneta currente tempore solutionis secundum valorem tamē, & æstimationem monetæ currentis de tempore contractus Socin. sen. consi.6. num.6. vol.1.

8 Qui dicit, † quod in solutione facienda debet attēdi tempus, in quo dispositio applicatur ad actum, & maximè ad intelligendum valorem pecuniæ soluendæ: Socin. iun. consi.142. nu.6. vol.2. & benè consi.145. nu 94. & infra vol.1. Boer. decis.327. num.4. qui dicit communem Natr. consi.664. nu.

9 1. vol.4. Qui firmat, † quod in obligationibus annuis solutio fieri debet de moneta currente de tempore contractus. Et videatur ad ista Tesaur. decis. Pedemon. 174. num.primo, cum seqq.

10 † Dū determinat, quod pecunia credita restitui debet iuxta valorem currentem de tempore obligationis, non autem solutionis, qui benè declarat

11 quando, † & in quibus casibus augmentum pecuniæ debeatur: & subdit

12 num.2. Augmentum † monetæ non cedere in commodum vsufructarij, vel illius cui interesse soluitur, & nu.4. ad-

13 dit † hoc etiam non procedere in de-

14 bitore morosо: qui tenetur † soluere interesse vnà cum augmento. Et demum refert nonnullos alios casus, & limitationes. Et dubitat quid si moneta, quæ tempore contractus soluta fuit non extet, & se refert ad Mising. sing. obseruat. cent.4. obseruat.44. & multa notatu, & animaduersione digna ponit.

15 † Et quod pecunia sit soluenda secundum quod valebat de tempore cōtr actus notat Gabriel. consi.164. nu.1. vol.1. Rot. Ianu. Cartar. execut. decis. 134. num.5. & 6.

16 † Ampliatur modò præsens cōclusio in vltimis voluntatibus, & testamētis, in quibus valor monetę attenditur de tempore dispositionis, & non mortis, & executionis testamenti. Gabriel. de solut. concl.4 & 6.

17 Ampl. secūdo, † & idem dicendum esse in legato annuo, in quo tempus celebrati contractus, legati, ac testamenti facti spectatur. Natt. d. consi.664. nu.2. in 4. Rub. Alexan. d. consi.148. Calcan. consi.14. Ceph. qui alios citat. d. consi. 31. num.9. vol.1.

18 Ampl. tertio, etiam † in sententia: nam & in ipsa attenditur tempus sententiæ, & non tempus executionis. Gabr. de solut. concl.6.

19 Lim. primo, † in gratia Principis, in qua solutio debet fieri in ea moneta, quæ currebat de tempore solutionis, & non concessionis, ac gratię. Gabriel. de solut. concl.7.

20 Lim. secundo, † in legibus, & statutis, in quibus tempus solutionis spectatur. Barb. d. consi.19. num.1.2.5. & 7. volumine quarto, Gabriel. de solut. conclus.5.

21 Lim. tertio, † stante mora debitoris: nam cum tunc diminutio cedat damno debitoris, solutionis tempus attendi debet. Gabr. dict. tit. de solut. conclus.3.

22 Lim. quarto, † quando diminutio monetæ causatur ex Principis voluntate: quia tūc damnum cedit ad commodum creditoris. Gabriel. de solut. conclus.2.

23 Lim. quinto, † quando pecunia debetur ex salario, & condemnatione: nam tunc tempus solutionis spectatur. Natt. consi.664 nu.1. vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pacto solemni proprium forum renuncians, in quocunque loco vbi inuenitur conueniri potest ad soluendum.*

Debitor proprio foro renuncians, an in quocunque loco ad soluendum astringi possit.

CAP. XXVIII.

1 DEbitor † si pacto solemni stipulatione vallato promittit soluere Romæ, Bononiæ, Florentiæ, & vbicunq; locorum fuerit repertus videtur actum, quod in quolibet loco possit conueniri, astringi, & eum eo litigari. Castr. in l. non vtique. §. si quis. num. 2. ff. de eo quod cert. loco.

SVMMARIVM.

1 *Solutio in dubio debet fieri apud domum creditoris.*
2 *Solutionis locus attenditur, vbi debitum peti potest.*
3 *Conductor debet accedere ad domum locatoris, & hoc suis sumptibus.*
4 *Immo tali casu periculum spectat ad colonum.*
5 *Bene tamen hoc in casu sufficit pecuniam consignare famulo: vel alio creditoris ministro, vel familiari.*
6 *Solutio debet fieri ad domum creditoris, vbi creditor, & debitor sunt eiusdem fori.*
7 *Pacto tamen potest tali dispositioni derogari.*
8 *Solutio vbi fieri debet respectu alicuius rei, si creditor sit eiusdem fori, vbi res situata est, debitor debet ire ad domicilium creditoris.*
9 *Creditor, & debitor, quando dicantur eiusdem fori.*
10 *Solutio si facienda est certo loco, & certa die: debitor non potest dici in mora: nisi creditor probet ea die adfuisse in eodem loco.*
11 *Solucre paratus si creditorem non reperit excusatur à mora, & pœna.*
12 *Requiritur nihilominus, ut debitor coram iudice offerat, & deponat.*
13 *Solucio ubi destinata est certo loco, tunc attenditur statutum dicti loci.*
14 *Soluere promittens certo loco, si non soluit tenetur ad interesse.*
15 *Creditor cogitur ex causa alibi quam in loco destinato solutionem recipere.*
16 *Solutio non debet fieri ad locum creditoris in nonnullis casibus remissiuè.*
17 *Solutio ad domicilium creditoris fieri non debet, quando creditor mutauit forum.*
18 *Idem quando debitor, & creditor sunt diuersi fori.*
19 *Etiam quando inter eos adest ratio reuerentiæ.*
20 *Pariter, quando quid est adimplendum per viam conditionis.*
21 *Itidem, quando species consignanda est.*
22 *Et præsertim ubi loci specificatio nulla facta est.*

Solutio est facienda per debitorem ad domum creditoris.

CAP. XXIX.

1 SOlutio † debiti in dubio fieri debet apud domicilium creditoris. l. item in illa. ff. de const. pecun. vbi gl. Bart. Ba'd. Alberi. Salyc. Castr. & alij. Iaſ. in l. si ex legati causa. num. 14. ff. de
2 verb. oblig. † Regulariter enim locus solutionis debet considerari ille, vbi habet peti debitum. l. quod legatur. ff. de iud. l. fin. ff. de tritic. vino, & ole. leg. Corn. conſ. 70. num. 10. vol. 2.

Et

3 † Et in locatore, quod debeat accedere ad domum conductoris, & istud suis sumptibus facere teneatur, docet Ang. in d.l. in illa, & inquit Carroc. de loc. & cond. titulo de solut. numero 1.

4 † Qui dicunt, quod si tali casu contin-
5 gat periculum, tenetur colonus: † Et subdunt, quod eò casu satis est consignare famulo, seu alio creditoris ministro, & familiari Bald. in l. si mulier. ff. de vsufruct.

6 † Et ista sine difficultate procedũt, quando debitor, & creditor sunt eiusdem fori: nam tunc solutio debet fieri ad domum creditoris. Batt. in d.l. in illa. Castr. cons. 24. nu. 2. vol. 2. qui di-
7 cit ità esse de iure communi, † & addit, quod tali dispositioni iuris cõmunis potest per pactum derogari, quod & sequuntur. Natt. cons. 513 num. 2. & 3. vol. 3. Cumia super ritibus Siciliæ cap. 25. num. 14.

8 Imò, † quando solutio fieri debet respectu alicuius rei, si creditor est eiusdem fori, in quo res illa situata est reus, & debitor debet ire ad domum creditoris. Rol. cons. 87. num. 5. vol. 1.

9 † Dicuntur autem debitor, & creditor esse eiusdẽ fori, quando sunt eiusdem ciuitatis, & Comitatus. Ias. in l. 2. nu. 92. C. de iure emphyt.

10 Et aduertatur, † quod si solutio debet fieri in certo loco: puta in ciuitate Florentiæ, & certa die: puta in die Paschatis: & creditor non probat se fuisse ea die in dicto loco causa recipiendi solutionem debitor non potest dici in mora cõstitutus propter cursum diei. Rol. d. cons. 87. num. 20. vol. 1.

11 Soluere † enim paratus in loco destinato, si ibidem non reperit creditorem cui solutio facienda sit excusatur à mora, & pœna Alexan. consil. 210. lib. 6. Deci. consil. 566. nu. 4. Mohed. decis. 15. aliàs 307. locat. & conduct.

12 Ruin. † autem cons. 150. num. 5. & 17. vol. 1. Addit præmissis, quod debitor non euitat pœnam ex eo solum, quod creditor solutionis tempore in loco non inueniatur: sed etiam requiritur, quod pecuniam coram iudice offerat, & eo authore deponat & consignet, ad hoc vt pœnam euitet, & moram non incurrat.

13 Etiam scias, † quod quando solutio est destinata in certo loco: quod tunc debet attendi statutum illius loci, in quo fit. Rot. Ianu. decis. 93. nu. 1. Rot. diuers. in impress. decis. 464. nu. 3. & 580. num. 2. in 1. par.

14 Plus. † Soluere certo loco promittens: si non soluit tenetur ad interesse. Vrsil. ad Affl. ct. decis. 316. num. 1. & 2. Mohed. decis. 1. de vsur. Qui declarant quomodo solutio facienda sit in certo loco, & quæ seruanda sint per soluentem, & recipientem.

15 Item nota. † Quod creditor ex causa cogitur alibi recipere solutionem, quam in loco destinato: secundum Ruin cons. 31. num. 6. & 9. vol. 5.

16 † Et benè prosequuntur conclusionem istam. Magon. decis. Lucen. 78. num 18. cum seq. & Cardin. Tusc. lib. 7. pratic. conclus. conclus. 350. per totum. vbi eam nonnullis modis limitant, videlicet.

17 Primo: † quando postea creditor mutauit forum.

18 † Secundo, quando debitor, & creditor sunt diuersi fori.

19 Tertio, quando inter eos adest obsequij, & reuerentiæ respectus: nam tunc is, qui obsequium, & reuerentiam præstare tenetur ad domum alterius ire debet.

20 † Quarto, quando, quid est adimplendum per viam conditionis: nam

tunc

tunc tenetur ille, qui habet implere se offerre, & ire ad domum illius, cui est adimplenda conditio, & non expectare, quod ab eo petatur.

21 †Quinto, quando species est consignanda: nam tunc debet consignari
22 eo in loco, vbi reperitur, & †maxime quando non est facta mentio loci consignationis vt per Vrsill. ad Afflict. decis. 316. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Solutio debet fieri de toto debito, aliàs creditor recipere non cogitur. & nu. 3. & 6. cum alijs seqq.*
2 *Nisi solutio pluribus in locis facienda sit.*
3 *Creditor non cogitur debitum imminutum recipere.*
4 *Solutio partis non minima affert incommoda.*
5 *Solutio scissa in partes est præiudicialis.*
6 *Creditor non cogitur partem recipere sui crediti.*
7 *Creditor non potest cogere debitorem ad solutionem partis.*
8 *Solutio non solum de sorte fieri debet: verum etiam de interesse.*
9 *Item de expensis, Gabellis, & alijs.*
10 *Creditor non cogitur recipere oblationem, & consignationem rei deterioratæ.*
11 *Solutio partis fieri non debet etiam vbi deficit sola qualitas.*
12 *Solutio partis non admittitur etiam quoad exactionem pœnæ.*
13 *Item etiam quoad conditionis implementum.*
14 *Idem etiam quoad pignoris liberationem.*
15 *Solutio partis admittitur, quando debitum est ex dispositione legis.*
16 *Secus si sit ex hominis prouisione.*
17 *Creditor cogitur recipere partem debiti confessati, & oblati, super reliquum verò litigare.*
18 *Solutio partis fieri potest fauore libertatis.*
19 *Idem fauore Ecclesiæ.*
20 *Etiam in Tributis, & collectis.*
21 *Similiter vbi plura sunt debita.*
22 *Pariter in iudicijs.*
Eadem ratione in pluribus fideiussoribus. num. 23.
24 *Debitor principalis si velit soluere partem debiti non nomine proprio: sed fideiussoris potest inuito etiam creditore.*
25 *Itidem in pluribus hæredibus.*
26 *Solutio partis admittitur in compensatione, & pro parte fit compensatio.*
27 *Idem si sit facienda publico executori.*
28 *Etiam quando debitor promisit soluere in pluribus vicibus.*
29 *Eodem modo, quando debitor totum soluere non potest propter impotentiam.*

Solutio debet fieri de toto debito: alias creditor non cogitur recipere.

CAP. XXX.

1 SOlutio †debet fieri de toto debito: nam nisi totum debitum soluatur, creditor non cogitur recipere, & debitor non liberatur. l. planè. ff. famil. erciſc. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. l. acceptam cum not. C. d. titu. doct. in l. qui Romæ. & in l. si ità quis. in §. Seia. ff. de verb. oblig. glos. & omnes in l. quidam existimatũr. ff. si cert. pet.
2 vbi Ias. nu. 2. 5. & 7. †qui dicit in obligato pluribus locis soluere non procedere Salycet. in l. semel mora. in 9.
3 concluſ. ff. sol. matri. †Creditor enim non cogitur accipere solutionem imminutam,

minutam, & quæ totum non capit, absorbet, & extinguit debitum Corn. consil. 103. num. 4. volum. 3. Surd. de-
4 cis. 186. num. 2. † Nam particularis solutio non minima incommoda affert. d. l. planè. ff. fam. ercisc. gl. Bart. Alex. & Ias. in d. l. quidam existimauerunt. Neguſ. de pig. in 3. memb. 5. par. principalis. nu. 12. Didac. variar. resol. c. 18. num. 4. lib. 3. Gabr. conſ. 155. nu. 19.
5 volum. 2. qui dicit † quod solutio in partes scissa est præiudicialis: quibus adde Asin. in prax. iudic. executi. §. 7. c. 167, vbi 10 casus recenſet in quibus recipitur particularis solutio, & aduertit Coſt. de rat. ratæ quæſt. 69. numero 5. 6. & 7.

6 Ampl. 1. † etiam si solutio facta in diuersis debitis ex eadem tamen causa gloſ. & Barr. in l. eleganter in § non solum in fin. ff. de dolo.

7 Ampl. ſecundo † vt hoc etiam procedat è conuerſo, vt nec creditor poſſit cogere debitorem ad faciendã particularem solutionem. Alexan. in d. l. quidam existimarunt vbi Ias. & cæteri alij.

8 Ampl. tertio † vt non solum de toto debito debeat fieri solutio verum etiam de intereſſe: alias solutio non ſuffragatur, & creditor debitum ſine intereſſe non cogitur recipere Bart. in l. ſed et ſi alia. ff. de conſtit. pecun. Bald. in dict. l. acceptam in 6. oppoſitione quæſt. 18, doct. in d. l. quidam exiſtimarunt.

9 Ampl. quarto, † etiam quando vltra ſortem, & intereſſe deberentur expenſæ litis, & gabella; nam niſi iſta offerantur & ſoluãtur per debitorem, creditor non cogitur recipere. l. emptor. in princ. ff. de re iudic. l. fin. §. in computatione. C de iure deliberan. Salyc. in l. 2 C. ſi ante cred.

10 Ampl. 5. † etiam quod offeratur, & conſignetur res deteriorata: quia tali caſu creditor eam recipere non tenetur. d. l. eleganter. §. non ſolum. ff. de dolo. Bald. in l. 2. C. de condit. furt.

11 Ampl. ſexto † etiam ſi iure deficiat ſolum qualitas. l. 4. §. ſi credita. ff. cõmod. gloſ. in d. l. quidam exiſtimarunt in 1. Bald. in l. ſi hominem, & in l. etiam. ff. de ſolut. Bartol. in l. ſi rem meam d. tit.

12 Ampl. ſeptimo † etiam quo ad euictionem pœnę. l. 5. in §. fin. ff. de verb. oblig. Alex. in d. l. quidam vbi Franc. Curt. in additio.

13 Ampl. & octauo, † etiam quoad cõditionis implementum l. cui fundus. & l. penul. ff. de condit. & demonſtrat. add. ad Alexand. in d. l. quidam in littera D.

14 Ampl. nono, † etiam quoad pignoris liberationem. l. quamdiu. C. de diſtract. pign. Alex in d. l. quidam exiſtimarunt. vbi Curt. in add. in littera D. ff. ſi cert. pet.

15 Limit. primo † quando illud, quod debetur, debetur ex diſpoſitione legis: quia tunc admittitur ſolutio in parte. Imo. in l. ſi iure. in §. officium. ff. de aq. plu. arcend. Alex. & Ias. in l. in executione. in §. 1. ff. de verb. obligat.

16 † ſecus tamen eſt in ſolutione, quæ fit ex diſpoſitione hominis, in qua ſolutio de toto debito fieri debet.

17 Lim. ſecundo † in parte debiti confeſſata, & oblata, quantum creditor recipere cogitur, & ſuper reliqua negata litigare poteſt, ſi vult. d. l. quidam exiſtimarunt. vbi nor. omnes ſecundum communem intellectum illius text. ff ſi cert. pet.

18 Lim. tertio † fauore libertatis, cuius prærogatiua, & priuilegio poteſt ſolutio in parte præſtari l. cum hæ-

res. in §. item si decem. ff. de stat. lib. Alex. in d.l.quidã nu.7: vbi Ias. nu.6.

19 Limit. quarto † in dispositione ad pias causas facta. Et ideo si Ecclesia est debitrix potest inuito creditore particulariter soluere. Bart. in l.si vnus. C. de testa. Rom. & Alex. in d.l.quidam existimarunt. vbi Ias num 6.

20 Limit. quinto in solutione tributorum, & collectarum. Exemplum datur in emphyteota tributorum prædiorum patrimonij Cæsaris, qui debet soluere tributum Principi, qui pluribus vicibus soluere debet, dummodo in tribus vicibus intra annum soluat. l.2. quæ incipit placuit. C. de coll. fun. patri. lib. 11. Bald. Alex. & Ias. in d.l. quidam.

21 Limit. sexto, † quando plura essent debita l.fin. ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluatur. Alexand. in d.l.quidam. vers.4. fallit.

22 Limit. septimo, † in iudicijs, in quibus solutio particularis admittitur. l. si seruus. in § si plurium. ff. si quis cauti glos. & cæteri omnes in dict. l. quidam.

23 Limit. octauo, † in eo, qui dedit duos fideiussores pro debito suo, qui in effectu non poterant conuenire in
24 solidũ: sed quilibet pro virili: † nam si debitor principalis velit soluere partem debiti non nomine proprio: sed nomine vnius ex dictis suis fideiussoribus, soluendo dictam virilem poterit hoc facere inuito dicto suo creditore. Alex. in d.l.quidam. nu.7. vers. sic. septimo fallit in eo: vbi Ias. numero 6. vers.5. singulariter limita. Et probat text. in l. in his. in §. si duos. ff. de solut.

25 Limit. nono, † quando plura debita à primo erant vnum, & demum fuerunt diuisa inter diuersas personas, & sic quãdo à principio essent plura debita, & demum ad vnum peruenissent puta acquisita per defunctum, qui postea decessit cum pluribus hæredibus: quibus & vnicuique eorum rata dicti debiti fuerit assignata: secus si vni totum debitum assignatum fuerit. Ias. in d.l.quidam num.6. vers.3. notabiliter limita.

26 Limit. decimo, † in compensatione, in qua pro parte admittitur particularis compensatio etiam inuito creditore. l etiam vbi Bart. C. de compẽs. Ias. in d.l.quidam nu.6. versic.6. not. limita.

27 Lim. vndecimo † in executore publico. Cui volenti potest fieri solutio particularis, & præiudicabit reipublicæ, l.fin. vbi Bald. C. de appo. primo. lib. 10.

28 Limit. duodecimo, † quando debitor promisit soluere in pluribus vicibus l.3. §. si quis ita el primo, & ibi Bartol. ff. de eo, quòd cert. loc.

29 Limit. decimotertio, † quando debitor non potest soluere totum propter impotentiam. cap. Odoardus, vbi Imol. de solutio.

SVMMARIVM.

1 *Ius soluendi censum, libellum, pensionem, vel quamlibet aliam prestationem actiuè præscribitur.*

2 *Etiam quod eorum constitutio non probetur.*

3 *Sed eam allegare sat sit.*

4 *Præscribitur autem spacio decennij.*

5 *Ius emphyteoticum spacio decem annorum præscribitur.*

6 *Soluens vt emphyteota per decennium, emphyteota censetur.*

6 *Nisi solutio sit facta simpliciter.*

7 *Canonem recipiens per 30. annos tanquam*

quam ab emphyteota, dominium directum præscribit.

8 *Soluens libellum per decennium, tenetur etiam in posterum soluisse: licet de libelli scriptura non appareat.*

9 *Emphyteota præsumitur, qui rem vti emphyteoticam tenet: & etiam canonem soluit.*

10 *Soluens pensionem Ecclesiæ vti Emphyteota, præsumitur emphyteota.*

11 *Solutio continuata per decennium facit debitum præsumi præcessisse.*

12 *Item ex ea tituli probatio resultat.*

13 *Solutio fructuum, vsurarum, & interesse, facit vt de cætero præstari debeant.*

Ius soluendi censum, Canonem, pensionem, annuam præstationem, & similia, quanto tempore præscribatur.

CAP. XXXI.

1 SOlutio † census, liuelli, Canonis, pẽsionis, annuæ præstationis, pensitationis, vel alterius cuiusuis similis responsionis à Prælato actiuè præscribi potest: etiam † quod non probetur eorundem constitutio; nam sufficit,

2 3 quod prædicta allegentur, & quod solutio fuerit facta per decem annos. l. libellum, vbi Bald. C. de agr. & cens. lib. 11. Paris. cons. 13. num. 14. vol. 4. Natt. cons. 3. nu. 5. vol. 1. dum firmat, quod

4 † per cursum decem annorum præscribatur ius emphyteoticum contra soluentem.

5 Nam † ex solutione facta ab aliquo longo tempore tanquam emphyteota, præsumitur res in emphyteusim concessa, & maximè, quando est facta solutio tanquam ab emphyteota: se-

6 cus † si simpliciter. Ruin. cons. 151. num. 5. vol. 5. Dum firmat, quod reci-

7 piens † solutionem canonis ab aliquo per triginta annos tanquam emphyteota præscribit vtile dominiũ. † Soluens enim liuellum longo tempore, tenetur ad illum in posterum persoluendum propter diuturnam præstationem, licet de liuello non appareat scriptura, vel aliter probari possit: Paris. consil. 77. num. 41. & infra vol. 3.

8 9 † Nam emphyteotã præsumitur, qui tenuit aliquam rem vti emphyteoticam, & canonem soluit. Afflict. decis. 324. num. 7 Cur. sen. cons. 25. in princ. Ceph. consil. 684 nu. 9 in 5. vol.

10 † Et quod soluens pensionem Ecclesiæ vti emphyteota per decennium præsumatur emphyteota ponit Deci. cons. 174. nu. 3. qui dicit hoc bonum esse pro emphyteutis, qui perdiderunt instrumenta.

11 Et huius † pronunciati ea assignatur ratio: quia ex solutione continuata decem annorum debitum præcessisse præsumitur, †

12 & ex ea resultat cõcludens tituli probatio. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. l. si certis annis. vbi Bald. nu. 7. C. de pact. idem Bald. cons. 238. num 4. vol. 1. Paris. cons. 77. num. 43. & 44. vol. 3. & infra de hac ratione agemus, firmando circa eam conclusionem.

13 Et facit, † quia solutio fructuum, vsurarum, interesse, & aliarum accessionum ad sortem longo tempore facta est in causa, vt de cætero præstari debeant. Baldus d. l. si certis annis nu. 8. Benè Cardin. Tusc. pratic. conclus. cons. 339. lib. 7.

SVMMARIVM.

1 *Ius non soluendi canonem, vel liuellum non præscribitur.*

Et maximè quoad acquisitionem directi dominij. num. 2. & 3.

4 *Emphyteota, vsusfructuarius, censuarius, & aliæ similes personæ, non dicuntur possidere.*

5 *Præscriptio non procedit sine possessione.*

6 *Canon, census, tributum, & similia soluuntur in signum superioritatis, contra quam non præscribitur.*

7 *Ius non soluendi canonem præscribitur, quando directi dominij possessio interuertita fuit.*

8 *Possessio directo domino interuerti dicitur, quando eidem fuit solutio denegata.*

9 *Præscriptio contra obedientiam superioris non currit: nisi à die quo obedientia denegata fuit.*

10 *Possidens nomine alieno non præscribit.*

11 *Ius non soluendi canonem, & liuellum, licet non præscribatur: tamen benè præscribitur modus soluendi.*

12 *Vt etiam præscribitur quoad quantitatem.*

13 *Creditor si per longum tempus minores recipit vsuras, censetur maiores vsuras remisisse.*

14 *Emphyteota, & similes præscribunt quoad solutionem canonis, quoad verò acquisitionem dominij non itidem. num.15.& num.18.*

16 *Præscriptio quadragentaria, & titulum, & bonam fidem inducit: imò purgat omne vitium.*

17 *Emphyteota cõtra priuatum spacio triginta annorum contra verò Ecclesiam quadraginta præscribit: etiam intercedente titulo inualido.*

18 *Quoad possessionem intellige: secus quoad dominium.*

19 *Solutio census contra dominos inferiores præscribi potest.*

Ius non soluendi canonem, & liuellum contra directum Dominum, & maximè ad effectum inter vertendi directum dominium: quanto tempore præscribatur.

CAP. XXXII.

1 IVs non † soluendi canonem, & liuellum ab emphyteota contra directum dominium nunquam præscribitur: † & maximè ad effectum pernertendi directum dominium. l.malè agit.& l.competit.C.de præscript.30. vel 40.ann.glos.fi. in cap.cum non liceat.de præscript. Abb.in c.cum contingat.num.14. de foro compet. & in cap.significauit. in fin.de cens. Felyn. in cap.ad audientiam.num.20.de præ-
2 script. Nam † per censuarium, emphyteotam, liuellariũ, feudatarium, vsumfructuarium: conductorem, inquilinum, & similes habentes vtile dominium non possunt præscribi census, tributum, canon, liuellus, pensio, pensitatio; vel aliqua alia similis responsio, & præsertim ad effectum pernertendi directum dominium, vt dictum est.

Et ratio huius pronunciati duplex
4 assignatur. † Prima: quia tales personæ non possident: sed nomine directi domini possidere dicuntur: & possessio est † vnum necessariũ requisitum
5 ad conflandam præscriptionem. l.sine possessio.25.ff.de vsucap.

6 Secunda, † quia census, canon, tributum, & similia soluũtur in signum superioritatis, & subiectionis respect uè, cõtra quæ nunquam currit præscriptio. Iaf.consil.37. volum.1. Bero. cons.14.num.27.vol.1.& cons.134. num.32.volum.3. Bilb. de præscript. in 4.par.4.par. principalis. quæst.11.

nũ.4.

num.4.Tesaur.decis.114.per totum. & 179.

7 † In vno enim tantum casu similes personæ ius non soluendi censum, canonem, & similia præscribere possunt, & maximè vt dictum est ad effectum peruertendi directum dominium, quando scilicet emphyteota, & alij interuertissent possessionem di-
8 recti domini, quod fit, quando eidem petenti denegarent, census, canonem, & pensiones soluere. Ias. d.consil.37. num.5.volum.1.Beroius d.conc.134. num.22. volum.3. Ruin. consil.150. num.4.vol.1. Patis.conc.50. num.11. vers. non enim modo agitur volum.1. Balb. & Tesaur. in locis præcitatis.

9 † Nam præscriptio contra obedientiam superioris à subdito currere non incipit, nisi à die quo requisitus negat se subditum esse. Eugen.conc.43. num.76.

10 † Et ideo omnes, qui alieno nomine possident nunquam præscribunt: vt sunt coloni, partiarij, medietarij, inquilini, commodatarij, depositarij, feudatarij, emphyteotæ, vsufructuarij, superficiatij, commendatarij, procuratores, negociorum gestores, & similes. glos.in dict. l.cum non liceat in verbo non obstant in fin.de præscript. Bartol.in l.cum notissimi.§.cod. C.de præscript.30. vel 40.ann.

11 Attende tamen, † quod licet ista præscribi non possint: tamen in eis modus soluēdi benè præscribi potest. Specul.de leg. §.superest. versic.illud quoque. Felyn.in cap.cum in officijs. nu.10.vers.limita primo, de præscrip.
12 Natr.conc.227.nu.7.† Vt etiam præscribi potest, vt quis minus in quantitate soluat, quam quod verè debitum sit. Castr. in l. si prius num.4. de aq.plu.arcen. Natr. conc.495. num.5. vol.3. & voluit ante ipsos glos. in cap. olim. in verbo triginta sex de censi. dum inquiunt, quod si ego teneor tibi soluere annuatim libras decem de tali moneta, & per longum tempus tibi solui de moneta, quæ tantum non valet, quod præscripserim ins non soluendi de meliori: & subdunt, quod
13 vsurarum † maiorum creditor si minores recipit per longum tempus, maiorum exactionem remisisse creditur: & benè ponit hæc omnia nouissimè Cardin.Tuscul. lib.7. pratic. conclus. conclus.338.

14 Imo liberatio census, canonis, & similium quantum ad solutionem tantum præscribitur spacio 30. vel 40. annorum etiam à malæfidei possessore: etiam in totum: secus si verò quoad dominium, & proprietatem. Bald. consil.316.nu.3.& 4.volum.3. Corn. consil.16. num.14. volum.2. Ruin. consil.155.num.7. volum.1. dum in-
15 quit † quòd præstatio annua, & exactio ad illam competens præscribitur spacio 40. annorum tam pro futuro, quam pro præterito tempore: & dicit istam communem opinionem esse, & procedere etiam contra Ecclesiam, fiscum, & Rempublicam. Et melius id declarat. consil.156.num.1.2.& 3.d.
16 volum.1.† & firmat per talem præscriptionem 40.annorum non solum induci titulum, & bonam fidem: verum etiã purgari omne vitium. Quibus adstipulantur, quæ notantur per Alexand.consil.136.in causa, & lite num.18.& 19.volum.2. Alban.consil.62.nu.38.volum.primo, Tesaur. decis.114.num. primo, & decis.179. Corbol. de iure emphyt. tit. de causa priuat.ob non solut.can.amp.42.dum
17 vult, † quod quando in Emphyteusi priuati sunt lapsi 30.& Ecclesiæ 40.

& interuenit aliquis titulus etiam inualidus tunc non sunt necessaria illa quinq; requisita de quibus per Alex. d. cons. t 36. sed præscribitur ius non
18 soluendi censum, & canonem † quoad possessionem tamen: secus quoad dominium directum, & proprietatem, quæ semper salua, & illesa remanet per dictum tempus triginta annorum in concessione priuati, & 40. Ecclesiæ.

19 Non omitto vnũ aduertere. † Quod solutio census contra dominos inferiores est præscriptibilis. Balb. de præscript. in 2. part. principali. q. 1. nu. 4. fol. mihi 401.

SVMMARIVM.

1 *Canon ab emphyteota soluitur in signum superioritatis, & recognitionis directi dominij.*
2 *Solutio census probat quasi possessionem subiectionis.*
3 *Canon si per tertium soluatur etiam suo nomine prodest emphyteotæ, & eum à caducitate excusat.*
4 *Solutio census, quoad effectum conseruandi ius reale non refert à quo, vel cuius nomine fiat.*
5 *Dummodo solutio per dominum directum voluntariè recepta sit.*
6 *Secus verò si à domino directo coactè recipiatur.*
7 *Emphyteoticus contractus scripturam requirit.*
8 *Solutio canonis potest etiam probari per testes. Vide tamen num. 10.*
9 *Quæ requiruntur ad actum procurandum, eadem & ad destruendum.*
10 *Solutio per instrumentum probari debet, vbi de debito per instrumentum constat.*
11 *Census scripturam requirit.*
12 *Solutio spontanea, & voluntaria facta ab emphyteota multum purgat solutiones præcedentes.*
13 *Solutio canonis recepta per dominum directum purgat moram, & censetur remissa caducitas.*
14 *Caducitas an, & quando videatur per dominum remissa.*
15 *Solutio canonis post tempus recepta, habet vim renouationis.*
16 *Culpa patris canonem nõ soluentis præiudicat filio.*
17 *Etiam quòd emphyteusis sit ex pacto, & prouidentia.*
18 *Maximè si sit primus inuestitus.*
19 *Emphyteusis si sit quæsita beneficio concedentis, tunc pater non potest filio præiudicare.*
20 *Secus si ex re patris.*
21 *Emphyteota canonem non soluens ipso iure priuatur emphyteusi.*
22 *Requiritur tamen declaratio.*
23 *Mora quomodo, & quando purgetur in solutione canonis.*
24 *Vbi quod hoc arbitrio iudicis relinqui debeat.*
25 *Qui tamen non debet arbitrari posse purgari post duos menses.*
26 *Plus tamen temporis tradi debet pauperi, quam diuiti.*
27 *Emphyteota canonem non soluens sine citatione, & de facto, ac propria authoritate expelli potest.*
28 *Maxime verò vbi dominus non reperit resistentiam.*
29 *Vt pariter vbi non est timor scandali, & rixæ.*
30 *Tutius tamen esset iudicem adire, & ipsius authoritate possessionem capere.*
31 *Saltem quoad executionem secundum aliquos.*
32 *Dominus directus non potest propria authoritate emphyteotam expellere, quando inuenit resistentiam actualem.*

vbi

33 *Vbi quòd dicta resistentia causa cognita expediri debeat.*

34 *Dominus directus non expellit emphyteotam propria authoritate: quando ipse protestatus fuit se dimittere sine præiudicio.*

35 *Idem nec etiam quando iudicium adiuit.*

36 *Emphyteuta non potest propria authoritate expelli, quando dominus directus iudicem adiuit.*

37 *Vt etiam quando de emphyteusi non constat per instrumentum.*

38 *Nec iudex tali casu debet dare præceptum de associando.*

39 *Vt pariter quando adest timor rixæ.*

40 *Clausula propria authoritate an possit exequi sine partis citatione remissiuè.*

41 *Et an iudex possit concedere præceptum de associando.*

42 *Emphyteusis an potius census censeatur, vbi ex præstatione canonis non apparet, ex qua oblatione soluatur, censualis contractus præsumitur.*

43 *Census potius præsumitur, quam contractus emphyteoticus.*

Contrarium tamen tenent non nulli.

44 *Videndum tamen erit cui conueniat nominatio.*

45 *Emphyteota ecclesiæ non soluens canonem per biennium; & priuati per triennium ipso iure priuantur emphyteusi.*

46 *Dummodo dominus velit.*

Vbi quod requiratur etiam iudicis declaratio. num 49.

47 *Tertius non potest opponere emphyteotam non soluisse canonem.*

Immo nec ius istud transit ad hæredes ipsius domini directi. num. 48.

48 *Ius declarandi caducitatem non transit ad hæredes.*

49 *Emphyteota non priuatur emphyteusi, nisi iudicis sententia interuenerit.*

50 *Emphyteota priuatur emphyteusi, etiã si deficiat in solutione minimæ partis, etiam in vno quadrante.*

51 *Idem si partem alienauerit.*

52 *Emphyteota non soluens canonem cæteris præiudicat.*

53 *Emphyteota priuatur emphyteusi si deficiat in solutione pendente lite.*

54 *Emphyteota, qui iurauit soluere singulo anno, priuatur si in vno anno, in solutione defecerit.*

55 *Iuramentum operatur vt emphyteota priuetur per cessationem solutionis vnico anno.*

56 *Emphyteota cessans soluere canonem per triennium potest allegare compensationem.*

57 *Emphyteota allegans compensationem euitat caducitatem.*

58 *Emphyteota cessans soluere canonem ob locum non tutum non priuatur emphyteusi.*

59 *Item nec quando possessionem non fuit nactus.*

60 *Item hæredes non soluentes excusantur ob ignorantiam.*

61 *Emphyteota iustè impeditus soluere non priuatur.*

62 *Emphyteota iustè expulsus, & ob id non soluens non priuatur emphyteusi.*

63 *Emphyteota canonem non soluens non potest creditoribus ab eo causam habentibus præiudicare.*

64 *Emphyteota cessans in solutione non priuatur, vbi plures sunt, qui de dominio contendunt.*

65 *Vt nec etiam quando facit oblationem extraiudicialem.*

66 *Emphyteota non excusatur ob sterilitatem à solutione canonis, maxime*

quando sterilitas prouenit culpa emphyteotæ: vt etiam quando est consueta: vt pariter quando ei est renunciatum. num. 67.

68 *Emphyteota excusatur propter sterilitatem, quando sterilitas prouenit propter bellum.*

69 *Item quando nulli prorsus fructus percepti sunt.*

70 *Dũmodo bona in apparatu belli in emphyteusim capta sint.*

71 *Quæ omnia intellige etiam de innundatione.*

72 *Remissio canonis emphyteotæ an, & quando fiat propter bellum, sterilitatem, vel innundationem, num. 66. vsque ad 72.*

73 *Remissio canonis ob sterilitatem fit, vbi pensio fructibus respondet.*

74 *Vt etiam quando emphyteota est læsus vltra dimidiam.*

75 *Emphyteota tenetur soluere canonem, etiam si res sit combusta, vel diruta modo remaneat area.*

76 *Idem si res casmate pereat.*

77 *Emphyteota tenetur domum combustam reficere, & pro area canonem soluere.*

78 *Emphyteota à solutione canonis liberatur, quando res funditus deperit.*

79 *Secus si in maiori parte defecerit.*

80 *Emphyteota non tenetur domum combustam reficere, quando magna soluitur pensio, nec etiam tunc pensionem soluere.*

81 *Emphyteosis, an possit constitui in re fertili, & preciosa.*

82 *Locatio ad longum tempus magis, quam emphyteusis præsumitur, quando res est constituta in re fertili, & soluitur pensio correspondens fructibus.*

83 *Emphyteusis, in qua soluitur pensio fructibus correspondens adæquatur locationi ad longum tempus.*

84 *Imo censetur vera locatio.*

85 *Emphyteota tenetur facere magnas impensas: item collectas soluere.*

86 *Fallit in emphyteota Ecclesiæ.*

87 *Emphyteota tenetur soluere pensiones præteritas, quamuis à Domino expellatur ob canonem non solutum.*

De emphyteota soluente, & non soluente.

CAP. XXXIII.

Multæ in proposita materia conclusiones constituendæ sunt.

1 PRima est. Quod solutio canonis, quæ fit ab emphyteota est in signum subiectionis, superioritatis, & recognitionis directi domini. Paris. consil. 13. num. 11. in quarto. Nam regulariter solutio onetis arguit subiectionem Socin. iun. consil. 38. num. 7. vol. 1. Socin. cons. 74. num. 3. lib. 1 qui

2 dicit solutionem † cẽsus probare quasi possessionem subiectionis. Crott. cons. 401. num. 5. vol. 3.

3 Secunda, † quod solutio canonis per tertium facta etiam suo nomine proprio prodest emphyteotæ, & eum à caducitate ob non solutionem excusat. Corn. cons. 115. num. 3. in princip.

4 † Nam in solutione census, & canonis ad effectum præseruandi ius reale, & emphyteoticum, & non incurrendi caducitatem, aut pœnam non refert quomodo soluatur, aut à quo, vel cuius nomine dummodo solutum sit. Rom. cons. 103. num. 1. & 2. & consil. 491. num. 4.

5 Intellige, † quando à tertio solutio volũtariè per dominum directum recepta fuit: nam tunc sic voluntariè

recepta caducitatem remittit: Semper enim debet fieri ea interpretatio, vt quis à iure suo non cadat Ias. in l. 2. nu. 69. C de iure emphyt. Grat. resp.
6 132. nu. 12. vol. 1. † Secus vero si solutio fit coactè, & inuito, & contradicẽte domino directo: Nam tali casu canonis solutionem dominus directus ab alio recipere non cogitur, nisi soluens ex sua solutione aliquid prætenderet. Marsil. singul. 368. Surd. decis. 174. num. 32. diximus supra cap. 25. vers. quod vel maximè, & versiculo etiam multis alijs ibi secundo in debito qualificato.

7 Tertia conclusio est, † quod licet emphyteoticus contractus inter contractus cõnumeretur, qui quoad eius substantiam scripturam requirat. glo. in cap. 1. de censibus. Nihilominus
8 canonis solutio potest per testes probari Afflict. decis. 13. nu. 26. Magon. decis. Floren. 70. num. 9. Et sic in hoc fallit regula. l. nihil tam naturale. & l.
9 omnia. ff. de reg. iur. † quod ea, quę requiruntur ad quid procreandum, debeant etiam interuenire ad illud destruendum, & tollendũ, quo fit, quod
10 quando † constat de debito per instrumentum publicum, vt est in censu, &
11 alijs contractibus ad sui essentiam requirentibus scripturam, † vt de censu Bocchac. in tract. de censib. par. 1. nu. 49. Domin. Intriglio. super bulla regni census Bullaris. q. 5. & per totũ. & cons. 27. nu. 9. Tunc solutio etiam probari debet per instrumentum cõtra superius firmata est lex. in l. testiũ. C. de testib. & in l. generaliter. C. de non num. pecu. Ang. cons. 156. nu. 1. Rausuer. cons. 3. num. 10. lib. 2. quos alios citat Foller. in prax. censu in verbo res iudicata. Carp. ad statuta Mediol. cap 95. num. 33. lib. 1. Carol. de Grass. de excep. except. 25. nu. 4. & 5. qui dicit, quid si sit iuratum. & diximus de hoc supra cap. 4. nu. 52.

12 Quarta, † quod spontanea, & voluntaria solutio emphyteotę multum
13 purgat solutiones præcedentes. † Nã solutio sequens facta per emphyteotam, & recepta per dominum directũ purgat moram ex non soluendo incursam, & per eam censetur remissa omnis caducitas, si quæ ob non solutionem commissa fuerit. Paris. consil. 108. nu. 43. volum. 1. Ceph. cons. 222.
14 nu. 1. & 5. vol. 2 † Qui declarat, quando ab emphyteota soluente dominus recipiens videatur caducitatem remisisse, & condonasse, & aduertunt hoc idem Corn. cons. 187. nu. 1. vers. circa secundum, volum. 1. Cror. cons. 401. num. 22. volum. 3. Ceph. consil. 223.
15 num. 45. cum seqq. vol. 2. Solet enim dici, quod soluto census, & canonis facta post tempus habet vim renouationis secundum Deci. consil. 327. nu. 1. qui num. 2. & 4. vult, quod ius petendi renouationem tollatur spacio vnius anni.

16 Quinta. † Culpa pactis non soluentis canonem nocet, & præiudicat si-
17 lijs etiam quod emphyteusis sit ex pacto, & prouidentia Alex. cons. 120. in 5. Grat. resp. 55. nu. 5. & 132. num 1.
18 vol. 1. † Et maximè si est primus acquirens, & inuestitus, qui potest alijs in inuestitura, & concessione comprehensis præiudicare aliàs non. Caputaq. decis. 302. in prima par. Surd. de-
19 cis. 209. num. 16. Qui dicit, † quod si emphyteusis est quæsita solo concedentis beneficio tunc pater filijs nõ
20 potest præiudicare secus, † si est quęsita ex re patris, id est ex pecunia à patre data: nam tunc pater filijs præiudicare potest.

Sex-

21 Sexta, † licet non soluens canonem ipso iure intelligatur emphyteusi privatus: Nihilominus semper † requiritur directi domini declaratio, & caducitatis acceptatio. Paris. d. cons. 108. num. 33. & 34. vol 1. Dec. cons. 206. aliàs 205. nu. 8. Socin. iun. consil. 111. nu. 2. 3. 10. & 11. vol. 2. Caputaq. decis. 301. in prima par. qui dicunt hæc intelligi domino volente, declarante, & acceptante.

23 Septima. † Quomodo, & quando mora soluendi canonem purgari possit ponit Paris. d. cons. 108. nu. 42. 43. & 44. vt etiam 57. Corbol. de iure emphy. tit. de causa priuat. ob non solut. can. lim. 41. num. 11. cum seqq. & per totum, qui referendo varias doctorũ sententias tandem sub nu. 25 concludit veram, & communem sententiam
24 esse, † hoc totum arbitrio iudicis re-
25 linqui † qui non debet arbitrari post duos menses motam purgari posse,
26 subdens † quòd debet plus temporis tradi pauperi, quam diuiti.

27 Octaua. † Dominus directus ob nõ solutionem canonis etiam sine citatione, & de facto, ac propria authoritate potest expellere emphyteotam, & ipsũ emphyteotica re spoliare. Corn. cons. 165. nu. 25. & 26. vol. 2. & cons. 271. nu. 3. versic. tamen his non obstantibus lib. 3. qui dicit magis cõmunem, vt etiam magis communem appellat Dec. cons. 146. nu. 6. 7. & 8. Gozadin. cons. 39.

28 Et † maximè quando dominus nõ inuenit resistẽtiam actualem, & confitetur res emphyteotica per emphyteotam, & non negatur canon non solutum. Ias. in l. 2. versic. & tenẽdo istã sententiam. C. de iure emphyt. Iacob. à S. Georg. in auth. qui rem. num. 96.
29 C. de sacrosanct. eccl. † Vt etiam quòd nõ subest suspicio scandali, & rixæ. Corn. d. cons. 165. nu. 26. Rin. cons. 48. nu. 9. lib. 2. Cephal. cons. 508. nu. 15. & 552. nu. 8. vol. 4. Crottus cons. 22. num. 7. & 8. vol. 1.

30 Contrarium † tamen multi tenuerunt, qui dicunt Tutius esse iudicem adire, & eo authore capere possessionẽ vt fuerunt Castr. cons. 68. vol. 2. Soci. sen. cons. 167 nu. 14. lib. 2. qui magistraliter tractat hunc punctum Socin. iun. cons. 111. nu. 12. vol. 1. qui appellat hanc quæstionem arduam Rom. cons. 112. num. 7. vbi Mandos. in add. vult ita communiter ab omnibus teneri, & praticari. Afflict. decis. 97. vbi Vrsill. nu. 7. Guid. Pap. decis 7. Asin. in sua prax. §. 7. c. 5. limi. 48. num 3. in
31 fi. † Signanter Crott. d. cons. 22. nu. 1. 7. & 8. cons. 49. nu. 8. vol. 1. dum vult esse necessariam sententiam iudicis declaratoriam, saltem ad executionẽ, etiam quòd sit clarum emphyteotam non soluisse benè Tiraq. in l. si vnquã in verbo reuertatur, nu. 187. cũ seqq. C. de reuoc. donat. Iul Clar. in §. emphyteusis. q. 11. Corb. de iure emphyt. de causa privat. ob non sol. can. q. 12. in 2. & 3. ampl.

Declara tamen tenendo primã opi-
32 nionem † ipsam non procedere, quãdo dominus inuenit resistentiã actualem, & non verbalem. Corn. cõs. 271.
33 nu. 2. lib. 3. † Dicta enim resistentia, & vis debet expediri causa cognita: & ita practicatur secundum Alexand. cons. 105. nu. 8. lib. 3. Add. ad Dec. in auth. qui rem. nu. 8. C. de sacrosanct. eccl. Dec. d. cons. 146. num. 6. in fi. Cepoll. cons. 25. Ruin. consil. 52 & 57. lib. 4. Consuetud. Paris. §. 30. nu. 27.

34 Declara secundo † præmissa nõ procedere, quando emphyteota in dimissione possessionis dixit, & protestatus

fuit

fuit se prędicta facere sine iurium suorum præiudicio ita Alex. consil.130.cū seqq.lib.4. Ruin.d consil.57.lib.4 Alciat. in c.1.nu.30.ff.de offic.ord.

35 Declara tertio, † quando dominus directus adiuit iudicem. Quia tunc priuatur facultate ingrediendi possessionem propria authoritate. Iudice enim addito emphyteota non potest amplius propria authoritate expelli. Bald. in l.2.q.10. C.de seruit. & aqu. Ruin. consil.52. & 57. in 4.

36 Declara quarto, † quando de iure petentis non constat per instrumentū. Nam tunc dominus directus ob non solutionem canonis non potest propria authoritate ingredi possessionem
37 rei emphyteoticæ, & iudex † non debet dare præceptum de associando sine libello. Ruin.d.consil.57.nu.5.in fi. vol.4.

38 Declara quinto, † quando adest suspicio scandali, & rixæ. Corn.d.consil. 165.nu.26.vol.2.

Et de clausula propria authoritate,
39 † an quis possit eam exequi absq; ci-
40 tatione partis, & † an ad talem effectum index possit concedere associationem absque partis citatione videatur Magon.decis.Lucens.87. num.14. & infra.

41 Nona † solutio annuæ prestationis, census, seu canonis si facta fuerit per annos 40. & non appareat ex qua obligatione, vel contractu, præsumitur, quod contractus fuerit censualis, & non emphyteoticus. Paris. consil.84. nu.12.& 85.nu.1.vol.4. Grescent. de cens.decis.1. Couar. variar. resol. c.7. nu.1. Natt.consil.3.nu.2. vol.1. vbi de ratione. Deci.consil.146.vol 1.qui dicit, quod quando non apparet an contractus sit censualis, vel emphyteoticus quis non soluendo per mille an-
42 nos nunquam suo iure priuatur. † Et quod in dubio contractus censualis, & non emphyteoticarius præsumitur: Caball. milleloq 315.in 2.part. Burs. consil.26.num.17.vol.1. Brug. Caual. decis. Fiuiz.43.nu.55.

43 Cōtrarium † tamen, quod emphyteusis, & non census censenda sit tenent Bero.in c. potuit. num.81.locat. Abb. consil.74.in 1. dubio vol. 1. Bel-
44 lon.consil.11.nu.6.& seqq.† qui dicit videndum esse, cui nominationi magis effectus conueniat.

45 Decima.† Emphyteota ecclesię nō soluens canonem per biennium,& priuari per triennium ipso iure emphyteusi priuatur, & deuoluitur ad proprietarium, & dominum directum
46 † dicto domino directo sic volente, declarante,& acceptante. l.2.C.de iure emphy. auth.qui rem. C de sacros. eccl. c. potuit, & ibi nor. extra.locat. Alex.consil.44.nu.1.& 3. & consil.205. nu.10. lib.3. & consil.173. nu.7.lib.2. Natt. consil.274.num.14. in secundo.

47 † Qui dicit tertium de non solutione opponere non posse, & consil.335. nu. 4.d. vol.2.Rol.consil.57.num.9.& 81.
48 nu.6.in 3. † in tantum, quòd tale ius declarandi caducitatem competens domino directo in eius hæredem non transeat. Ceph.consil.524.nu.17.& 18. vol.4. licet ab hoc multi recedāt quos refert Gabr.de iure emphy. concl.3.

49 Hæc intellige, & declara vt vltra domini directi declarationem, & acceptationem etiam requiratur sententia declaratoria iudicis pronunciantis ipsum incidisse in commissum. Ruin. consil.150. nu.1.153. num.1. & 15.& 167.nu.10.vol.1.

50 Ampl. † vt hoc etiam procedat si emphyteota deficeret in solutione ēt minime partis puta in vno quadrante,

te,& nummo. Ceph.conſ.139.nu.18. vol.1. Natt.conſ.479. nu.7. & 8.vol. 3. Rol conſ.17. nu.14.vol. 2. Clar.in § emphyteuſis. q.8. veriſic hoc autem de plano.

51 † Hoc idem etiam eſt in alienante partem, quem à tota emphyteuſi cadere ponit Ceph.d.conſ.139. nu.1. & 21.vol.1. Caputaq.deciſ.300.num.3. in 3.part.

52 Ampl. ſecundo † etiam quod vnus ex pluribus emphyteutis non ſoluerit: nam adhuc talis non ſoluens præiudicat omnibus, & omnes dicuntur incidiſſe in commiſſum. Ceph. conſ. 9.nu.7.vol.1. Qui vult tali caſu totam emphyteuſim inſolidum perire.

53 Ampl. tertio, † etiam pendente lite: nam ſi emphyteota pendente lite deficit, & ceſſat ſoluere in commiſſum incidit. Caputaq.deciſ.199.in 1. par. licet in hoc diſſentiat. Surd. deciſ.6.

54 Ampl. quarto, † quando emphyteota iurauit ſingulo quoq; anno ſoluere canonem: Nam tũc ſi deficit ſoluere in primo anno nõ expectato biẽnio, vel triennio cadit à iure ſuo; hoc

55 † virtute iuramenti. Natt.conſ. 479. nu.11.vol.3.Rol.conſ.25.nu.23.in 2. & conſ.6.nu.42.in princ. Crott.conſ. 281.nu.13.in 3.Grat.reſp.81.nu.4.in ptinc.Caputaq.deciſ.300.nu.1.par.1.

56 Lim.primo, † quando emphyteota eſt creditor: quia iunc allegãdo compenſationem, vel vtendo retentione excuſatur. Pariſ.d.conſ.108.nu.15.in ptinc. Surd.deciſ.191.nu.3. qui dicit,

57 † quod emphyteota, qui non ſoluit compẽſando euitat caducitatẽ. Ruin. conſ.148.nu.1.vol.1. licet ſibi ipſi parum conſtans contrarium videatur firmare conſ.154. nu.4. & 5.vol.1.

58 Lim.2 † quando emphyteota non ſoluit ob locum non tutum: nam & talicaſu eum excuſari inquit. Pariſ. d.conſ.108.nu.41. vol.1.

59 Lim.tertio, † quando emphyteota non habuit poſſeſſionem eo quia ipsã à directo domino aſſequi non potuerit. Pariſ.d.conſ.108. num 21. Surd. d.deciſ 6. num.5.

60 Lim quarto, † in hæredibus emphyteotæ, qui non ſoluendo ex capite ignorantiæ defendi poſſunt. Crott. conſ.115. nu.10. vol.1.

61 Lim.quinto, † quando emphyteota iuſtè impeditus fuit: nam tali caſu nõ ſoluens habet excuſationem. Grat. reſp.79.nu.13.in princ.

62 Lim. ſexto, † quando emphyteota iuſtè fuit expulſus: nam tunc non ſoluendo excuſatur Caputaq. deciſ. 298. in prima part.

63 Lim.ſeptimo † in emphyteota, qui canonem non ſoluit: nam ob id non præiudicat creditoribus habentibus ab eo cauſam,& maximè ſi non poteſt illis imputari: quod & ipſi non ſoluerint: cum factum creditoris non noceat domino, ſeu creditori: Surd. deciſ.102.num.5.& 6. qui dicit in omni caſu dari reſtitutionem in integrum ex clauſula generali.

64 Lim. octauo, † quando plures domini directi inter ſe, de dominio contendunt: quia tunc emphyteota non ſoluens iuſtam excuſationem habet. l.1.§.apud Iulianum.ff.depoſiti. Bald. conſ.250. nu.3. vol.4. Surd. deciſ. 6. num. 6.

65 Lim.nono, quando emphyteota facit oblationem extraiudicialem etiam ſine conſignatione, & depoſitione, nam talis oblatio ſufficit ad caducitatem euitandam: & præſertim, quando debitor eſt in mora conſtitutus ante litem conteſtatam. Neguſ. de pig. in

3.par.

3.par. tertio memb. 5. partis. num.3. versic. sed in hoc est aduertendum. Matth.Brun. cons.24.nu.4.

66 Vndecima.† Emphyteota,si ob frugum sterilitatem non soluerit canonem nō excusatur à caducitate,& maximè, quando pensio est modica. Nat. cons.194.nu.4. & 5.vol.1. Nam quādo pensio est parua, semper remanent fructus sufficientes ad pensionem. idē Natt.cons 49.num.3. & 15.volum.1. Ruin.cons.61.nu.7.vol.1.Corn.cons. 181. nu.41.vol.1. Grat.resp.128.nu. 9.& infra vol.2.Ioseph.Lud.decis.12. Tesaur. decis.20. num.1. Brun. cons. 156.qui num.3.4. & 5. dicit in tribus etiam casibus remissionem emphyteotæ denegandam esse.

67 Primo,† quando culpa, & defectu emphyteotæ prouenit sterilitas.

Secundo,quando sterilitas est consueta.

Tertio, quando sterilitati est renunciatum cum iuramento.

68 Lim. † quando propter bellum, & hostium incursionem est causata sterilitas: vt etiam quando nulli prorsus

69 † fructus percepti fuerunt. Corn.d. consil.181.nu.41. vol.1. Ias.cons.54. nu.14. vol.1. vbi Franc. Becci. in addit.Grat.d.resp.128 num.9.cum seq.

70† qui vult propter bellum non fieri remissionem in vno tantū casu, quando in apparatu belli bona accipiuntur in emphyteusim. Alex.cōs.112.nu.1.

71 vol.1.† qui hoc extendit ad inundationem: quando enim de tempore contractus aderat sterilitas, vel de ea apparebat tunc pensionis remissio denegatur. B.un. dict. consil. 156. numero 2.

72 Lim.secundo,quando responso est

73 correspondens fructibus: nam † tali casu remissio fit, & emphyteota non soluens excusatur. Rol.consil.96.numero 26. volum. 1. Grat.d.resp.128.

74 num.9.† Et præsertim, quando emphyteota venit damnificatus vltra dimidiam solutionis canonis Bald. in l. licet.C locat. Abb.in cap.propter sterilitatem.num.13.locat. Aret. consil. 52. Gozad. 74.

75 Duodecima.† Res emphyteotica si non est in totum diruta, vel combusta, emphyteota canonem soluere tenetur, modò remaneat area. Natt. consil. 377. num. 2. volum.2. Crott.

76 consil.12.num.4. volu. 1.† qui dicit solui debere pensionem de re emphyteotica, quæ casmate perijt. idem Crott. consil. 103. num.11. in tertio. Et videatur D. Petrus Surd. decis.

77 198.num.11. qui dicit † emphyteotam domum combustam teneri reficere, & pro area integram pensionem

78 soluere,& num 9.& 10.subdit † emphyteotam à solutione canonis liberari, quando funditus tota res perijt:

79 † secus si in maiori parte defeciisset, & nu.6.addit. requiri peremptionem funditus totæ substantiæ, & num. 4.

80 declarat † ista non procedere, quando de re emphyteotica soluitur magna pensio: quia tunc nec domum reficere, nec de domo combusta, ac diruta emphyteotica canonem soluere tenetur vt per Ioseph. Lud.d. concl. 12.Tessaur.decis.20. num.3.

Decimatertia. Magna est altercatio

81 apud Doct.† An emphyteusis pro re fertili, & pretiosa, & de qua soluitur iusta pensio, & fructibus æquipollens, & correspondens propriè, & verè constituat,ac fieri possit Et affirmatiuam partem tenuerunt Natt.cōsil 99. nu.16. lib.1. & etiam num. 3. & 5. idem Natt. consil.114. num.4. dict.1.part. Negatiuam verò firma-

tunt

runt Ceph.conſ.699.num.22.& 703. nu.14.in 5.Ioſeph.Lud.d.concluſ.12.

82 † Et quòd talis ſolutio canonis fructibus correſpondens locationem ad longum tempus, magis, quam emphyteuſim faciat aſſeruerunt Ruin. conſ.161.nu.21.lib.1. Belſon.cõſ.21. Neuiz.conſ.92.nu.45. Ceph.conſ.9. nu.11.Cag.in l.2.nu.203.C.de reſcind.vend. Etiam quod aliter per contrahentes nominaretur Rim.ſen.cõſ.44. nu.38.Rol.conſ.96.lib 1. Burſat.cõſ. 48.nu.21.& conſ.56.nu.3. Silua. d.

83 conſ.77. † Et quod talis emphyteota adæquetur conductori,& ſimplici colono.ponit Alex.conſ.111.lib.1.Imo

84 † quod dicta emphyteuſis ſit vera locatio inquiunt Aret.conſ.54. Grat. reſp.125.nu 6.lib.2.Silua.conſ.9.nu. 14. licet quoad onera hoc ſit controuerſum.Silua d.conſ.77. Natt.conſil. 113.Magon.deciſ.Flor.117.num.42. & infra.

85 Decimaquarta. † Emphyteota tenetur ad magnam impenſam, & collectarum ſolutionem. Alex.conſil.4. nu.6. lib.5.Natt.conſ.13.nu.5. 114. nu.2.& 377.nu.1.vol.2.& 312.nu.1.

86 vol.2.Surd.deciſ.198.nu.19.† Quod non procedere in emphyteota eccleſiæ quem non teneri ad nullius collectæ ſolutionem inquiunt Pariſ.conſil.24. nu.17.vol.4.Rol.conſ.1.nu.22.vol.2.

87 Decimaquinta. † Emphyteota ſi expellitur à domino directo ob canonem non ſolutum: nihilominus penſiones non ſolutas præteritas ſoluere tenetur. Deci.in auth qui rem nu.13. C.de ſacroſ.eccl.Ceph.conſ.18.num. 44. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Soluere promittens ſub pœna an, & quãdo non ſoluendo pœnam committat.*

2 *Soluere promittens certa die ſub pœna an pœnam committat ſi creditor ea die moriretur.*

3 *Soluere grauatus à teſtatore infra decem dies: quãdo dictum tempus currere incipiat.*

4 *Hæres grauatus ſoluere infra dies tempus currit à die aditæ hæreditatis.*

5 *Soluere promittens pretium ad conſiliũ peritorum intra menſem tempus currit à die declarationis.*

Soluere obligatus intra certum tempus ſub pœna: An & quando non ſoluendo intra dictum tempus pœnam committat.

CAP. XXXIIII.

PRo huius articuli reſolutione multi caſus videndi ſunt. † Primus eſt: quãdo quis promittit ſoluere ſub pœna ſi intra certum tempus aliquid nõ ſoluerit, vel adimpleuerit. An ſi intra dictum tempus non ſoluerit pœnam ipſo iure incurrat abſq; interpellatione? Deci.conſil.2.ad partes diſputat hunc articulum,& tandem concludit, 2 quod non. † Secundus caſus eſt. An ſi quis obligatus ſit ſoluere intra certũ diem ſub pœna: pœna ipſa incurratur, ſi creditor ea die mortuus eſt? Corn. conſ.210.nu.3.vol.1. dicit pœnam nõ eſſe commiſſam, vel ad omne prius promittenti concedendam eſſe reſtitutionem in integrum. † Tertius caſus eſt: Quod ſi hæres ſit grauatus ſoluere certam quantitatem ſub pœna intra decem dies, quando dictum tempus incipiat currere? † Et quod dicti 4 decem dies incipiant cũ rere à die aditæ hæreditatis decidit. Corn.cõſ.259. nu.5.verſic.nec obſtat d.§.ſi quis volum.1. † Quartus caſus ſit in illo, qui 5 ſoluere promiſit reſiduum pretij intra

tra mensem sub pœna ad dictamen,& consilium peritorum, à quo tempore mensis currere incipiat? Et quod dictus mensis non prius curtat, quam periti dictauerint,& declarauerint tenet Corn. cons.244.nu.1. vers.ic. licet in hac.vol.1.ex l.fi. C de contrah.empt.io. Multa alia ad materiam huius cap.facientia posuimus in nostro tract. de fideiuss.in 1.par.in prælud. lect.2. c.3.vers.item quid.num.87.

SVMMARIVM.

1 *Solutio facta ab vno ex correis censetur facta nomine omnium & num.6.*
2 *Solutio facta vni ex correis liberat omnes. nu.5.*
3 *Solutio facta per vnum ex collegis liberat omnes.*
4 *Contrarium est in pluribus, qui delictum emiserunt.*
7 *Acceptilatio facta vni ex correis omnes liberat.*

Solutio facta ab vno ex correis debendi censetur facta nomine omnium: & facta vni ex correis credendi liberat omnes.

CAP. XXXV.

1 SOlutio facta ab vno ex plurib⁹ correis debendi censetur facta no-
2 mine omnium: † & si fiat vni ex correis credendi liberat omnes. l.3.§.fin. ff.de duob.reis. Cast.cons.10.l.duobus. nu 4.ff.de iureiur.& in l.Modestinus. nu.3.& 4.ff.de solut. Idem † est in so-
3 lutione pœnæ facta per vnum ex collegis, quæ liberat alium, siue alios. Crott.cons.122.num.32. vol.1. † qui
4 dicit: contrarium esse in pluribus, qui commiserunt delictum: quia solutio facta per vnum non liberat alios.
5 Et quod † soluens vni ex pluribus stipulandi reis liberetur ab omnibus dicunt tex. in l.2. & in l.ex duob.reis, ff.de duob.reis, l. si vnus in princ.vbi doct. ff.de pact. l.si in re. ff.de nox.l.si duo.ff.de arbitris.
6 Sic etiam † solutio facta per vnum ex pluribus reis debendi liberat alios. Surd.dec.229.num.20.2.21 37.&
7 38. † vbi dicit idem esse in acceptilatione, & adde quæ notauimus supra. cap.5.cas.1.

SVMMARIVM.

1 *Solutio non parit liberationem à futuris præstationibus. num.7. & 8*
2 *Probans tres solutiones continuatas per antea solutisse censetur, & num.4 nisi probetur cõtrarium. nu 5.nu 7.& 8.*
3 *Soluens canonem tribus annis continuis toto præterito tempore soluisse creditur.*
6 *Solutio bina sufficit ad constituendum quem in quasi possessione.*
9 *Solutio irregularis quæ dicatur remissiue.*
10 *Statutum requirens probationem per instrumentum, sufficit probari solutionem tribus annis continuis factam fuisse*
11 *Alimenta relicta in testamento minus solenni si soluta fuerint tribus annis in posterum solui debent.*
12 *Modo relicta sint in testamento, ob piam causam secus si relicta sint in contractibus.*

Ex tribus solutionibus continuatis semper retro præsumitur fuisse solutum.

CAP. XXXVI.

1 LIcet solutio † vnica nõ pariat obligationem, & liberationem pro futuris pensionibus, & præstationibus,

l.cum hi.in §.1 ff.de cond.indeb.l.qui hominem, in §.1. ff. de solut. Bald.in c.litteræ de dilati Paris. cons. 79. nu. 2 13. volu. 3. † Tamen tres vltimas, & continuatas solutiones probans, semper per antea soluisse præsumitur, nisi contrarium probetur. l. quicunque. C. de apoch. pub. lib. 10. vbi Luc. de Pen. Dec. cons. 650. nu. 15. in fi. Ias. in l. 2. nu. 168. C. de iure emphyt. & in l. si certis annis col. 2. num. 4. C. de pact. vbi hoc multis modis limitat Aym. cons. 313. per totum Gabri. de præsumpt. concl. 11. Mascard. de probat. conclus. 1320. lib. 3. Paris. cons. 108. 3 nu. 31. & 32. vol. 1. † qui dicit, quod soluens canonem tribus annis continuatis censetur soluisse toto tempore præterito. Alex. cons. 105. lib. 3. nu. 3. Cephal. cons. 96. nu. 20. vol. 1.

4 † Et quod qui ostēdit se tribus proximis annis soluisse retro soluisse præ- 5 sumatur † nisi contrarium probetur tenent Ias. in l. 1. nu. 30. ff. de off. eius, cui mand. est iurisd. & in d. l. 2. d. nu. 168. C. de iure emphy. Gig. de pensio. q. 81. Cremo. nov. 79. vbi add. Gram. consil. 313. per totum. Rot. decis. 304. in nou. Bernard. Alph. in suis collect. add. l. quicunque 945. Vinc. de Franc. decis. 137. nu. 2. par. 1. & num. 4. & 5. 6 Imo Surd. decis. 10. nu. 10. dicit, † qd ad constituendum quem in quasi possessione exigendi sufficit bina solutio. Et multa alia circa hoc pronūciatum recensēt Card. Tuscus lib. 7. pratic. conclus. conclus. 346. & benè hoc dictum prosequitur Catel. Cot. in suis mem. in verbo solutio facta de tribus 7 annis præteritis. † Qui limitat hoc nō procedere, quādo solutio pro istis tribus annis esset facta in vnica vice, & 8 actu. Et subdit † aliam limitationem ista habere locum in solutionibus regularibus: quæ secundum ipsum sunt illæ, quæ de natura rei præstari solent: secus verò esse dicit in solutionibus irregularibus, in quibus nō procedit hæc conclusio, & declarat exemplificando 9 † quæ sint solutiones irregulares. Et addit in proposito vnum mihi 10 valdè mirabile: † Quod si statutum requiret probationem instrumentalem: quod sufficit ista præsumptio.

11 Ex præmissis infertur. † Quod si quis legatum alimentorum in testamento minus solemni relictum præstiterit per tres annos continuatos, quod cogitur in futurum perseverare in solutione ex multis quæ congerit Surd. de alim. tit. 8. priuil. 22. num. 3. qui hoc singulare dictum appellat: 12 † Et vult esse verum modo de pia causa tractetur, & debitum sit ex vltima voluntate: secus si ex contractu, vt ibidem num. 22. & potiùs etiam hanc conclusionem Card. Mant. de tacit. & ambig. tit. 15. lib. 3. tom. 2. num. 66. & 67.

SVMMARIVM.

1 *Solutio continuatè per decem annos facta inducit debiti, & tituli præsumptionem.*

2 *Modò in decem annis tantum vnica solutio sequuta non sit.*

3 *Vt etiam quando tertio præiudicium inferretur.*

4 *Tempus non est modus obligationis inducendæ.*

5 *Solutionis allegatio de per se, & sola non est potens, vt quis de cætero teneatur soluere, nisi una cum dicta allegatione solutionis, etiam allegetur titulus.*

6 *Solutio debiti ex diuturnitate temporis præsumitur remissiuè.*

Ex

Ex solutione continuata decem annorum inducitur præsumptio debiti, & tituli.

CAP. XXXVII.

1 EX † solutione continuata decem annorum præsumitur debitum, & titulum præcessisse, & inducitur tituli probatio l. cum de in rem verso. ff. de vsur. l. si certis annis. vbi Bal. nu. 7. C. de pact. idem Bald. consil. 238. nu 4. vol. 1. Paris. cons. 77 num. 43. & 44. vol. 3. Card. Tusc. lib. 7. pratic. cõclus. concluf. 339. per totum.

2 Limit. † quando in decem annis tantùm vnica solutio fieret. Bart. in l. eum qui aliàs. Iabolenus num. 3. C. de annu. legat. Cyn. & Bald. in l. 2 C. de dot. promiss. Gig. de pens. q. 81. nu. 3. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 22. num. 28. & 29.

3 Lim. secundo † quando tractaretur de tertij præiudicio. Nam solutiones decemnales non probant contractum in præiudicium tertij vt etiam contra Ecclesiam Caputaq. decis. 166. par. 3.

4 Aduerte nihilominus † quod tempus non est modus inducendæ obligationis l. obligationum. in §. placet.

5 ff. de act. & oblig. † Et ideo solutio per decem annos facta de per se non inducit obligationem pro futuro tempore. d. l. si certis annis. Igitur vltra præmissa non solum necesse est probare possessionem decemnalem verũ etiam titulum allegare: Nam hoc casu debet actor se principaliter fundare super titulo, & ad illius probationem iustificare possessionem aliàs si allegaret, & probaret solam possessionem succumberet benè Surd. ex multis quos congerit de alim. tit. 8. priuil. 22. num. 1. cum seqq.

Et quod debiti solutio ex diuturnitate temporis præsumatur diximus supra cap. 17.

SVMMARIVM.

1 *Creditor recipiens solutionem partis debiti ab vno ex pluribus correis in solidum obligatis censetur debitum diuidisse, & iuri solidi renunciasse.*

2 *Modo alter ex correis non sit soluendo: quia tali casu non censetur inter ipsos facta diuisio.*

3 *Vt etiam quando reus præcisè soluisset medietatem, & non plus, nec minus & creditor eam recepisset: secus si simpliciter.*

4 *Idem quando debitor soluit partem ad se spectantem, ipsumque tangentem.*

5 *Eodem modo si recipiatur dicta pars à creditore ad computum vsurarum, & fructuum.*

6 *Pariter quando creditor recepisset saluo iure solidi.*

Creditor recipiens solutionem pro rata sua ab vno ex pluribus correis in solidum obligatis, sibi præiudicat, ne amplius possit in solidum petere ab vno ex eis: sed intelligitur inter ipsos pro rata summam diuisisse.

CAP. XXXVIII.

1 SOlutionem † recipiendo creditor pro sua rata ab vno ex pluribus correis in solidum obligatis, sibi præiudicat, ne possit de cætero amplius in solidum petere ab vno ex dictis debitoribus: sed intelligitur inter ipsos pro rata, & virili totam summam diuisisse. glo. Bart. Bald. Alex. Saly. Alber. Castr. & alij, in l. creditores, vbi Ias. nu. 3. qui hoc quatuor modis limitat. C. de pact. Fulg. cons. 81. nu. 2. vsque ad finem. Cepoll. caut. 157. quæ

est penul. Afflict. decis. 142. & 153. Cott. in suis mem. in verbo creditores. Corbol. tract. de iure emphyt. titulo de caus. priuat. ob non sol. cano. ampl. 42 Bart in l. ex duobus in prima quæst. de duobus reis. Benint. decis. 81. num. 6. Ioseph. Lud. decis. Lucens. 21. nu. 6.

Hæc conclusio: quod creditor habens plures obligatos in solidum recipiendo partem ab vno inducat diuisionem, & non possit alios in solidum conuenire: sed viriliter, & pro rata sua tantum, multis modis limitatur.

2 Primo, † quando alter ex correis non est soluendo: nam isto casu non intelligitur facta diuisio. Afflict. d. decis. 142. nu. 2. & 3. Ias. in d. l. creditores. nu 3. Ioseph. Lud. d. decis. Lucens. 21. nu. 3.

3 Limitatur secundo, † quando creditor præcisè recipit medietatem: secus si plus, vel minus, quam sit medietas. gl. in l. item eos. in §. 1. in verb. soluit. ff. de fideiuss. Ang. Alex. & Ias. in d. l. creditores. Bello. cons. 44. nu 3. Ioseph. Ludo. d. decis. 21. nu. 6.

4 Lim. tertio, † quando debitor soluit tanquam partem ad ipsum spectantem, & creditor recepit. Ias. in d. l. creditores. nu. 3. versic. secundo limita.

5 Lim. quarto, † quando recepisset creditor de sorte principali: secus si de fructibus, vsuris, & alijs accessionibus. Ias. in d l. vers. tertiam limitationem.

6 Lim. quinto, † quando creditor recepisset saluo iure solidi. Ias. vbi supra vers. quarto limita. diximus in tract. de fideiuss. par. 2. sect. 6. c. 4.

SVMMARIVM.

1 *Solutio pensionis de partium consensu reseruatæ retardari non potest.*

2 *Etiam quod lis moueatur circa eius nullitatem, extinctionem, & reductionem.*

3 *Nisi sub conditione, & modo non fuerit reseruata.*

4 *Conditione, & modo non verificatis titularis non cogitur soluere.*

5 *Pensionarius tenetur verificare, quod in maioribus mille, & in minoribus centum remaneant pro titulari, & rectore. Et hoc ex clausula solita literis Apostolicis apponi modo remaneant mille: & modo remaneant centum.*

Solutio pensionis de partium consensu reseruatæ retardari non potest.

CAP. XXXIX.

1 SOlutio † pensionis simpliciter, & de consensu partium reseruatę re-
2 tardari non potest: † etiam quod super ea lis moueatur circa nullitatem,
3 extinctionem, & reductionem: † nisi sub modo, & cõditione reseruata fuerit: nam tunc non verificatis conditione, † aut modo reus non cogitur
4 soluere, nisi agens sit in quasi possessione exigendi. Cassad. de rescrip. decis. 10. num. 9. Gig. de pens. q. 85. nu. 10. & tenuit Rot. Rom. in vna Senensis pensionis coram Illustrissimo Mãtica veneris. 12. Ianuarij, & coram eodem in vna Vercellensis pensionis 26. Iunij 1592. & firmant Caputaq. decis. 299. par. 2. Ges. de Graff. de pro-
5 bat. decis. 2. qui dicunt † quod pensionarius tenetur verificare, quod in maioribus mille, & in minoribus, & curatis centum remaneant pro rectore:

& hoc

& hoc ex clausula, quæ quotidie solet apponi in litteris Apostolicis, modo remaneant mille, & modo remaneant centum.

SVMMARIVM.

1 *Soluens alicui, vt debitor potest postea contra eum, vt creditor ex alia causa experiri.*

2 *Debitor, qui tu sis meus ex vna causa, & ego tuus ex alia possunt hæc simul stare.*

3 *Debitor potest esse, quod noluerit, aut non potuerit compensatione vti.*

Soluens alicui vt debitor: potest postea eum, vt creditor ex alia causa conuenire.

CAP. XL.

1 SOluisti † mihi centum, tanquam debitor meus: Postea agis contra me ad alia centum tamquam debitorem tuum ex alia causa. Et ego dico: quod non est verisimile, quod sim debitor tuus: quia si essem: tu non soluisses mihi: sed compensasses: An hoc probet me non esse debitorem? Cast. in l. si quidem. nu. 2 C. de transact. ex ratione per eum ibidem allegata determinat, quod non: † quia inquit ista possunt simul stare, vt tu sis debitor meus ex vna causa, & ego
2 tuus ex alia: † & quod noluisti, aut
3 non potuisti vti exceptione compensationis. Puta, quia debitum meum erat liquidum tuum non. l. qui inuicem. ff. de cond. indeb. l. cum dos. vbi Bart. ff. rerum amot.

SVMMARIVM.

1 *Tutius est non soluere, quam solutum repetere.*

2 *Dicere: Solue tu: & ego etiam postea pro parte mea adimplebo, & si non adimplebo repetes, sapit duritiem, & equitati repugnat.*

3 *Debitor ex instrumento ad soluendum astrictus ex mero iuris rigore non potest dicere creditori sine instrumento solue etiam tu.*

Non soluere melius est, quam solutum repetere.

CAP. XLI.

1 CAutius agit, † qui pecuniam non exhaurit, licet iam solutam repetere possit: Difficile enim est soluere, vt repetatur l. si dubitetur. ff. de solut. l. 3. ff. de compensat. l. si stipulatus. ff. de fideiuss. l. si debitor. ff. de lib. leg. glo. in l. 1. §. pen. in verbo patronus. ff. quarum rerum act. non detur. Bart. in q. publicanus in fi. Aym. cons. 129. nu. 7 qui dicit. Melius esse non soluere, quam solutum de proprio repetere.
2 Et addit: quod † dicere solue prius: & ego postea pro parte mea adimplebo, & si non adimplebo repetes: Potius duritiem quis, & cauillationem proponit, quam æquitatem. l. seruus. ff. de seru. aspor. Cast. consil. 93. circa medium lib. 2.

3 Lim. † quando quis ex instrumento est debitor, & è contra est creditor sine instrumento: quia tunc de mero iuris rigore debet prius soluere, & postea solutum repetere. Bart. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. quod vi, aut clam cum alijs relatis à Rom. consil. 76. incip. in causa nobilis. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Plus soluit, qui citius soluit. Vt etiam minus soluit, qui tardius soluit.*

2 *Tempus pars precij dicitur.*

3 *Bis soluit, qui tempestiuè soluit.*

Citius, & tardius soluens plus, & minus soluere dicitur.

CAP. XLII.

1 QVi† citius soluit plus soluit, vt etiam qui tardius soluit minus soluere dicitur. §. plus. inst. da act. Nam minus soluere censetur, qui tardius soluit l. 1. §. edictiones. vers. nam & dies. ff. de eden. l. solidum. ff. de solut. Socin. Sen. consil. 151. nu. 2. vol. 1. Ceph. cons. 24. nu. 3. & 144. nu. 44. vol. 1. Surd. decis. 114. num. 7. &
2 120. num. 2. † Tempus enim pars summæ dicitur l. 1. §. diem. ff. de eden. d. l. solidum. ff. de solut. Solet enim
3 dici. † Quod bis soluit, qui tempestiuè soluit.

SVMMARIVM.

1 *Soluere, qui nequit: attamen incarcerari potest.*
2 *Qui non habet in ære, luat in corpore.*

Qui non potest soluere potest incarcerari.

CAP. XLIII.

1 SOluere, † qui nequit; detineri nihilominus, & incarcerari potest,
2 iuxta illud, qui non habet in † ære, luat in corpore. Bartol. in l. 3. in §. sed vtrum. ff. de mino. cum alijs relatis à Paris. cons. 94. nu. 8. vol. 1. benè Ias. in l. in eum. in 1. not. ff. de in ius voc.

SVMMARIVM.

1 *Emptor pretio non soluto non potest cogere venditorem ad rem alienatam tradendam.*
2 *Venditor re vendita non tradita non potest molestare emptorem in solutione pretij.*
3 *Exceptio rei non traditæ etiam in executiuis opposita executionē retardat.*
4 *Exceptio non implementi dicitur litis finitæ, & ideo impedit litis ingressum, & est adeò potens, quod nunquam à statuto censetur reiecta, etiam quod omnes exceptiones amouerent.*

Venditor non soluto sibi pretio rem tradere non tenetur.

CAP. XLIV.

1 PRetio † non soluto, vel saltem realiter non oblato per emptorem, venditor rem tradere non tenetur. l. Iulianus. in §. offerri. ff. de actionib. empt. l. cum proponas. C. de pact. Rota Imuen. decis. 214. nu. 2. † Idem est è contra in exceptione rei non traditæ, quæ obstat agenti ad pretij solu-
2 tionem. d. §. offerri. † Quæ exceptio rei non traditæ etiam in executiuis opponi potest. Alexan. cons. 114. & 119. lib. 2. Corn. consil. 79. col. vlt. lib. 1. Gallens. de obligatione in form. cam. par. 4. q. 1. num. 7. & 10. Barsi. de quarantig. par. 3. q. 16. Flamin. Cartar. de-
3 cis. Ian. 3. in execut. nu. 1. & 2. † Nam exceptio non implementi est, quæ dicitur litis finitæ, & impedit litis ingressum, & est adeò efficax, quod nūquam censetur reiecta, etiam quod à statuto sit sublatus omnis exceptionum obiectus. cap. frangenti. de reg. iur. in sexto. d. l. Iulianus. in §. offerri. d. l. cum proponas. Rol. cons. 53. num. 32. vol. 1. & cons. 69. nu. 13. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Solutionem pretij non retardat imminens euictio in limine contractus, quando per venditorem offertur cautio de euictione.*
2 *Euictionis periculum, quando imminet in limine contractus, tunc emptor*

potest retinere pretium penes se, & solutionem recusare, donec eidem idoneè de euictione caueatur, & pretio restituendo.

3 *Euictio in limine contractus imminere dicitur, quando lis est mota ante solutionem pretij.*

4 *Etiam quod lis moueatur pro simplici hypotheca.*

5 *Euictam rem esse, & imminere euictionem in limine contractus paria sunt.*

Solutio pretij retardanda non est: etiam imminente euictione: modò offeratur cautio.

CAP. XLV.

1 SOlutio pretij tei emptæ retardari non debet: etiam imminente euictione in limine contractus, quando per venditorem offertur cautio de euictione. Afflictus decis. 171. num. 1.

2 † Regularitet enim quando imminet periculum euictionis in limine contractus, tunc emptor potest penes se retinere pretium, & recusare eiusdem solutionem donec idoneè caueatur de pretio restituendo. l. si post perfectam. C. de euict. l. habitationem in §. 1. ff. de pericul. & com. rei vend. Alexand. consil. 235. num. 9. lib. 5. Roma. consil 8. num. 3. vbi Mandos. Caballi. de euict. §. 1. nu 8. Grat. resp. 135. nu. 5. cum seqq. volum. 2. Grammat. consil. 111. num. 3. Rot. Ian. Metcat. decis. 190. num. 9. quæ † dicit imminere euictionē in limine contractus, quando mouetur lis ante solutionem pretij. † Etiam quod mota sit pro simplici hypotheca Cast. consil. 46. super eo. num. 1. par. 1. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. par. 3. cas. 224. Alciat. resp. 36. nu. 2. tom. 1. lib. 2. Qui dicit † paria esse rem esse euictam, vel imminere euictionem in limine contractus. Fusius hæc explicauimus in nostro tract. de fideiuss. in 1. parte in prælud. sect. 3. cap. 18. concl. 2. lim. 1.

3

4

5

SVMMARIVM.

1 *Solutio subsequens non validat actum, & dispositionem nullam præcedentem.*

2 *Solutum in vim dispositionis fictitiæ, & simulatæ, vel imputatur, vel repetitur.*

Solutio sequens non validat actum inualidum præcedentem.

CAP. XLVI.

1 OBligatio, & contractus nullus, & inualidus præcedens. Puta: quia fictitius, & simulatus non validatur per solutionem subsequentem.

2 † Et ideo solutum in vim dispositionis simulatæ præcedentis potest repeti, vel imputatur. Paris. cons. 55. num. 61. cum seq. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij patre superstite confiscari non potest.*

2 *Filius in legitima viuente patre nullum habet ius.*

3 *Vel saltem si quod habet illud est conditionale: id est si filius superuixerit patri.*

4 *Fiscus in iuribus conditionalibus non succedit, nec in eum dicta iura transeunt.*

5 *Solutum à patre pro filio ex aliquo delicto per eum patrato, in legitimam, vel in bonis paternis imputandum est.*

6 *Et præsertim, quando pater coactè soluit.*

Pater si pro filio condemnationem soluat: eam filius in legitimam imputat.

CAP. XLVII.

1 LIcet de iure communi patre superstite non possit confiscari filij legitima. Bald. a Iberig. & alij in l. si qua pœna. ff. de his, qui sũt sui, vel al e-
2 ni iuris. † Cum filius in legitima viuente patre nullum ius habeat. l. 1. §. impuberi. vbi Bartol. ff. de coll. bon.
3 Vel si quod ius habet illud est conditionale, id est, si filius supetuixerit pa-
4 tri. † Et ad fiscum iura conditionalia non transeant. l. quoties in §. fin. ff. de nouationibus.
5 Nihilominus, si aliquid fuerit solutum à patre pro filio ex delicto per eum parato in legitimam, vel in bonis maternis imputandum est. Ruin.
6 cons. 149. nu. 12. & 14. vol. 3 † Et præsertim, quando coactè soluit. Surd decis. 167. nu. 11.

Solutio pro futuro debito conceditur.

CAP. XLVIII.

SOlutio pro futura obligatione fieri potest. l. solutum. in princ. ibi. vel futuro debitori, vel etiam ei, cui donaturus erat. ff. de solut. Rota Ian. Mercat. decis. 4. num. 19.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus solutioni est, cui solutio, vel consignatio facienda est.*
2 *Solutioni adiectus dicitur præsentator cedulæ, vel chirographi.*
3 *Adiectus solutioni agere non potest, nec cogere debitorem ad soluendum, li-*
cet ex eius receptione liberetur debitor.
4 *Adiecto solutioni rectè soluitur, quando cauet de rato.*

Solutioni adiectus quis dicatur?

CAP. XLVIII.

1 SOlutioni † adiectus dicitur ille, cui solutio, vel consignatio facienda
2 est: † Et dicitur solutioni adiectus, puta Præsentator chyrographi, vel cedulæ. Rota Ian. Mercat. decis. 54. nu. 4. quæ subdit ex Bart. & alijs in l.
3 qui stipulatus. ff. de solut. † istũ adiectum solutioni agere non posse: licet ex eius receptione liberetur debitor: nam solutioni adiectus non potest cogere debitorem ad soluendum. Magon. decis. Lucens. 34. nu. 1. qui num.
4 13. dicit, quod † adiecto solutioni rectè soluitur, quando cauet de rato. Plus adiectus solutioni etiam nouare nequit l. cui rectè. ff. de nouat. l. hoc iure in §. si quis dederit. ff. de donatio. habetur in l. Iulianus. in §. 1. ff. de noua. Gab. cons. 155. num. 33. in prine. qui nu. 34. subdit, quod nouatio non potest fieri ab eo, cui mandatur solui. latius hæc explicauimus supra cap. 5. casu 12.

SVMMARIVM.

1 *Ex solutione pensionis, census, & affictus non resultat plena probatio dominij, possessionis autem sic.*
2 *Et maximè, quando constat, quod soluens possidebat, vel quod de voluntate possidentis soluerit.*
3 *Vt etiam, quando solutio fit vero domino.*

So-

Solutio pensionis dominium non probat, possessionem autem sic.

CAP. L.

1 LIcet † ex solutione pensionis, census, vel affictus non resultat probatio dominij plena: sed præsumptiua tantum: tamen resultat concludés
2 possessionis probatio, † & maximè quando appareat, quod soluens possidebat, vel quod soluerit de voluntate possidentis: Socin. sen. cons. 266. nu. 13. vol. 2. Fely. in cap. cum Bertoldus. nu. 25. de sentent. & reiud. qui dicit hæc vera, quando solutio fit vero domino. Mascar. de probat. concl. 544. num. 3. & per totum par. 1.

Fideiussor soluens se à fideiussione liberat ipso iure, principalem autem suum ope exceptionis.

CAP. LI.

FIdeiussor soluens creditori ipse se liberat à fideiussoria obligatione ipso iure: principalem autem suũ ope exceptionis. l. Papinianus. ff. mandati. l. Stichum. §. si mandato. ff. de solut. l. cum his, vbi glos. & Bart. ff. de fideī. & tradit idem Bart. in l. Modestinus. ff. de solut. Rot. Ian. Mercat. decis. 4. num. 20. adnotauimus in tract. de fideiuss. par. 2. principali. sect. 10. cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Solutio mercedis in locationibus loco fructuum est.*
2 *Ex mercedis solutione probatur possessio.*

Solutio mercedis loco fructuum est.

CAP. LII.

1 SOlutio † mercedis in affictibus, & locationibus in locum fructuũ perceptorum, per conductorem subro-
2 gatur. Quo † fit, vt ex hoc per eam probetur possessio. Bart. in l. qui vniuersas. in §. quod colonum. & in l. quamuis in §. si conductor. vbi Alex. in vltimo not. ff. de acq. poss. Paris. cons. 104. aliàs 105. num. 89 vol. 1. supra cap. 50.

SVMMARIVM.

1 *Non soluens cambia tenetur ad interesse.*
2 *Cambia sunt ad instar contractus emptionis, & uenditionis pro quo interesse debetur.*

Non soluens cambium tenetur ad interesse.

CAP. LIII.

1 SOluere † debens cambium, & non soluens tenetur ad interesse. Nam
2 materia cambij † est ad instar contractus emptionis, & venditionis pro qua interesse debetur. l. cutabit. C. de act. empt. vbi Cag. num. 3. Rot. Innocen. decis. 1. num. 42.

SVMMARIVM.

1 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, & hypotheca.*
2 *Dummodo solutio irreuocabiliter fiat: secus si reuocabiliter † quia tunc quis non omninò, sed ad tempus liberatur.*
3 *Debitor reuocabiliter soluens eius liberatio tantum ad tempus contingit.*

4 *Solutione eius, quod debetur non tollitur obligatio, quando conditio solutioni apponitur.*
5 *Idem cum reseruatione solutio facta est.*
6 *Exceptio solutionis semper, & quandocunque opponi potest.*
7 *Bona fides non patitur, quod semel exactum iterum exigatur.*

Solutione debiti tollitur omnis obligatio.

CAP. LIIII.

1 SOlutione † eius, quod debetur omnis soluitur obligatio, & hypotheca. §. omnis. insti. quib. mod. sol. ob. cap. 1. de reg. iur. Deci. cons. 449. nu. 39. & 562. nu. 7. idem in cap. ex parte el secundo, num. 84. de off. deleg. Maluag. consil. 13. num 37. volum. 1. Surd. consil. 82. num. 1. lib. 1. Turret. consil. 49. num. 35. lib. 1. Socin. iun. consil. 55. num. 4. & 116. num. 1. lib. 2. qui num. 11. dicit hoc verum, quando solutio fit eo modo, quo fieri debet.

2 Declara tamen hanc regulã, quando id quod soluitur irreuocabiliter soluitur: secus si reuocabiliter: quia tunc solutione eius, quod debetur nõ soluitur omnis obligatio: sed quis liberatur ad tempus non autem omnino l. non videtur. ff. de acq. poss. l. si creditor. ff. de sol. vbi glo. Vincent. de Franc. decis. 200. num. 12. in 1. par.

3 † Nam si reuocabiliter debitor soluit, certè dictus soluens ad tempus liberatur Paris. consil. 102. nu. 23. & 24.

4 vol. 3. Qui addit istam regulam † non

5 procedere, quando conditio solutioni apponitur, vel cum reseruatione solutio facta est. Et ad longum ponunt istam conclusionem. Card. Tusc. pratic. conclusion. conclusio, 340. par. 7. Ioan. Baptista Asin. in sua prax. iud. § 31. lim. 15. cap. 2. num. 2. vbi vult,

6 quod † ista exceptio sit adeo potens, vt semper, & quandocunque opponi

7 possit, cum † bona fides non patiatur, vt semel exactum iterum exigatur. diximus infra cap. 81.

SVMMARIVM.

1 *Terminus, quando ponitur in obligatione ad eam differendam: tunc solutio fit in fine termini: secus si ad eam multiplicandam, & augendam: quia tunc in principio.*
2 *Solutio (alio non dicto) fit in fine termini, & præsertim quando fit in pluribus terminis:*
3 *Contrarium tamen est in solutionibus alimentorum, pensionum domorum, & alijs id genus, in quibus solutio fit anticipatè, & in principio termini.*
4 *Solutioni certæ quantitatis, quando plures termini adijciuntur tunc solutio fit in fine, & non in principio termini.*
5 *Dilatio, quando adijcitur fauore debitoris tunc solutio fit in fine termini.*
6 *Dilatio quando apponitur fauore creditoris, vt est in obligationibus annuis, in quibus tempus gratia multiplicãdæ obligationis ponitur, tunc solutio debet fieri in primo cuiuslibet anni.*

Solutio quando in principio, & quando in fine termini facienda sit.

CAP. LV.

1 QVando terminus † apponitur in obligatione ad solutionem differendam, & dilatandam: tunc solutio fit in fine termini: secus si ad obligationem multiplicandam, & augendam: quia tunc solutio fit in

princ.

princ. termini. Cast. in l. si cui. in §. ergo. nu. 6. ff. de leg. 1.

2 Et regulariter alio non docto, † nec expresso solutio fit in fine termini, & præsertim quando fit in pluribus terminis l. lecta. ibi. igitur finito primo mense vbi Ias. nu. 7. Albertig. & alij. ff. si cert. pet. Bart. & reliqui omnes in l. qui hoc anno. ff. de ver. obl. Cat. Tusc. prat. concl. par. 7. concl. 335. Qui hoc

3 limitat † in solutionibus alimentorũ, pensionum, & alijs id genus: vt ibidem per eum. Satis enim notum est

4 in iure nostro pronunciatum. † Quod quãdo solutioni certæ quantitatis plures termini adijciuntur: solutio fieri debet non in principio cuiuslibet termini sed in fine: quia dilatio fuit adie-

5 cta † fauore debitoris. §. omnis inst. de

6 verb. ob. secus quando † dilatio apposita esset fauore creditoris, vt est in obligatione annua: in qua tempus ponitur gratia multiplicandæ obligationis, & sic in fauorem creditoris: quia tunc solutio fieri debet in principio cuiuslibet anni. glos. in l. 1. C. quando dies leg. ced. vbi recenset vulgata illa carmina. Annua si debes tunc inspicies caput anni: anno si debes in fine teneberis anni. ita Cagno. in d. l. lecta. num. 93.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio, & terminus pars crediti, & summæ esse dicuntur. & num. 3.*

2 *Minus soluit, qui tardius soluit.*

Dilatio ad soluendum pars crediti dicitur.

CAP. LVI.

SOlutio debiti dilata in longum tẽpus facit, quod illud tẽpus sit pars crediti, † tempus enim pars summæ dicitur. l. 1. §. dies in fi. ff. de eden. l. solidum. ff. de solut. † Et tali casu minus soluit, qui tardius soluit. Corn. cons. 45. nu. 5. in fine volu. 1. † qui dicit solutionis partem tempus esse, & tempus censeri partem crediti, & summę. Alia supra posuimus. c. 42.

SVMMARIVM.

1 *Debitum bona fide præscriptum etiam quoad forum conscientiæ solui non debet.*

2 *Etiam quòd superueniat mala fides: modo hoc fiat post præscriptionem completam.*

Debitum bona fide præscriptum etiam in foro poli quis soluere non cogitur.

CAP. LVII.

SOlui non debet etiam † in foro poli debitum bona fide præscriptũ. Corn. consil. 176. num. 3. versiculo & quod etiam in foro poli. volum. 1.

2 † Et adeò præscribens est tutus in foro conscientiæ, vt idem & procedat si superueniat mala fides post præscriptionem completam. Caball. mille loq. 604. diximus cap. 4. cas. 6. supra.

SVMMARIVM.

1 *Locatio, in taxanda in ea mercede, regulatur à solito.*

2 *Solitum, in taxandis mercedibus pensionibus, & afflictibus locationum potissimum attenditur.*

In

In locatione, quoad solutionem mercedis attenditur iam solitum solui.

CAP. LVIII.

1 VBi constat † locationem esse factam, & non apparet sub qua pensione: tunc enim præsumitur facta sub ea pensione, quæ aliàs soluta
2 fuit. † In locationibus enim quoad earum mercedes, pẽsiones, & affictus taxãdas in dubio solitum potissimum spectatur. Alex. consi. 107. nu. 1. vol. 1. vbi signanter Natta in 1. addit.

SVMMARIVM.

1 *Solutio, & promissio de soluendo adæquantur.*
2 *Paria sunt, quòd aliquid soluatur, vel quòd debeat solui.*
3 *Promissio, & stipulatio solutioni comparantur.*

Soluere, & promittere soluere paria sunt.

CAP. LIX.

1 SOlutio, & promissio † de soluendo adæquantur l. fin. C. ad l. Falc. cum cõcordantijs ibi adductis per gl. l. si patronus, in §. 1. ff. de donatio. Pa-
2 ria enim sunt, † vel quod quid actu soluatur, vel quod debeat solui. Paris. consi. 33. nu. 23. vol. 4. Corn. consi. 210. num. 4. volum. 1. consi. 285. nu. 5. vol. 3. & consi. 102. num. 3. vol. 2. qui dicit
3 † solutioni adæquari solere promissionem seu stipulationẽ. Ceph. consi. 336. num. 19. vol. 3. Sutd. decis. 187. nu. 1. 7. 8. & 12. & diximus supra, cap. 2. cas. primo.

Soluens aliquid ne molestetur, solutum velut vsuras reperit, vel in sortem imputat.

CAP. LX.

SI ego soluo tibi aliquid ne vexer à te super principali debito, tale solutum vt vsuras repetere possum, vel in sortem computare Alex. consi. 80. num. 11. & 12. vol. 3.

Solutio collata in mei voluntatem vti conditionalis nihil ponit in esse.

CAP. LXI.

SI tibi soluere promitto ad voluntatem meam: cum talis promissio sit conditionalis, & contineat conditionem potestatiuam, quando voluero, & nihil in esse ponat per eam quis ad soluendum astringi nõ potest Bart. in l. centesimis. in §. fi. ff. de ver. oblig. Alex. consi. 72. num. 14. vol. 5.

De damni emergentis solutione.

CAP. LXII.

SOluere, si mihi teneris ad certam, & præfinitam diem centum: Et quia non soluisti ab alio sub vsuris accepi dicta centum: Repetere à te possum dictas vsuras dictorum centum, vti debitore moroso, vti interesse dãni emergentis. Innoc. in c. 2. de vsur. Rom. consi. 517. nu. 13. Diximus latè in nostro tract. de vsur. sub c. de damno emergenti.

SVMMARIVM.

1 *Morosus in solutione non dicitur, qui iustam litigandi causam habet.*

Moro-

2 *Morosonullum interesse debetur.*
3 *Morosus quis non dicitur, quando eius petitioni aliquid obijci potest.*
4 *Mora non potest obijci ab eo, qui plus debito petit.*

Morosus in solutione non dicitur, qui iustam litigandi causam habet, nec ab eo vllum interesse peti potest.

CAP. LXIII.

1 SI quis soluere † teneatur: si tamen iusta cum causa litigat: morosus
2 in solutione esse non dicitur, † nec ab eo vllum interesse peti potest: l. si quis solutioni. ff. de vsur. Ceph. cons. 407.
3 nu. 34. vol. 3. † Quando enim petitioni aliquid relegans obijci potest: iunc nunquam quis in solutione morosus
4 dicitur: † Et ideo mora non potest obijci ab eo, qui plus debito petit. Natt. cons. 670. num. 13. vol. 4.

Solutum ex causa indebita computatur in causam debitam.

CAP. LXIV.

SOlutum ex causa indebita computatur in causam debitam l. creditor, in §. fi. ff. de solut. l. eleganter. in §. si post. ff. de condit. indeb. l. & post. in §. fin. ff. de transact. Rom. cons. 238. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Solutio partis debiti impedit præscriptionem in residuo.*
2 *Modo creditor sibi deberi sciat.*
3 *Soluens partem debiti non tantum agnoscere bonam fidem, sed etiam fateri se debitorem censetur.*
4 *Partis acceptatione tota conseruatur obligatio.*
5 *Habens ius plura respiciens, si vtatur iure illo in uno, aut in pluribus: conseruat sibi ius in totum etiam quoad alia ad impediẽdam præscriptionem.*

Solutio partis impedit præscriptionem in residuo.

CAP. LXV.

1 SOlutio partis † tollit beneficium præscriptionis inchoatę in residuo
2 dum creditor † scit sibi deberi. gl. & doct. in l. cũ nostissimi in §. imo. §. sed & si quis. & §. in ijs C. de præscript. 30. vel 40. ann. Bartol. in l. si prius in princ. ff. de aq. plu. arcend. Rom. cons. 195. num. 4. Cuman. consil. 81. nu. 2.
3 Soluens † enim partem debiti, cum agnoscat bonam fidem, & fateatur se debitorem impedit præscriptionẽ alterius partis debiti. Rom. d. cons. 195. aliàs 198. circa fin. vbi Mand. in vlt. add. Boui. de stat. vrb. ptę script. gl. 19. nu. 224. vers. 16. Et ratio est: quia acceptatione partis tota conseruatur ob-
4 ligatio: Et ideo habens ius plura † respiciens, si vtatur iure illo in vno, vel in pluribus cõseruat sibi ius in totum etiam quoad alia ad impediendi præscriptionem. Aym. cons. 27. num 2 & cons. 55. nu. 1. Ceph. cons. 515. nu. 26. volum. 4.

Solutio onerum per vnum facta non præiudicat alteri, nisi eo sciente, & patiente fiat.

CAP. LXVI.

SOlutio onerum realium facta per vnum non præiudicat, quod alius in dicta re prætendit l. censualis. & l. si fun-

functiones. C. de donat. l. solemnibus. C. de rei vend. Nisi sciente, & patiente eo, de cuius præiudicio agitur l. iura. C. de agri & cens. lib. 11. Roman. cons. 175. num. 10. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Soluens onera: tunc censetur suo priuilegio renunciasse, quando per 30. annos soluerit, & quando sit talis, quod dictæ eius immunitati renunciare possit.*
2 *Soluens onera tantum sibi in solutis præiudicat, & non in alijs.*

Onera soluens an, & quando censeatur suo priuilegio renunciasse.

CAP. LXVII.

1 SOluens onera † ad hoc vt dicatur suo priuilegio, & exemptioni renunciasse, requiritur non tantum vt per 30. annos soluerit: verum etiam quòd sit talis, quod potuerit suo priuilegio renunciare. Ceph. consil. 58. nu. 91. & 93. vol. 1. Ias. cons. 25. nu. 3. vol. 3. vbi Bocci. in add. in littera C. &
2 D. qui num. 5. inquit. Quod † per solutionem oneris quis sibi in eo tãtum præiudicat, quod solutum est, & non in alijs.

SVMMARIVM.

1 *Creditor posterior recuperans suum creditum non potest amplius à creditore priori etiam hypothecam habente molestari.*
Et hoc ex quadam æquitate, & ad lites dirimendas. num. 4 & ibi.
2 *Creditores plures vnius debitoris illi efficiuntur priores, quibus primo solutio facta est.*
Fallit hoc tamen multis modis. num. 12.
3 *Creditor primus ille dicitur, cui primo debitor soluit.*
5 *Vigilantibus, & non dormientibus iura succurrunt.*
6 *Industria pœnes dissidia non soluit.*
7 *Creditor de posteriore fit prior, quando recipit creditum suum sine fraude: sed sine vitio, & bona fide.*
Idem quando in solutione, & consignatione interuenerunt iurgium, sententia, & res iudicata, & sic quando res fuit acquisita cum impensa, & ex titulo oneroso num 8. & 9.
10 *Creditor solutus de posteriori anterior fit, quæ eidem solutio est facta in pecunia, quæ non extat: sed iam reperitur consumpta.*
11 *Contrarium tamen absolutè, & in quantitate, & in specie tenet Ceph.*
12 *Creditor solutus: quod de posteriore efficiatur prior: hæc regula multis modis limitatur.*

Debitor soluens antetiore creditore neglecto posteriori creditori an, & quando molestari possit.

CAP. LXVIII.

1 CReditor posterior, cui † per debitorem eius creditum solutum fuit nõ potest infestari à creditore anteriore etiam habente hypothecam.
2 Vbicunque enim sunt plures † creditores vnius debitoris, ille est potior, cui primo est satisfactum. l. pupillus, in fi. & l. qui autẽ in §. apud. & l scien dum. ff. quæ in fraud. cred. l. & si non expedit. in §. 1. ff. de bo. auth. iud. poss. l. nihil dolo. vbi etiam gl. & DD. ff. de reg. iu. gl. in l. priuilegia prope fi. gloss. magnę. ff. de priuil. cred. Bart. Ang. & Cum. in d. l. pupillus. Sal. & Cast. in l. pecunia. ff. de priuil. fisci. Affl. decis. 190. num. 5. 6. & 7. vbi Cęsar Vrsillus

in

in additionibus Capic. decis. 78. nu. 2.

3 Grammat. q. 1. num. 2. † dum vult illum censeri primum creditorem, cui primo debitor soluit. Surd. decis. 44. num. 10. cum seq. & decis. 60. num. 9. Paris. cons. 69. nu. 1. lib. 4 Didac. practicatum quæst. cap. 29. num. 2. Ceph. cons. 86. num. 5. lib. 1. & consil. 448. num. 29. volum. 3. & 555. num. 3. in quinto. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 45. num. 4. part. 1. qui num. 20. dicit

4 hoc pronunciatum procedere † potius de æquitate quadam, & ad dirimendas lites, & ne totus mundus subuertatur, quam de iuris rigore. Et huius conclusionis ratio multiplex assignatur. Prima est: †

5 quia iura vigilantibus, & nō dormientibus subueniunt.

6 Add. l. pupillus. † Altera ne industria pœnas diffidiæ soluat. l. fi. §. pen. C. depos. Negus. de pig. in secundo memb. 5. part. sub num. 37. versic. non obstat text. Et præmissa videntur indubitata: †

7 quando posterior creditor recipit suum creditum sine vitio: sed bona fi-

8 de: Et eò fortius, quando in solutione consignatione, adiudicatione, datione in solutum, ac recuperatione secūdus creditor posterior reperit resistētiam, cò quia rem recuperatam inuenit possessam per alium in eatus prætendentem, †

9 & ideo in dicta re auocanda ab eo faciat magnam impensam, & eam ex titulo oneroso consequatur, & sic in vim sententiæ, & rei iudicatę: Nam tali casu rem recuperatam spectare ad recuperantem etiam posteriorem creditorem expulsis prorsus anterioribus, & potioribus creditoribus voluit Ceph. dicto consil. 555. num. septimo, volum. 5.

10 Et licet DD. prefati videantur † loqui quando solutio est facta in pecunia, quæ non extet, & sit consumpta: Aliàs (secundum eos) contrarium esset, si consignarentur, & adiudicarentur in solutum creditori immobilia, & stabilia, quæ (cum in eis cadat hypotheca) poterunt à creditore anteriore auocari, & euinci, quod non est in pecunia in qua non cadit hypotheca.

11 † Nihilominus Ceph. consilio prædicto 555. num. 7. lib. 5. vult absolutè, & indistinctè: Quod etiam in immobilibus, & stabilibus creditor anterior habens hypothecam non possit reuocare solutum posteriori creditori ex rationibus, & fundamentis ibi ponderatis per eum.

12 † Excipiuntur tamen à prænarratis nonnulli casus, relati per doctores supra citatos.

Primus est, quando creditor posterior per fraudem, & dolum suum creditum recepisset.

Secundus, quando esset factus locupletior: eò quia vltra suum creditum etiam aliquid plus secundus creditor recepisset.

Tertius, quando primus creditor esset priuilegiatus, vt sunt fiscus, & dos. Ceph. d. cons. 448. nu. 31.

Quartus, quando creditor posterior consequutus fuisset suum creditum ex causa lucratiua. Ceph. d. consil. 555. num. 10.

Quintus, quando adhuc pecunia, vel species extarent.

SVMMARIVM.

1 *Soluens non repetit, nisi prius sibi cessis iuribus.*

2 *Cessio iurium fit in actu solutionis, aliàs non suffragatur.*

3 *Cessio iurium, an per fideiussorem post solutionem impetrari possit.*

Sol-

Soluens pro alio non repetit, nisi cessa sibi actione.

CAP. LXIX.

1 QVi † pro alio soluit, eidem ius repetendi non datur, nisi prius sibi actione cessa à creditore: creditorque, cui solutio fit, ad cedenda cótra alios iura suo nomine soluenti compellitur. l. nulla. vbi Bald. C. de solut. l. si in rem. vbi omnes. C. si cert. pet. l. mulier. vbi gl. & Bald. ff. qui pot. in pign. hab. Decr. cons. 104. num. 2. & 446. in princ. Viui. decis. 218. num. 2.

2 † Et dicta actionum, & iurium cessio debet fieri in actu solutionis aliàs non iuuat. l. Modestinus cum ibi not. ff. de solut.

3 † Et an cessio iurium possit per fideiussorem post solutionem impetrari, vel alium pro eo soluentem Socin. iun. consil. 27. lib. 2. & aduertimus in tract. nostro de fideiuss. in 2. par. principali. sect. 6. cap. 5. de beneficio cedendarum.

Soluere denegans non dicitur spoliare.

CAP. LXX.

SOlutionem recusans spoliare non dicitur: quando maximè agens prætendit se spoliarum non esse, sed esse in quasi possessione exigendi: Et ideo tali agenti debet concedi mandatum de Manutenendo. Verall. decis. 167. num. 1. 2. & 3. in 2. part.

SVMMARIVM.

1 *Soluere sibi ipsi nemo potest.*
1 *Nisi de stylo mercatorio.*
3 *Idem quando quis vices duorum repræsentat.*
4 *Similiter in eo qui diu bona debitoris administrauit.*
5 *Itidem per scripturæ directionem.*

Soluere quis sibi met non potest.

CAP. LXXI.

1 SIbi ipsi quis † soluere non potest
2 fallit † tamen de stylo mercatorio secundum quod quis sibi soluere potest Ror. Ian. Mercat. decis. 32. nu. 4.
3 † Vtetiã in casu decis. Pute. 277. nu. 6. par. 1. scilicet: quando quis repræsentat personam duorum. Vt pariter in
4 eo, † qui diù bona debitoris administrauit. Affl. et. decis. 13. nu. 14. Aym. cons. 129. nu. 5. Surd. de alimen. tit. 3.
5 q. 7. nu. 12. vt similiter † per directionem scripturæ in libro soluere debentis. l. quoties. §. non tantum. ff. de administr. tut. Ror. Ian. Mercat. decis. 1. num. 8. & 22. vbi declarat, quomodo hoc dictum intelligendum sit.

Solutio in vnica, vel pluribus vicibus fieri potest.

CAP. LXXII.

SOlutio an fiat vnica numeratione, vel diuersis vicibus nihil interest. l. generali §. hæredi. ff. de vsufruc. leg. Ror. diuers. in impress. decis. 739. nu. 3. par. 3. His videtur contrariari, quæ supra retulimus sub cap. 30. quæ parte diuisas solutiones recusante procedunt.

SVMMARIVM.

1 *Soluere idem bis æquum non est.*
2 *Bona fides non patitur, vt semel exactum iterum exigatur.*

3 Vnica

3 *Vnica solutio sufficit.*
4 *Semel bene solutum amplius non est soluendum.*
5 *Modo solutio sit facta vero domino, & creditori: vel eius verò procuratori alias secus. num. 5. ibid.*

Solutionem duplicatam bona fides abhorret.

CAP. LXXIII.

1 SOluere bis idem æquum non est. l. bona fides. ff. de reg. iur. c. bona fides. de reg. iur. in sexto, vbi dicitur.
2 † Quod bona fides non patitur, vt semel exactum iterum exigatur.
3 † Vnica enim satisfactio sufficit Afflict. decis. 150. nu. 19. Corn. consil. 33. nu. 20. vol. 2. Ceph. consil. 189. nu. 24. vol. 2. & 352. num. 7. vol. 3 † Semel
4 enim benè solutum amplius soluendum non est Rot. Ian. cartul. execut. decis. 30 num. 5.
5 Declara, & intellige, † quando solutio est facta vero domino, & creditori, vel eius vero procuratori, aliàs secus. Deci. in d. l. bona fides. Barsar. consil. 113. nu. 24. vol. 1. Rota Ianuen. d. decis. 30. nu. 17. quę num. 18. & 19. multis alijs modis hoc declarat.

Solutum intuitu pecuniæ vsura est.

CAP. LXXIV.

SOlutio, quando intuitu, & contemplatione pecuniæ fit, tũc semper vsura committitur, licet nomine interesse, vel alio quouis nomine appelletur. c. plerique. 14. q. 3. Crot. consil. 137. nu. 16. volum. 1. diximus in tract. nostro de vsur. in 2. parte pratic. 7. cap. 18.

SVMMARIVM.

1 *Soluens non per hoc censetur, quod ei, cui soluit debitor sit.*
2 *Debitor de solutione, vel præscriptione excipiens non ob id fatetur se debitorem esse.*

Soluens alteri non per hoc præsumitur, quod eius sit debitor.

CAP. LXXV.

1 EX solutione per Seium Titio facta: non per hoc arguitur, quod Titio debitor sit l. si cum dos. vbi Bar. not. ff. rerum amot. Bart. Bald. & Saly. in l. si quidem. C. de transactio. Natt.
2 cons. 358. num. 13. vol. 2. † Immo reus excipiẽs de solutione, vel præscriptione non per hoc dicitur fateri debitum Natt. cons. 134. num. 1. vol. 1. diximus supra c. 23.

Soluere in pecunia, quando quis tenetur: data impotentia præstando stabilia liberatur.

CAP. LXXVI.

DEbitor in pecunia data impossibilitate, & seruatis nonnullis alijs, de quibus in Auth. hoc nisi. C. de solut. offerendo immobilia liberatur. vt plenè diximus in nostro tract. de fideiuss. part. 1. principali in præludijs sect. 3. c. 7.

Creditor administrator bonorum debitoris præsumitur de suo credito satisfactus.

CAP. LXXVII.

SI creditor administrauit bona debitoris. Puta: quia tutor, procu-

rator

rator negociorum gestor, vel aliquod aliud simile officiū habuerit, tali casu præsumitur de suo credito satisfactus, & solutus Aff. dec. 13. num. 14. Aym. cons. 129. num. 5.

Solutio administratori de proximo remouendo facta liberat debitorem soluentem.

CAP. LXXVIII.

SOluens procuratori quem de proximo sciebat remouendum, ac reuocandum: cum in culpa esse non dicatur, ab obligatione, cui subijcitur ex dicta solutione liberatur. Bald. in l. inuito. in §. fin. C. de solut. Ang. in l. si quis seruo. num. 1. ff. de solut. Abb. in c. ex parte Decani, num. 13. de rescrip. Anch cons. 285. in 2. dub. Aym. cons. 6. num. 94. posuimus sup. cap. 5. cas. 3. vers. item soluens.

SVMMARIVM.

1 *Solutio ab administratore paupere facta præsumitur de pecunijs illius, cuius bona administrauit.*
2 *Magna pecuniarum quantitas non est præsumendum quod de bursa pauperis hominis exierit.*
3 *Administrator præsumitur soluisse de pecunijs administrationis, & non de proprijs.*

Solutio ab administratore paupere facta: præsumitur de pecunijs illius, cuius bona administrauit.

CAP. LXXIX.

1 ADministrator † non valdè diues, quando exbursauit notabilem pecuniarum summam, præsumitur eam soluisse de pecunijs illius, cuius bona administrauit. Aym. consil. 129. nu. 3. † Nam magna quantitas pecuniarum non est præsumendum, quòd de bursa pauperis hominis exierit: secundum Bald. cons. 265. nu. 5. 6. lib. 1. Mascard. de prob. conclus. 53.
3 lib. 1. vbi simpliciter firmat, † quod administrator præsumitur soluisse de pecunijs administrationis, & non de proprijs. ibid. num. 1. 4. & 7.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio solutionis non tantum impedit executionem instrumenti verū etiam post sententiam opponi potest.*
2 *Exceptio solutionis etiam in actu executionis opposita suffragatur.*
3 *Solutionis exceptio non censetur reiecta etiam per statutum omnes exceptiones ammouens, & nu. 5.*
4 *Exceptio solutionis nunquam tollitur, quin allegari, deduci, & probari possit.*
6 *Solutionis exceptio in vrbe etiam opponitur cōtra obligationem cameralem iuratam: & in regno contra executionem census Bullaris.*
7 *Dummodo de ea constet per instrumenta publica vel alias scripturas plenam fidem facientes.*
8 *Exceptio solutionis non dicitur propriè exceptio sed defensio: & dicitur elidere actionem ipso iure, & appellatur actionis defectus.*
9 *Iudex ex suo officio exceptionem solutionis supplere potest.*
10 *Solutionis exceptio vti peremptoria non potest opponi nec post conclusum in causa nec post rem iudicatam (secundum non nullos.)*

Solu-

Solutionis exceptio est magnæ virtutis, & potentiæ, & quandocunque opponi, & allegari potest.

CAP. LXXX.

1 SOlutionis exceptio † est adeò efficax: vt non tantùm impediat executionem instrumenti verum etiam post sententiam opponi potest. Castr. cons. 257. lib. 2. Corn. cons. 212. nu. 3. vol. 2. Boer. consil. 189. nu. 12. lib. 3. Cagn. in l. bona fides. nu. 3. ff. de reg. iur. Capell. Tolos. decis. 70. Rot. Ian. decis. 104. num. 2. dum volunt, quòd exceptio solutionis tam contra executionem sententiæ, quàm contra executionem instrumenti, & contractus habẽtis ex forma statuti executionem paratam semper, & quandocunq; opponi potest. † Semper enim de solutione dari potest etiam in actu execu-
2 tionis. † Et huiusmodi exceptio est
3 tantæ virtutis: & adeò potens, vt non tollatur statuto nullitates admittente, vel tollente. Rot. Ian. d. decis. 104.
4 nu. 1. † Solutionis enim exceptio nunquam tollitur quin allegati, deduci, & probari possit, & allegata, deducta, & probata non suffragetur Vtsill. ad Afflict. decis. 272. num. 2.

5 Et quod solutionis † exceptio nunquam censeatur exclusa, etiam quod statutum contra executionem instrumenti, & sententiæ nullam exceptionem admitteret: quia nihilominus exceptio solutionis censetur reseruata dixerunt Bald. in l. si non sortem. §. 1. num 5. ff. de condit. indeb Alexand. consil. 2. num. 7. volum. 5. & in l. 1 in §. & patui in addit. ad Bittol. sub nu. 7. in littera A. in versic. & an possit. ff. quod vi, aut clam, cum alijs relatis à Carol. de Graff. in suo tract. de ex-

6 cept. exceptio. 25. num. primo. † Et ideo in vrbe hæc exceptio solutionis potest opponi contra obligationem cameralem etiam iuratã Turret. consil. 49. num. 34. consil. 87. num. 12. & consil. 74. num. 37. lib. 2. & in regno contra executionem census bullaris, dummodo de solutione constet authenticis documentis, & alijs scripturis plenam fidem facientibus vt per Carol. de Graff. d. except. 25. num. 2.
7 † Et hoc respectu exceptio solutionis propriè, & verè exceptio non dicitur: sed defensio. glos. in cap. 1. in verbo defensionis de litis contest. Couar. in regula peccatum relect. 1. num. 5. de reg. iur. in 6. Et hac de causa dicitur
8 elidere actionem ipso iure, & appellatur actionis defectus. Carol. de Graff. dict. exceptio. 25. numero 6. 7. & 8. Qui hoc attento subdit, quod iudex ex officio istam exceptionem supplere potest.

Non defuit tamen Cum. super rit. Sicil. c. 9. nu. 23. qui tenuit istam solutionis exceptionem vti peremptoriam non posse opponi, nec post conclusum in causa, minusque post rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Successor regulariter nõ tenetur ad pensiones decursas, ut etiam ad debita contracta, & non soluta per suum antecessorem in beneficio, & num. 7.*
Nisi factis diligentijs per creditorem contra debitorem antecessorem. numero 2. & 8.
Vt etiam nisi sint debita necessaria pro Ecclesiæ urgentijs, ut itidem pro antecessoris sustentatione, & alimonia. num. 3 5. & 9.
4 *Successor an teneatur ad sui antecesso-*

ris æs alienum, & debita, articulus est valdè dubius: & in palatio Apostolico adhuc non decisus.

6 *Rota Romana nõ procedit ad fructus decursos tempore antecessoris contra successorem.*

Successor non tenetur soluere pensiones ac debita per prædecessorem non soluta.

CAP. LXXXI.

1 SVccessor nõ † tenetur soluere pensiones per prædecessorem non solutas: ac debita à suo aurhore contracta. Crescent. de solut. decis. 3. num. 5. qui docet ita seruare Rotam Romanam: Quod intellige † non factis diligentijs contra prædecessorem: aliàs secus. His adde Mohed. de off. Vicar.
3 decis. 4. † Qui dicit, quod successor tenetur ad debita antecessoris mediati. Pur. decis. 43. & 44. lib. 2. num. 1. &
3. tũ vult, & declarat ista vera in debitis necessarijs: secus in voluntarijs. Benè Cassad. de locat. & cond. decis. 3.
4 & melius decis. 4. num. 3. † Qui dicit passum iustum valdè dubium: & non dum in Palario Apostolico decisum. Capel. Tolos. q 59 num. 3. quæ vult,
5 † quod successor in beneficio tenetur soluere debita sui antecessoris pro necessitate Ecclesiæ contracta, & hoc extendit ad Prælatum, qui ad debita sui prædecessoris tenetur pro sui substentatione, vel necessitate corporali facta. Rot. diuers. in impres. decis. 682. lib. 3.
6 quæ dicit † Rotam Romanam non solere procedere ad fructus decursos tẽpore antecessoris contra successorem.
7 Regulariter enim successor † singularis non conuenitur ex debitis cõtractis & non exactis, ac solutis tempore sui antecessoris. l. fi. ff. de cõtrah. empt. l. 1. § si hæres ff. ad Trebel.
8 Nisi † factis diligentijs, & in subsi-
9 dium. Etiam quòd debita fuerint cõtracta pro ecclesiæ indigentijs, & necessitatibus; Ceph. consil. 161. nu. 28. volum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Soluendo quem non esse multis modis dicitur, & recensentur sex.*
2 *Soluendo quem non esse discussione bonorum vera probatio fit.*
3 *Soluens esse quis in dubio præsumitur.*
4 *Soluendo quem non esse non est satis dicere, & ad hoc notorium allegare.*
5 *Soluendo quem non esse non potest transire in notorium: in manifestum autem, & famosum sic.*
6 *Soluendo quem non esse, & eius nomen non esse bonum pariasunt.*

Soluendo non esse quis dicatur.

CAP. LXXXII.

1 SOluendo † non esse quis multifariam dicitur.

Primo ille, qui latitat soluendo esse non dicitur. Rot. Ian. Mercat. decis. 168. num. 15.

Secundo, qui in carceribus moritur ratione ærisalieni. Paris. cons. 50. num. 60. vol. 1.

Tertio ille, cuius nomen non recipitur, nec bonum est. Rot. Ianuen. decis. 156. num. 2. & 3.

Quarto, qui totum soluere non potest Aym. cons. 199. num. 7.

Quinto etiam ille, à quo non facilè solutio impetrari, & haberi potest. Ias. in l. pro hærede. in §. 1. nu. 20. ff. de acq. hæred. Et quãdo quis dicatur non esse soluendo videantur Aym cõs. 77. nu 5. Paris d. consil. 50 num. 62. cum
2 seqq. volum. 2. † Dicentes verum modum

dum probandi quem non esse soluendo esse discussionem bonorũ. Et ideò ad hoc, vt quis dicatur non esse soluendo excussio bonorũ exigitur. Rol. cons. 91. nu. 27. vol. 2. Doct. in Auth. hoc nisi. C de solutio. Rom. cons. 163. constitutio. nu. 4. circa medium, qui dicit discussionem multifariam fieri posse. Et multis alijs modis quem notoriè non soluendo dici tradit Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 45. num. 16. in 1. part.

3 Et scias. † Quod in dubio quis præsumitur esse soluendo. Ceph. cõs. 719. num. 58. & 59. vol. 5.

4 Item. † Quod non est satis dicere quem non esse soluendo, & ad talem effectum notorium allegare. Rom. d.

5 cons. 163. nu. 4. in fi. † qui sub num. 5. inquit hoc in notorium transire non posse, licet in manifestum, & famosum sic.

6 Insuper. † Quod ille, qui non soluendo est aliàs decoctus, aliàs ruptus dicitur. Et quod parùm sunt quem soluendo non esse, vel eius nomen non esse bonum. Rot. Ianuen. Mercat. decis. 156. num. 3.

Solutio debiti propter debitoris infirmitatem retardari non debet.

CAP. LXXXIII.

SOlutio debiti ob debitoris ęgritudinem differenda non est. l. si quis instituatur. in fin. ff. de hæredib. instit. Bald. cons. 314. num. 4. vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Verba datum, & solutum in instrumento apposita numerationem pecuniæ probant.*

Idem si dicta verba apponuntur in apochis, vel alia priuata scriptura. ibid. num. 2.

Pari ratione si fuerint prolata ad præsentiam testium. num. 4.

Eodem modo quando dictum est, quod vna ex partibus habuit, & recepit. num. 5.

Idem, quando in instrumento inseruntur verba numeraui, vel alia æquipollentia. num. 6.

2 *Verba dedit, & soluit possunt verificari in confessione, & delegatione, & in mutuo ciuili.*

7 *Notarius quomodo, & per quæ verba debeat scribere in instrumentis confessionem, & numerationem, remissiuè.*

An ex verbis datum, & solutum numeratio pecuniæ probetur?

CAP. LXXXIV.

1 HAesitant nostrates † Num. si in instrumento dicatur fuisse aliquid datum, vel solutum ex istis verbis numeratio pecuniæ probetur? † Et

2 in mutuo verba ista dedisse, & mutuasse non importare numerationem, cum possint verificari in confessione, & delegatione, & sic in mutuo ciuili tenent Bald. in rub. C. de fid. instrum. num. 14. Barr. in l. singularia. num. 22. vbi Castr. nu 8. hanc sententiam humaniorem appellat. Alex. nu. 33. Ias. num. 46. & seqq. Dec. nu. 30. ff. si cert. per. Castr. & Alex. in l. prædia. ff. de acquir. poss. Alex. cons. 179. visa scriptura nu. 6. vol. 2. Felyn. in cap. si cautio. num. 53 de fid. instr.

Et licet à præmissis dissentiat Angel. in d. l. prædia: Nihilominus prima opinio vera, & communis est.

3 Quam extende † etiam ad instrumentum priuatum. Puta apocham,

seu chyrographum, in quibus debitor, seu contrahens dixerit habui, & recepi: nam tali casu cum etiam talia verba possint intelligi in mutuo ciuili non censetur facta solutio, & actualis numeratio Angel. in dict. l. prædia. Bartol. in l. si ex cautione in prima lectura. num. primo, in fin. & ibi Castr. num. 4. vbi etiam Salyc. C. de non nume. pecun. idem Castr. in rubric. C. de non num. pecun. in fin. Qui dicunt id
4 etiam † esse verum si dicatur ad præsentiam infrascriptorum testiũ. Quod tamen non admittunt Felyn. in dicto cap. si cautio. num. 53. Alex. in l. si ita stipulatus in §. Chrisogonus. num. 12. ff. de verb. oblig.

5 Declara tamen, & intellige prædicta procedere, quando in instrumento diceretur, quod vna ex partibus habuit, & recipit: nam tali casu censetur facta solutio, & subsequuta numeratio. glos. magna. in l. si ex cautione in verbo accepit vbi Bald. quæst. 3. num. 7. Salyc. in 5. quæst. C. de non numer. pecun. quo in loco admonet notarios
6 ne scribant † numerationem, vel alia verba idem importantia: si pecunia verè realiter, & cum effectu non intercesserit idem firmant Aret. in §. actionum. num. 13. instit. de actio. Socin. consil. 3. num. 3. & 11. volum. primo, Alexand. in d. l. si ita stipulatus in d. §. Crisogonus. nu. 11. & dicto cons. 179 num. 3. in 7. Iaf. in d. l. singularia. num. 48. qui docet notarios quomodo, & per quæ verba debeant scribe-
7 re in instrumentis † vel confessionem vel numerationem. Vide ad materiam huius capituli quæ posuimus sup. sub cap. 1. in princ.

Obligans se certo loco soluere, tantum tempus ei indulgendum est: vt in dictum locum se conferat.

CAP. LXXXV.

PRomittens certo loco soluere: tantum tempus arbitrio iudicis habere debet, vt in locum se conferat. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. cas. 2.

SVMMARIVM.

1 *Duobus litigantibus super eadem re interim realiter est deponẽda pecunia pro fructibus dictæ rei debita ad effectum causa consignandi cui, vel quibus de iure.*

Duobus contendentibus: cui interim sit soluendum.

CAP. LXXXVI.

SI contingat, quod duo litigent super dominio directo alicuius rei feudalis, vel emphyteoticæ, interim donec sub iudice lis est, cui per vasallum, vel emphyteotam soluendũ est? Dicas. Quod debitor debet se promptum offerre, & exhibere, quod soluet
1 ei, qui obtinebit: Et furius esset realiter deponere pecuniam debitam ad effectum ipsam cõsignandi cui de iure: ita gl. & doct. de feudo loquentes, in l. lites, in fin. C. de agric. & cens. lib. vndecimo, Bald. in l. Lucius. ff. famil. erciscun. & de emphyteota Boer. decisione 106. dum etiam vult, quòd si est cõtentio inter duos de aliquo fundo colonus poterit dicere neutri se daturum fructus: sed satis erit, quòd satisfaciat de eos restituendo illi, qui per sententiam reportabit, & ad præmissa videatur etiam Caballin. mille-

loq.

loq.648. in 1.p. Alios id tenentes adnotauimus supra c.33. lim.8.

Promittens soluere centum intra mensem: aliàs dat in solutũ creditori præsenti, & acceptanti talem rem: non potest elapso mẽse cogere creditorem ad recipiendam dictam rem in solutum: sed creditor habet electionem consequendi rem, vel centum.

CAP. LXXXVII.

SOluere promittens centum intra mense, aliàs dans nunc prout ex tunc in solutum talem domum creditori præsenti, & accepiãti faciendo cũ in casum puram venditionem: nõ potest elapso termino cogere creditorem ad recipiẽdam in solutum dictam domum: sed erit in electione, & potestate creditoris dictam domum accipere, vel centum cõsequi: nam intelligitur hoc volente creditore dictam domum in solutum accipere, aliàs non censetur recessum à prima obligatione quantitatis sibi debitæ, nec illa nouata, ita Cagn. in l. vnica. num. 77. ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit, inquiens prędicta cẽseri cumulata ad fauorem creditoris.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia insoluente ipsum ab excommunicatione liberat.*

2 *Et quòd sub pœna excommunicationis per superiorem soluere infra certum tempus astrictus sit.*

3 *Secus si superioris iudicisque mandatum, & iussum contempserit.*

Impotentia soluentis, facit, vt ipse in excommunicationem non incidat.

CAP. LXXXVIII.

1 QVi propter impotentiam soluere † non potest in excommunicationem non incidit: Et maximè si
2 mandatum iudicis † non contempserit. Oldr. consil. 277. quod Abbas. in
3 princ. † Etiam si sub pœna excommunicationis ad certum tempus soluere per superiorẽ iussus sit. Asin. in prax. iud. §. 3. c. 37. num. 11.

Soluens pro alio non debitor, potius eius negocium censetur gerere quam ei donare.

CAP. LXXXIX.

SI quis pro alio soluit, & non sit debitor, potius præsumitur negotiũ eius gerere, & sic animo repetendi soluere, quam ei donare: Quod, & in muliere eò facilius recipitur. l. sed si ego in §. fin. ff. ad Velleia. Bald. in l. 1. nu. 6. C. ad Vellei. cum alijs de quibus per Mantic. de tacit. & amb. lib. 13. tit. 9. donatio an in dubio præsumatur. num. 13. & 17. part. 2.

Soluens pro alio sine mandato actione negociorum gestorum repetit.

CAP. XC.

SI quis soluit debitum alicuius absque mandato, modò vtile negotium gerat, habet cõtra eum actionem negociorum gestorum ad repetendũ, & recuperandum per eum solutum: l. ex mandato. in fi. ff. mand. gl. in l. soluendo. ff. de neg. gest. Gabr. conc. 155. num. 35. in fin. cum seqq. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Solutio quando facienda est infra certum tempus, puta per Titium declarandum: si Titius moritur antequam declaret: declaratio iudicis arbitrio facienda est.*

2 *Dies solutionis non est substantia obligationis: sed exactionis.*

Declarandum ob mortem non declaratum: iudicis arbitrio declaratur.

CAP. XCI.

1 SI † quis emit fundum pro centum soluēdis infra certum tempus arbitrandum, ac declarandum à Titio: si Titius antequam arbitretur moriatur, declaratio iudicis arbitrio faciendā est. † Nam dies solutionis non est de substātia obligationis: sed exactionis. l. ex his verbis. C. quando dies leg. ced. Bald. in c. Quinta vallis. num. 11. & 12. de iureiur.

2

SVMMARIVM.

1 *Solutio debiti potest fieri ante tempus.*
2 *Nisi tempus esset appositum fauore creditoris.*
3 *Et etiam nisi ex tali solutione creditor pateretur interesse.*
4 *Tempus medium ad soluendum liberum esse debet promissori.*

Solutio debiti potest fieri ante tempus, modo creditoris non intersit.

CAP. XCII.

1 SI † certa die promissum est soluere:
2 statim etiā præstari potest. † Totum enim medium tempus ad soluēdum liberum est promissori. l. stipulatio. in §. inter certam. ff. de verb. obl.
3 † Nisi tempus sit appositū fauore creditoris: nam tunc eo inuito ante tem-
4 pus solui nō potest: & maximè quando de tali solutione pateretur interesse, & redundaret in creditoris damnū, & præindicium. l. qui Romæ in princ. vbi gl. & Bart. ff. de ver. obl. Deci. in l. cum tempus. nu. 5. ff. de reg. iur.

SVMMARIVM.

1 *Solutionibus iura multum propitia reddūtur.*
2 *Confessio facta etiam parte absente ad liberandum saltem in vim probationis valet.*

Solutionibus leges multum fauent.

CAP. XCIII.

1 SOlutionibus † iura multum propitia sunt. §. & licet. col. 7. in Authen. de testibus. Bald. in l. generaliter. nu. 35. C. de non num. pec. † Quò fit,
2 vt confessio ad liberandū valeat etiam parte absente, & maximè in vim probationis Bald. loco præcitato. nu. 34. qui dicit communem.

Solutum minus legitimè in vtilitatem versum non censetur.

CAP. XCIV.

SOluens minus ritè, & legitimè: quia mulier, & minor non adhibitis solemnitatibus requisitis, tale sic solutum facit, quod non præsumatur in vtilitatem versum. Petr. de Rauen. sing. 514. Costa. de rat. tatæ q. 67. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Debitor medio eius iuramento promittēs soluere quinquaginta singulis annis vsque ad decennium: An in vno anno deficiens ad totam summam astringi possit in vim iuramenti? Et concluditur, quod sic.*
2 *Virtute iuramenti multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur exempla afferuntur in vsuris, & emphyteusi.*

CAP.

CAP. XCV.

1 QVis † singulis annis medio iuramento soluere promisit Titio quinquaginta vsq; ad decennium. An in vno anno deficiens pro summa totius temporis cõueniri possit? Bartolomeus Bertazz.in suo tract. de claus.in fi.super rep.l.si quis maior. q.47.nu.641 ponit hanc quęstionem. Et licet vtatur distinctione, quod aut talis debitor tenebatur ex aliqua veteri causa, & actione ad dictam totam summam: & quod tunc deficiens in vna solutione, poterit astringi ad totam summã, & hoc virtute iuramenti. Quod secus esse inquit si ex actione, & obligatione iurata noua ad hoc teneretur: quia tali casu non ad totum debitum tenebitur: sed tantum pro illo tantum tempore de cuius maturato, & non soluto: tamen tandem ibidem num.648. vers. sed tamen in hac specie concludit: istum talem reum pro tota summa conueniri posse. vt ibi
2 per eũ. & † hoc propter iuramentum spretum per ipsum debitorem, cuius virtute multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.c.debitores de iure iur. vbi virtute iuramenti præcisè debitor cogi potest ad solutionẽ vsuratum vetitarum: Et facit, quod dicitur de emphyteota, qui si iurauerit soluere canonẽ singulo anno sub pœna caducitatis si non soluit virtute iuramẽti cadit in commissum. vt ibi per eum. Equior tamen, & benignior videtur præcedens distinctio.

Solutio reliquarus probat rationem fuisse redditam.

CAP. XCVI.

DOcens reliquatũ soluisse in necessarium antecedens etiam iustificat rationem per ipsum fuisse redditam.l.1.§.offi 10. vbi Bart.ff.de tut. & rat.distrah.Alex.cõs.45.lib.1.Rom. cons.423.Corn. cons.196.lib 3.Rip. in l.admonendi.num.115.de iureiur. Aym.cons.231.nu.1.lib.2. vers.nam redditio rationis quos refert, & sequitur Rot.Ian.Merc.decis.181.nu.7.

SVMMARIVM.

1 *Alimentorum solutio mensatim fieri debet, respectu rerum quæ mestruam solutionem recipiunt, qualia sunt vinum, frumentum, & ligna.*
2 *Alimenta in victualibus consistẽtia, ut vinum, & ligna, soluuntur mẽsatim.*
3 *Alimenta eorum rerum, quæ nõ possunt per mensem diuidi, veluti sunt uestimenta: præstanda sunt, quando alimentarius egerit.*
4 *Alimenta, quando ueniunt præstanda pro rebus, quæ in eorũ specie corrumpuntur, ut sunt pisces, & carnes. tunc loco ipsorum debetur earundem æstimatio, & pecunia.*
5 *Alimenta debentur, & dietim, & anticipatè à principio anni pro toto anno.*
6 *Alimẽta soluuntur anticipatè, & à principio anni pro toto anno: & statim.*
7 *Alimentorum causa non recipit dilationem*
8 *Fames gladius acutissimus dicitur.*
9 *Venter dilationem non patitur.*
10 *Legatum alimentorum, nec conditionẽ, nec onus, nec dilationem recipit: sed purum semper dijudicatur.*

De alimentorum solutione: eorumdem præstatione: & quomodo, & quando fieri debeat.

CAP. XCVII.

1 ALimentorum † præstatio danda est per hæredem legatario per

menſes, videlicet reſpectu rerum, quę recipiunt meſtruam ſolutionem, vt ſunt frumentum, vinum, & ligna.

2 † Alimenta enim in victualibus conſiſtentia, vt vinum, & ligna debentur menſatim Bar. in l. pecuniç. ff. de alim. & cibar. legat. Ioann. Vinc. de Anna. ſing. 22 incip. alimenta. Viui. deciſ. 8. num. 17.

3 † Reſpectu verò rerum, quæ non poſſunt per menſem diuidi, vt ſunt veſtimenta tunc danda erunt, cum alimentarius egerit Bart. in l. 3. ff. de alim. & cib. leg Pratic. Pap. in form. lib. per leg. rei ſing. nu. 103.

4 Circa verò res, quę ſi pro toto tempore præſtarentur, in ſua ſpecie corrumperentur, vt ſunt piſces, carnes, & ſimilia: in ijs debetur eorumdem valor, æſtimatio, & pecunia. Rol. conſ. 22. à num. 12. vſque ad 24. in princip.

5 Aliquando autem alimenta dietim præſtanda veniunt: & ſi non dietim, anticipatè, & à principio pro toto anno, & ſi non à principio, menſatim, & præſertim reſpectu victus: reſpectu verò veſtiũ annuatim. Grat. reſp. 93. nu. 67. vol. 1. & reſp. 87. nu 24. vol. 2. Ceph. conſ. 518. nu. 18. vol. 4. vbi diſputatur. An ſi relinquantur ſimpliciter debeantur ſingulo anno.

6 Regulariter enim alimenta ſoluũtur anticipatè, & à principio pro toto anno Bald. in l. non poteſt. ff. de adop. Gaccialup. in l. frater à fratre q. 29. ff. de cond. indeb. Socin. conſ. 12. in 3. q. volu. 1. Molin. de primog. lib. 2. c. 15. Vinc. de Franc. deciſ. 155. nu. 3. par. 1.

7 † Nam cauſa alimentorum non recipit dilationem, ſed debentur ſtatim Boer. deciſ 3. num. 17. Vinc. de Franc.

8 deciſ. 374. nu. 2. par. 2. † Venter enim (cum fames acutiſſimus gladius ſit) dilationem nec recipit, nec patitur. Bald. in l. pactum. C. de collat. Ceph. d. conſil. 483. num. 5. vol. 4. Surd. de

9 alim. tit. 1. q. 44. num. 36. † Et ideo alimentorum cauſa ſui natura, nec conditionem, nec onus, nec dilationem recipit: ſed pura ſemper diiudicatur. Ceph. conſ. 495. num. 99. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio cum ſolutione conuenit in pluribus.*
Oblatio valde proxima, & ſimilis ſolutioni eſt. ibid. num 1.

2 *Oblationis ad eſſentiam, & ſubſtantiam multa ſunt neceſſaria.*

3 *Oblatio debet eſſe realis, & effectualis, aliàs offerente non iuuat.*

4 *Facto vbi opus eſt: verba non ſufficiũt.*

5 *Oblatio verbalis ſat eſt ſtante creditoris recuſatione.*

6 *Oblatio debet fieri congruis loco, & tempore, aliàs debitori offerenti non opitulatur.*

7 *Oblatio non debet fieri de nocte, & ante tempus ſolutioni adiectum, uel alio ſimili modo.*

8 *Oblatio non debet fieri eo tempore, quo creditor ſequitur funus familiare.*

9 *Oblatio non debet fieri creditori peregrinanti, ut etiam in loco non conuento, vel ſolutioni non deſtinato.*

10 *Oblatio debet eſſe pura, & non conditionalis conditione intrinſeca: ſecus in extrinſeca.*

11 *Emptor poteſt offerre precium venditori cum hac quòd res vendita ſibi tradat.*

12 *Oblatio debet eſſe cum depoſitione rei oblatæ, & conſignatione, ſeu obſignatione.*

13 *Oblatio debet eſſe ſpecialis, ita quòd generalis non ſuffragatur.*

14 *Offerens ſeparatum adimplere omnia ad quæ de iure tenetur non ſatisfacit.*

15 Et

15 *Et præsertim in debito liquido.*
16 *Oblatio debet esse de toto debito, aliàs de parte facta non attenditur.*
17 *Oblatio requirit depositionem, consignationem, vel obsignationem aliàs de ea non est habenda ratio.*
18 *Depositio debet fieri apud ædem sacram, uel personam fide dignam: aliàs non iuuat.*
19 *Oblatio debet fieri præsenti, aliàs requiritur citato generalis, & proclama.*
20 *Oblatio absque depositione sufficit ad effectum vt pœna non incurratur.*
21 *Oblatio uerbalis recipitur in debito turbido, & intrigato.*
22 *Offerens creditori debitum eum ab agendo excludit.*

DE OBLATIONIBVS.

1 QVoniam in multis oblatio † cum solutione conuenit. Et solutioni valdè proxima, & similis est. Ideo de ea etiam nonnulla videbimus. † Et præcipuè, quæ ad eius essentiam, & substantiam necessaria sunt.

3 Primo † igitur ad substantiam oblationis exigitur, quod sit realis: Quo fit, vt non realis, & effectualis non reputet l. qui decem in §. idem respondit in fi. ff. de solut. Bart. in l. prætor. in §. si quis paratus. ff de nou. oper. nunc. & in l. acceptam. C. de vsur.
4 Marth. not. 134 † Vbi enim facto opus est verba non sufficiunt. glos. fi. in cap. pastoralis. ff. de off. ord. Alexan. cons. 130. nu. 4. Natt. cons. 3. num. 4. volum. 1. qui loquitur de emphyteota. Negus. de pign. in 2. part. 3. memb. 5. part. in princ. Matth. Brun. consil. 50. num. 3.

5 Lim. † Quando creditor non vult acceptare: nam tunc in euentum recusationis creditoris satis est oblatio verbalis. Gab. de solut. concl 8. Negus. de pign. in 3. membro 2. part. 5. part. principalis. num. 2: qui multis modis hoc dictum limitant. Alex. in l. mota. col. 3. ff. solut. matrim. Natt. in clem. sæpè. col 76. de verb. signific. Neuiz. cons. 49. nu. 5.

6 Secundo requiritur. † Quod oblatio fiat congruo loco, & tempore Bartol. in l. si solututus. ff. de solut. Bald. in l. acceptam in 2. q. C. de vsur. Et
7 ideo † non debet fieri de nocte, & ante tempus solutioni adiectum, vt etiã
8 eo tempore, quo † creditor sequitur funus familiare: nam tunc cum non sit facta congruo tempore non valet.
9 De loco exemplifica, † si oblatio fieret creditori peregrinanti, vel in loco non conuento, vel solutioni non destinato. glo. in l. qui Romæ in verbo obtulerit. ff. de verb. ob.

10 Tertio. † Oblatio debet esse pura, & libera: vel conditionalis conditio-
11 ne intrinseca. † Pura quòd emptor offerat pretium venditori: cum hoc quòd res vendita sibi tradatur: secus si conditio est extrinseca. Bald. in d. l. acceptam in 4. q.

12 Quartò. † Oblatio debet esse cum depositione rei oblatæ: & consignatione, seu obsignatione. l. obsignationem vbi glo 1. ff. de solut. Negusant. d. 3. memb. num. 12. versic. 4. requiritur.

13 Quinto. † Oblatio debet esse specialis, & non sufficit generalis. Vn-
14 de non subsistit si dicatur: offero † me paratum facere, & adimplere omnia ad quæ de iure teneor. Bartol. in l. penult. ff. de distr. pig. Imol. in l. prætor ait in §. si quis paratus. ff. de nou.

oper.

15 oper. nunc. † Et maximè quãdo debitum est liquidum. Negus. d. l. nu. 16.

16 Sexto. † Oblatio debet fieri de toto debito: aliàs facta de parte non valet. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsur. not. in d. l. acceptam. Quod etiam idem in solutione vt supra posuimus sub c. 30.

17 Septimo. † Quando vltra oblationem requiritur, depositio, consignatio, vel obsignatio, tunc necesse est,

18 quod † depositio fiat apud eadem sacram, vel personam fide dignam. d. l. acceptam. C. de vsur. Negus. d. memb. 5. num. 26.

19 Octauo. † Oblatio debet fieri præsenti, aliàs requiritur citatio generalis, & proclama, quod creditor compareat ad recipiendam oblationem, aliàs videndum fieri depositum Bart. in l. si reus paratus. ff. de proc. Rol. cons. 53. nu. 34. cum seqq. vol. 1. Negusant. vbi supra num. 27.

20 Et aduertatur. † Quod ad euitandam pœnam, sufficit oblatio absq; depositione. l. Celsus. ff. de arbi. Neuiz. cons. 49. nu. 2.

21 Pariter scias. † Quod quando debitum est turbidum, & intrigatum sufficit oblatio verbalis. Ror. Lin. Mercat. decis. 163. nu. 2.

22 Itidem. † Quod offerens debitum creditori excludit eum a bagẽdo. Rol. cons. 14. nu. 9. & 10. vol. 1. Menoch. de adipisc. remed. 3. num. 181.

SVMMARIVM.

1 *Retentione vti minimè licet.*
2 *Retentio regulariter prohibetur.*
3 *Retẽtio vnius rei pro alia non recipitur.*
4 *Vt etiam nec debitum pro debito.*
5 *Creditor pro suo credito non potest rem debitoris retinere.*
6 *Retentio vbi competit, ibi cessat mutatio causæ possessionis.*
7 *Ius sibi dicere nemini licet.*
8 *Pecus inuenta in proprio fundo non potest pro damno retineri: sed solum ad effectum, vt cognoscatur, quis eius dominus sit.*
9 *Animal potest retineri pro alimentis eidem præstitis: non autem pro damno ab eo illato.*
10 *Retentio conceditur pro expensis in eadem refactis.*
11 *Retentia non admittitur: & præsertim vbi res est vitiosa, & sine titulo acquisita.*
12 *Nisi res ad eũ deuenerit ex causa illius debiti, pro quo vult vti retentione.*
13 *Aduocatus, procurator, & iudex non possunt retinere pro mercede, & honorario scripturas, & instrumenta clientuli.*
14 *Scriptor non potest retinere quinternũ ab exẽplari extractũ pro suo salario.*
15 *Carceratus non potest in carcere à custode retineri pro alimentis sibi præstitis. & num 62.*
Aliud tamen seruat consuetudo. nu. 63.
16 *Res meliorata non retinetur pro alia re non meliorata.*
17 *Retentione quis potest in multis casibus, cum alijs numeris seqq.*
18 *Retentio conceditur, quando res, quæ retinetur pro uno debito erat pro alio obligata.*
19 *Similiter, quando non est verè obligata: sed quasi.*
20 *Retentio rei conceditur habenti quasi pignus in eadem re.*
21 *Emptor potest pro pretio rem venditam retinere.*
22 *Res una pro alia retineri potest, quando peruenit ad eum causa, & occasione eiusdem debiti.*
23 *Retentio vnius rei conceditur pro debito cuius occasione res illa ad me peruenit.*

24 Cre-

24 Creditor potest rem non debitam pro debita retinere.

25 Creditor potest retinere bona debitoris per eum possessa, & alijs præfertur.

26 Retentio conceditur fauore dotis.

27 Vxor uiuente uiro dicitur bona uiri possidere iure familiaritatis: eoque mortuo, vel decocto effecto potest insistere in rebus remansis in hærede vsque ad debitam satisfactionem. num. 28.

29 Imo, & de ipsis disponere.

30 Maximè, quando adest pactum, & conuentio, & bona sunt vacantia.

31 Vt etiam quando retinet ex iudicis dispositione. Necnon quãdo declarauit se velle retinere pro suis dotib. nu. 32.

33 Imo nec requiritur declaratio (secundum aliquos.)

34 Dominium dotis ipso iure transfertur in uxorem, mortuo uiro, uel effecto decocto.

35 Retentio conceditur ex causa, quæ ipsi rei cohæret.

36 Retentione uti permissum est propter sumptus, & expensas, ac melioramẽta facta in ipsa re. & num. 38. & 42.

Vt etiam propter debitum contractum causa, & occasione rei. nu. 37.

39 Executio in libris scholaris fieri non potest.

Propter munus tamen ipsius scholaris dictorum librorum retentio conceditur. num. 40.

40 Retentio in libris, & alijs rebus scholaris conceditur propter impensas factas in munus ipsius.

41 Retentio rei fideicommisso subiectæ conceditur propter expensas factas in ipsa re.

43 Retentio pro melioramentis non liquidis nõ conceditur: sed sufficit sola cautio.

44 Nisi in sententia diceretur solutis prius expensis.

45 Retentio vbicunque conceditur pro melioramentis ibi posterior creditor præfertur creditoribus etiã anterioribus.

46 Creditor posterior priori præfertur vbi posterior potest retinere pro melioramentis.

47 Retentio alicuius rei, quam meliorata nõ cõceditur pro alia re nõ meliorata.

48 Retentio rei traditæ pro debito putatiuo conceditur pro debito vero.

49 Retentione uti licet, vbi res aliena scienter fuerit obligata, & vbi debitor ex post facto rei ipsius dominium quæsierit.

50 Secus si obligatio fuit nulla ex aliqua causa.

51 Recentione uti potest negotiorum gestor, si pignus alterius, quod sua pecunia redemit habeat, & possideat.

52 Negociorum gestor non habet hypothecariam, nisi ex cessione, vel nisi emerit nomen illius debitoris.

53 Retentio rei in pignus traditæ à procuratori conceditur creditori propter mutuum, quod procurator dedit, quamuis idem procurator non habuerit ad id mandatum.

54 Retentio conceditur pacto nudo.

55 Pactum nudum non parit actionem: sed bene propter illud datur retentio.

56 Retentio creditori conceditur, quando plura habet pignora, & unum uendidit: nam retinere alia potest, quousq; debitor ei caueat de indemnitate à promissione de euictione.

57 Creditor, qui habet plura pignora, & unum uendat, potest alia retinere donec sibi caueat de eum releuando ab obligatione de euictione.

58 Retentione etiam uti concessum est, ubi datio in solutum fuit nulla.

59 Retentio animalis conceditur propter alimenta eidem animali præstita.

60 Imo etiam hypothecaria cum prælationis priuilegio.

61 Re-

61 *Retentione rerum hospitis uti potest hospes pro alimentis eidem præstitis.*
62 *Retineri quis non potest in carceribus à custode propter alimẽta eidẽ præstita.*
63 *Contrarium consuetudo seruat.*
64 *Retentionis causa est ualdè fauorabilis.*
65 *Et est fauorabilior causa acquisitionis.*
66 *Retentio facilius conceditur, quam actio, & petitio.*
67 *Retentione non censetur priuatus, qui à petitione est exclusus.*
68 *Retentio facilius conceditur, quam cõpensatio.*
69 *Retentio uetita non censetur compensatione denegata.*
70 *Retentio etiam in executione ipsius sententiæ opponi potest.*
71 *Retentionis ius etiam in singularem successorem transit.*
72 *Retentio retardat rigorem obligationis Cameralis.*

DE RETENTIONE.

Et quandò ipsa vti liceat: Et quando non.

1 COnclusio sit. † Quod retentione vti non liceat. Regulariter enim
2 retentio † est prohibita: † Et vna res
3 pro alia retineri non potest: † Et non
4 debitum pro debito. l. fin. C. cõmod. l. si non inducta. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah. omnes in l. si non sortẽ. in §. si centum, vbi Bart. nu. 2. & 8. Ias. nu. 10. in 3. not. qui hoc dictum quinque modis limitat. Castr. num. 6. ff. de cond. indeb. Add. ad Bar. in d. §. si centũ in littera F. Rot. diuers. in impress. decis. 115. nu. 2. & 295. nu. 1. in 2. par.
5 dum firmant, † quòd creditòr pro suo credito non potest rem debitoris pe-
6 nes se retinere. † Et quòd quando cõpetit retentio cessat mutatio causę possessionis. Negus. de pign. in 4. memb. 5. par. nu. 1. cum seqq. vbi hoc dictum pro regula constituit, & multis modis
7 limitat: Et ratio † est secundum præfatos: quia hoc modo esset sibi propria authoritate ius dicere contra l. 1. C. ne quis in sua causa iudicet, vel sibi ius dicat.
8 Ex quo infertur. † Quod si quis alienum pecus inueniat in proprio fundo damnum dare; non poterit illud retinere donec reficiatur dãnum: sed tantum eidem concessum erit illud retinere ad effectũ vt cognoscatur cuius sit, vt demum contra illum pro damno dato agere possit. l. Quintus. & l. seq. ff. ad l. acqui. Bart. & alij. in l. hoc amplius. in §. de his. ff de dam. infect. Bald. in l. 2. C. de ser. fug. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 50.
9 Quo etiam fit. † Quod si quis alienum animal pauit, potest illud retineri, donec sibi restituatur impensa, vel pretium alimentorum per eandẽ rationẽ. Alciat. d. præsumpt. 50. Quod secus est: si pro damno dato quis retentionem facere velit: quia illud eidem omninò vetitum est.
10 Et ratio est: † quia res semper potest retineri pro expensis in ea factis, secundum glos. Bart. Ias. & alios in d. §. si centum, & benè hęc omnia prosequitur Petr. Surd. in suo tract. de alim. priuil. 62. num. 3.
11 Ista de plano procedunt. † Quando res cum vitio, ac delicto, & sine titulo retinetur: Nam tali casu prius debet purgari vitium per restitutionem Socin. iun. cons. 84. nu. 30. vol. 2. Ceph. cons. 289. nu. 28. vol. 2. add. ad Bart. in d. §. si centum in littera E. & faciunt notata in c. fi. de ord. cogn. & in l. 1. §. redigũtur. ff. quorum bon. Negus. de pign. in d. 4. mẽb. d. 5. par. nu. 1. Surd. decis. 46. nu. 2. & 3. qui nu. 12. decla-
12 rat † hoc dictum quomodo procedat:

& in-

& inquit non procedere, quando res prouenit ad detinentem ex causa illius debiti pro quo vult vti retentione: quia tali casu benè potest: licet res ad eum cum vitio peruenerit.

Et ex præmissis etiam infertur.

13 † Quod Procuratores, Aduocati, & Iudices non possunt retinere pro eorum mercede, scripturas, instrumenta, processus, & alia iura à clientulis eis tradita. Alberig. & Fulg. in d. §. si centum. vbi Cast. nu. 6. Ias. num. 10.

14 Hinc etiam fit. † Quod scriptor nō potest retinere quinternum extractū ab exemplari pro suo salario. Alberig. & Fulgos. in d. §. si centum. vbi Paulus de Cist. num. 6. Ias. nu 9.

15 Ex hoc etiam resultat. † Quod custos carcerum non potest retinere carceratum prō alimentis præstitis, & pro custodia. Guid. Pap. decis. 448. Surd. de alim. priuil. allegato 62. num. 16.

16 A prædictis etiam scaturit. † Quod regulariter res meliorata retineri non potest pro re, quæ non fuit meliorata. Castr. consil. 220. in primo dubio. lib. 2. Tiraq. de retract. conuentio. §. 7. glos. 1. num. 11.

17 Complures † tamen sunt casus, in quibus retentione vti licet, & multæ sunt limitationes, quæ dantur ad regulam supra firmatam.

18 Prima igitur est. † Quod retentio permittitur: Quando res: quæ retinetur pro vno debito fuerat obligata p alio debito. Bart. in d. §. si centum. nu. 2. & 7. vbi Castr. Saly. Alexan. & Ias. omnes in d. l. fin. C. commod. & allegatur lex. in l. 1. C. de chyrogr. pecun. vbi glo. & Saly. Surd. decis. 46. n. 9. qui dicit, quod retentio conceditur creditori ad cuius manus peruenit res debitoris, licet eam non habeat obligatam. Rot. diuers. in impress. decis. 115. nu. 3. par. 2.

19 Secundo limitatur: † quando res non esset vetè, vel expressè obligata:

20 sed quasi: † & sic in habente quasi pignus in re: qui, & ipse retentione vti

21 potest. † Exemplum sit in re vendita ante traditionem, quæ est quasi obligata venditori pro precio: nam si emptor agat ex empto, poterit venditor eam retinere, quasi sibi precio soluto obligatam. l. hæreditatis. ff. de hæred. vel act. vend. vbi glo. l. Iulianus §. offerri. ff. de actio. empt. vbi Bartol. Addentes ad Bart. in d. §. si centum.

Limitatur tertio, conclusio supra

22 firmata: † Quod retentione vti non liceat, vt non procedat: Quando res non esset obligata, vel quasi illi, qui vult retinere: sed peruenerit ad eum causa, & occasione illius debiti cuius prætextu eam retinere vult: Et sic quando volo retinere rem propter aliud debitum, cuius occasione res ad me peruenit. l. eleganter. §. qui reprobos. ff de pig. act. l. si aurum. ff. de solut. Bart. in d. §. si centum. nu. 8. Saly. in d. l. fi. C. commod. Negusant. de pigno. d. 4. memb. d. 5 part. num. 4. vers. 3. fallit. Rot. diuers. in impress. d. decis. 115. num. 3. in 2. part.

23 Limit. 4. † in retentione rei non debitæ pro re debita. Add. ad Bart. in d. §. si centum in littera E. in fin.

24 Limit. quinto † in creditore, qui potest retinere bona debitoris per ipsum possessa: & præfertur alijs creditoribus tempore prioribus. l. pupillus. ff. quæ in fraud. cred. Cephal. consil. 762. num. 25. volum. 5. imo

25 † res, quæ possideretur per creditorem potest retineri loco pignoris pro euictione, damnis expensis, & interesse. Decis. consil. 449. num. 23.

Sexto

26 Sexto † restringe regulam, fauore dotis mulieris, cui io priuilegium datum est vt retentione vti possit. l. filio in princ. ff. sol. mat. Add. ad Bar. in d. §. si centum, vbi Ias. nu. 10. in 3. not. vers. vltra doctores fallit 4. Bald. Nouell. de dote priuil. 1. in fi. versic. 4. limita. Negus. d. memb. 4. par. 5. nu. 5. vers. 4.

27 fallit. † Vxor enim viuente viro dicitur possidere bona viri iure familiari-

28 tatis. Quò fit, † vt viro mortuo, vel eo effecto decocto, possit insistere in rebus remansis in hæreditate viri, & illa retinere iura hypothecæ suarum dotium vsq; ad eius integrã satisfactio-

29 nem, & † de ipsis ad libitum disponere. Magon. decis. Lucen. 64. nu 6. Qui

30 † dictum id indubitatũ firmat quando adest pactum, conuentio, licentia consensus, & promissio viri: Vt etiam

31 quando bona sunt vacantia nec † non quando id fit ex iudicis promissione. Vt pariter quando per mulierem fuit facta declaratio animi sui, quod velit retinere iure proprio pro hypotheca

32 suarum dotium † Et quòd satis sit, ꝙ mulier declarauerit animũ se ita velle facere. dicit Ror. Rom. diuers. in impress. deci. 580 in 3. par. benè Crescẽ.

33 decis. 168. qui volunt † etiã ista procedere absque alia declaratione. Magon. d. decis. 64. nu. 14. Ioseph. Ludo. decis. Perus. 61. in 2. parr. per totum.

34 † Nam dominium dotis mulieris ipso iure transfertur in mulierem terrò: viro mortuo, vel effecto decocto. Neuiz. cons. 78. nu. 13. & 14.

35 Septimo. † Retentione vti possumus: Quando retentionem facere vo-

36 lumus ex causa, quæ rei cohæret: † Puta, propter sumptus, expensas, & me-

37 lioramenta in rem facta: † vel aliud debitum cõtractum occasione, & vtilitate ipsius rei: nam tunc nobis retẽtio licita est, licet res illa nobis obligata non sit. l. in rebus. §. possunt. ff. cõmod. l. paulus. ff. de dol. mal. l. si in aria. ff. de cond. indeb. l. qua ratione. in

38 §. litteræ. ff. de acquir. rer. domi. † Et ratio est: quia res semper potest retineri pro expensis in ea factis. glos. in d. §. si centum vbi Bart. & Ias. nũ. 10. Bald. in l. fi. C. quomodo, & quando iud. & diximus supra.

39 Et ideo licet regulariter non possit fieri executio in libris scholaris glos. in l. nepos proculo. ff. de verb. sig. Bal. in Rubrica. C. qui bon. ced. poss. Ta-

40 men † si quis impẽderit in funus scholaris, poterit pro ea impensa libros, & alias res scholaris retinere. Bar. in d. §. si centum vbi Ald. & Ias. nu. 10. Bald. in l. 1. C. ob chyrog. pec. in d. l. fin. C. commodati. & in l. restituenda per illum tex. C. de pet. hæred. Menoch. de recuperan. remed. 11. nu. 12.

41 Hinc † etiam videmus, quòd grauatus restituere rem fideicommisso subiectam, eam retinet, donec sibi satisfiat de expensis in ea factis l. domos vbi Bar. Bald, Alexan. Ias. & alij, ff. de leg. 1. l. mulier. §. sed etenim. vers. sed & ipse ff. ad Treb.

42 Idem † statuitur in melioramẽtis: nam etiam & pro ipsis, vt de expensis dictum est, retentio datur. l. cũ seruus. in fi. ff. de cond. & demonstr. l. item libertus. in §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. Tiraq. de retract. cõuenti. §. 7. glo. 1. nu. 13. Ruin. cons. 84. num. 17. in princ. Capic. qui dicit ita se iudicasse. decis. 17.

43 Declara tamen, † & intellige præmissa non procedere quando meliramenta non sunt liquida, & offertur cautio: nam tali casu non conceditur retentio: sed sententia statim executioni mittitur. Cast. cons. 270. col. 2.

vers. 2.

vers.2.videndum vol.2. Gozad.cons. 100.num.21.Negus.d.memb.4.in 5. par.num.15. Benint.decis. Bonon 77. 44 nu 1. Nisi in † sententia diceretur solutis ptius expēsis:nam tali casu ptius debet purificari conditio Matzat. de fideicom. in epito. q. 66.

45 Et in † casibus prædictis posterior 46 † creditor præferatur priori l. interdū cum seq.ff.qui pot.in pig.hab. Add.ad Bart.in d. §. si centum in d. litteia E. Vnum tamē nota in proposito. Quod 47 † res non meliorata non retinetur pro meliorata. Cast.consil.220. in 1.dub. vol 2. Tiraq.de retract. conuent. §.7. gl.1.nu.11.vt aduertimus sup in prin.

48 Octauo.† Quando res alicui tradita fuit pro debito putatiuo: potest.n. retineri pro vero. glos.in l.si non sortem. in §. liberus. ff. de cond.indeb. Bart.& alij in l.eleganter. in §.qui reprobos.ff.de pig.act. & in l.si cum aurum.ff.de solu. Saly.in d.l.fi. C.commodat. Negus. de pig. d.memb. 4.d. par.5. nu.4. Ror.diuers.in impress.d. decis.115.nu.4. in 1.par.

49 Nono. † Quando res aliena esset obligata creditori scienter: vnde dominio postea per obligantem quæsito non reconualescit obligatio: Nam isto casu datur creditori retentio dictę rei obligatæ pro suo credito. glo.& Bart. 50 in l.1. §.1.per illū tex. ff.de pig.† Secus si obligatio fuisset nulla ex aliqua causa: quia tunc non daretur retentio. l.cum vitiosè ff.de pig. Bart. & Salyc. in d.l.1.in §.1 ff.de pignoribus.

51 Decimo. † Quando quis, vt negociorum gestor liberauit ex sua pecu- 52 nia pignus debitoris absentis: † Nam licet iste non habeat hypothecariam contra debitorem: nisi soluendo impetrauerit cessionem à creditore cui soluerit, vel ab eo nomē dicti debitoris emerit: Vnde si possideat pignus sua pecunia liberatum, habebit retentionem contra debitorem agentem, donec sibi reddatur pecunia pro eo soluta.gl.& Bart.in l. 1.ff. quib.mod. pign.vel hypoth sol.

53 Vndecimo, † quando meus procurator sine meo mandato accipit à Sēptonio pecuniam mutuo,& ei pignus tradidit: nam si illa pecunia versa fuit in vtilitatem meam, dabitur retentio Sempronio illius pignoris, donec ei pecunia reddatur.glo. & alij in l.1.C. si alien.res.pig.dat.fuer.

54 Duodecimo, in pacto nudo: † nam licet ex eo de iure ciuili non detur a- 55 ctio,† tamen datur retentio.l. legem. C.de pact.l.1.§.id quoque.ff.ad l.Falc. glo. Bart. & Salyc. in l.1. ff.de pign.

56 Decimoterrio, † si creditor habens plura pignora vnum vendat, & ven- 57 ditori de euictione promittat,† potest retinere alia pignora, donec debitor caueat eum indemnem conseruare à dicta promissione euictionis. l. si necessarijs.in §.1.ff.de pign.act. vbi glo. Bart.Saly. & Castr.

58 Decimoquarto,† quando datio in solutum est nulla,tunc conceditur retentio, donec debitum persoluatur. Surd. decis.46. num.7.

59 Decimoquinto. † Retentio conceditur ei, qui pauit equum alienum, vel aliud animal: Surd.de alim.priuil. 62.nu. 12.13.14 & 19. dum vul ei- 60 dem † esse etiam concessam hypothecam tacitam cum priuilegio prælationis.

61 Decimosexto, † hospes, qui præstitit alicui alimenta, potest illius res retinere, donec sibi satisfiat. Surd.d. priuil.62.num.15. licet secus esse de- 62 terminet † in Commentariensi, & carcerum custode, qui non potest re-

tinere

tinere carceratum pro alimentis præstatis, & pro custodia ibidem. nu. 16.

63 † licet contrarium teneatur de consuetudine.

Et ratio est, quare ità de facili in præmissis casibus, & in cumpluribus alijs, qui congeri possent, datur retentio, † quia causa retentionis est valde fauorabilis, & multum priuilegiata.

65 Primo enim † causa retentionis fauorabilior est causa acquisitionis l. per retentionem. vbi Bald. C. de vsur. Aym. cons. 6. nu. 8.

66 Secundo, † facilius conceditur retentio, quam actio, & petitio. Aymon. cons. 148. nu. 2. Matthæus Brun. cons. 33. num. 3.

67 Nam excluſus † à petendo non est excluſus à retinendo. Capr. cons. 19. nu. 10. Ceph. cons. 86. num. 20. vol. 1. cons. 393. num. 174. in tertio, & cons. 573. num. 24. vol. 4. & 658. num. 24. vol. 5.

68 Tertio, † facilius admittitur retentio, quam concedatur compensatio, &

69 ideo † prohibita compensatione non dicitur prohibita retentio. Aym. d. cons. 148. nu. 2. Corn. cons. 61. nu. 27. vol. 3. Pariſ. cõſ. fin. nu. 36. vol. 2. Rol. cons. 56. num. 7. lib. 4. Decia. cons. 98. nu. 28. par. 3. Brun. d. cons. 33. num. 5. Gram. deciſ. 58. nu. 1. Capic. deci. 119.

70 Quarto, † retentio est adeò fauorabilis, & priuilegiata, & est tantæ potentiæ, & virtutis, vt etiam in executione sententiæ opponi possit. Aym. d. cons. 148. nu. 1. Rot. diuers. in impress. d. deciſ. 115. nu. 1. in 2. par. Surd. de alim. d. priuileg. 62. nu. 10.

71 Imo † retentionis beneficium est tantæ efficaciæ, vt etiam in singulatem ſucceſſorem transeat. Surd. d. priuil. 62. num. 11. vbi alios citat. † Plus

72 adeò est potens hoc auxilium, vt retardet rigorem obligationis cameralis. Pute. deciſ. 293. lib. 2.

FINIS.

Sub Correctione Typographica D. H. C.

9h.7831



VENETIIS, Ex Typographia Iacobi Sarzinæ. 1622.